BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
17 I
29

A/1

12-
3
8-
7

LEONHARTI FVCHSII MEDICI

PRÆSTANTISSIMI IN HIPPOcratis Coï Medicorum Principis ſeptem Aphoriſmorum libris Commentaria,

AB EODEM AVTHORE nuper recaſtigata, adiectis adnotationibus, & locorum difficilium Galeni explicationibus.

CVM INDICE INSIGNIVM copioſiſsimo.



16

LVGDVNI,
Apud Sebaſtianum de Honoratis,

1558.

BIBLIOTECA NAZ. CENTRALE VITTORIO EMANUELE ROMA
VITTORIO EMANUELE IN ROMA
3Kq

12.17.29

AMPLISSIMO EXIMIOQVE PATRI AC DOMINO D. IOANNI

Prechto Abbati in Salmerſuueiller, Domino ſuo plurimũ obſeruando, Leonhartus Fuchſius Medicus S. P. D.

QVVM annis abhinc tribus, ampliſſime Pater, vicinos vndique agros peſtilentia depopularetur, ac tandem Tubingam etiam inuaderet, factum eſt vt non tantum omnium profeſſionum ſtudioſi, quo ab immani hac lue tuti eſſent, ſed & ipſi profeſſores aliò conceſſerint, adeòque ſchola noſtra tota diſſipata ſit. Quapropter & ego propter copioſam familiam relicta Tubinga, alias ſedes, vbi ſalubrior eſſet aura, quærere coactus ſum, concepta tamen aliqua ſpe, vt exacta hyeme domum redire liceret. Verùm quum vltra ſpem noſtram peſtilentiæ contagio ſerperet, & in integrum ferè biennium protraheretur, interea temporis me aliquot medicinæ ſtudioſi ſecuti ſunt, efflagitantes, vt in hoc otio, quod inuitis nobis dabatur, illis aliquod Hippocratis ſcriptum priuatim enarrarem. Poſtulatis quidem eorum, vtpote honeſtis & rectis, lubens parui, præſertim quod & mihi perpetuo hoc in otio languere & hebeſcere non tantum moleſtum erat, ſed & parum æquum honeſtúmque eſſe videbatur. Quum vero inter omnia Hippocratis monu-

Occaſio ſcribendorũ cõmentariorum.

menta nullum, quod iiſdem hoc tempore enarrandum proponerem, Aphoriſmorum libris magis eſſe idoneum iudicarem, cœpi pro mea tenuitate quàm potui diligentiſſimè eoſdem explicare, Galeni paſſim etiam adhibitis Commentarijs. Nec domum redire per peſtem, quòd contagiones eius longius durarent, licuit, donec omnes ferè abſolueremus. Abſolutos tandem, quum plerique vt eoſdem in communem ſtudioſorum vſum publicarem, crebris efflagitationibus vrgerent, iterum in manus ſumo, ac retexo, vt aliqua ſaltem ex parte magis exculti & expoliti in manus ſtudioſorum peruenirent, Oporinóque viro erudito & induſtrio excudendos trado. Atque hæc quidem conſilij & inſtituti noſtri ratio fuit, quod ſcio pleroſque, tanquam inutile & ſuperuacaneum, ſuggillaturos eſſe, eo quod multorum hodie in hos Hippocratis libros extent prolixi Commentarij, adeo vt meos accedere perinde ſit, ac ſi quis mari aquam affundat. Inter Græcos enim, eos ſaltem quorum ſcripta ſuperſunt, Galenus, & poſt hunc Philotheus, eum laborem non infœliciter ſuſcepe-runt. Extant etiam in hos libros Oribaſij Commentarij. Ex Barbarorum medicorum turba Hugo Senenſis, & Iacobus Foroliuienſis Aphoriſmos Hippocratis iam pridem interpretati ſunt. Præterea nuper Antonius Muſa Braſauolus ita prolixos in Aphoriſmos illos commentarios edidit, vt non videatur alijs vllum deinceps commentandi locum reliquum feciſſe. Quare vt eorundem reprehenſioni aliqua ex parte occurramus, atque falſam ex illorum animis de nobis conceptam opinionem euellamus, paulò prolixius inſtituti ac conſilij

Qui aphoriſmos Hippocratis cōmētariis illuſtrarunt.

noſtri

noſtri rationem tueamur neceſſe erit. Et quod ad Galeni quidem Commentarios attinet, fatemur eoſdem ſane optimos eſſe, adeóque ab omnibus legendos & cognoſcendos: tamen quum conſtet eos interdum ſuccinctiores eſſe, quàm vt omnibus ſatisfacere queant, aut inuolutiores, quàm vt à ſingulis intelligantur, horum ruditati conſulere cupientes, noſtra quoque poſt tanti viri enarrationes vt accederet explicatio, curauimus, vt eiuſdem ope & auxilio Hippocratis germanam paſſim aſſequerentur ſententiam. In quibus tamen vnicè cauimus, ne illa quæ in Commẽtarijs Galeni eſſent abunde dicta & expoſita, repeteremus. Atque hinc eſt quòd toties in noſtris explicationibus ad Galeni Commentarios ablegemus lectorem. Cæterum ne illos in Galeni Commentarijs aliquid remoraretur, annotationes etiam breues & perſpicuas adiecimus, in quibus loca in illis difficilia omnia enarrauimus. Philotheum certe Græcum integrum nondum vidi, vt de illius ſcripto in præſentia quid cenſeam diſerte exponere haud queam: quantum tamen ex fragmentis ijs quæ Muſa ſuis Commentarijs paſſim aſperſit, iudicare poſſum, nõ inutile ſcriptum puto: quanquam non ſemper Hippocratis germanum ſenſum nobis ob oculos ponat, ideóque fit vt aliquoties in ijs noſtris Commentarijs ab eodem diſſentiamus. Quare quum nondum, quod ſciam, latinitate donatus ſit Philotheus, neque etiam vndique Hippocratis mentem ſatis expreſſerit, non erat cur illius ſcriptum, conſilium noſtrum turbare aut impedire pateremur. Commentarios qui Oribaſij nomine circun-

Galeni cõmentarij

Philothei cõmetarij

feruntur eſſe ſpurios & adulterinos, notius fere eſt quàm vt à me demonſtrari debeat. Quis enim credat, Oribaſium, quem Galeni ſtudioſiſſimum fuiſſe conſtat, tam abſurda & multis mollis ab illius placitis abhorrentia, ſuis Commentarijs inſerere voluiſſe? Cui & hoc plane adamantinum accedit argumentum, quod iſtorum Commentariorum author, quiſquis tandem fuerit, Ptolemæi Euergetis temporibus vixerit, quemadmodum metipſe in præfatione eius operis palam teſtatur, dum inter cætera ſic ſcribit: Ego ipſe Commentarios conſcripſi monente Ptolemæo Euergete. Si igitur huius Ptolemæi temporibus prædicti Commentarij conſcripti ſunt, fieri non poteſt vt ad Oribaſium autorem recte referantur, vtpote quem ſub Iuliano claruiſſe, adeoque annis pluſquam ſexcentis poſt Ptolemæum Euergetem vixiſſe, ex hiſtorijs clarum fit. Præterea in Commentario 39. ſecundi libri, Vergilij carmen & Terentij Comœdias ægrotantibus legendas eſſe hortatur, quorum vterque multis ſeculis Oribaſium præceſsit. Terentius enim Ptolemæi Euergetis, Virgilius autem Iulij Cæſaris ætate floruit. Atque hinc etiam ſuſpicio naſcitur, hos Commentarios non à Græco homine, vtpote quem non eſt veriſimile Latinorum autorum, ſed potius Homeri & Ariſtophanis mentione delectatũ fuiſſe, ſcriptos eſſe. Quod miror cur Andernacus, qui primus, quod ſciam, hos Commentarios Oribaſio adſcripſit, non animaduerterit. Ego quidem hos Commentarios ante annos plus minus triginta, ſed parum Latinos, tranſcripſi: quos Petrus Bucardus, olim Præceptor noſter

Cõmentarij qui Oribaſij nomine circunferuntur quales.

Quo tẽpore autor eorũ cõmentariorũ vixerit.

Ioã. Andernacus.

Petrus Bucard'.

noſter, quum Ratiſbonæ in quadam Iudæorum bibliotheca inueniſſet, hoc nomine Iudæi Commentarios appellauit. Quicunque igitur horum Commentoriorum autor ſit, certe luce meridiana clarius eſt, Oribaſium non eſſe. Quum verò is etiam in explanandis Hippocratis ſententijs mirificè ineptierit, non erat cur nos ab inſtituto noſtro reuocare potuerit. Quanti facienda ſint Hugonis & Foroliuienſis in hos Aphoriſmorum libros enarrationes, omnes vere docti ſciunt & intelligunt. Quum enim lingua eius authoris quem explicandum ſuſceperunt, rudes plane & ignari fuerint, non eſt cur illum rectè & candidè enarrare potuerint. Hugonis & Foroliuienſis commentarij.

Et certè ineptæ ac ridiculæ eorundem multis in locis expoſitiones, quàm nihil eorum quæ Hippocrates ſcripſit intellexerint, abunde teſtantur. Non debuerunt itaque nos ab inſtituto curſu reuocare iſtorum hominum inſulſi Commentarij, vt pote quos è ſcholis Medicorũ cum illorum aſſeclis præſtat totos eijci & explodi, quàm magno detrimento ſtudioſorum manibus teri. Antonij Muſæ Braſauoli Cõmentarij ſatis quidem prolixi ſunt, id quod minime mirum eſt: quandoquidem vnam & eandem rem, magno legẽtium tædio, ter repetat. verùm quum non raro in ijs à germana Hippocratis ſententia illum aberrare, & ſibiipſi etiam interdum pugnantia ſcribere animaduerterimus, vt in publicum poſt ipſius, noſtræ quoque Enarrationes exiret voluimus, vt ſcilicet ex ijs veritatis amantes ſole clarius cernerent, quantum ille multis in locis de veritatis tramite deflexerit. Nemo autem velim exiſtimet, me virum Antonij Muſæ Braſauoli commẽtarij.

hunc, quem propter communia ſtudia plurimum amo, magnique facio, ideo reprehendiſſe toties, quòd eum oderim, aut de eius exiſtimatione aliquid detrahere voluerim. Longe enim abſum ab illorum ingenio, qui ex aliorum bonorum virorum reprehenſionibus ſibi neſcio quam laudem ac gloriam comparare ſtudent: ſed potius vt monerem parum peritos, ne improuidè ſingula quæ ille in Commentarijs ſuis promit, tanquam Delphica oracula ſuſpiciant, & admirentur. Quare hoc ſibi planè perſuadeant omnes velim, me nullis inuidiæ aut liuoris ſtimulis, ſed veritatis potius amore ac ſtudio, qua nobis nihil antiquius, vt omnes tam ſacræ quàm prophanæ atteſtentur literæ eſſe debet, impulſum fuiſſe, vt paſſim Muſæ enarrationes improbauerim. Et quidem ſpero Muſam noſtram hanc cenſuram non ægrè laturum maximè quum etiam ipſe ſæpius à Leoniceno & Manardo, viris doctiſsimis & præceptoribus ſuis, diſſentiat. Libera enim eſſe debent bonorum & doctorum virorum iudicia. Quum itaque nemo illorum qui poſt Galenum Hippocratis aphoriſmos explicare aggreſſi ſunt, mihi omni ex parte ſatiſfecerit, meas quoque de ijs qualeſcunque has cogitationes in ſtudioſorum commodum edere volui. Neque puto hunc laborem temere eſſe à me ſuſceptum, quum quàm plurimas ſententias ſecus quàm alij interpretes fecerint, expoſuerim: id quod ex collatione ſtudioſi manifeſtè deprehendent. Quinetiam ſpero, his meis expoſitionibus, ſi nullo alio, hoc ſaltem nomine quòd breues, luculentæ, & perſpicuæ ſint, apud veritatis ſtudioſos

me

me gratiam inituru̇m aliquam. Inutiles enim & ocioſas diſputationes, quibus pleriq́ue impenſe delectantur, omnes reſcidi: ea tantum quæ ad germanam Hippocratis ſententiam ſcrutandam conducunt, proferre contentus. Ut autem noſtræ explicationes rectius à ſtudioſis aſſequerentur, Græcas quoque Hippocratis ſententias Commentarijs præmiſimus: quas etiam in Latinum conuertimus ſermonem, multis quidem in locis aliter, & vt confido melius, quàm ſint à Leoniceno redditæ. In ſummo, dedimus ſtrenuam operam vt tales eſſent Commentarij noſtri, vnde aliquid frugis ad ſtudioſos peruenire poſſet: ad quorum quidem commoditatem omnia mea dirigo ſtudia; directurúſque ſum quoad mihi per Dei miſericordiam eſſe ſuperſtiti contigerit. Nec ab hoc inſtituto patiemur nos auocare leonem illum rugientem, ac fœnum in cornu habentem, naribúſque aduncis nimiu̇m indulgentem: qui me nihil tale de ſe meritum, per hominum vita quadam in præfatione traducere voluit, quaſi aliud non agam, quàm quod furto & rapinis me ſubdole ſuſtentem. Scio quidem illi has calumniatrices voces inuidiam extorſiſſe: quæ quantum hunc exagitet: iniqua eius de multis bonis, doctis, atque de ſtudijs optimè meritis viris iudicia abunde teſtantur. Optarem itaque, vt furori illi, quo per interualla agitari videtur, frænum imponeres, iracundiámque illam plus quàm caninam reprimeret: planéque ſibi perſuaderet fieri non poſſe, vt ex iniuſta aliorum reprehenſione aliquid laudis ſibi compararet: imò hac ratione ſe magis in multorum bono-

Reſpondet calũniis cuiuſdam inuidi.

rum virorum venire odium. Præſtaret igitur, mea quidem ſententia, vt toto animo & ſtudio omni in hanc curam incumberet, vt pro collata ſibi diuinitus gratia medicinam, aliáſque artes ſtrenuè iuuaret; cæteróſque qui idem facere pro virili ſua conantur, præ ſe non contemneret: ſed eoſdem potius exoſcularetur, atque vt ſecum ſtrenue pergant adhortaretur, vt collatis ita mutuis operis barbaries omnis profligaretur, exploderetúrque. Quod ad me quidem attinet, veterum & recentium etiam quorundam ſcriptis me eſſe adiutum ingenuè fateor, neque quoad viuam, fateri deſinam. Proinde eorundem ſemper in meis vigiliis honorificam feci nominatim mentionem, aut ſaltem in præfationibus ipſis eorum opera me eſſe adiutum diſertè teſtatus ſum. In primis autem Hippocratis, Galeni, aliorúmque veterum teſtimoniis libenter vtor; meáque omnia, quoad fieri poteſt, ad ipſorum dogmata refero. Neque enim temere noui alicuius placiti, quod plerique hodie faciunt, autor ero. Quin eos potius, ſi qua in parte obſcuriores ſunt, aut minus recte ſenſiſſe videntur, candidè interpretabor, honeſtiſque rationibus excuſabo. Non eſt verò cur conuiciator ille ſe ſolum apem, reliquos autem omnes fucos, aut potius fungos eſſe credat. Si enim ſibi ſuum mellificium ex veterum floribus apis inſtar concinnare licuit, qui fit vt aliis hoc ius mellificandi præripiat? An non aliis quoque hac ratione ſua parare mellificia licebit? Niſi fortaſsis, quod cenſeo, hoc ſibi certò perſuaſerit, ſe ſolum in Galeni aliorúmque veterum penetralia eſſe admiſſum, reliquos

autem

autem omnes ad vnum excluſos. Atqui fallitur ſanè plurimũ, nimiúmq; φιλαυτίᾳ ſibi imponit. Me quidem ſciat non eſſe tam ſtupidum, neque rerum medicarum ita ignarum, vt mihi à ſuo aut alterius mellificio pendendũ ſit. Non deſunt nobis neque artes, neq; rationes, quibus & nobis noſtra parare queamus honeſtè mellificia: neque opus eſt vt fuci inſtar alienis perpetuò fruamur. Præterea eſt mihi Galenus æquè notus ac illi, vt pote quem nunc annis plus vndecim perpetuis, non tantum domi & inter priuatos parietes ſedulo & diligenter lego, verùm etiam publice quotidie enarro. Quare ſi in noſtris ſcriptis reperit, quæ conſentanea ſunt iis quæ in ſuis prodidit Commentariis, non oportebat dicere ſtatim furtum, ſed potius doctrinæ aliquam conſenſionem, atque adeo ex eodem autore, cuius vterque ſtudioſus eſt, illa hauſta eſſe. Quomodo autem de illo male meritus ſim, quum de eius conuerſionibus & ſtudiis ſemper honorificè ſenſerim, locutus ſim, & ſcripſerim, eóque nomine quorundam in me magnum odium concitarim, non video: niſi illi placeat perpetuò ingratum eſſe, malúmque pro bono reddere. Potuiſſem quidem hactenus, niſi pacis & concordiæ amãs fuiſſem, ex illius Commentariis loca aliquod proferre, atque quàm manifeſtis erroribus eſſent inuoluta oſtendere: at propter communia ſtudia, & quod parum vtiles eſſe has contentiones ac rixas cognoſcerem, ſilentio eadem tranſire malui, quàm acerbius inſectari. Neque etiam mihi graue fuiſſet, pleraſque illius cauillationes deuorare, modo iis non addidiſſet atrocia conuitia quæ ſine

 exiſtima

exiſtimationis & famæ noſtræ iactura ferenda diutius non erat. Satis autem ſit in præſentia docuiſſe, quod furtum nobis falſo obiecerit: niſi furtum appellet, veterum & aliorum etiam interdum teſtimoniis vti, & eorũdem inuenta ſuis addere. Quod ſi facit, ipſe ſuo quidem iudicio fur omnium maximus ſit neceſſe erit. Nã ſi ex ſuis Commentariis ea quæ ex Plinio, Dioſcoride, Galeno, Aetio, Paulo, & aliis tranſcripſit, exemeris, quid rogo reliqui erit? Nunquam tamẽ in eam rapiar dementiam, vt in iis conſcribendis eius non vnice operam & diligentiam probem. Vtcunque enim veterum ſcriptis tua exornes, ac polias, iudicio tamen opus erit, vt illis commode & in loco vtaris, atque ne falſa pro veris arripias, ac ſingula ridicule tuis inſeras. Hæc itaque pro nominis noſtri exiſtimatione tuenda, & tegenda, obiter dicere nunc volui. Nam bona quidem ſpes eſt, annos furorem illum nonnihil repreſſuros eſſe, maximè quum maledicendi ſtudium nulla prorſus ſequatur commoditas. Quod ſi tamen perget male loqui, fortè peius audiet. Ad inſtitutum igitur noſtrum reuertentes, hos noſtros in Hippocratis Aphoriſmos Commentarios, quos in communem ſtudiorum vſum ea qua potuimus diligẽtia exarauimus, auſpicio nominis tui, Pater ampliſſime, publicandos eſſe ea potiſſimum de cauſa duximus, vt ita tibi, qui nuper in excelſum, propter excellentes tuas virtutes, honorum faſtigium conſcendiſti, congratulandi mihi daretur occaſio. Vt autem tibi congratularer, non parum me impellit ſpes illa, quam de te conceperi ſanè optimam. In ſpem ſiquidem certam venio,

te in

te in hoc honoris gradu conſtitutum, plurimum tum eccleſiæ, tum literarum ſtudiis profuturum. Neque enim puto á fratribus tuis Baſilio & Georgio, viris doctrina & prudentia claris quicquam degenerabis, ſed eorundem planè naturam referes. Nam vt illi omni officiorum genere eos qui in aliqua eruditionis ſunt opinione proſequuntur, ita tu quoque illorum exemplo non committes, quin pro virili tua literas & eorundem cultores iuues & ornes, atque adeò omnium de te expectationi cumulatiſsimè ſatisfacias. Qua quidem ratione fiet, vt non ſolum tibi laudem ſempiternam pares: ſed & eccleſiæ, pietati, ac publicæ tranquillitati, vt quæ ſine bonarum artium & doctrinæ conſeruatione durare non poſſunt, conſules. Atque vt toto animo & ſtudio in hanc curam incumbas, te horum temporum calamitas impellere debet. Cernis enim vt hodie bellorum & turbarum omnia plena ſint: quámque paſſim excluſis & comtemptis Muſis, vnius Martis furori omnes obtemperent, ita vt ad interitum omnes bonæ literæ ſpectare videantur, niſi ſint qui illarum ſtrenuè patrocinium ſuſcipiant. Orandus itaque eſt Deus, vt tui ordinis hominum in honoris aliqua eminentia conſtitutorum animos exſuſcitet, ad ornandos & fouendos omnis generis artium cultores, adeóque ad excitanda & prouehenda literarum & bonarum artium ſtudia. Sunt enim plerique illorum ita auaritiæ laqueis irretiti, vt abiecta omni Reipublicæ cura, ſuis tantùm commodis, quibus tamen exiguo tantùm tempore fruuntur, inſeruiant. Parum certè memores, quæ monaſteriorum

fuere

Monaſteriorũ exordia.

fuêre exordia. Nunquid è ſcholis vbi diſciplinæ omnes bonæ & pietás docebantur, hæc monachorum ſodalitia prodierunt? Ibidem enim Abbates, hóc eſt ſeniores, veluti patres, eruditione & pietate cæteros anteibant, ſibíque concreditos pueros & adoleſcentes ſummo ſtudio docebant, & ad luctandum cum Satanæ dolis & inſidiis inſtructos reddebant. Quum verò hodie magna pars principum Germaniæ noſtræ illiberabiles admodum ſe erga ſtudioſos exhibeant, fortunáſque ſuas in ædificia magnifica, veſtitum, luxúmque inutilem profundant, tui certè ordinis homines ſui ſaltem officij, niſi extinctas omnes literas, adeóque religionem & pietatem ipſam velint, meminiſſe decet. Quanta enim futura ſit profligatis literis barbaries, ſatis eorum qui literis nullis exculti ſunt, teſtantur mores. Quid enim his ipſis rudius, quid ineptius, quid denique magis turbulentum, quid immanius inueniri poteſt? Ne tantillum quidem à Scythis, & immaniſſimo illo Cyclope, quem humanas etiam deuorare carnes nihil pudebat, abſunt. Quas turbas nobis ſuperioribus annis dederunt agricolarum, à literis, adeóque omni humanitate aliena agmina? Quis putas hodie eſſet Germaniæ noſtræ ſtatus, ſi in illorum manibus rerum gubernacula forent? Quare decet omnium monaſteriorum Abbates, ſua exordia diligenter expendere, ad eáque reſpicientes, literas, earúmque cultores adiuuare, tegere, & ornare. Neque enim eccleſiæ ſuæ bona in meliorem vſum conferre poſſunt: quandoquidem hac ratione non modò bonas artes conſeruabunt, ſed

& piet

& pietatem, pacem, & concordiam ſtabilient. Hac autem non eò à me dicuntur, vt te ſponte currentem excitem, ſed vt alijs etiam animum addam, vt ea in re te quoque exprimere totum ſtudeant, & nitantur. Reliquum nunc eſt, vt Amplitudinem tuam exhorter, quo noſtræ de te expectationi pulchrè reſpondere, bonarúmque artium ſtudia tegere ac tueri conſtanter pergas. ita enim Deo gratum præſtabis officium, efficiéſque vt certatim te docti boníque viri in cœlum vſque laudibus efferant. Dein vt noſtras has vigilias nomini tuo inſcriptas, hilari & exporrecta fronte accipias. Quod ſi feceris, dabo & ego viciſsim operam, vt animi mei erga te gratitudinem quàm poſsim diligentiſſimè declarem. Deus optimus maximus te plurimos in annos ſoſpitem & incolumem conſeruet. Tubingæ, 14. Cal. Septemb. anno, 1544.

ΙΠΠΟΚΡΑ
ΤΟΥΣ ΚΩΟΙ ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ.

HIPPOCRATIS COI
APHORISMI.

HAEC quidem legitima eſt horum librorum inſcriptio,ex qua omnibus perſpicuum ſit,hos ipſos ad magnum illum Hippocratem Coum autorem eſſe referendos. Quod etiam phraſis in primis ipſa euidenter oſtendit, & id ipſum grauiſsimus quoque ſcriptor Galenus conſtanter aſſerit. Vt eos qui horum librorum autorem eſſe negant Hippocratem,cæcutire prorſus, & palàm inſanire neceſſe ſit. Coum autem eſſe cognominatum Hippocratem à patria ſua, quæ Κῶς dicta eſt, notius eſſe ſentio,quàm vt à me pluribus demonſtrari debeat. Cæterùm cur hoc opus Aphoriſmorum liber inſcriptus ſit,tum intelligemus, vbi primum quid ſit Græcis ἀφορισμὸς, expoſuerimus. Sunt autem qui Aphoriſmũ nihil aliud ſonare Græcis, niſi ſeparatum & diſtinctum ſermonem exiſtimant:eo quòd ἀφορίζειν iiſdem diſtinguere, ſepararéque ſignificet.Hac ratione impulſi nonnulli recentiorum medicorum,Arabum placita ſequẽtium,hoc Aphoriſmorum opus,Diuiſorum ſermonũ librum nuncuparunt: quòd ſcilicet quiuis Aphoriſmus ab iis qui ante ipſum, & ab ipſo ſunt,diſtinctus & ſeparatus ſit. Verùm longius qui iſta aſſerunt,à veritate abſunt, quàm vt ab eruditis eorundem ſententia amplecti debeat.Non enim eſſe omnes aphoriſmos in hoc opere ab aliis qui vel antecedunt,vel ſequuntur ſeparatos, tam omnibus notum eſt, vt demonſtratione nulla indigeat.Reperiuntur enim nonnunquam duo,interdum etiam tres,& plures,de vna & eadem re, ídque ordine quodam tractantes.Sic in prima ſtatim ſectione octo Aphoriſmi continuo ordine ab Hippocrate referuntur,qui de vna & eadem re,nempe victus ratione,agunt.Quare aliud Græ-

Aphoriſmorũ autor Hippocrates.

Hippocrates Cous.

Ἀφορισμὸς quid.

cis hæc vox ἀφορισμὸς, quàm ſeparatum ſermonem ſignificet, neceſſe eſt. Quid autem id ipſum ſit, perſpicuis verbis Galenus ſect.1.Apho.Comm.1.oſtendit: Aphoriſmum inquiens eſſe ſermonem, qui breuiſsimis verbis omnes rei proprietates explicat & circunſcribit: διὰ βραχυτάτων ἅπαντα εἶναι τὰ τοῦ πράγματος ἴδια περιορίζει. Quod Philotheus quoque affirmat, dicens: ἀφορισμός ἐστι λόγος σύντομος αὐτοτελῆ διάνοιαν ἀπαρτίζων. Aphoriſmus eſt ſermo breuis, perfectam ſententiam omnibus numeris abſoluens. Idem breuiter & ſcitè dixit, ἀφορισμὸν εἶναι λόγον κατὰ μὲν τὴν προφορὰν, καὶ φράσιν πονόμενον, πλουτοῦντα δὲ τοῖς ἐνθυμήμασιν: Aphoriſmũ eſſe ſermonem verborum quidem inopem, ſenſibus autem locupletem ac diuitem. Vnde palam fit, aphoriſmi rationem non in hoc conſiſtere, vt ſit ſermo ab aliis diſtinctus & ſeparatus, ſed in eo potius, quod breuiſsimis verbis rei de qua tractat, proprietates definiat atque circũſcribat. Quippe ἀφορίζειν idem etiam quod breuiter explicare ac definire, ſignificat. Quapropter hoc Hippocratis monumentum rectiſsimè Aphoriſmorum liber inſcribitur, quia breuiſsimis verbis de ſingulis artis rebus ac theorematis agit. Et debet quidẽ aphoriſtica doctrina, quæ ſummam ſequitur breuitatem, vel hoc vno nomine nobis chariſsima ac omnibus modis gratiſsima eſſe, à nobiſque magni fieri, quòd nulla alia doctrina reperiri poſsit, quæ vitæ noſtræ, quàm breuiſsimam ac quaſi momentaneam eſſe conſtat, Hippocratis etiam in ipſo ſtatim horum aphoriſmorum initio ſuffragante teſtimonio, magis accommoda & conſentanea ſit. Proinde prudenter fecerint huius artis ſtudioſi, ſi breuiſsimas has Hippocratis ſententias ad verbum ferè edidicerint, perpetuóque ſecum in ſinu geſtauerint, cùm è nullo propemodum alio libello plus fructus & emolumenti decerpere queant. Hinc quum maiores noſtri prudentes ſane viri intelligerent maximum in arte eſſe horum aphoriſmorum vſum, optimo conſilio ſanciuerunt, vt nullo nõ tempore in ſcholis medicorum publice magna cum diligentia enarrarentur. Nunc cum ea quæ ad libri inſcriptionem attinent, à nobis ſint abunde explicata, ad Hippocratis ſententias enarrandas progrediendum erit.

Inſcriptionis ratio.

Aphoriſmi Hippocratis ſemp in ſcholis medicis publice esnarrandi.

ἹΠΠΟΚΡΆΤΟΥΣ ἈΦΟΡΙΣΜΩ͂Ν
τμῆμα πρῶτομ.

HIPPOCRATIS APHOriſmorum Sectio prima.

APHORISMVS PRIMVS.

ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή. δεῖ δὲ οὐ μόνομ ἑωυτὸμ παρέχειμ τὰ δέοντα ποιεῦντα, ἀλλὰ καὶ τὸμ νοσέοντα, καὶ τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἔξωθεν.

Vita breuis, ars verò longa: occaſio præceps, experimentum periculoſum, iudicium difficile. Oportet autem non ſolum ſeipſum præſtare, vt faciat ea quæ conueniunt, ſed & ægrum, & aſſidentes, & externa.

DVAS hæc Hippocratis ſententia complectitur partes: in quarum prima quidem docetur, quod neceſſe admodum ſit in arte medica eſſe aphoriſticam, hoc eſt, breuem & compendioſam doctrinam: quandoquidem vita ipſa humana breuis ſit, ars verò longa. Neque enim vita breuis ad artem longam perdiſcendã ſufficere poteſt, niſi hęc ipſa breuibus ſententiis & Aphoriſmis cõplexa fuerit. Cæterum βίος, βίος. τουτέστιν ὁ χρόνος τῆς ζωῆς ἡμῶν, Philotheo interprete, vita, ſiue tempus vitæ noſtræ breue ab Hippocrate dicitur, artis comparatione, quæ quidem longa eſt. Quanquàm ſimpliciter etiã vita noſtra breuis, fugax, ac momentanea eſt. Siquidem vniuerſum vitæ noſtrę tempus, Dauide in Pſalmis teſte, anni ſunt ſeptuaginta, vel ad ſummum octoginta. Quamquidem de vitæ breuitate Dauidis ſententiam Eobanus noſter, longiore vita digniſsimus, iis verſibus ſcitiſsimè expreſsit:

Vita breuis.

Vniuerſum vitæ noſtræ tempus.

Tam noſtri tacitis labuntur curſibus anni,
Quàm cito quæ loquimur verba perire ſolent.
Viuitur humanos bis ſeptem luſtra per annos,

Vix recte vt valeas luſtra bis octo feres.
E quibus eximios quos viuimus, omne laborum
Et genus, & miſeri fata doloris habent.
Tam cito deſinimus, tam ſors hæc noſtra caduca eſt,
Tam cito ceu penna præpete vita fugit.

Quare rectiſsime etiam ab Horatio dictum eſt,
Vitæ ſumma breuis ſpem nos vetat inchoare longam.

Ars longa cur dicta. Porro ars bifariam longa dicitur. Primùm quidē de Galeni ſententia, quòd occaſio agendorum in ea pręceps admodum ſit, hoc eſt anguſtiſsima, & fere momentanea, atq; adeo difficulter comprehenſibilis, vt copioſius in Commentariis idem proſequitur Galenus. Dein ars quoque ipſa longa eſt, præſertim ſi eam vnius hominis vita metiamur, propter multarum variarúmque rerum cognitionem, quã hæc ipſa requirit. Nam omnes alias artes ſine controuerſia medicina ipſa difficultate atque variarum rerum inueſtigatione ſuperat. Medico enim opus eſt vt elementa, ac temperamenta, atque adeo naturam hominis: omnium quoque partium corporis eſſentiam, magnitudinem, numerum, ſitum, connexum, figuram, actionéſque, alimentorum præterea facultates, pulſus, vrinas, aliáque ſigna perſpecta habeat. Cauſas denique morborum, ſymptomatúmque, & eorundem differentias idem rimetur neceſſe eſt. Poſtremo vt ſimplicium medicamentorum vires, quo tot morbis corpus humanum vndiquaque incurſantibus, mederi cõmodè poſsit, calleat oportet. Quid multa? omnium propemodum ſtirpium, gemmarum, animantium, terrarum, & metallorum exactam habeat notitiam medicus neceſſum eſt. Quare tanta eſt varietas ac difficultas earum rerum quas medicum cognoſcere oportet, vt vix etiam iuſta oratione ab aliquo complecti queant. Ita vt veriſsime initio libri tertij de differentia pulſuũ Galenus ſcripſerit, tantam eſſe rerum in hac arte obſcuritatem ac difficultatē, vt ſi vel in triplum hæc vita noſtra prorogetur, tamen ne tunc quidē exactè nos omnia cognoſcere poſſe.

Medicina multarum rerum cognitionē requirit.

Quæ medico cognitu neceſſaria.

Proinde non temere Hippo. dixit, Vitam breuem, artem verò longam eſſe. Danda igitur opera, vt in perdiſcenda arte inutilia omnia recidantur, atque ea tantum quę ad hanc rectè exercendam vtilia & neceſſaria ſunt, conſectentur. Id quod hoc loco etiam tacitè Hippocrates per hæc verba,]Vita

In arte medica perdiſcenda inutilia recidenda.

ta breuis, ars longa,] innuere voluit. Quod in primis teſtatur Gal. qui lib. 6. de Simpl. med. facul. cap. 1. ita ſcriptum reliquit. Et ſanè protinus Aphoriſmorum initio ab Hippocra- " te mihi dictum videtur, Vita breuis, ars verò longa, vt tem- " pus non in inutilia impenderemus, verùm quàm maximo " ſtudio feſtinaremus viã incedere compendioſiſsimã, nem- " pe per ea quæ in arte vtiliſsima. Hæc ille. Occaſio.] Græcis , " καιρὸς dicitur, eſt faciendi, aut non faciendi opportunitas. καιρὸς itaque Græcis omnino plus eſt quàm tempus, nempe articulus, ipſúmque momentum ac punctum, quod aiunt, in quo aliquid ſit agendũ. Sic cùm apud Terentium dicitur, In articulo oppreſsit: nõ eſt aliud, quàm ἐν τῷ καιρῷ. Non igitur rectè hoc loco antiquus interpres καιρὸν tempus ſimpliciter conuertit, cùm potius interpretanda vox hæc erat, occaſio, aut cum adiectione, tempus opportunum. Occaſionem autem Hippocrates ὀξὺν, id eſt, præcipitem ac celerem, aut celeriter tranſeuntem eſſe ait, ob perpetuum humani corporis fluorem, Galeno teſte, quod alterantibus cauſis tum internis, tum extrinſecus incidentibus, nunquam non obnoxium eſt. Quum itaque corpus humanũ aſsiduo fluat, & temporis momento tranſmutetur, ídque tum potiſsimũ quum morbo affligitur, qui eo etiam illud reddit imbecillius, quo vehementior eſt, & quo grauius affligit, eo celerius exigit remediũ: danda omnino medico opera erit, vt remediorũ occaſionem nõ negligat, ne ſubinde quum illo maximè vti cupiat, vſui nullus ſit relictus locus. Prudentiſsimè igitur in Epiſtola ad Crateuam dixit Hippocrates: τέχνης μὲν γὰρ πάσης ἀλλότριον ἀναβολὴ, ἰητρικῆς δὲ κὴ πάνυ, ἐν ᾗ ψυχῆς κίνδυνος ἡ ὑπέρθεσις, ab omni equidem arte aliena eſt procraſtinatio, potiſsimũ verò à medicina, in qua dilatio, vitæ periculũ eſt. Quapropter occaſio ipſa non ineptè ὀξὺς etiam, id eſt, acuta dici poteſt, quòd ſcilicet ab ea deflectere non ſit tutum. Atque hinc eſt, quòd veteres hanc pinxerint cũ nouacula, quam dextræ inſertam gerebat, quòd ſcilicet ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος, id eſt, quauis acie acutior eſſet. Sed præſtat hoc loco referre verſiculos elegantiſsimos è libro quarto Epigrammatũ deſumptos, qui Occaſionem, quæ medico præſertim ſummo ſtudio obſeruanda erit, ſic pingunt, vt ne Apelles quidem hanc melius exprimere potuerit. Sunt autem eiuſmodi:

Occaſio. καιρός.

Præceps. ὀξύς.

Occaſio acuta cur dicta.

Τίς πόθεν ὁ πλάστης; Σικυώνιος. οὔνομα δὴ τίς;
Λύσιππος. σὺ δὲ τίς; καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ.
Τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας; ἀεὶ τροχάω. τί δὲ ταρσοὺς
Ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς; ἵπταμ' ὑπηνέμιος.
Χειρὶ δὲ δεξιτερῇ τί φέρεις ξυρόν; ἀνδράσι δεῖγμα,
Ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω.
Ἡ δὲ κόμη τί κατ' ὄψιν; ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι
Νὴ Δία τ' ἐξόπιθεν. πρὸς τί φαλακρὰ πέλει;
Τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παραθρέξαντά με ποσσὶν,
Οὔτις ἔθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν.
Τοῖον ὁ τεχνίτης με διέπλασεν εἵνεκεν ὑμέων
Ξεῖνε, καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίην.

Quos verſiculos Eraſmus ita conuertit, & viciſsim latinis verſibus expreſsit.

Quæ patria artifici? Sicyon. Quo nomine? Nomen
Lyſippo dictum eſt. Ipſe quis es? loquere.
Illa ego cuncta domans Occaſio. Cur age pinnis
Inſiſtis? Voluórque ac rotor aſsiduè.
Cur gemina in pedibus geſtas talaria? Dicam,
Huc illuc volucrem me leuis aura rapit.
Quid dextræ ſibi vult inſerta nouacula? Signum hoc
Quòd quauis acie ſim mage acuta, docet.
Tecta capillitio facies quidnam admonet? Illud,
Quiſque vt i me, quoties offeror arripiat.
Cur autem capitis pars poſticaria caluet?
Quem ſemel alatis præterij pedibus,
Is quanquam volet inde cito me prendere curſu,
Haud liceat, ſimulac vertero terga viro.
Hac itaque, idque tua me finxit imagine cauſa,
Hoſpes, ſculptoris ingenioſa manus.
Spectandámque domus hic prima in fronte locauit,
Scilicet vt cunctos & moneam, & doceam.

Experimẽtum periculoſum. πεῖρα σφαλερή. Iudicium difficile.

Experimentũ eorum quæ iuuãt periculoſum, fallax, lubricum exiſtit: id enim vox σφαλερὴ ſignificat, idq; propter corporis humani dignitatem, quemadmodum fuſius in Cõmentariis Galenus docet. Iudicium difficile.] Hoc eſt ratio per quam quid faciendum ſit, iudicatur difficilis. Quod cuiuis promptum eſt colligere ex tot ſectis & opinionibus, quæ in arte fuerunt medica, veluti in Commentariis Galenus latius

tius proſequitur. Idem igitur κρίσις hoc loco quod λόγος καὶ λο- κρίσις.
γισμὸς denotat. Quum itaque duo ſint inſtrumenta per quæ remedia inueniũtur, vt loco iam citato, & libro tertio Ther. metho. capit. 2. Galenus teſtatur, ratio ſcilicet & experientia: rectè quidem Hippocrates hanc periculoſam, illam verò difficilem eſſe dixit. Oportet autem, &c.] Hæc quidem altera eſt huius ſententiæ pars, in qua Hippocrates non tantum à medico ea quæ conueniunt, ſed & ab ægris atque miniſtris requirit. Vult enim ſingula ſic eſſe comparata, vt morbum oppugnare poſsint. Quare, inquit, oportet non ſolum ἑωυτὸν, δηλονότι ἰατρὸν, medicum ipſum vniuerſa quæ opportuna ſunt, facere: ſed & ægrum, qui in omnibus præcipienti medico obtemperet, nihilque intemperantia ſua delinquat. Niſi enim vtilibus medici præceptis obtemperauerit, vt ſua ipſius culpa moriatur æger neceſſe eſt. Quapropter non temere ab Hippocrate libro primo Epidem. ſectio. 2. dictum eſt, ὑποναντιοῦσθαι τῷ νοσήματι τὸν νοσεῦντα, μετὰ τοῦ ἰητροῦ χρὴ: Aegri eſt, vnà cum medico reluctari morbo. Cæterùm ἑωυτὸν eſt compoſita vox, ab ἑ & ὠυτὸς dictione Ionica, ἑωυτόν.
quæ idem ſignificat quod αὐτὸς. Eſt enim ωυ diphthongus Ionica, pro αυ, vt obiter etiam hoc annotemus. Per aſsiſten Aſsiſtẽtes.
tes intelligit miniſtros, qui ægro adſunt. Quorum etiam intereſt, vt nihil erroris committant, & miniſterium rite exhibeãt, quemadmodum Galen. libro 1. de Dieb. decretoriis copioſius docet. Præterea externa quoque ipſa conueni- Externa.
te, ac culpa vacare oportet. Quid autem per externa nobis accipiendum ſit, non ſolum in Commentariis, ſed & loco iam citato Galenus explicat, inquiens. Etenim pluuiæ, tonitrua, fulgura, vicinorum tumultus, canum latratus, graſſationes latronum, domus ruina, defluens aqua, fluuius irruens, incendia, ictus, atq; hui⁹ generis vniuerſa exterioribus attribuuntur. Porro quæ in altera, huius ſententiæ parte præcipit Hippocrates, ea etiam in libro ſexto Epidem. part. 2. Aphoriſm. 29. repetit his verbis. Conſiderandum quæ ad ęgrotantem, quęque ad aſsidentes, & quæ ad exteriora attinet. In quorum verborum expoſitione multa ad inſtitutum facientia in noſtris Commentariis ſtudioſi reperient.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Non. parum ſententiæ ambigunt.] Significantius forte,

& melius ita interpres conuertiſſet. Ex iis eſt de quo maxime quæſtio exiſtit. Siquidem Græcè eſt τῶν ἀπορωτάτων ἐστί.

Sic quoque non obſcura eſt eius rectitudinis difficultas.] Infœlix eius ſucceſſus. Grçcè enim eſt, τὸ δυσκατόρθωτον αὐτῆς. Cohærere.] Græcè οἰκεῖον εἶναι, accommodatum, familiare eſſe. Sufficiat.] ἱκανός ἐστι, ſufficit. Vel dormiſſe.] Græcè κοιμηθέντος καλῶς αὐτοῦ, bene dormiſſe, conuertendum erat. Soporem.] ſomnum, ὕπνον, propter interpretes alios, qui κῶμα ſoporem interpretantur.

APHORISMVS II.

Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίας, καὶ τοῖς ἐμέτοισι τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρονται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν. ἢν δὲ μή, τοὐναντίον, οὕτω δὲ καὶ κενεαγγείη, ἢν μὲν οἷα δεῖ γίνεσθαι γίγνοιτο, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως ἔχουσιν. ἢν δὲ μή, τοὐναντίον, ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ καὶ χώρην, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην, καὶ νούσους ἐν ᾗσι δεῖ, ἢ οὔ.

In perturbationibus ventris, & vomitionibus ſua ſponte factis, ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & facile ferunt: ſin minus, contra accidit. Itidem & vaſorum vacuatio ſi talis fiat qualis fieri debet, confert, & leuiter ferunt: ſin minus, contrà. Habere itaque rationem oportet & regionis, & temporis, & ætatis, & morborum, in quibus oportet, aut non.

Hippocrates in hac ſententia, exemplo ab iis euacuationibus quæ ſua ſponte atque adeo natura ipſa fiunt, ſumpto monſtrat, quales humores medicum vacuare oporteat. De qualitate enim eorum quæ vacuantur, Galeno etiam in Commentariis teſte, Hippocrati ſermo eſt, & minime, vt nonnulli cenſent, de quantitate. Qualitas autem, quæ Græcis ποιότης dicitur, in præſentia nihil aliud ſignificat, niſi differentiam, aut ſpeciem humorum corruptorum, ac corpus infeſtantium. Quare quod in præſenti Commentario Galenus ποιότητα, & ſequenti ποιότητα vocat

Qualitas quid.

eat, idipſum libro quarto de Tuenda ſanitate ἰδέαν καὶ πλῆθος nominat: vbi vt medicus in alui deiectione πρός τε τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἰδέαν τοῦ πλεονάζοντος χυμοῦ, ad redundantis ſucci copiam, pariter & ſpeciem reſpiciat, hortatur. Significare autem ποιότητα, hoc eſt, qualitatem, interdum idem quod differentiam ſeu ſpeciem, teſtantur euidentiſsime quæ ſcribit libro ſecundo de Sanitate tuenda capit. 10. Galenus de exercitiis ſic inquiens: ποιότης δὲ, ἢ διαφορὰ, καὶ γὰρ ἂν ταῦτ' ἐξέστω ἑκατέρως ὀνομάζειν, ὀξύτης τε κινήσεώς ἐστι, καὶ βραδύτης, &c. Qualitas verò ſeu differentia (nam & hæc vtroque modo appellare licet) velocitas tarditáſque motus ſunt. Vnde omnibus perſpicuum fit, errare eos toto cœlo, qui per qualitatem ſolam humorum caliditatem, frigiditatem, humiditatem aut ſiccitatem, atque adeo nudas earundem qualitates eſſe intelligendas cenſent. Nam ſi eaſdem hoc loco qualitatis nomen ſignificaret, temere vacuationis mentio fieret: quum qualitas ipſa ſi ſola fuerit plus æquo aucta & intenta, non vacuationem, ſed alterationem requirat. Hinc etiam conſtat eoſdem non rectè accipere purgationis definitionem, quam in Commenta. affert Galenus, humorum κατὰ ποιότητα λυπούντων, hoc eſt, qui qualitate moleſtant, inquiens eſſe vacuationem. Siquidem per qualitatem humorum, ſolam caliditatem, frigiditatem, humiditatem, aut ſiccitatem eorundem intentam intelligunt: quum tamen conſtet Galenum hoc loco loqui de humoribus, qui aucti immodice iuſtam ſibi proportionem ſanguini inculpato componendo neceſſariam excedũt: quos non alteratione, vt qualitates intentas, ſed purgatione potius ſanare oportet. Vt certe, ποιότης Galeno non ſit diuerſa à κακοχυμίᾳ, quæ accidit, eodem libro 13. Therap. meth. teſte, vbi flaua bile, vel atra, vel pituita, vel ſeroſis humoribus corpus refertum fuerit. Qualitas itaque humorum impræſentiarum non ſolum calidiores, frigidiores, humidiores, aut ſicciores factos, verum etiam immodice auctos humores ſignificat, quos hoc nomine per purgationem educere oportet: cuius quidem ſi ſolæ qualitates intentæ forent, nullus vſus futurus eſſet, vtpote quæ alteratione, vt dictum eſt, ſanari atque ad mediocritatem reduci deberent. Qualitatem verò hoc ipſum quod diximus ſi-

Purgationis definitio quomodo intelligenda.

ποιότης non differt à κακοχυμίᾳ.

a 5

gnificare, in primis teſtatur Galenus, qui libro 4. Aphoriſ. Commenta. 2. ſic ſcriptum reliquit, το γὰρ οἷα δεῖ, τὸ πλεονάζον ἐστὶ τῶν λυπούντων δηλοῦντι, κατὰ ποιότητα τὸν κάμνοντα, quód enim dicitur, qualia oportet, redundantiam eorum quæ qualitate ęgrotantem infeſtant, ſignificat. Et qualitatem hoc loco ſignificare humorum corruptionem, quæ nihil aliud eſt niſi cacochymia, clariſsime docent quæ Galenus lib. 3. Prorrhetici Com. 18. ſcribit, inquiens: ὅταν ἐκκενούμενα τύχῃ τὰ διεφθαρμένα, κάθαρσις γίνεται, cum excerni contigerit quæ deprauata & corrupta ſunt purgatio fit. Quid multa? Hippocrati & Galeno interdum qualitatem denotare cacochymiam, quantitatem verò plenitudinem ſeu plethoram, ex multis etiam aliis Galeni locis fit euidentiſsimum, eo præſertim qui eſt libr. 1. Aphoriſ. Comment. 23. vbi ita ſcribit, ὡς γὰρ ποιότητα κατὰ τὴν λυποῦντα χρὴ κενοῦσθαι χυμὸν, οὕτω δηλονότι καὶ τὴν ποσότητα τῷ πλήθει τοῦ λυποῦντος ἁρμόττειν, quęadmodum qualitatem pro humoris ratione qui corpus infeſtat, vacuari oportet, ita & quantitatem humoris moleſtantis multitudini congruere decet. Per hæc enim verba [qualitatem euacuare oportet] palam ſignificat, ſe non loqui de caliditate, frigiditate, & ſimilibus qualitatibus, vtpote quæ vacuatione non egent, ſed de humoribus potius, qui ſuam proportionem ac mediocritatem excedentes purgationem requirunt, perinde atq; vbi ex ęquo omnes aucti ſunt, euacuationem. Cuius rei teſtis eſt Galenus lib. 2. Aphor. Commen. 17. ſic ſcribens, κένωσιν μὲν ἁπλῶς εἴωθε λέγειν ὁ ἱπποκράτης, ὅταν ὁμοτίμως ἅπαντες οἱ χυμοὶ κενῶνται. κάθαρσιν δὲ, ὅταν οἱ μοχθηροὶ κατὰ ποιότητα, vacuationem ſimpliciter Hippocrates dicere conſueuit, quando humores omnes ex æquo euacuantur: purgationem autem, quando ij qui qualitate moleſtant. Qualitatem autem ſignificare ſpeciem humoris moleſtantis, ſolo clarius monſtrat locus Galeni, qui eſt in 6. Aphoriſ. Commen. 11. vbi inquit, οὐ τῷ κενώσεως μόνον λόγῳ αἱμοῤῥοΐδες ἰῶνται τὰ τοιαῦτα τῶν παθῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ ποιότης τοῦ κενουμένου. Non ſolum vacuationis ratione hæmorrhoides ſanant eiuſmodi mala, verùm etiam qualitas ipſa eius quod vacuatur, hoc eſt, ſpecies etiam humoris qui vacuatur. Quaſi diceret Galenus, Hæmorrhoides hæc mala non ſolum ſanant quia vacuant, verumetiam quia talem humorem vacuant, qualis educi debet, nempe melancholicum,
qui

qui malum hoc procreat. Et libro 4. Therap. method. cap. 6. vbi ex profeſſo de purgatione agit, diſertè dicit, κάθαρσιν ἐπὶ πλήθει χυμῶν μοχθηρῶν δεόντως παραλαμβάνεσθαι, Purgationem in redundãtia vitioſorum humorum conuenienter ſuſcipi. Quare abundè nunc oſtenſum eſt, qualitatem in præſenti aphoriſmo ſignificare ſpeciem humorum redundantiam, atque adeo corruptorum, & corpus infeſtantium: quorum tantùm fieri euacuationem oportet, & non aliorum. Rectè igitur præcipit Hippocrates hoc in aphoriſmo, qualitatem ac ſpeciem eorum qui vacuantur humorum eſſe conſiderandam, ne ſcilicet probi & inculpati humores pro prauis ac noxiis, magno ægrotantis malo educantur. Inquit itaque, [In perturbationibus ventris,] hoc eſt, deiectionibus per inferna. Venter enim qui Hippocrati κοιλία dicitur, hîc pro aluo capitur. Aliàs ventriculum etiam ſignificat, vt alibi copioſius commemorauimus. Et vomitionibus ſua ſponte factis.] Quibus verbis palàm innuit, ſe non de omnibus perturbationibus alui, & vomitionibus loqui, ſed de iis tantùm quæ ſua ſponte, hoc eſt, citra medici operam fiunt, Galeno libro 4. apho. Commen. 2. teſte, ab ipſa nimirum expultrice facultate, quæ Natura interdum, Galeno lib. 2. de Symptomatum cau. cap. 1. authore, vocatur. Hinc eſt quòd omnes etiam vacuationes ab eadem factæ, naturales dicantur. Cuius rei teſtis erit Galenus, qui in libro contra Iulianum, in eum ſcribit modum: « Nos quoties alicui nullo ſumpto medicamento vomitus accidit, aut multa inferior euacuatio, « ſiue ea per inteſtina, ſiue per vterum fiat, huiuſmodi omnia « natura facta eſſe dicimus: vel à natura, vel naturaliter. Si talia purgentur qualia purgari oportet.] hoc eſt, humores qui corpora moleſtant. Confert, & facilè ferunt.] ὠφελοῦνται γὰρ οἱ κάμνοντες, ἐλευθερούμενοι τῆς κακοχυμίας, ait Philotheus. Quibus verbis palàm ſententiam noſtram confirmat, nempe Hippocratem & Galenum hoc loco de cacochymia loqui, quam quidam perperam prauam humorum qualitatem interpretantur, quum ſit potius vitium ſucci, aut vitioſus ſuccus. Neque enim in cacochymia ſolùm exiſtit qualitas praua, verùm etiam quantitas, ſeu humoris redundantia, vt alibi fuſius monſtrauimus. Nam quum cacochymia ſit vnius humoris redundantia, vt pauló antè dictum eſt, praua etiam

Perturbatio vẽtris. κοιλία.

Vomitiones ſua ſponte factæ.

Natura.

Vacuationes naturales.

Catochymia.

Lib. 2. Paradox. c. 2.

vnà

vnà adſit qualitas neceſſe eſt: quum aliàs κακοχυμία & vitioſus ſuccus dici commodè non poſſet. Omni itaque cacochymiæ eſt praua qualitas coniuncta: ſed non vice verſa, omni prauæ qualitati coniuncta eſt humoris redundantia. Siquidem non raro eiuſdem ſola qualitas intenditur, mediocritate ſubſtantiæ manente. Quod confirmat grauiſsimus author Galenus, qui libro 3. de Temper. cap. 5. ſcribit, Animal bifariam calidius fieri, vel quòd plus calidorum ſuccorum ſit ſortitum, vel ꝙ calidiores eos habeat quàm anteà. Et eadem ratione bifariam etiam frigidius, vel quòd plures illi ſuccreuerint frigidi ſucci: vel quòd eorum mediocritate non mutata ſola qualitas ſit intenta. Sin minus.] ſcilicet vitioſi humores vacuentur. Contrà accidit.] hoc eſt, nocet, & difficile ferunt ægrotantes hanc vacuationem, quòd nimirum vtilis humor deiectione aut vomitione educatur.

Hactenus Hippocrates de iis quæ ſua ſponte, atque adeò à natura ipſa fiunt vacuationibus egit, eáſque bonas eſſe docuit, quas ægrotantes facilè ferunt, vtpote quæ infeſtantes humores expurgant. Contrà prauas, quas difficilè ferunt, vtpote quæ non id quod infeſtat, ſed aliud quippiam vacuent. Nunc de euacuatione quam medicus molitur, verba facturus, hortatur vt eadem ſit eorum quæ corpus noſtrum moleſtant. Nam quum medicus in artis operibus ea quæ à natura fiunt ſtudioſè imitari debeat, hoc quidem vnicè curabit, vt in ſingulis morbis tales vacuet humores, quales quum in iis quæ ſponte fiunt vacuationibus excernuntur, prodeſſe conſtat. Inquit igitur, [Sic & vaſorum vacuatio,] quam ille κενεαγγείην vocat, [ſi talis fiat, qualis fieri debet, confert, & leuiter ferunt.] Per vaſorum autem vacuationem, omnem vacuationem, Galeno in Commentariis teſte, Hippocrates intelligit: ſic ab euentu illam nominans, quòd nimirum in ſingulis vacuationibus inania fieri vaſa accidat. Quare hoc loco generatim de omni vacuatione loquitur, quod libro quarto aphor. Commentar. 2. Galenus etiam palàm confirmat. Sìn minus, contrà.] Quorum quidem verborum is eſt ſenſus, quem paulò antè expreſsimus. Cæterùm in fine aphoriſmi Hippocrates præcipit, in vacuationibus ipſis rationem eſſe habendam regionis, temporis, ætatis, & morborum: ídque duplici ratione.

Vacuatio qualis eſſe debeat.

Vaſorum vacuatio.

Primum, vt per hæc ipſa humores qui retroceſſerunt, & non æqua portione per vniuerſum ſunt diffuſi corpus, dignoſcamus, quemadmodum Galenus copioſè in Commentariis docet. Secundo, vt ſciamus quando nobis ſit euacuandum, aut minus. Siquidem in frigidis tum regionibus tum temporibus minimè vacuare oportet, niſi idipſum ingens neceſsitas poſtulet: quod tum corpus anteà ſatis frigidum magis refrigerabitur. Quare ſi omnino vacuandum erit, parcè idipſum faciamus oportet. Sic etiam in calidis locis & temporibus tutò vacuare nobis haud licet, quòd ſcilicet tum natura ipſa exuſta, æſtúque diſſoluta, euacuatione magis diſſoluetur. Similiter ſentiendum de ætatibus & morbis, quod in iis etiam omnibus vacuare haud liceat, vt fuſius capite vigeſimo noſtri Compedij ſeu Iſagoges diximus. Præterea particulam hanc, [In quibus oportet, aut non.] Galenus abundè in Commentariis explicat, vt noſtra expoſitione non ſit opus.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Hippocrates ſiquidem euacuationem.] Conuertendum erat, omnem euacuationem. Græcè enim eſt, ὁ γὰρ ἱπποκράτης ἅπασαν κένωσιν. Si igitur pituita redundet.] Ex hoc loco ſatis liquet, quod ſuprà etiam monuimus, in cacochymia humorem non ſolùm in qualitate, vt verba in ſcholis noſtris vſurpemus, verumetiam in quantitate peccare. Nam quum promiſcuè iis duabus vocibus, πλεονάζοντος & ἐνοχλούσης vtatur Galenus, áperte ſignificat nihil referre, ſiue abundare, ſiue infeſtare pituitam dicamus, quum primum ſine ſecundo accidere haud queat. Siquidem quantitate humoris culpata exiſtente, nequit eſſe inculpata eiuſdem qualitas. Si non regurgitauerint.] ὁ κόσμω μὴ ἄμπωτις ἔχῃ, ſi non intrò redierint. Eſt enim ἄμπωτις propriè, quando poſt exundationem aqua ad mare reuertitur, ac reciprocando ſubſidit. Quare idem ſignificat quod ἀνάπωσις, quòd ſcilicet tum mare aquam rebibere videatur. Galenus ad humores tranſtulit, qui reciprocando ad interiora corporis recedunt.

In κακοχυμίᾳ humor quatenus peccet,

ἄμπωτις.

APHORISMVS III.

Ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσιν αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραί,

ἢν ἐν

ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἐῶσιν. οὐ γὰρ δύνανται μένειν ἐν τῷ αὐτέῳ, οὔτε ἀτρεμέειν, ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀτρεμέουσι, οὐκ ἔτι δύνανται ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι, λείπεται οὖν ἐπὶ τὸ χεῖρον. τουτέων οὖν εἵνεκα τὴν εὐεξίην λύειν ξυμφέρει μὴ βραδέως, ἵνα πάλιν ἀρχὴν ἀναθρέψιος λάβῃ τὸ σῶμα. μηδὲ τὰς ξυμπτώσιας ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν. σφαλερὸν γάρ. ἀλλ᾽ ὁκοίη ἂν ἡ φύσις ᾖ τοῦ μέλλοντος ὑπομένειν, ἐς τοῦτο ἄγειν. ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ κενώσιες αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἄγουσαι, σφαλεραί. καὶ πάλιν αἱ ἀναθρέψιες αἱ ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἐοῦσαι, σφαλεραί.

Athletarum ſummè firmæ corporis conſtitutiones periculoſæ, ſi ad extremum progreſſæ fuerint, neque enim eodem in ſtatu conſiſtere poſſunt, neq; interquieſcere. Quum verò nō quieſcunt, iam in melius proficere haud poſſunt. reſtat igitur vt in deterius vergant. His itaque de cauſis firmam conſtitutionem ſine mora ſoluere prodeſt, vt rurſus corpus refici incipiat. Neque verò extenuationis ad ſummum progredi oportet: periculoſum enim: ſed prout fuerit natura eius qui perferet, eouſque progrediendum. Pari modo euacuationes ad ſummum progreſſæ, periculoſæ. Et viciſſim refectiones ſummæ periculoſæ.

SVperiore ſententia Hippocrates monſtrauit, quales humores medicum vacuare conueniat. Nunc verò de quantitate ſeu plenitudine illi ſermo eſt. neq; enim hoc loco, vt præcedenti etiam dictum eſt Comm. ποσότης aliud quàm τὸ πλῆθος ſignificat. Athletarum autē exemplo docet immodicam plenitudinem eſſe periculoſam, atq; adeò ſine mora ſoluendam. Cæterùm in firma athletarum cōſtitutione ſoluenda idem monet Hipp. ne vtamur extrema extenuatione. idipſum enim periculo haud vacat. Ad extremum dictionis, immodicas tum vacuationes tum refectiones damnat. Porrò quum inquit [ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσιν,] animaduertendum

Quantitas quid.

erit

erit per *γυμναστικὸς* non eos qui quomodolibet exercentur, ſed eos potius quorum hoc ſtudium eſt, vt athletico robore contra aduerſarios exercendo ſeſe muniant, eſſe intelligendos. Quod in Comm. Galenus apertè docet, & in lib. ad Traſybulum, vbi præſentem ſententiam citans, in eum ſcribit modum: *Ἀκούειν γάρ σε χρὴ γυμναστικὰ σώματα λέγεσθαι νῦν, οὐ τὰ τῶν ὁπωσοῦν γυμναζομένων, οἷον ἤτοι σκαπτόντων, ἢ ἐρεσσόντων, ἢ ἀμώντων, ἤ τι τῶν ἄλλων, ὅσα κατὰ φύσιν ἀνθρώποις ἔργα πραττόντων, ἀλλ' οἷς αὐτὸ τοῦτ' ἔστιν ἀγώνισμα τὸ γυμνάζεσθαι κατ' ἀθλητικὴν τῶν ἀντιπάλων ἰσχὺν ἐπασκοῦσιν:* Per gymnaſtica vocata corpora nunc te intelligere oportet, nõ illa quæ quomodolibet exercentur, vt ſunt fodientium, remigantiũ, metentium, aut quidpiam aliud ex naturalibus hominum operibus facientium, ſed illa quibus hoc ipſum ſtudium eſt, vt athletica vi ſeſe contra aduerſarios in lucta exerceant. Philot. etiam *γυμναστὰς* hoc loco *ἀθλητὰς* interpretatur. Ex iis igitur perſpicuum eſt *γυμναστικοῖσιν* idem hoc loco ſignificare quod *ἀθλητικοῖσιν*. Hinc eſt quòd nos conuertimus, Athletarum. Siquidem horum vnicum hoc eſt vitæ inſtitutum, vt luctando alios vincant atq; deiiciant. Quare cibis multis plurimúmq; nutrientibus, corporis robur atq; molem ſibi parare ſtudẽt. Quod dum ſummo ſtudio faciunt, tantam humorũ copiam coaceruant, vt periculum ſit ne per illa rumpantur vaſa, aut calor natiuus extinguatur, quemadmodum Galenus copioſius in libello de Firma affectione docet. Vt ea de cauſa rectiſsimè dictum ſit ab Hippocrate, ſummè firmas athletarũ conſtitutiones eſſe periculoſas. Summè autem firmas conſtitutiones diximus, quæ Hippocrati *αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι* vocantur. ſic enim *εὐεξίαν* interpretatur Cicero, vt *καχεξίαν* infirmam conſtitutionem ſeu affectionem. Galenus etiam in libro ad Thraſybulum inquit, *εὐεξία μὲν οὐδὲν ἄλλ' ἐστιν, ἢ εὖ ἔχουσα ἕξις*, Euexia nihil aliud eſt quàm firma ſeu bene conſtituta affectio. *ἡ δὲ ἕξις, διάθεσις μόνιμός ἐστι.* Hexis eſt affectio ſtabilis & perpetua. In eo libello quem inſcripſit, Exhortationem ad bonas artes Galenus, *ἕξιν ἐμμονον εἶναι καὶ δυσαλλοίωτον διάθεσιν*, ait. Cæterùm quum duplex ſit firma affectio, vna ſalubris & naturalis, altera cum adiectione Athletica, non ſimpliciter vocatã firmam conſtitutionem ſeu affectionem periculoſam eſſe tradit Hippocrates, ſed eã potius quæ eſt

γυμναστικοὶ qui.

Sũme firmæ cõſtitutiones. *εὐεξία.*

ἕξις.

εὐεξία duplex

eſt ἀθλητῶν ἢ τῶν γυμναστικῶν. Inter firmas autem athletarum affectiones eas maxime tanquam periculoſas damnat, quæ ad extremum progrediuntur, hoc eſt in quibus vaſa ipſa humoribus ſic expleta ſunt, vt plus citra vitę diſcrimẽ capere haud poſsint. Quare non ab re dixit Hippocrates, athleticam firmam conſtitutionem in eodem ſtatu cõſiſtere non poſſe, nec interquieſcere, ſed neceſſario in deterius vergere. Cauſam abunde in Commentariis Galenus exponit. Proinde quod ad

Athletarũ genus miſerrimum.

bonam valetudinem attinet, palàm eſt, nullum genus hominũ eſſe miſerius quã athletarũ. Ita vt Galenus noſter in libello paulò antè citato ſcitiſsime dixerit, Athletas vocatos eſſe quaſi ἀθλίους, id eſt miſeros. Quo quidem in loco multis in athletas inuehitur. Quum igitur athletæ tantam ſibi ſtudio molis corporis contraxerint humorum copiam, vt ex iis aut venarum ruptionem, aut innati caloris, qui ob immodicam plenitudinem perſpiratu caret, extinctionẽ incidere eos neceſſe ſit, prudentiſsimè Hippoc. confeſtim antequàm ſcilicet prędicta pericula incidant, illorum firmam affectionem eſſe ſoluẽdam hortatur: cauſa ipſa adiecta, vt nimirũ corpus rurſus refici incipiat. Soluitur autẽ per euacuationem, venæ po-

Vacuationis modus

tiſsimum ſectionem. Sed vt modũ etiam in vacuatione obſeruet medicus, hanc ipſam ad ſummum progredi vetat, quod immodica vacuatio non ſit minus immoderata expletione

ξύμπτωσις

periculoſa. Vacuationem autem ipſam ξύμπτωσιν vocat, hoc eſt extenuationem, concidentiam, contractionémve, ἀπὸ τοῦ

συμπίπτειν.

συμπίπτειν, quod Latinis eſt concidere & cõtrahere. aut idem quod συνιζάνειν, id eſt, conſidere. Nam vacuatio corporis mo-

συνιζάνειν

lem concidere ac conſidere facit. Interpres σύμπτωσιν ſatis obſcure compreſsionẽ conuertit. Significantius dixiſſet molis contractionem, aut extenuationem, vt nos. Vſus eſt in hac ſignificatione voce συμπτώσιως Hippocrates, etiam libro 6. Epid. Par. 3. Aph. 3. & 4. In extenuanda itaque corporis athle-

Natura.

tarũ mole, natura, id eſt, facultas eius qui vacuationem perferre debet, conſideranda erit. Hic enim minus, ille magis perfert vacuationes. Atque hinc eſt quod Gale. quoque in libro de Curandi ratione per venæ ſectionem, inter præcipuos euacuationis plenitudinis ſcopos nõ ſolũ quantitatem & qualitatem, ſed & virium robur, atque infirmitatẽ connumeret. Quod etiam crebro in libris quos de Medẽdi ratione

ne inſcripſit,facit.Sed cum hoc loco dicat Hippocrates, in exte nuando corpore non eſſe vlterius progrediendum quàm vires ferre poſsint; mirabitur quiſpiam,qui fiat vt Galen. non raro vſq; ad animi defectũ vacuet.Quod certe dum facit, parum ad vires ipſas reſpicere videtur.Hic Antonius Muſa Braſauolus in ſuis quos in Hipp.Aphoriſmos cõſcripſit Cõmentariis,reſpondet,Galenum animi deliquium non includere , ſed excludere. Quæ quidem ad præſentem interrogationem reſponſio quàm ſit à Galeni ſententia aliena,notius eſt fere,quã quòd à me demonſtrari debeat. Quum enim Galen.docet vacuationẽ vſque ad animi deliquiũ fieri debere,de ea quidẽ loquitur quę animi deliquium affert. Id quod vno aut altero loco oſtendiſſe ſufficiat.In lib. 9. The.meth. de curatione ſynochi agens, ita ſcriptum reliquit,ἀφαιρῶ τἀνθρώπου αὐτὸ, τοσοῦτον ἐξεπιτήδες, ὡς λειποθυμίαν ἐπιγενέσθαι,μέγιστον τι βοήθημα τοῦτο πυρετοῦ συνόχου ἐν ἰσχυρᾷ δυνάμει , Aufero itaq; ab homine eouſque de induſtria ſanguinem,quoad animo linqueretur, maximũ plane,vbi valẽtes vires ſunt cõtinuę febris remediũ.Ex quibus Galeni verbis maniſeſtiſsimũ fit,eum animi deliquium non excludere.ait enim, ὡς λειποθυμίαν ἐπιγενέσθαι, vt animi defectus ſuccederet. Si autẽ ſucceſsit,quomodo excluſa fuerit non video. Præterea in libello de Curãdi ratione per venæ ſectionẽ,in ardentiſsimis febribus μέχρι λειποθυμίας,ad animi deliquiũ,vſq; confertim vacuandum eſſe hortatur. Hæc verba autẽ μέχρι vel ἄχρι λειποθυμίας, non excludere animi deliquiũ,quæ paulò pòſt ibidẽ ſequũtur, ſatis cõuincunt.Sunt autẽ eiuſmodi,Noui ex iis quoſdã neceſſario ἐπὶ τῇ λειποθυμίᾳ , ex animi deliquio refrigeratos. Si ex animi deliquio fuerũt refrigerati,igitur in idipſum inciderũt. Si verò inciderunt in deliquiũ animi,quomodo fuit excluſum? Quare omnibus nunc eſſe perſpicuũ cenſeo,Galenũ in prædictis vacuationibus minime animi defectũ, vt nõnulli putant, excludere. Vtcũq; autẽ is vacuationẽ eam quæ animi deliquiũ affert,in ardẽtiſſ.febribus,maximis inflãmationibus,& vehementiſsimis doloribus,Comm.2.ii.ſectionis Aph.admittat,tamen idipſum non facit niſi viribus valentibus & integris.Proinde in loco paulo ſuprà citato inquit ἐν ἰσχυρᾷ δυνάμει. Et in lib.de Curatione per venæ ſectionẽ,ἐπισκεψάμενον τὴν ῥώμην τῆς δυνάμεως,virium robore inſpecto.Non eſt igitur cur quiſpiam Galenum vires negligere exiſtimet, dum vacuandũ docet, do-

Quare Galen.vſque ad animi deliquium vacuet.

Ant.Muſę ſententia.

Hæc Verba, ad animi deliquium vſque. quomodo accipienda.

Galen. in vacuationib. vires haud neglexit.

nec animus deficiat. Hoc ipſum enim non permittit, niſi ſic valeant vires, vt ex animi deliquio emergere denuo queant. Sed ad alterius huius ſentētiæ partis enarrationē veniamus, in qua ait, [Pari modo euacuationes ad ſummum peruenientes periculoſæ.] Quibus vtique verbis non repetit id quod antea commemoratum eſt, vt nonnullis perperā videtur. Siquidē in præcedentibus priuatim, in ſoluenda firma athletarum affectione non eſſe ad ſummū progrediendum docuit. Ideóq; συμπτώσεως voce, quam contractionē & molis corporeæ ſubſidentiā ſignificare diximus: quod συμπίπτειν idem quod συνίζειν, καθίστασθαι, καὶ προστέλλεσθαι Græcis denotet, vſus eſt. In præſentiarum vero generatim omnes immodicas vacuationes periculoſas, atque adeo fugiendas eſſe monſtrat. Vt ſit ſenſus, Quemadmodum in extenuanda per euacuationes athletarum mole, non eſt ad ſummum progrediendū: ita quoque in omni alia vacuatione vnice cauendum erit, ne ſit immodica, viréſque eius qui vacuationem ſuſtinet, ſuperet. Vt autē omnis modū excedens vacuatio eſt periculoſa, ſic viciſsim etiam omnis refectio immodica

Interpretū Hippocratis lapſus. periculo non vacat. Quocirca non recte hunc Hippocratis locum enarrant interpretes quidam, qui illum de iis tantum loqui refectionibus contendunt, quæ poſt immodicas vacuationes adhibentur, quum in vniuerſum omnem immodicam refectionem, quocunq; in corpore fiat, periculoſam eſſe pronūciet: quod in fine Commentariorum Galenus etiam fuſius oſtēdit.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Simpliciter. Qui enim ſimpliciter.] ἁπλῶς· ſimpliciter hoc loco idem ſignificat quod χωρὶς τῆς προσθήκης, citra adiectionem, Galeno in libello περὶ τῆς εὐεξίας autore. Hi enim apparatus ſunt.] hoc eſt, ad vniuerſi corporis nutritionem paratos & præſto eſſe copioſos humores eſt neceſſe. Id enim

παρασκευή. παρασκευή vox, qua hic Galenus vtitur, manifeſte ſignificat. Et ſequentia hæc eiuſdē verba, καὶ οὐχ διότι χωρὶς αὐτῆς ἑτοίμους παρεσκευασμένους, εἰς ὄγκον ἀφθόνως τοῦ λόγου μείζονα τὰ σώματα. Sed & vires.] Græcè eſt, ἀλλὰ καὶ ἡ φύσις, τουτέστι ἡ δύναμις, Sed & naturam, hoc eſt, vires.

Natura quid. Natura enim aliquando idem quod facultas aut vis ſignificat, Gal. lib. 2. de Sympt. cauſ. cap. 1. teſte. Ad exemplum retribuere.] Rectius referre. Græce enim eſt, αἱ μὲν ἀνταποδώσειν μέλλει

Ad exemplum. τὶς τῷ παραδείγματι τοῦ λόγου, Ad exemplum, ſcilicet athletarum ne ſermo mutilus ſit. Refectiones enim immodicas & ſummas

mas eſſe periculoſas, exemplo nobis eſt firma athletarum conſtitutio. & hanc quidem partem eſſe ad athletas referendam, Gal. paulo ſuprà iis oſtendit verbis, Quæ de firma athletarum conſtitutione dicta fuere, medicis veluti exemplum ſunt ſermonis poſtea ſubiungendi. Inquit enim ſic: Et vacuationes ad ſummum progreſſæ, periculoſæ. & rurſus, Refectiones cum extremæ fuerint, periculoſæ. Vt horum verborum is ſit ſenſus, Summas euacuationes & refectiones eſſe periculoſas, exemplum athletarum ſupra poſitum abundè docet, vtpote quos vltra nutrire non licet, neque tamen etiam ſummè extenuare.

Hoc ſolum putabis.] Græcè, *κατ' αὐτὸ τοῦτο μόνον*, per hoc ipſum ſolum, &c. Verum ſi quis ita ſermonem acceperit, altera doctrinæ pars.] De ſumma expletione, *περὶ δὲ ἄκρας πληρώσεως*. manifeſte, *φανερῶς*. Quæ verba interpres partim non recte conuertit, partim omiſit. His autem verbis Gale. quorundam falſam interpretationem notat, qui Hippocratem de iis tantum refectionibus quæ poſt immodicas euacuationes adhibentur, loqui arbitrantur. Hac enim ratione extremam expletionem ſeu refectionem Hippoc. non ſemper cauendam eſſe ſuaderet: ſed ab immodica ſolum vacuatione. Quocirca ſi ita interpretabuntur Hippocratis verba, altera doctrinæ pars de vitanda in vniuerſum ſumma expletione, manifeſte omittetur, & exemplum de firma athletarum affectione fruſtra allatum erit, vtpote quam non alia ratione damnauerit, quàm quod athletæ cibis & potionibus, non obſtante quod vires robuſtas habeāt, ſupra modum ſe expleant. Vt hinc manifeſtum ſit, eum non de ea tantum refectione loqui quæ poſt euacuationes ipſas, natura iam facta imbecilli, admouetur, verumetiam ea quæ valida adhuc exiſtente virtute fit. Hæc copioſius explicare placuit, quòd locus hic Galeni paulo obſcurior ſit, quàm vt ab omnibus intelligi poſſit.

Galeni locus difficilis explicatus.

APHORISMVS IIII.

Αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται, καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσιν αἰεὶ πάθεσι, καὶ ἐν τοῖσιν ὀξέσιν, οὗ μὴ ἐπιδέχεται, σφαλεραί. καὶ πάλιν αἱ ἐς τὸ ἔσχατον λεπτότητος ἀφιγμέναι δίαιται, χαλεπαί. καὶ γὰρ αἱ πληρώσιες αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἀφιγμέναι, χαλεπαί.

Victus tenuis & acutus, in diuturnis ſanè morbis ſemper: in acutis verò, vbi non competit, periculoſus. Et rurſus ſummè tenuis victus, periculis plenus. nam & extremæ expletiones graues ſunt.

Victus ægrotantiū quadruplex.

HOc in Aphoriſmo de ægrotantium victu agitur, quod palam Hippocratis verba, & in Comm. etiā Galenus monſtrat. Victus verò quo ægri vtuntur, eſt quadruplex: nempe tenuis ſimpliciter, tenuis exquiſite, tenuiſsimus, & extreme tenuiſsimus.

Tenuis.

Tenuis, Galeno in Cōm. teſte, eſt qui per pauca, aut ea quæ parum nutriunt, edulia fit: cuiuſmodi eſt ptiſanæ ſuccus, mulſa, & ſorbitio ex alica. Hic vires quidem comminuit, eatenus tamen vt non exoluātur.

Exquiſite tenuis. Tenuiſsimus. Extreme tenuiſsim⁹

Exquiſite tenuis eſt, vbi ptiſanæ ſuccus exigua ſumitur quantitate. Tenuiſsimus ſimpliciter, & citra adiectionē, qui per mulſam aquā fit. Extreme tenuiſsimus, qui per ſolam inediā ad iudicationē vſque progreditur. Omnis autē tenuis victus cōminuere vires ſolet, Proinde cum neceſſe ſit in diuturnis morbis vt vires ſeruentur, rectiſsime ab Hippocrate dictum eſt, tenuem & accuratū victum in iis eſſe periculoſum, quòd ſcilicet vires ipſas demoliatur, quas preſtat tum integras, vt morbi diuturnitati pares eſſe queant, ſeruare.

Diuturnus morbus. Acutus. Simpliciter. Non exquiſite. Ex mutatione.

Cæterum morbus diuturnus eſt, omnis qui quadrageſimum tranſcendit diem. Acutus verò triplex exiſtit, Simpliciter vel exquiſite, Hip. 2. aph. 23. authore, qui ad decimumquartū diem protenditur. Acutus non exquiſite, qui ad 20. vſque progreditur. Acutus ex mutatione qui in quadraginta diebus iudicatur, Hipp. lib. 1. Prog. aph. 28. autore. Pleriq; interpretum hunc acutum ex decidentia vocant, Rectius ex mutatione ſeu degeneratione, ἐκ μεταπτώσεως, quòd nimirum per imperfectas iudicationes ab vna ſpecie in aliam mutatur, vt ſi pleuritis tranſit in ſuppurationem.

Morbus cur acutus dictus.

Dictus eſt autem Morbus acutus, quòd motus eius velox ſit, & ſubito illi pericula aduenīāt. Porro in acutis morbis victus tenuis interdum competit, interdum minus. Competit quidem in acutis ſimpliciter, non competit in acutis ex decidentia, quòd ad quadrageſimum vſque protrahantur diem.

πάθος Hippocrati quid ſignificet. ἐπιδέχεται.

Quare non ab re dixit Hippocrat. in acutis παθῶν, hoc eſt morbis: ſiquidem πάθος ille, Philotheo etiam & Galeno teſtibus, τὸ νόσημα vocat, ὃ μὴ ἐπιδέχεται: id eſt Philotheo interprete, ἐφ' ὧν μὴ ἁρμόζει, in quib. non competit, victum tenuem

eſſe

eſſe periculoſum, vtpote eum qui vires admodum demoliatur, & cum quo æger ad quadrageſimũ diem perdurare haud poſſit. In eadem autem ſignificatione vſus eſt verbo ἐπιδέχεται Ariſtoteles lib. 1. Ethic. cap. 3. inquiens, ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται, quoad natura rei patitur. Præterea ſumme tenuem victum, hoc eſt omnimodã inediam periculoſam eſſe ait; quod non niſi viribus exiſtentibus validis recte adhiberi poſsit, & quod nimium omne, vt ſect. 2. aph. 51. ait Hippocrates, ſit naturæ aduerſum & inimicum. Hippocrates id ipſum à contrario probat: nam & extremæ, inquit, expletiones graues ſunt. Quaſi diceret, vt ſummæ expletiones moleſtæ atque difficiles ſunt, ſic etiam ſummæ inediæ. Summe tenuis victus periculoſus.

ANNOTAT. IN COMMEN. GAL.

De qualibet immodica.] Græce eſt περὶ πάσης ἐκθίας, de qualibet in vniuerſum immodica, &c. Modicum.] Græce σύμμετρος, quod mediocre exiſtit. Maximus vigor.] Græce eſt ſimpliciter, ἡ ἀκμή. Abundat itaque dictio maximus. Natura.] Δυνάμιος, facultate. Ptiſanæ ſucco.] De ptiſana plura diximus in Annotationibus noſtris in librum 4. Gal. de Tuenda ſanitate. In præſentia verò ſciendũ, ptiſanam integram ſeu non colatam eſſe eam, quæ hordeum & ſuccum ſimul mixta continet. Succus verò cremórue ptiſanæ eſt, vbi quiſpiam ipſam à decoctione colauerit, & cremorẽ ſeparauerit. In ſumma, eſt ius decoctæ ptiſanæ. Teſtis eius rei eſt Galenus lib. 1. de Vict. acut. morb. Comm. 26. Alica.] De alica, quæ χόνδρος Græcis dicitur, vide quæ annotauimus loco paulo antè citato. Ptiſana. Ptiſana integra. Cremor ptiſanæ. Alica.

APHORISMVS V.

Ἐν τῇσι λεπτῇσι διαίτῃσιν ἁμαρτάνουσιν οἱ νοσέοντες, διὸ μᾶλλον βλάπτονται· πᾶν γὰρ τὸ ἁμάρτημα ὃ ἂν γίνηται, μέγα γίνεται μᾶλλον ἐν τῇσι λεπτῇσι, ἢ ἐν τῇσιν ὀλίγον ἁδροτέρῃσι διαίτῃσιν. διὰ τοῦτο καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσι σφαλεραὶ αἱ πάνυ λεπταὶ καὶ καθεστηκυῖαι, καὶ ἀκριβέες δίαιται, ὅτι τὰ ἁμαρτανόμενα χαλεπώτερον φέρουσι. ἐξ τοῦτο οὖν αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται σφαλεραί, ἐς τὰ πλεῖστα τῶν σμικρὸν ἁδροτέρων.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In tenui victu ægri delinquunt, quo fit vt maiore afficiantur detrimento. Omnis enim error qui committitur, maior fit in tenui, quàm paulo pleniore victu. Propterea etiam ijs qui ſani ſunt, periculoſus exiſtit admodum tenuis ſtatus, & accuratus victus, quòd nimirum errores ſubinde grauius ferunt. Quapropter tenuis & accuratus victus maxima ex parte periculoſior eſt, eo qui paulo plenior.

Errata tū in tenui, tum in pleniore victu inter ſe comparantur.

IN hoc Aphoriſmo, qui à paucis noſtræ ætatis medicis recte intelligitur, Hippocrates errata quæ tum in tenui, tum in pleniore victu committuntur, inter ſeſe comparat: deteriúſque eſſe docet, vbi quis ſe à tenuiore victu ad pleniorem intempeſtiue transferat, quàm ſi è pleniore in tenuiorem commutatio fieret. Id quod etiam aſſerit libro ſecundo de Victu acut. morborum, Aphoriſino 40. vbi ſic ſcriptum reliquit. „Quidam per morbi acuti initia eodem quo laborare „cœperunt die comederunt, alij poſtero die: alij quiduis, alij „ciceonem ſorpſerunt. Sane hæc omnia deteriora ſunt quàm „ſi altero modo quis victum inſtitueret. Sed quæ tunc tem„poris peccata fiunt, ea multò minus lædunt, quàm ſi pri„mis duobus vel tribus diebus vaſa integre inaniuerit, mox „quarto vel quinto victum eiuſmodi inſtituat. Reſpicit itaque hoc loco Hippocrates ad ſuæ tempeſtatis tum ægros, tum medicos, qui circa victus rationem deliquerunt, quod intempeſtiue inediam imperarent, aut rurſus intempeſtiue nutrirent. Nam vbi morbi ratione detrahere oporteret, ibi adiicere cogebantur: vtpote qui intempeſtiue detraxerant. Sic certe Theſſalij aſini ac Diatritarij, quorum in Ther. methodo meminit Galenus, primis diebus corpora fame ſiccabant: poſtea aduentante iam vigore, in quo ad tenuitatem declinare oportuit, ad victum pleniorem propter virtutis imbecillitatem tranſire cogebantur. Quum igitur in victu inſtituendo bifariam erretur, & quòd intempeſtiue inedia præcipiatur, & quia intempeſtiue nutritur æger: prior tamen error damnum longe maius pariet.

Siquidē conſtat eo tenuius victitandū, quo magis verſus vigorem peruenitur. Quod ſequentibus in Aphor. palam docebit Hippocrat. Quare recte inquit, [in tenui victu ægri delinquunt,] quòd ſcilicet tenuē victum ſibi intempeſtiue deligunt: proinde magis læduntur, dum ad cibos redire coguntur. Grauiſsimus enim is error eſt, eo maxime, quòd circa vigorem, in quo, vt infrà Aphoriſ. 8. ait. Hip. victus debet eſſe tenuiſsimus, ad cibos redeūt. Teſtis eius rei eſt Galenus, qui lib. 1. ad Glauc. ita ſcribit. In acutis morbis, & qui ad vigorem celeriter perueniunt, ſi tenuiter omnino cibare velis, haud magnopere lædes. In longioribus verò, niſi per initia liberalius cibaueris, aut vna cum morbo hominē necabis, aut intēpeſtiue victus ratio mutanda erit. Neq; enim accedente vigore vberior victus quàm prius, ſed cōtrà, omnium qui per morbū exhiberi debeant, tenuiſsimus in id tēpus reſeruādus eſt. Hęc ille. Nō igitur temere adiectū eſt, Omnis error qui cōmittitur, maior fit in tenui, videlicet victu intēpeſtiue adhibito, quàm paulò pleniore: Sic enim conuertenda ſunt hæc Hippoc. verba, quod meliora exemplaria Græca ſic habeant, πᾶν γὰρ τὸ ἁμάρτημα ὃ ἂν γίνηται, μέγα γίνεται μᾶλλον ἢ ἐν τῇσι, &c. Quanquam igitur victus tenuis nōnunquam ex vſu eſt, nonnunquā & ipſe exquiſite tenuis, quanuis rarius, attamen nemo temere hos in morbis præſcribat: verum diligenter perpendat, nunquit ad vigorem vſque cum eo victu perdurare poſsit: aliàs grauiſsime peccabit, in vigore cibum dare coactus, præſertim vbi ex inedia vires collapſæ fuerint. Hinc eſt quod lib. 2. Victus acut. Aph. 15. dixerit, Melius eſſe affirmo, vt protinus à morbi initio ſorbere incipias, quā vbi prius venę inanitæ fuerint, vel die tertio, quarto, quinto, ſexto, vel ſeptimo. Hæc igitur eſt germana Hippocraticæ ſententiæ explicatio, qua commonefacere voluit ſuæ ætatis medicos, vt diligenter conſiderarent, quibus & quo tempore morbi, tenuis victus conueniret, quandoquidem intempeſtiue adhibitus maximos errores pariat. Quare non eſt opus vt dictionem ἂν in contextu Hippocratis omittamus, & ἁμαρτανόντων mutemus in ἁμαρτάνοντες, quemadmodū cenſet Iuſtus Velſius. Nam ſi idipſum fecerimus, legitimum verborum Hippocra. ſenſum turbabimus. Id certe quod accidiſſe Velſio omnes deprehendēt, qui nouam eiuſdem in præſentem aphoriſmum enarrationem legere volent. Non ſunt igitur temere autorum

Quo modo ægri in tenui victu delinquant.

Iuſti Velſij ſentētia

verba immutāda, quod ita non raro accidat, vt genuinā eorundem ſententiā amittamus. Ex paulo ante dictis perſpicuū etiā eſſe omnibus cenſeo, errare eos toto cœlo, qui putant hoc loco Hippocratem conſulere, vt medicus quouis tēpore in plenioré quā tenuioré victū ſit pronior. Nā ſi ita Hippocratis verba intellexeris, ſibiipſi pugnātia ſcripſiſſe Hippocratē fatearis oportet. Libro enim 2. Vict. acut. aph. 37. ſubtractioni magis ſtudendum eſſe quàm adiectioni, euidenter teſtatur his verbis, Ciborum adiectioni multo minus intendēdū, ſubtrahere verò penitus ſæpenumero expedit. Quinetiam Galenus in explicatione eius ſententiæ inter cętera ſic ſcribit, Quod plus eſt exuperátq;, noxas nonnūquam inemēdabiles facit. Cōtrà quod minus eſt, facile emendatur. Nam cùm primum dilabi vires ſenſeris, cibi exiguum offerens, ægrū reſtitues. Quod verū eſſe, abūde monſtrat ſqualens ille qui Theſſaliorū inſcitia eò deductus erat, vt vix oculos attolleret, cuius meminit Gal. lib. 10. Ther. meth. Hūc tamē Gal. nō dubitauit detractione cibi eo imbecillitatis deducere, vt velut lignum iaceret, ac vix impellētem ſentiret: quod ſcilicet certus foret, poſſe ſe cū libuiſſet, paruo negotio, noxam omnē tollere. Præterea idē Galenus lib. 2. Victus acuti Com. 49. inquit. Qui ob dolorem, vel morbi acumē parum valentem obtinēt facultatē vacuatione interdū magis quàm expletione indigent. Imò qui cibum his exhibet, maximū adfert detrimentū. Et paulo pòſt, læſionē quæ ex tenui victu fit, neq; adeo velocē eſſe, neque ita euidentem, ſicuti quę ex cibo, ait. Et quod noxę etiā è pleniore victu eueniāt, teſtātur ea quę lib. 1. de Vict. acut. aph. 33. ſcribit Hippocrates: Si lateris dolor, inquit, aſsiduus eſt, neq; procedit ſputū, ſed lentum & crudum eſt, niſi quis dolorem vel alui ſubductione, vel ſecta vena ſoluerit, ptiſanam autem dederit, præcipitem aget in mortem. Hæc ille. Quod verò de ptiſana dicit, nemo dubitarit de aliis quoq; edulis, quæ ptiſana grauiora ſunt, intelligendum eſſe. Noxas igitur letales minus cōmoda nutritio efficit. Sic certe Philonis filiā: cùm venefico morbo laboraret, quod intēpeſtiue cœnauerat. 3. Epid. lib. periiſſe tradit Hippocrates. Cùm igitur tot tātaque immineāt, ſi quādo in grauiore morbo pleniore victu, quā par erat, vtamur, pericula cōſulte admodū fecerimus, vbi quod adamuſsim cōueniat, cōiectare nō licet, ſi ad tenuem victū declinemus: quod ſcilicet eius noxæ facile emendari queat. Non eſt

Medicus non quouis tēpore in plenioré victum pronior eſſe debet.

eſt itaq; vt iis aures accommodemus, qui ſemper eſſe tutius ad pleniorē inclinare victū falſo docēt. Cæterum vt ad aphoriſmi explanationem redeamus, errores qui in tenui committūtur, eſſe peiores ac grauiores, ſanorū exēplo confirmat Hippocrates. Hi enim ſi tenui, ſtato cōſtitutóue, & accurato victu vti cōſueuerunt, & errorē committunt, grauius hunc ferunt, quàm ſi pleniore victu vſi fuiſſent. Id quod experientia ipſa quotidiana comprobat. Quocirca in fine ſententiæ rectè in hunc modum colligit Hipp. Tenuis igitur & accuratus victus, maxima ex parte periculoſior eſt eo, qui paulo plenior eſſe ſolet. Quod ſcilicet errorés qui in tenuiori victu committūtur, vt dictum eſt, grauius lædāt ſiue ægrotātes ſiue ſani in hoc victus genere deliquærint. Proinde quicunq; tenui victu vti volūt, hos diligenter cauere oportet, ne in eo errent, quod errata eos qui tenuius cibantur, ſiue ſani ſiue ægri fuerint, grauius lædāt, quā eos qui plenius. Nec temere adiectum eſt] ἐς τὰ πλεῖστα, maxima ex parte] iis enim verbis eorū ſentētiam improbat, qui tenuē victum perpetuo eſſe periculoſum iudicāt, cùm conſtet eundem nonnūquā, vt ſuprà cōmemoratū eſt, ex vſu eſſe, atq; adeo periculo vacare. Maxima itaq; ex parte eſt periculoſus, nō quidem propter ſe, ſed potius propter eos qui illo vtuntur, quos conſtat in eo vt plurimum delinquere, & ſubinde errata grauius ferre. Et hanc quidem eſſe verborū Hippocratis genuinā ſententiam abunde docet Gal. in Com. dum ita ſcribit: Victū tenuem Hippocrates ait eſſe periculoſum, quoniam errores grauius ferunt, nō quia propter victus tenuitatem cogantur delinquere.

Errores in tenui victu cōmiſſi peiores.

Cur tenuis victus periculoſus.

ANNOT. IN COMMENT. GAL

Magna ex parte duo peccant.] Expungenda dictio duo, & legendū ſimpliciter, magna ex parte peccant, quo fit vt magis, &c. Græce enim legitur, τὰ πολλὰ ἁμαρτάνουσιν οἱ νοσοῦντες, διὸ μᾶλλον, &c. Quod in tenui victu bifariam ægri delinquentes.] Græce eſt, ὡς ἄρα ἐν ταῖς λεπταῖς διαίταις τὰ πολλὰ ἁμαρτάνουσιν οἱ νοσοῦντες, διὸ μᾶλλον βλάπτονται. Sic enim meliora exemplaria habent. Hoc eſt. quod vtriq; in tenui victu vt plurimum ægri delinquūt, atque ideo magis læduntur. Adhuc autē delinquunt.] Græce, ὅτι δὲ ἁμαρτάνουσι, δῆλον, ὅτι καὶ ἐπ' ἀσθενεῖ τῇ δυνάμει, ὡς ἂν ἐν ταῖς ἐνδείαις προκεκμηκυῖα, Quòd autem delinquant, manifeſtū eſt, quoniā vires habēt imbecilles, vt quæ antea alimenti inopia laborauerint. Maximū affert periculum.]

Græce, σφαλερώτερον ἐς τὸ καθίσταται, maius affert, &c. Debilitatur, ἀσθενὴς γίγνεται, debilis facta eſt. Quid multa? Gal. errorem in tenui victu cõmiſſum, maius afferre periculum aſſerit duplici de cauſſa. Primum, quod natura à tali victu debilis facta eſt, quare iuxta vigorẽ morbi pleniore victu, maximo ægrotantis malo, vt antea cõmemoratũ eſt, vti cogũtur. Secũdo, quod tali victu vti antea non conſueuerint. Quanta autẽ ſubita cõſuetudinis mutatio mala afferat, Hip. infrà, ſect. 2. aph. 51. docebit.

Error in tenui victu commiſſus bifariam periculoſus.

APHORISMVS VI.

Ἐς δὲ τὰ ἔσχατα νοσήματα αἱ ἔσχαται θεραπεῖαι ἐς ἀκριβείην κράτισται.

Summis morbis ſummæ exquiſite curationes optimæ ſunt.

A Summis quandoque præſidiis, & non ſemper à minoribus inchoandam eſſe curationem, hoc in amphoriſmo teſtatur Hippo. Hi enim qui leuiter ægrotant, leuiter curandi: grauioribus autem ac maximis morbis, grauiores & ſummas curationes adhibere conuenit. Quod etiã eſſe faciendum, monet Gal. lib. 5. Ther. meth. vbi ſic ſcriptũ reliquit. Minimè „ igitur, ſicut medicorum nonnulli cenſent, à paruis incipien„ dum auxiliis eſt: nec ſicut illi dicunt ſentiendum, illa ſcilicet „ prius eſſe tentanda, mox ſi nihil profeceris, aggredienda ma„ iora. Nam in morbis, in quibus periculum non impendet, vera „ ea opinio eſt, At vbi moriẽdum ægro prorſus eſt, ſi phthoe ſe„ mel exceptus ſit, alieniſsimum à ratione eſt, à minoribus inchoaſſe. Sicuti enim reliqua omnia ab Hip. tradita, ita illa quoque ſententia rectè dicta eſt, Nẽpe ad vltimos morbos vltima prorſus remedia maximè valere. Hæc ille. Cæterum ſummos morbos, Galeno etiã in Com. autore, Hip. appellat maximos, quales ſunt peracuti, de quibus in ſequentis aphoriſmi explicatione dicemus. Summas autem exquiſitè curationes vocat. non ſolum pręſidia maxima, ſed & victum tenuiſſum: id quod diſertè in Comment. Galenus & Philotheus docent. Vnde omnibus perſpicuum fit. Hippocratem non ſemper pleniorem præferre victus rationẽ, vt pleriq; perperã ex præcedenti ſententia colligere voluerũt. Siquidem hoc loco ſummã exquiſitè victus rationem, hoc eſt, Philotheo interprete, ἀκριβῆ, omnimodam

A ſummis præſidiis quãdoque auſpicãda curatio.

Sũmi morbi.

Summæ curatiões.

Sũma exquiſitè victus ratio

modam inediā probat. Quid multa? In ſummis morbis ſumma adhibenda, & accelerāda remedia erunt, ne ſcilicet morte præueniātur ægri priuſquam iis vtēdi occaſionem arripiamus.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Summos.] μέγιστα, maximos. Exquiſitiſsimam curationem.] Græce eſt, τὴν ἐσχάτην ὅλην ἐπ' αὐτῇ ἀκριβεστάτην εἶναι exquiſitiſsimam vniuerſam curationem. Victum pariter.] Græce ἱκανῶς, videlicet.

APHORISMVS VII.

Ὅκου μὲν οὖν κάτοξυ τὸ νόσημα, ἀντίκα τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχει, καὶ τῇ ἐσχάτως λεπτοτάτῃ διαίτῃ χρέεσθαι ἀναγκαῖον. ὅκου δὲ μή, ἀλλ' ἐνδέχεται ἁδροτέρως διαιτᾶν, τοσοῦτον ὑποκαταβαίνειν, ὁκόσον ἂν ἡ νόσος μαλθακωτέρη τῶν ἐσχάτων ᾖ.

Vbi vtique morbus peracutus eſt, ſtatim ſummos labores obtinet, & ſummè tenuiſſimo victu vti neceſſe eſt. Vbi verò non, ſed pleniorem victum adhibere licet, tantum à tenui victu declinandum, quātò morbus ipſe ſummis leuior fuerit.

IN peracutis morbis extreme tenuiſsimo victu vtendum eſſe, docet hoc in loco Hipp. Eiúſque rei cauſam affert, quod ſtatim ſummos obtineant labores, atq; adeo celeriter cōſiſtāt. Pro pleniore autē huius aphoriſmi intelligentia ſciendū initio, peracutū morbum eſſe duplicē. Exquiſite peracutū, qui vltra quartū nō producitur. Hunc recētiores medici barbarā ſectantes medicinam, perperacutum vocare ſolēt. Non exquiſite peracutū, cuius vigor in ſeptimo futurus eſt. Peracutus itaque morbus ſtatim ſummos, hoc eſt maximos labores obtinet. Labores autem, Gal. lib. 8. The. meth. teſte, appellat omnia quæ hominem offendunt, præſertim vt in Comm. docet, acceſsiones & ſymptomata. Quo circa extreme tenuiſsimo victu vti neceſſe eſt, quod nimirū is victus morbis iam cōſiſtentibus ſit neceſſarius: vt fuſius in Com. monſtrat Galenus. Victus itaque quo morbus acutior eſt, celeriúſque ad vigorem properat,

Peracutus morbus duplex.

Exquiſite peracutus.

Non exquiſite per acutus.

Labores.

In vigore morbi cur tenuiſsimo victu vtendum.

In vigore, eo tenuior eſſe debet. Morbo enim in ſuo vigore conſiſtente, præſtat naturã permittere vt vacet circa morbi concoctionẽ, & nõ ad cibos cõficiendos auocare. Proinde vbi morbus peracutus eſt, atque adeo celeriter cõſiſtit, tenuiſsimo victu vtendum eſt, modo id liceat per vires & ætatẽ ægrotantis. Vires enim, ſi validę ſint, ſibi abſtinentiã tenuiſsimũue victũ permittũt. Aetas autẽ ſi conſiſtit, eiuſmodi victus rationẽ ſuſtinet. Sin pueri-

Quando plenior victus adhibendus.

lis, largiorem efflagitat: quoniã ob corporis mollitudinẽ ſubſtãtia viriũ reſoluitur, ideóque magis refici debet. Cæterũ vbi non neceſſe eſt, ſcilicet vti tenuiſsimo victu, ſed pleniorem adhibere licet: id quod fit, vbi lõgius ſeptimo totius morbi vigor erit: tantũ ὑποχωρητέον, declinandum à tenuiſſ. victu, quanto vtique morbus μαλθακώτερος τῶν ἐσχάτων ᾖ, hoc eſt, Gal. interprete, ἀπολείπεται τῆς ἀκμῆς, à ſummo vigore abeſt.

ἔσχατα quid.

ἔσχατα verò hîc non ſignificare niſi vigores morborũ, in quibus acceſsiones & ſymptomata ipſa maxima ſunt, lib. etiã 8. The. meth. & lib. 1. & 2. de Dieb. decret. idẽ teſtatur Galenus. Senſus igitur eſt: Si morbus minus ſit acutus, ſeriúsque ad vigorẽ perueniat, tanto liberalior cibus exhibẽdus eſt, quãto tardius vigorem morbus eſt adepturus. Quod Galenus etiã docet lib. 1. ad Glauconem, „ hunc Hippocratis locum quaſi explicans, cùm inquit: Quibus „ morbi vigor non longius ſeptimo futurus eſt, & vires validæ „ ſunt, ætáſque cõſentit, exquiſitus omnino & tenuis victus in„ ſtituẽdus eſt. In quibus verò lõgius ſeptimo morbi vigor erit, „ aut virtus imbecilla eſt, per initia quidẽ liberalius, inſtãte ve„ rò vigore parcius, vigẽte autẽ morbo tenuiſsime cibare oportet. Siquidẽ in principio minores ſunt labores, minúſque occupata eſt natura, quãobrẽ minori incõmodo à coquẽdo morbo ad cibũ conficiendũ auocari poteſt. Cõtrà accidit in vigo-

Plenus victus.

re, vbi ſymptomata maxime vrgent. Porrò cùm plenus victus ſit is qui auget vires, ſciendum ἁδροτέραν δίαιταν Hippocratẽ hoc loco appellaſſe, Galeno in Comm. teſte, μετριωτέραν τῆς λεπτοτάτης, hac ipſa, tenuiſsima nimirũ victus ratiõe, minus tenuẽ. Cõparatione itaque ad tenuiſsimum victum, pleniorem dixit. Quod monere placuit ea de cauſa, ne quiſpiã Hippocratẽ hîc ſimpliciter loqui de pleno victu, qui ſanis in quibus vires vel cõſeruare, vel augere ſtudemus, maxime cõuenit, exiſtimaret.

ANNOT. IN COMMENT. GAL.

Statim autem eſt intelligendum.] His verbis Galenus peracu

acutum morbũ eſſe duplicẽ innuit. Vnũ, qui circa primos quatuor dies in vigore cõſiſtit, & is quidẽ exquiſite peracutus dicitur. Alterum, qui paulo vlterius, hoc eſt, in ſeptimo iudicatur. Hic non exquiſite acutus nominatur. Docuit in lib. de victu acut.] Lib. nimirum 2. aph. 32. Alibi eſt à nobis.] Libro ſcilicet 11. Ther. meth. Quod ſi quis.] Expungenda dictio quis, veluti redundans, quòd paulo pòſt ſequatur Quiſpiam. Febres quæ à morbis acutis ſunt inſeparabiles.] Græce eſt, *οἱ πυρετοὶ οἱ ἀχώριστοι τῶν ὀξέων νοσημάτων*, Febres acutorum morborum ſunt inſeparabiles. Quibus verbis nihil aliud ſignificat Galenus, quàm id quod infra libro 2. Comm. 19. ſcribit inquiens, *ὅτι πυρετοὶ τὸ πίπαν συνεχεῖς εἰσὶν ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι*. Et lib. 7. Comment. 1. dum ait, *ὀξέων νοσημάτων οἱ πυρετοὶ τὸ πίπαν ἀεὶ συνεχεῖς*, Acutorũ morborũ febres omnino ſunt continuæ. Inſeparabiles itaque ſunt, nõ quòd nullus ſit morbus acutus qui citra illas eſſe queat: quãdo cõſtet aliquos eſſe morbos acutos, vt etiã infra lib. 5. Comm. 30. teſtatur Galenus, qui ſine febre ſunt: ſed quòd ſemper ſint cõtinuæ, ac nunquam intermittentes, niſi morbus ipſe intermittat. Quãdiu enim ille durat, tamdiu etiã febris adeſt. Quocirca continuæ ſint neceſſe eſt. neque enim vllius intermittẽtis febris acceſsio tanto tẽpore, hoc eſt, quatuor aut ſeptem diebus durare poteſt. Ab extremis recedit.] Rectius, ab extremis abeſt, Græce enim eſt, *ἀπολείπεται*.

Peracutus morbus duplex.

Febres acutorũ morborũ continuæ.

APHORISMVS VIII.

Ὁκόταν δὲ ἀκμάζῃ τὸ νόσημα, τότε τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι.

Quando morbus in ſuo vigore fuerit, tunc victu tenuiſſimo vti oportet.

HAec ſentẽtia generalis eſt: quapropter à præcedenti, quæ particularis exiſtit, merito ſeparanda venit. Siquidẽ nũc generatim qualis eſſe debeat in vigore omnium morborum victus docet: cùm in præcedẽti de peracutis tantum illi ſermo fuerit. In quouis itaque vigore, quem quidẽ declinatio excipit, victũ eſſe oportet tenuiſsimũ: hoc eſt, Galeno in præcedẽti cõment. teſte, omnimodã inediam, vel melicratũ, vel priſanę ſuccum. Tenuiſsimũ igitur eſſe debere victũ intelligit, nõ quo ad alia morbi tẽpora, quemadmodũ nonnulli cenſent, ſed quo ad pro

In vigore qualis eſſe debeat victus.

propriam naturam atque formam. Præterea in omnibus quidem morbis, dum conſiſtunt ac in vigore ſunt, victum eſſe tenuiſsimum conuenit, modo virtus ipſa valida fuerit, ætáſque ipſa non impedierit, vt præcedēti etiā expoſitum eſt ſententia.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Per verba nuper dicta.] Græce eſt νῦν: ideóque rectius pro nuper, nunc dicemus. Sic enim oſtendimus & in tractatione de Criſibus.] Græca ſic habent, ὅτι γὰρ ἡμῖν ἐπιδέδεικται κἀν τῇ περὶ κρίσεων πραγματείᾳ, κατ᾽ ἐκεῖνα δηλονότι τὰ νοσήματα τοῦ λόγου παντὸς γινομένου ἐφ᾽ ὧν ὅλως ἐγχειροῦμεν διαίτῃ τι καὶ θεραπείᾳ. ταῦτα δ᾽ ἐστὶν ἐν οἷς τὴν ἀκμὴν ἐνδέχεται παρακμή. Sic enim à nobis oſtenſum eſt & in tractatiōe de iudiciis, de iis nimirū morbis vniuerſo ſermone facto, in quibus omnino & victus rationem & curationem adhibemus: tales vero ſunt, in quib. vigorem declinatio excipit. Quibus verbis Galenus innuit, victu tenuiſsimo vtendum quidem in vigore morborum, nō quidem omnium, ſed eorum tantum in quibus vigorem declinatio ſequitur. Nā quorum vigorem mors excipit, in his, inquit, τῷ προγνωστικῷ μόρῳ τῆς τέχνης προσχρώμεθα μόνῳ, parte artis quæ futura prędicit, ſola vtimur. Quocirca in iis morbis quorum vigorem mors ſequitur, medicus neque victu, neque aliis præſidiis ægrum curare moliatur, ne euentus rerum ſuo adſcribatur errori. Et hoc eſt quod infrà lib. 2. Comment. 29. ait, Deploratos non oportet curare, ſed magis deſiſtere, ac morbi finem prædicere.

Deplorati non curādi, neque victus ratione, neq; aliis præſidiis.

APHORISMVS IX.

Συντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ καὶ τὸν νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νόσου, καὶ πότερον ἐκεῖνος ἀπαυδήσει πρότερον, καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ, ἢ νοῦσος πρότερον ἀπαυδήσει, καὶ ἀμβλυνεῖται.

Coniicere autem oportet, num æger poſſit cum victu quem præſcripſiſti, ad vigorem vſque morbi perdurare: & nunquid ille prius deficiat, nec cum illo victu durare queat: aut morbus antea deficiat: & retundatur.

Duo eſſe à quibus po...

QVum duo ſint à quibus potiſsimum cibandi conſilia petēda erunt, morbi ſummus vigor, & ægrotantis vires, de priore

priore quidē indicatione quæ à tempore morbi ſumitur, in eo qui hunc antecedit aphoriſmo egit. de altera verò quæ à viribus ægri petitur, hoc loco agit: neque id certe temere. Virium enim gratia, non morbi, cibū exhibemus. Siquidē morbus quà morbus eſt, aſsiduā inediā efflagitat. Quare ſi quid cibi adhibetur, non alia de cauſa, niſi vt vires cōſeruentur, adhibetur. Si enim inedia perdurare vſque ad morbi vigorem æger poſſet, nihil prorſus ciborū daremus. Proinde hæc ſententia, vt in Comment. etiā monet Galenus, declinationis cuius ſupra aph. ſcilicet 7. meminit, quantitatem diſerte exponit. Rectiſsime igitur dixit Hippocrates συντεκμαίρεσθαι χρὴ καὶ, τὸν νοσοῦντα, ſimul ſcilicet cum morbi vigore, & ęgrotante cōiicere oportet: vt nimirū certo ſciamus, num ille cum eo victu quem inſtituimus, citra viriū lapſum perdurare poſsit. Quum enim ad vigorem vſque morbi hac victus ratione perdurare poteſt, victus minime mutādus erit. Sin illū deficere ante vigorem in hoc victus genere metus eſt, aliquid pro virium ratione adiiciēdum, vt ad vigorem cōmode pertingere queat. Quòd ſi igitur iſta ratione viribus adhuc ſatis ad morbi demolitionē validis ad vigorem perduxerimus, neceſſe erit morbum retūdi ac hebeſcere, quod tum ſcilicet declinationem morbi ſequi oporteat. Nemo autem Galeno lib. 3. de Iudiciis cap. 5. teſte, vi morbi in declinationib. periit. Neque enim contingit, vt ſimulatque morbificæ cauſæ iam concoctæ ſint, ac natura ſuperauerit, æger moriatur. Vbi enim natura ſuperior euaſit & debellauit, ac reſtitit vehementiori morbi conatui, & quæ infeſtabant deuicerit, hoc enim eſt ipſa coctio, fieri non poteſt vt deinceps ſuccūbat.

tiſsimum cibādi cō ſilia petun tur.

Viriū gratia, non morbi cibum dari.

Nemo vi morbi in declinatione mortuus.

Coctio morbi.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Caſus aliquis.] σύμπτωμα. Perpetuo enim in iis Commentariis Galeni interpres caſus voce pro ſymptomate vſus eſt. Quod ſemel in hoc loco nos monuiſſe ſatis ſit. Eſſet autem hic ſermo pars totius offerendi alimenti rationis.] Græce eſt. μέρος δ' ἂν εἴη καὶ οὗτος ὁ λόγος, τοῦ περὶ διαίτης παντὸς, Fuerit autem hic ſermo pars vniuerſæ victus rationis.

APHORISMVS X.

Ὁκόσοισι μὲν οὖν αὐτίκα ἡ ἀκμὴ, αὐτίκα λεπτῶς διαιτᾷν. ὁκόσοισι δὲ ἐς ὕστερον ἡ ἀκμὴ, ἐς ἐκεῖνο, καὶ πρὸ ἐκείνου μικρὸν, ἀφαιρετέον· ἔμπροσθεν δὲ πιοτέρως διαιτᾷν, ὡς

ἂν

ἂν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων.

Quibus igitur ſtatim vigor eſt, hos ſtatim tenuiter cibare oportet. Quibus autem poſtea vigor futurus eſt; iis & in ipſo vigore, & paulo ante ſubtrahendum eſt. Priore vero tempore plenius cibandum, vt æger durare queat.

Quomodo præſens ſententia diſtet a ſeptima. QVanquam hæc ſentētia idē fere quod præcedēs, quæ ordine ſeptima exiſtit, docere videtur, tamē aliqua ratione ab eadem differt, quod nimirum ſit magis vniuerſalis. Siquidem prior de peracutis tantum loquitur, hæc vero ſimpliciter de omnibus morbis: quod Galenus etiam in Comm. monuit, & Philotheus his verbis, ἐστιν ὁ ἐν καθολικὸς λόγος περὶ πάντων νοσημάτων ἀποφαινόμενος, οὐ μόνον γὰρ ἐπὶ τῶν κατόξεων νοσημάτων ἐξ ἴσου ἐν τῇ ἀκμῇ δεῖ λεπτῶς διαιτᾶν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν χρονίων, Sermo

Senſus. hic vniuerſalis eſt, de omnib. morbis pronuncians. Nō ſolum enim in peracutis vel acutis morbis, dum vigēt, tenuiter cibare oportet, ſed & in diuturnis. Verborum itaque Hipp. is ſenſus eſt: Quibus ſtatim, hoc eſt, nō multo poſt primam inuaſionem vigor eſt, hos ſtatim etiam tenuiter cibare conuenit. Tenuiter autem inquit Hippocrates, & nō tenuiſsime, vt & hinc palam fieret, hanc ſententiam eſſe priore magis vniuerſalem. In quib. vero non confeſtim, ſed poſterius vigor futurus eſt, iis

ἐν ταύτῃ. ἐκείνῳ, in illo: Philoth. enim interpretatur, ἐν ταύτῃ δὲ τῇ ἀκμῇ, & πρὸ ἐκείνης μικρὸν, id eſt, paulo ante illum, καὶ σμικρὸν πρὸ αὐτῆς, τουτέστι πρὸ δύο, ἢ τριῶν ἡμερῶν, ait Philotheus, cibus ſubtrahendus eſt, vt ſcilicet natura coctioni noxiorum humorum vacare

πλεῖστιζειν. poſsit. ἔμπροσθεν, hoc eſt, ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ. ſic enim Philotheus exponit priore vero tempore. πλεῖστιζειν, hoc eſt, eodem interprete, ἁδροτέρως, plenius vberiúsve cibandum, vt æger ad ſummum vſque vigorem perdurare queat. Et iis verbis Hippocrates omnes alios morbos qui peracuti & acuti non ſunt intelligit, iuxta quorum vigorem vtcunque antea plenius cibare licet, tenuis certe victus adhiberi debet.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

ἀεβολή. Nihil eſt in his Commentariis annotatione dignum, niſi quod inter ἐπιβολὴν dictionem conuerterit acceſsionem, quæ

quæ tamen Græcis dicitur παροξυσμὸς, vt in ea quæ ſequitur ſententia copioſius monſtrabimus. Quare in hunc modum Galeni verba rectius interpretabuntur: Quibus ſtatim vigor futurus eſt, hoc eſt, non multo poſt primam inuaſionem. His enim verbis Galenus morbos peracutos & acutos innuere voluit, vtpote quorum vigor ſtatim à prima inuaſione futurus eſt.

APHORISMVS XI.

Ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρὴ, τὸ προστιθέναι γὰρ βλάβη. καὶ ὁκόσα κατὰ περιόδους παροξύνεται, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή.

In acceſſionibus à cibo abſtinere oportet: ſiquidem cibum dare nocet. Et ſi qui per circuitus acceſſiones obtinēt morbi, in ipſis acceſſionibus cibum fugere oportet.

IN hac ſententia docet Hippocrates, quomodo particulatim medicum cibum conuenienti modo offerre oporteat, in ipſis acceſsionibus à cibis eſſe abſtinendum præcipiens; quod nimirum naturam, quæ circa morbi materiam tum eſt occupata, cibus oblatus diſtrahat, atque adeo humores morbum efficientes adaugeat. Quid verò per acceſsionem, quæ Hippocrati & aliis Græcis παροξυσμὸς dicitur, ſit intelligendum, docet Galen. in ſequentis Aphoriſmi Comment. vbi ſic ſcriptum reliquit: Per acceſsionē nunc te oportet intelligere deterius tempus totius circuitus, quod eſt à prima inuaſione vſque ad vigorem. Vnde omnibus perſpicuū fit, hoc in loco per acceſsionem non eſſe niſi principium, augmentum, & vigorem accipienda. Quare remiſsio, quæ Græcè ἄνεσις, & integritas, quæ διάλειμμα vocatur, ſub acceſsionis nomine minimè complectuntur, vt fuſius in libro de Temporibus morborum Galenus oſtendit. Eſt autem ἄνεσις, remiſsio, omne id tempus quod acceſſionem ſequitur. Hoc alio nomine in ſequenti Comment. & lib. 1. de Iudiciis, cap. 3. παρακμὴ nominatur. Διάλειμμα autem, quod alij intermiſsionem, alij integritatem interpretantur, Galeno loco iam citato autore, eſt, ἐπειδὰν εἰς ἀπυρεξίαν ὁ παροξυσμὸς παύηται, quando in quietem, &, vt ita dicam, infebricitationem acceſsio ipſa deſinit. Vnde palam etiam fit, acceſsionem interdum pro quatuor morbi temporibus particularibus

In acceſſionibus cur à cibis abſtinendum.

Acceſsio quid.

παροξυσμός.

Remiſsio.

ἄνεσις.

διάλειμμα

Intermiſſio.

accipi. In qua tamen ſignificatione, in præſenti ſententia, vt dictum eſt, ab Hippocrate non vſurpatur. His ita expoſitis, ad Hippocratem reuertamur, qui initio huius ſententiæ præcipit, in omni acceſsione abſtinēdum eſſe à cibo. Siquidem ὑποστέλλεσθαι idem ſignificat Philotheo interprete, quod μὴ τρέφειν. ὑποστέλλομαι enim Græcis eſt ἀναδύομαι, hoc eſt recuſo,

ὑποστέλλομαι. reſpuo, fugio. vt ſit ſenſus: in acceſsione, id eſt morbi principio, augmento & vigore, cibum fugere oportet. Cibum enim προσθεῖναι, offerre apponerẽue detrimento eſt, propter cauſam ſuprà expoſitam. Et hunc verborum Hippocratis ſenſum eſſe legitimum teſtatur Gale. qui in lib. de Morborum temporibus,

„ ita ſcribit: Hippocrat. in acceſsionibus abſtinendum eſſe præ-
„ cipiens docet, vt id ſolum tempus, quod ipſe acceſsionem vo-
„ cat, obſeruemus. Nunquam enim in hoc nutrimus, verum in
„ omni reliquo tempore remiſsionis. Interdum in alia eius par-
„ te. Siquidem ex ſimplici interim declinatione, interim ex de-
„ clinatione & interuallo conſtat. Hæc ille. Quocirca in continentibus ac continuis febribus, de quibus in prima huius aphoriſmi parte agit, non niſi in declinatione, quæ παρακμὴ, μείωσις, καὶ λύσις dicitur Græcis, nutrire oportet. In altera huius ſententiæ parte, de febribus intermittentibus, quæ per certos circuitus redeunt, loquitur. Eſt autem circuitus περίοδον Græci appellant, vt in ſequenti Comment. annotauit Gal. ſimilis ad idem reditus: hoc eſt, vniuerſum ſpacium à primo inſultu vnius acceſsionis, vſque ad inſultum alterius. Inquit igitur Hipp. Et ſi qui per circuitus acceſsiones obtinent morbi, in ipſis acceſsionibus, id eſt quatuor temporibus particularibus, aliter enim hic quàm paulo antè acceſsio accipitur, cibum fugere oportet. Quare in intermittentibus febribus non nutrire oportet, niſi vbi ad integritatem æger redierit, & à febre liber fuerit. Verum hic nobis quiſpiam Galeni autoritatem opponet, qui lib 10. Ther. methodi è prolixa quadam ac venuſta admodum de iuuene febre correpto hiſtoria, ægrotantes in ipſa acceſsione, imò in acceſsionis inuaſione poſſe nutriri monſtrat. Proinde quum quæritur, nunquid in acceſsionibus cibare liceat, diligenter de febribus ipſis erit diſtinguendum,

„ vt eodem in libro Gale. oſtendit. Nam quum accenditur fe-
„ bris propter mordentem acrimoniam excalefacti attenuati-
„ que à ſole, & inedia, & laboribus humoris, maximum eius remedium

Margin notes: Declinatio. — Circuitus. — Acceſsio. — Obiectio. — Quæſtio, nunquid in acceſsione cibandū?

medium eſt humidum nutrimentum. Sicuti è diuerſo, vbi ob plenitudinem, vel obſtructionem, vel phlegmonem, vel, vt ſemel dicam, humoris alicuius putredinem febris eſt orta, maximo malo eſt cibus. Atque hos quidem nec in declinatione febris, citra noxam, nutrias, nedum ipſa acceſsione inuadente: illos verò omni certè tempore, ſed potiſsimum per declinationem. Quapropter quum Hippocrates præcipit hoc in loco in ipſis acceſsionibus eſſe à cibo abſtinendum, ſi per ægrotantis vires & corporis naturam liceat, intelligendum erit. Neque enim à temporibus tantum morbi cibandi conſilia petenda ſunt, ſed & ab ægrotantis viribus, vt ſupra commemoratum eſt, & in Commentariis à Galeno annotatum.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

In vno quoque.] Vnoquoque dictio vna eſt, in Græco enim codice eſt ἑκάστῳ. Ex ſummo.] Legendum, è futuro. Græcè enim eſt, ἐκ τι τῶν μελλόντων. In libro de Victu acutorum.] Quarto nimirum, Aphoriſmo 34. Reliqua rectè ſe habent, & annotatione nulla indigent.

APHORISMVS XII.

Τοὺς δὲ παροξυσμοὺς, καὶ τὰς καταστάσιας δηλώσουσι αἱ νοῦσοι, καὶ αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος, καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἐπιδόσιες, ἤντε καθ᾽ ἡμέρην, ἤντε παρ᾽ ἡμέρην, ἤντε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίγνονται. ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐπιφαινομένοισιν, οἷον ἐν πλευριτικοῖσι πτύελον, ἢν αὐτίκα ἐπιφαίνηται ἀρχομένου, βραχύνει. ἢν δ᾽ ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει. καὶ οὖρα, καὶ ὑποχωρήματα, καὶ ἱδρῶτες, καὶ δύσκριτα, καὶ εὔκριτα: καὶ βραχέα, καὶ μακρὰ τὰ νοσήματα ἐπιφαινόμενα δηλοῖ.

Acceſſiones verò, & conſtitutiones morbi, & anni tempora, et circuituum inter ſe incrementa, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue per maiora fiant interualla, indicabunt. Sed et ex ijs quæ ſuperueniunt, indicia accipiuntur: verbi gratia, ſi in morbo laterali incipiente, ſtatim ſputum appareat, morbum breuem fo-

re oſtendit: ſin poſteà appareat, lõgum. Quinetiam vrinæ, alui excrementa, & ſudores vbi ſuperuenerint, aut iudicatu difficiles, aut faciles, vel breues, vel longos morbos fore oſtendunt.

IN præſcripta ſententia rationem quandam nobis proponit Hippocrates, qua quidem quomodo acceſsiones & vniuerſalia vocata morborum tempora deprehendere liceat, atque adeò num morbi futuri ſint breues aut longi, iudicatu faciles aut difficiles docet, inquiens: Morbi indicabunt acceſsiones & conſtitutiones. Acceſsiones quidem, vt ſi tertiana fuerit, quod per tertium acceſsio fiat: ſi verò quotidiana, quod ſingulis diebus: at ſi quartana, quod per quartum. Conſtitutiones autem morbos indicare tum intelligemus, vbi quid conſtitutio ſit, explicauerimus. καϑάστασιν εἴωθεν ὀνομάζειν ἱπποκράτης, ait Galen. lib. 3. Epid. in præfatione Comment. tertij, πᾶσαν ἰδέαν ἅπαντος πράγματος, Conſtitutionem appellare conſueuit Hippocrates, omnem cuiuſque rei formam ſpeciémue. Conſtitutionem itaque hoc in loco, eodem Gale. lib. 1. de Iudiciis, cap. 4. teſte, quandam veluti morborum ſpeciem nominat, ſecundum quam ex talibus & tantis conſtituuntur vniuerſalibus temporibus. Quare quum conſtitutio non ſit aliud, niſi qualiſcunque ex vniuerſi morbi temporibus cõpoſitio, morbos indicare conſtitutiones perſpicuum eſt. Siquidem mõſtrant num vniuerſalia tempora breuia, aut longiora futura ſint: hoc eſt num morbus peracutus, acutus, vel diuturnus futurus ſit, quẽadmodum Gale. in Comment. copioſius explicat. Cæterum anni tempora, acceſsiones quoque ipſas & conſtitutiones indicabunt. Si enim æſtate morbi inuaſerint, magna ex parte bilioſi erunt, atque adeò per tertium acceſsiones habebũt, citóq; finientur. Contra vbi hyeme exorti fuerint pituitoſi vt plurimum erunt, ſinguliſq; diebus affligent, & tardius deſinent. Circuituũ quoque inter ſe incrementa, hoc eſt, Galeno in Comment. interprete, acceſsionũ quæ in circuitibus fiunt augmenta, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue longiore tempore fiant, conſtitutiones indicabunt. Acceſsiones enim inuicem conferẽdæ ſunt, ſi accelerant, vel non, ſi longius durant aut minus, ſi maiores vehementioréſue ſunt aut non: hoc eſt, neceſſe erit vt horam in qua fit acceſsio, longitudinem acceſsionis, ac magnitudinem eiuſdem

Morbi indicant acceſsiones.

Conſtitutiones.

κατάστασις.

Conſtitutio.

Anni tempora.

Circuituũ incrementa.

eiuſdem diligenter cõſideremus,vt multis in Commen. Gale. & lib.j.de Iudiciis,cap.3. & 4.vbi ex profeſſo hæc Hippocratis verba enarrat,proſequitur. Hoc loco ſciendum erit, pleraque exemplaria,vbi nos ſecuti Galenum,legimus ἐπιδώσιες,habere ἀνταποδώσιες. Quam quidem lectionem nec ipſi improbamus,quum ἀνταπόδοσις nihil aliud ſit,niſi viciſsitudo,ſeu alter- ἀνταπόδοσις
natio,mutatio ex alio in aliud,& quædam veluti varietas,vt ſit quid.
ſenſus : Circuituum ſeu acceſsionum quæ in iis accidunt, viciſſitudinem ac varietatem eſſe conſiderandam , quòd ex iis num morbus breuis aut diuturnus futurus ſit,cognoſcere liceat.Sed & ex iis quæ ſuperueniunt de acceſsione & conſtitutione, indicia ſumuntur. Quam quidem partem vt rectius aſſequamur, prius quid ille per ἐπιφαινόμενα intellexerit , exponemus. ἐπι- ἐπιφαινό-
φαινόμενα itaque, Galeno lib.1. de Iudiciis, cap. 5. teſte, vocat μενα
Hippocrat.ſymptomata,quæ non ſimul cum morbo inuadunt quæ.
& incipiunt,ſed ſubinde apparent ac ſuperueniunt.Quod pleuritidis exemplo, quo & ipſe Hippocrates hoc loco vtitur , planum faciemus. Cum pleuritide ſeu morbo laterali vna inuadunt acuta febris, dolor lateris pungenti ſimilis, tuſsis,& ſpirandi difficultas , ſymptomata. Superueniunt autem reliqua omnia , quorum quædam huic morbo propria , quædam verò cõmunia reliquis etiam morbis ſunt.De communibus hic nihil dicemus , quæ tamen Galenus loco iam citato ex ſecundo Prog.lib.producit.Inter propria autem ſputũ recenſetur,quòd Sputum
ſi ſtatim incipiẽte morbo apparuerit,hoc eſt, Philotheo inter- pleuritico-
prete,ἔνδον τριῶν ἡμερῶν, intra tres dies:morbum breuem futu- rum.
rum eſſe oſtendit. Sin poſtea , τεττάρων περὶ τὴν δεκάτην τετάρτην , circa decimumquartũ diem,ait Philotheus,longum fore morbum ſignificat. Quinetiam vrinæ,vt lib.2.Prog.Aphoriſ. Vrinæ.
26.& ſequentibus copioſè Hippocr.& lib.1.de iudiciis, cap.12. Galenus docent,morbi conſtitutionem monſtrant.Sic alui ex- Alui ex-
crementa,de quibus 2.Prog.Aphoriſ.13. & ſequentibus Hippo- crementa.
crates,lib.autẽ 1.de Iudiciis,cap.11.Galen. agunt:& ſudores,de Sudores.
quibus 1. Prog.Aphoriſ.29.vbi ſuperuenerint, iudicatu faciles aut difficiles, breues aut diuturnos fore morbos oſtendunt. quemadmodum hæc omnia,quorum hic tantum capita attingit,fuſius in Prognoſticis , vt dictum eſt , & in Commentariis ſuis,copioſiſsimè verò in lib.1.de Iudiciis,vbi ex profeſſo hanc Hippocratis ſententiam enarrat,Galenus proſequitur.

Acceſsionum ſucceſsiuas reciprocationes.] Græcè legitur, αὐταποδόσεις τῶν παροξυσμῶν viciſsitudines acceſsionum. Libro 1. de Criſib.] Cap. 45. & 6. ſcilicet. Per capita.] Hoc

διὰ κεφαλαίων.

eſt paucis, & ſummatim: id enim διὰ κεφαλαίων, καὶ συγκεφαλαίως Græcis ſignificat. Similes proportiones.] Legendum ſimpliciter proportiones, & expungenda dictio ſimiles. Græcè enim eſt, αὐτά τε αἱ νόσοι, καὶ τὰς τῶν παροξυσμῶν ἀναλογίας δηλώσουσι: ipſi quoque morbi, etiã acceſsionum proportiones oſtendent,

τυφώδεις. febres. ἰλώδεις. Humidæ febres.

&c. Incendentes.] καυσώδεις, ardentes. Typhodes. τυφώδεις. Febres τυφώδεις, Galen. lib. 7. Aphoriſ. Comm. 43. & in libro aduerſus Lycum teſte, alio nomine ἰλώδεις, hoc eſt, humidæ vocantur. Sunt aut humidæ febres, in quibus à prima ſtatim die ęgri ſudant, ſudoreq; ipſo aut parũ, aut nihil iuuantur. Cito terminabit.] ταχυκρίσιμος, velocis iudicij. Non expectata ſecunda acceſsione.] Græcè, οὐδὲν ἔτι δὲ αὐταποδόσεως δεηθέντες, non indigentes, prætereà viciſsitudine. Iuxtangina.] Cynanche, Græcè enim eſt κυνάγχη. Diſcriminat ve-

Cynãche.

rò hoc loco Gale. de ſententia quorundam Synanchẽ à Cynãche, que tertia eſt anginæ ſpecies, ab Hippocr. lib. 3. Progno. Aphoriſ. 20. cõmemorata. Hæc accidit Gal. ibidem in Comm. teſte, quando ægrotantes vehementer ſtrangulantur, ac dolore afficiuntur, nec inflammatio, aut eryſipelas apparet, aut in ceruice, aut faucibus. Verum paulò pòſt iſtam de C. & S. differentiam deridet. De qua re in Compendio etiam noſtro diximus.

Aeſtate quartanæ.] θερινοὶ τεταρταῖοι, æſtiuæ quartanæ.

ἐπιτηδεύματα. Studia ac genera vitæ.

Induſtria vitæ.] Græcè eſt ἐπιτηδεύματα, inſtituta, ſeu genera vitæ, id eſt, artes quas quiq; exercent: verbi gratia, equitatio, piſcatio, venerea, balnea, deambulationes, nauigationes, venationes, & iis ſimilia, in quibus aliquid corpore operamur. Teſtis Gal. lib. 3. de Sympt. cauſis. c. 1. Pleriq; interpretum, ſtudia, genera vitæ interpretantur. Per acceſsionẽ autẽ te oportet intelligere.] Adiicienda dictio, nunc: Græce enim eſt, παροξυσμὸν δὲ ἀκούειν σε νῦν χρή. Siquidem acceſsio hoc loco, vt in Comm. noſtris comprehenſum eſt, deterius tantũ tẽpus totius circuitus ſignificat: hoc eſt principiũ, augmentũ, & vigorem excluſa declinatione. Aliàs acceſsio pro quatuor morbi particularibus tẽporibus accipitur. Cuius rei teſtis eſt Gal. qui lib. 2. de Differ. feb. cap. vlti. ita ſcribit: Atque eodẽ rurſus modo

do principium, augmentum, vigor, declinatio ſit acceſsionis, &c. Similem anticipauerit proportionem.] Expungenda dictio ſimilem. Græca enim ſic habent, *προλαμβάνει τὴν ἀναλογίαν*, anteuertit proportionem, atque ita anteuertendo, &c.

Contraria autem acceſsio, quæ ſcilicet parua faciat incrementa omnium eorum quæ diximus, quantum ad hoc attinet, longius diſtare futurũ morbi vigorem oſtẽdit.] Græcè eſt *ὁ δ' ἐναντίος παροξυσμὸς ὁ μικρὸς δηλονότι, προσθήκας ποιούμενος ἑκάστου τῶν εἰρημένων ὅσον ἐπὶ τούτῳ, τὴν ἀκμὴν ἐπιδείξεται πορρωτέρω γενήσεσθαι.* Contraria verò acceſsio, exigua videlicet, incremẽta vniuſcuiuſq; prædictorum ſuſcipiens, quantũ in ea eſt, tardiorem futurũ morbi vigorẽ mõſtrabit. Vniuſcuiuſq; prędictorũ, nẽpe anticipationis, vt ita dicã, longitudinis, & vehemẽtiæ acceſsionis. Cũ primo exquiſitæ morborum principio.] Quod ſcilicet omni latitudine caret: cum duobus aliis, quę latitudinẽ obtinent. De quibus lib. 1. de Iudic cap. 7. Gale. copioſe tractat. Sed in eadem tractatione.] Libro nimirum primo, cap. 15.

Morbum inchoantem breuiat.] Expungenda vox inchoantem. Siquidẽ Græca ſic habent, *οἷον ἐν πλευριτικοῖσιν πτύελον αὐτίκα ἢν ἐπιφαίνηται ἀρχομένου μὲν βραχύνει.* Veluti in pleuriticis, ſi ſtatim inchoante quidem morbo, ſputum apparet, breuiorem eſſe oſtendit. Quem ægrotũ ego in 1. lib. de Criſib.] cap. nimirum 18. Decreuerunt.] Græcè eſt *συνέδωσαν*, minores factæ ſunt. Ne ſcilicet quis iudicatas eſſe febres intelligat.

Hoc enim accidit in omnibus.] Græcè eſt *συμβαίνει γὰρ ἐπὶ τῶν φλεγμονῶν ἁπασῶν.*, Siquidẽ in omnibus inflãmationibus accidit, &c. Ilia circa dolorem extenta.] Græcè *ἢ τῆς ὑποχονδρίου σύντασις ἀνώδυνος*, Aut hypochondrij dolore vacans extenſio. Eſt enim hypochondrij vox retinenda, ꝙ nullã Latinã habeamus, qua partẽ hanc corporis propriè exprimamus. Nã & ſi Cornel. Celſus, & nonnulli interpretes hunc ſecuti *ὑποχόνδρια* præcordia conuertunt: tamen Plin. libro 11. cap. 37. *φρένας* etiam hac voce appellare, quod ſcilicet cordi prætendantur, non eſt veritus. Quare cum ambigua ſit vox præcordiorũ, præſtat Græca vti. Porro hypochondria ſunt partes ſupra vmbilicũ vtrinq; ad latera ſpuriis coſtis ſubiectæ. Sic dictæ, quòd *ὑπὸ τοῖς χόνδροις*, ſub cartilaginibus ſitæ ſint. Perperam itaque hoc loco interpres *ὑποχόνδρια* conuertit Ilia, quæ Græcis peculiari voce *λαγόνες* dicuntur, ſuntq; partes ad

Hypochõdriũ quid.

Prçcordia *Φρένες*.

Ilia.

os ilium poſitæ. Hallucinationes.] Cræce, *μαρμαρυγαὶ*, ſplendores. In primo libro Epidemiarum.) Sectione 2. conſtitutione ſecunda. Vrina optima, &c.] 2. Progno. 26. Rurſus cùm dicit.] 2. Prognoſt. 13. In hunc modum ſcribit 2. Prog. 43. Sic ergo inquit] 2. Epid. ſect. 2. Quo tempore.] Græce eſt, *καθ᾽ ὃν ἂν χρόνον*, quocunque tempore. In libro de Criſibus.] Primo ſcilicet, capit. 7. & 14. Ilia.] Hypochondria, vt ſuprà monuimus. In libro de Criſibus.] Primo nimirum, capite vndecimo & duodecimo.

APHORISMVS XIII.

Γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι, δεύτερον οἱ καθεστηκότες, ἥκιστα μειράκια, πάντων δὲ μάλιστα παιδία, τούτων δὲ αὐτέων ἃ ἂν τύχῃ αὐτὰ ἑωυτῶν προθυμέτερα ἐόντα.

Senes facillimè ieiunium tolerant, ſecundo loco qui conſtantem ætatem agunt, nullatenus adoleſcentes: omnium verò minimè pueruli, præſertim illi qui inter ipſos fuerint alacriores.

Aetates quot numero. — Differentiam ætatum aliquid conferre ad victus rationem probè conſtituendam, hoc in Aphoriſmo Hippocrates monſtrat. Quum verò alij aliter de ætatibus loquantur, nos de Galeni ſententia, in ſex has ipſas digeremus differentias.

Pueritia. — Prima quidem harum Pueritia exiſtit, quæ confeſtim ab eo tempore, quo infans maternũ egreditur vterum, incipit, & durat vſque ad annum decimumquintum.

Pubertas. — Altera ętatis differentia, Pubertas dicitur, & Gale. lib. 3. Aphor. Commen. 27. & lib. 5. Aphoriſ. Com. 7. teſte, initium capit anno decimoquinto, & ad decimumoctauum extenditur.

Adoleſcẽtia. — Tertia ætas vocatur Adoleſcẽtia, incipit anno decimooctauo, Gale. lib. 5. Aphoriſ. Comment. 9. autore. duràtque ad viceſimumquintum. Eam Hippocrates ſub pubertate complectitur, & interdũ etiam Galen. vt lib. 5. Aphor. Comm. 7.

Iuuentus. vigor. Florens ætas. Conſiſten di tẽpus. — Quarta, Iuuentus, vigor, florens ſeu vigens ætas, & conſiſtendi tẽpus appellatur. Orditur anno viceſimoquinto, & ad trigeſimumquintum extenditur.

καθεστηκυῖα. — Quinta ætas Græce *καθεστηκυῖα*, Ciceroni in Dialogo de Senectute, Conſtans & media, inter iuuentutẽ nimirum & ſenectutẽ, nomina

minatur. Interpretes aliquot minùs rectè conſiſtendi ætatẽ vocant. hoc enim nomine, vt dictũ eſt, Iuuentus appellatur. Conſtans ætas Græcis etiam παρακμαστική & παρακμή, hoc eſt declinans vocatur, vt libr. 3. Aphoriſ. Commentar. 30. & libr. 5. de Tuenda valet. ca. vlt. teſtatur Gale. Sic autem nominata eſt, quod in ea vires decreſcere incipiũt. Appellatur quoq; iiſdem ἀνδρία, id eſt, virilis ętas. Incipit anno trigeſimoquinto. & finitur quadrageſimonono. Sexta ætatis differẽtia ſenectus appellatur. Huius autem, Gale. lib. 5. de Tuenda valet. teſte, tres ſunt partes. Prima eſt eorum qui ὠμογέροντες, hoc eſt viridi ſenecta præditi, dicuntur: quod nimirum adhuc ciuilia obire negotia queant. Eius initium eſt anno quinquageſimo, & durat ad ſexageſimum. Secunda eſt eorum, qui ciuilia munia propter virium imbecillitatem obire haud valent. Hæc incipit anno ſexageſimo, & protenditur in ſeptuageſimum. Tertia, in qua eſt extrema virium imbecillitas. Orditur anno ſeptuageſimo, & durat vſque ad vitæ finem, qui magna ex parte anno 80. imminet, vt ſacra etiam teſtatur ſcriptura Pſal. 90. Cæterum in præſentia Hippocrates per ſenes, quos γέροντας vocat, intelligit eos, qui in prima parte ſenectutis, Gal. etiam in Comm. teſte, conſtituti ſunt. Hi quidem facillimè ieiunium ferunt, quod ſcilicet frigidiores ſint, & cibos minus conficere, iam labefactata nõnihil virtute, poſsint. Contrà, qui in altera & extrema parte ſunt ſenectutis conſtituti, hi famen tolerare non poſſunt, ſed crebro, paucis tamen cibis, ſunt reficiẽdi. Secundo loco famen facilè ferunt, qui conſtantem iam ętatem agunt: hoc eſt Philotheo interprete, οἱ ἐν παρακμῇ τυγχάνοντες, qui in declinatione exiſtunt. Hi vtique cum à vigore recedãt corpus haud ſimiliter calidum, Gale. li. 3. Aphoriſ. Commen. 30. teſte, vt antea, obtinent. Quapropter iuuenibus ſunt frigidiores, atque adeo paucioribus etiam alimentis indigent, famémque poſt ſenes cæteris ætatibus facilius ferunt. Frigidos autem eſſe virilem ſeu conſtantem ætatem agentes, docet etiã Hippo. qui lib. 1. de Victus ratione ita ſcriptũ reliquit: Vir vbi iam corpus eius conſtiterit, frigidus & ſiccus eſt, quod nimirũ caloris exceſſus impetúſue non amplius præpolleat, corpúſq; quieſcẽs augeri deſinat, ac frigidius factum ſit. Siccitas etiam prioris ætatis ineſt. Quinetiã Galẽ. loco paulo antè citato, corpus in conſtante ętate, non ſimiliter vt in iuuentute, calidũ eſſe tradit. quod plus in

Conſtans. Media. παρακμαστική. Declinãs. ἀνδρία. Virilis. Senectus. Senectutis tres partes. ὠμογέροντες.

Per ſenes quid intelligat Hippocrates.

Conſtanté ætatem agẽtes frigidiores iuuenibus.

ἥκιστα. ea atræ bilis generetur. Porrò nullatenus, id enim ἥκιστα ſignificat hoc loco, adoleſcentes famem ferre poſſunt, quod ſcilicet

Adoleſcétes famé ferre non poſſe.

calor corpúſque eorum in aſsiduo ſint incremento. Qui enim creſcunt, vt ſequenti aphoriſmo teſtatur Hippocra. plurimum habent calidi innati. Omnium minimè pueruli famem tolerant, διὰ τὸ εὐδιαφόρητον ἔχειν τὸ σῶμα, ait Philotheus, καὶ διὰ τὸ πλεῖστον τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ, quod corp⁹ perſpiratu facile obtineát, & quod calor innatus iis plurimus ſit. Adde cauſam tertiam, quod nondum iuſtam incrementi perfectionem cõſecuti ſint.

Pueruli omniũ minimè.

Puerorum autem ſubſtantia omnium facillimè digeritur ac diſsipatur, Gale. in fine lib. 9. Ther. meth. teſte, propterea quod eſt omnium humidiſsima. Quare inedia aliiſque vacuantibus præſidiis haud eget, quũ habeat ex ſeipſa vnde naturaliter vacuetur. Inter pueros autem, minus ieiunium ferunt qui ſunt προθυμότεροι, alacriores, animoſioréſue. Siquidem προθυμία Græcis propriè alacritatem ſignificat. προθυμότεροι itaq; illis dicuntur, qui ad actiones alacres & prompti ſunt. Minus inquam ieiunium ferunt, qui inter pueros ſunt alacriores, quia cæteris ſunt calidiores. Promptitudinẽ autem & alacritatem ad actiones, caliditatis copioſioris eſſe ſignum, Gale. cap. 29. & 33. Artis medicæ palàm teſtatur.

Puerorũ ſubſtantia omniũ facillimè digeritur.

προθυμία.

προθυμότεροι.

Alacriores pueros minus ferre ieiuniũ.

ANNOTAT. IN GALEN. COM.

Qui ætatem conſiſtentem.] Græcè eſt, οἱ καθεστηκότες, qui ætatem conſtantem agunt. Sic paſsim hoc loco pro conſiſtens, ſubſtituendum conſtans. Nam ita Cicero hanc ætatem, quæ inter iuuenes ac ſenes media eſt, vt diximus, vocare ſolet. Inter hanc ætatem, & adoleſcentiam altera quędã eſt.] Intelligit iuuentutem, quæ inter adoleſcentiam & conſtantem ætates, vt ex Commentariis noſtris palàm fit, media exiſtit.

Conſtans ætas.

APHORISMVS XIIII.

Τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν, πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς. εἰ δὲ μή, τὸ σῶμα ἀναλίσκεται. γέρουσι δὲ ὀλίγον τὸ θερμόν, διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων ὑπεκκαυμάτων δέονται. ὑπὸ πολλῶν γὰρ ἀποσβέννυται. διὰ τοῦτο καὶ οἱ πυρετοὶ τοῖσι γέρουσιν οὐχ ὁμοίως ὀξέες, ψυχρὸν γὰρ τὸ σῶμα.

Quæ

Quæ creſcunt corpora, plurimum caloris innati obtinent, itaque plurimo alim ẽto indigent, alioqui corpus abſumitur. Senib. verò parum caloris ineſt, propterea paucis alimẽtis indigent: ſiquidẽ à multis extinguitur. Hac etiam de cauſa febres non æque acutæ ſenibus accidunt: corpus enim eorum frigidum eſt.

HAec ſententia præcedentis cauſam exponit, cur ſcilicet ſenes ieiunium facilè, contra verò pueri & adoleſcentes nullatenus tolerent. Quæ creſcunt augentúrue corpora inquit Hippocrat. plurimum innati caloris habent. Per αὐξανόμενα vero intelligit corpora, præſertim puerorum, adoleſcentum ac iuuenum, quod ſcilicet in aſsiduo adhuc ſint incremento. Plurimum autem habere caloris innati hæc corpora omnia, reliquarum præſertim autem ætatum reſpectu, Galenus etiam infrà Comm. 15. oſtendit, vbi ſic ſcriptum reliquit. Neq; enim aliud quicquam animal ab initio formauit, ſicuti neque rurſus adauxit, aut vſque ad mortẽ enutriuit, quàm calor innatus. Hic igitur omnium operum actionúmve naturalium cauſa eſt. Hæc ille. Proinde Hippocrates rectiſsimè è corporum incremento innati caloris copiam colligit. Cæterum cum hæc vox θερμὸν, calidum, vt lib. 1. de Temper. & hoc loco in Comment. fuſius docet Gale. æquiuoca ſeu ambigua ſit, bifariámque accipiatur, ſciendũ, hic ab Hippocr. non ad qualitatem, ſed ad ſubſtantiam eam referri, ita vt per calidũ innatũ, ſubſtantia caloris innati, & minimè qualitas veniat intelligenda. Quid vero ſit calor innatus Hippocrati, oſtendit Gal. lib. 5. de Simplic. medi. facul. cap. 8. inquiens: Cognoſcere oportet Hippocratem innatum dixiſſe calorem, quem in quoque animãtium & natiuum ſpiritum nominamus. Verum nihil prohibet ſanguineam ſubſtantiam, ſimúlque aëream, vnà cum ſpiritu calidum inaudire innatum. Qualis verò ſit caloris natiui ſubſtantia, Galen. in Commen. etiam copioſè explicat. Quum itaque quæ augentur corpora colorem innatum plurimum habeant, conſequitur etiam quòd plurimo alimento indigeant: quod niſi ſubminiſtratum fuerit, neceſſe eſt corpora illa abſumi. Quod quidem de corporibus puerorum, quorum ſubſtantia calida & humida eſt, atque adeò de ea plurimum

αὐξανόμενα.

Calidum.

Calor innatus.

Quæ augentur corpora, cur plurimo alimento egent.

dige

digeritur ac diſsipatur, vt dictum eſt in pręcedentis aphoriſmi enarratione, maxime verum fuerit. Quocirca paulò antè monuimus, per *αὐξανόμενα*, puerorum præſertim corpora inaudienda eſſe. Proinde cum puerorum corpora ad diſcutiendum ſint natura prona & calida, nihil mirum, calorē, non ſuppoſito alimento, eadem abſumere. Sunt igitur ad tolerandam famem minus idonea. Contrà ſenes facile tolerant ieiunium: parum enim iis natiui caloris ineſt, adeóque paucis alimētis (id enim vox *ὑπεκκαύματα* Hippocrati, Galeno in Comm. teſte, qui *τροφὰς* ſignificare tradit, hoc loco denotat) indigent. Quare ſi quiſpiam illis copioſum alimentum ſuppeditet, nihil aliud efficiet, niſi quod eorundem calorem extinguet. Quod ſimilitudine pereleganti Gal. in Comm. comprobat. Cæterum cum ſenibus parum caloris innati inſit, hócque nomine illi corpus frigidum obtineant, fit vt etiam non perinde, atque iuuenes acutis febribus corripiantur.

Senes facile tolerare ieiuniū *ὑπεκκαύματα.*

Senes cur acutis febrib. non obnoxij.

ANNOTAT. IN GALENI COMM.

In Comm. de Temperaturis.) lib. 2. cap. 3. In iuuentæ vigore.) *ἀκμάζοντες*, Græcè eſt. Habent enim hi quidem.) *ἔχουσι γὰρ οἱ μὲν δριμύτερον τὸ θερμὸν, οἱ δὲ πλέον*: Habent enim illi, florentes ſcilicet, calorem acutiorem: hi vero, pueri nimirum, abundantiorem. Temperati.] Melius temperata conuerteretur. Siquidem Græce eſt, *κατὰ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν κεκραμένας*. Cùm melius ſit dicere, &c.) Græca ſic habent, *ἄμεινον γὰρ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, καὶ σφοδρότερον, καὶ ἀμυδρότερον, καὶ πάνθ᾽ ὅσα τοιαῦτα ταῖς ποιότησιν ἀναφέρειν ὀνόματα.* Melius enim magis & minus, vehementius ac debilius, omniáque iis ſimilia vocabula qualitatibus accommodare. Exiſtimationem.) *ὑπόληψιν*, opinionem, vel rectius ſuſpicionem. Qui nedum plus, neque, &c.) Græce eſt *οἱ τινὲς οὐχ ὅπως πλέον, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῷ πρόσθεν ἰσον ἔχουσιν*, qui nedum plus, ſed neque priori obtinent æqualem. Et qui caloris &c.) Gręce legitur, *καὶ δὴ καὶ αἱ δι᾽ ὅλου τοῦ σώματος ἡμῶν ἀποῤῥοιαι γίνονται, καπνώδεις μὲν καὶ λιγνυώδεις, καὶ ξηρὸν, καὶ δριμεῖαι τῷ ἐπικτήτῳ θερμῷ.* Sed & effluxus qui è toto corpore fiunt, caloris quidem aduentitij ſunt fumei, &c. Alteram.) ſcilicet ſuauem, quidē plurimam habent pueri: alteram triſtem videlicet, &c. Obtinentur.) *ἐπικρατεῖται*, vincitur, ſuperatur. Humida ſiquidem eſt maxime, &c.) Græce eſt: *ἡ μὲν γὰρ ὑγρὰ κατὰ τὸ ἔμφυτον θερμὸν μάλιστα,*

μάλιστα, ἐξ ὑγροῦ γὰρ ἡ γένεσις ἡμῖν, ἡ δὲ ξηρὰ κατὰ τὸ ἐπίκτητον. Humida enim eſt maxime innati caloris, ſcilicet ſubſtantia, quoniam ex humido noſtra eſt generatio: ſicca vero, acquiſititij. Quantum iſtæ.) Calida aquoſa ſcilicet, & ærea, ſubſtantiæ. Idcirco plurimum ab ipſis, &c.) Græcè legitur, διὰ τοῦτο πλεῖστον ἀποῤῥεῖν αὐτῶν ἀναγκαῖον, ἔστι πλείστης τε δεῖται τροφῆς: Idcirco plurimum ab ipſis defluere eſt neceſſarium, plurimóque egent alimento. Quod paucis fomentis. &c.) Quod abundat. græcè enim eſt διὰ τοῦτ' ἄρα φησὶν ὀλίγων ὑπεκκαυμάτων δέονται. Ignem) Calidum. Græcè enim eſt, τὸ θερμόν. Totis ſimul.) ἀθρόαις, confertis, Scriptos à me Commentarios.] Adiiciendum hoſce. ſiquidem Græcè eſt, ἐξηγηγραμμένων τῶν ὑπ' ἐμοῦ ὑπομνημάτων. Liber autem Galeni aduerſus Lycum eſt in tomo ſeptimo Latinæ editionis.

APHORISMVS XV.

Αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, καὶ ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσι ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον. καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πλεῖον ἔχουσι, τροφῆς οὖν πλείονος δέονται. σημεῖον αἱ ἡλικίαι, καὶ οἱ ἀθληταί.

Ventres hyeme et vere natura calidiſſimi ſunt, ſomnique longiſſimi. Quocirca iis temporibus alimenta copioſiora dari debent. Siquidem innatum calorem copioſiorem habent, pluribus igitur alimentis egent. Argumento ſunt ætates & athletæ.

Plurimum habere momenti ad rectam victus rationem inſtituendam anni tempora, hac ſententia Hippocrates diſertè monſtrat. Nam cum aliqua temporum ventres efficiant calidiores, fit vt iiſdem temporibus alimenta copioſiora ſint danda, Aliqua verò frigidiores, hinc in illis minus ciborũ exhibendum, Quare, inquit, ventres hyeme & vere natura, hoc eſt, Galeni interprete, calore natiuo, calidiſsimi ſunt. Per ventrem verò, quem κοιλίαν vocat Hippocrates, Philotheo quoque teſte, non tantum τὴν σιτοδόχον, hoc eſt, cibi receptaculum, ventriculum propriè appellatum, intelligit: verumetiam vniuer- Natura. Venter. κοιλία.

ſam

ſam cauitatem, in qua inteſtina & alia inſtrumenta coctioni miniſtrantia continentur. Non autem temerè ab Hipp. adiectum eſt φύσει, natura cum enim duplex ſit calor, vnus natiuus atque adeo familiaris corpori, alter aduentitius & ſqualidus, hi ſane non ſimpliciter calidiſsimi ſunt ſed calore natiuo, vt commemoratum eſt. Proinde pauciſsimum hunc ęſtate obtinent, abundant vero aduentitio. Vnde hoc tempore marceſcit potius, quàm nutritur corpus. Cõtrà accidit hyeme & vere, quia tum calor natiuus cibi appetentiam intendens, atque cõcoctiones efficiẽs, eſt plurimus. ſomni quoque propter longiores noctes longiſsimi ſunt: quare etiam propter plura alimenta, quæ iis tẽporibus aſſumũtur, & duabus iam dictis de cauſis probe conficiũtur, corpus magis quã æſtate nutritur: quemadmodũ copioſiſsimè in Comm. à Gal. demonſtratum eſt. Sõnus vero cõcoctiones iuuat, quod per eum calor naturalis interiora petat. Hinc ab Hipp. ſcitiſsime ac breuiſsimè dictum eſt, τὸ αἷμα ἐν ὕπνῳ ἔσω μᾶλλον φεύγει, Sanguis per ſomnũ intro magis repit. Cæterum hyeme ventres calidiſsimi ſunt, propter ambientis frigiditatem, quæ corporis meatus conſtringit ac denſat. Calor autem natiuus non inueniens exitum, difflari prohibetur: quare intrò delatus, rurſus ad exteriora progreditur, & multiplici ſpecie motus calefactus multiplicatur, ac ſeipſo calidior fit. Initio veris calidiſsimos eſſe ventres, cõſtat eadem ratione, quoniã frigus tũ pollet. In medio vero eiuſdem, quòd ea tẽporis pars optimè ſit tẽperata. Porro quod iã dictis tẽporibus, in quib. natiuus calor eſt copioſior, plurimũ alimenti ſit neceſſariũ, argumento eſſe ait Hipp. ætates & athletas. Siquidem pueri quia calorem natiuum plurimum obtinent, idcirco pluribus etiam alimentis egent, eadémque conficiunt. Athletę vero quia crebris exercitiis, quibus operam dant, natiuum calorem auctiorem reddunt, ideo multis vtuntur alimentis.

Color natiuus æſtate pauc⁹, hyeme cõtra plurimus.

Somnus coctioné iuuat.

6. Ep. Pa. 5. Aph. 29

Cur ventres hyeme calidiſsimi.

Quare vere calidiſſimi.

Pueri.

Athletæ.

ANNOTAT. IN GALENI COMM.

Pro argumento ponitur] Græcè ἀξιόλογον τεκμήριόν ἐστιν, effatu dignum argumentum eſt. In hoc ipſo affectu.] Græce ἐν τούτῳ πάθει, in hoc ipſo vitio malóve. Et aerea humiditas] Gręca exemplaria hic variant. Aldinũ legit ὀῤῥώδης ὑγρότης, ſeroſa humiditas. Alia habent ἀερώδης, aerea. Nonnulla σπερματώδης, ſeminalis. Sic legiſſe antiquũ interpretẽ cõſtat, qui conuertit, ſpermatis humectatio. Vtcũque autẽ legatur, planũ eſt, tertium

Tertium corpus

tium corpus quod primæ noſtræ naturæ ſubſtantiā cõplet, eſſe ſemen: quod, vt tradit Gal. lib. 1. de ſemine, per vaſa ad vterum pertingentia trahit ad ſe ſanguinē & ſpiritum, vt merito hæc tria eſſe dixerit Gale. ex quib. ſubſtantia noſtra conſtet. Poteſt vero ſemen appellari humiditas ἐῤῥώδης, quod ſcilicet ſubſtantia ſeroſum ac liquidū ſit: ἀφρώδης vero, quia vt in Cõm. Galeni precedente eſt commemoratum, plurimum aeris calidi & humidi in ſe continet. Atqui ſi parum defluit.] Locus hic Galeni ſubobſcurus eſſe videtur. Reſpondet autem cuidam obiectioni tacitæ, cuius quis occaſionem ex iis quæ paulo antè dicta ſunt, ſumere poſſet. Nam cum hyeme propter circumſtantem extrinſecus frigiditatem corporis meatus conſtringi ac cohiberi contingat, atque adeo hoc nomine vt parum defluat ac diſcutiatur neceſſe ſit, plurimum alimentum hoc tempore dari nō oportet. Siquidē nutritio eſt, eius quod euacuatur expletio. Nutritionē autē defluentis ſubſtātiæ eſſe expletionem, Gal. etiam lib. 1. de ſemine teſtatur. Atque hęc quidē eſt obiectio, qua quis aduerſus Hippocratis ſententiam vti poſſet. Cauſę vero inquiſitio.] Hic ad obiectionem factam reſpondere, cauſámque explicare incipit, cur ſcilicet hyeme, non obſtante quod ab ambiente frigido meatus corporis obturentur, plura quàm æſtate alimenta ſint danda. Neque enim adeo Hippocratem. &c.] Græcè, οὐ γὰρ δὴ Ἱπποκράτει μόνῳ μάχεται τὸ προβεβλημένον ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι. Non enim Hippocrati tantum pugnat quod obiectum eſt, verūetiam aliis omnibus. Siquidem προβάλλομαι interdum idem ſignificat quod prætendo aliquid & obiicio. Hinc προβεβλημένον, quod propugnandi gratia opponitur, & obiicitur. Sēſus itaque verborū Galeni eſt: Nō eſſe plura hyeme dāda alimēta, non tantum cum iis quæ tradit Hip. verum etiā cū aliorū omniū pręceptis pugnat. Ea quę fit per ſenſui occulta, &c.] Græcè τῇ διὰ τῶν ἀδήλων αἰσθήσει διαπνοῇ πόρων. διαπνοὴν itaque interpres diſſlationem conuertit, quam reliqui tranſpirationem interpretantur. Eſt autem διαπνοὴ, Gal. cap. 7. lib. de Sympt. differ. teſte, aeris per vniuerſum corpus introitus & exitus. Tu vero animaduerte, &c.] Hic plane quod obiectum eſt diluit Galenus, rationémque cur hyeme plura ſint danda alimenta, ſoli Hippocrati, eiúſque ſectatoribus eſſe εὔπορον, hoc eſt obuiam, aliis autem eſſe ἄπορον, id eſt perplexam explicatúque difficilem ait. Nam cum calor natiuus efficiat occultam

quod primę noſtrę naturę ſubſtantiā cō plet, eſſe ſemen.

Locus Galeni ſubobſcurus explanatur.

Obiectio.

προβάλλομαι.

προβεβλημένον.

διαπνοὴ.

Obiectionis ſolutio.

tran

tranſpirationem, διαπνοὴν Græci vocant, vt comprehenſum eſt: hícque hyeme plurimus ſit: conſequitur etiam hoc tempore occultam tranſpirationem fieri, & eam quidem ſufficientem. Si autem per latentem tranſpirationem animalium corpora hyeme diſſtantur, neceſſe etiam eſt, vt tum alimenta dentur, eáque plurima. Nam niſi abundans calor naturalis habeat, quo fruatur, alimentum, primus ipſe, ait Galen. in Comment. ab ambiente frigore ſuperabitur. Cum ipſo vero, & concoctio ciborum debilitabitur. &c. Cibi appetentiam] Natiuus calor intendit appetentiam, contrà non naturalis calor eandem deiicit ac impedit, vt teſtatur etiam Gal. lib. 1. de Sympt. cauſis, cap. 7. vt vero appetentiam naturalem calor natiuus efficit, ſic frigiditas non naturalem appetentiam excitat, vt Gal. loco iam citato copioſius docet. Diocles inquit ſudores.] Eius dogmatis Dioclis meminit etiam Galen. cap. vltimo libri de Sympt. differ. Voluit autem prorſus Diocles, ſudores eſſe præter naturam ea de cauſſa, quia cum calor natiuus eſt validus, omnia quæ ad corpus pertinent, rectè adminiſtrantur: Omnibus autem iis rectè adminiſtratis, & alimento à natura ſuperato, nunquam ſenſibilis humor, qualis ſudor eſt, per cutem excernitur. Quanto enim fortior, vt teſtatur in Comm. Galen. natiuus calor fuerit, tanto magis tranſpiratio effugit ſenſum. Extenuatur.] Græcè, λελέπτυνται, extenuatæ ſunt. Optimi.] Græcè χρηστοῦ, boni. Toto animalis corpore.] Græcè, καὶ παντὶ τῷ τοῦ ζώου μορίῳ, in quauis animantis parte. Vnumquodque animal, &c.] Græcè πολὺ μὲν ἐνσαρκότερον ἕκαστον ἑαυτοῦ γίνεται, vnumquodque multo ſeipſo carnoſius fit. Vel aliud.] Adiiciendum tale. Græcè enim eſt, ὅτι τοιοῦτον ἕτερον ἐν τούτῳ νόσημα ἐργάζεται. Qualitate.] Græcè, ἐκ τῆς τοῦ περιέχοντος θερμασίας, ex ambientis caliditate.

Dogma Dioclis, ſudores eſſe præter naturam.

APHORISMVS XVI.

Αἱ ὑγραὶ δίαιται πᾶσι τοῖσι πυρεταίνουσι ξυμφέρουσι, μάλιστα δὲ παιδίοισι, καὶ τοῖς ἄλλοισι τοῖσιν οὕτως εἰθισμένοισι διαιτᾶσθαι.

Victus humidus omnibus febricitantibus prodeſt, præſertim verò pueris, & alijs qui hoc genere victus vti conſueuerunt.

Hac

HActenus Hippo. de Victus ratione quæ ægrotis debetur, verba fecit: nunc vero de victu, qui tam ægrotis, quàm ſanis conuenit, agit. Cum autem præcedente ſententia de quantitate victus ſanorum iuxta tempora anni diſſeruiſſet, in præſenti de qualitate victus cum ægrorum, tum ſanorum tractat. primúmque qualis febricitantium, atque adeo eorum qui præter naturam affecti ſunt, victus eſſe debeat, docet. Deinde qualis puerorum, aliorúmque qui ſecundum naturam ſe habent, inquiens: Victus humidus omnibus febricitantibus confert, quod ſcilicet eiuſmodi affectus calidus & ſiccus ſit. Per humidum autem victum, eum potiſsimum Hipp. intelligit, qui potentia humidus eſt: quanquam ſi ſimul etiam actu humidus ac liquidus eſt, plus prodeſt. Quapropter is victus non ea ſolum ratione quia humectat prodeſt, ſed etiam quia facillimè concoquitur. Nam ſi quod concoquitur, primum liquari, deinde diſtribui in corpus debet, ægrotus vero cibum facillimæ concoctionis deſiderat: facillimè autem liquatur, concoquitur, & diſtribuitur quod humidum eſt: eiuſmodi victum omnibus febricitantibus eſſe vtilem neceſſe eſt. Verum quæret hic quiſpiam, cum febris ſit affectus non ſolum ſiccus, ſed & calidus, qui fiat vt Hippocrates febricitantibus humidum ſolum, & non ſimul etiam frigidum victum conuenire dixerit. Reſpondemus: Hippocratem, qui antiquæ breuitatis ſtudioſiſsimus fuit, atque adeo mire βραχύλογος, vnius contrarij mentionem facientem, alterum, vtpote omnibs notum, ſubandiri voluiſſe. Nemo enim eſt tam ſtupidus, quin ſtatim ex ipſo nomine febris, quã πύρετον Græci vocant, intelligat, hãc ipſam frigidũ victum exigere. Vt enim Latinis febris à feruendo, ita Græcis ἀ πυρὸς, id eſt, ab igne, πύρετος dicta eſt. Cæterũ variant hoc loco Græci codices. Alij enim habent, αἱ ὑγραὶ δίαιται πᾶσι τοῖσι, &c. Quã quidẽ lectionẽ nos ſecuti ſumus. Alij legunt, αἱ ὑγραὶ πᾶσαι δίαιται τοῖσι πυρεταίνουσι, &c. Sed parum refert vtrã lectionem magis probes, quod humidus victus omnibus febricitantibus, quatenus febricitant, ex ipſa contrariorum indicatione conueniat. Et vniuerſa etiam victus ratio potentia humida febricitantibus confert. Quid multa? cum febris omnis præter naturã ſit, ideo victus rationẽ humidam frigidamq́; vtpote ſibi contrariã, exigit. Vt autẽ ea quæ præter naturã ſunt, contraria: ita ea quæ ſecundum naturã ſunt, ſimilẽ victus rationem

Humidus victus qui.

Quæſtio.

Reſpõſio.

Febris vnde dicta. πύρετος.

Quę ſecundum natu-

postulant: id quod ætatis & cõſuetudinis exẽplo mõſtrat Hippocrates dicens, humidum victũ præſertim pueris, & qui eo vti aſſueuerunt, conferre. Porro quum ætas ſit ex iis quæ naturâ nobis inſunt, & id quod naturaliter ſe habet cuſtodire, Galeno etiam noſtro, libro 8. Ther. meth. teſte, oporteat, conſequitur hanc ipſam ſimilem ſibi victum poſtulare. Quocirca cum pueri ſint natura humidi, vt alibi eſt à nobis demonſtratum, vt iiſdem etiã conferat humidus victus neceſſe eſt. Siquidem ſimilia ſimilibus conſeruantur. Eodẽ aũt modo & eam quæ à cõſuetudine præbetur indicationẽ, quo eã quæ ab ætate datur, Hippocrates accepit. Nam & ætas quum ex iis ſit quæ natura nobis inſunt, vt cõprehenſum eſt, ſimilem ſibi victum exigit: & quæ à conſuetudine ſumitur indicatio, ſic ſumpta eſt, ſicut ea quæ ab ætate. Quippe ſeruare hãc iubet, perinde ac proprium ætatis temperamentum. Eſt enim conſuetudo, vt teſtatur libro 2. de Temper. cap. 5. Gal. acquiſititia natura. Quod de ætate & conſuetudine dictum eſt, id etiam de naturali temperamento, anni tempore, & regione, quod in Commentariis etiam monet Galenus, intelligendum erit.

[Margin: ...ram ſunt, ſimilia poſtulare. — Pueris humidum victum conferre. — Conſuetudo. — Conſuetudo acquiſititia natura.]

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

[Margin: Salubre.]

Sanorũ.] Græcè, ὑγιεινῶν. quare conuertendum potius ſalubrium, quã ſanorũ. Eſt autẽ ſalubre, Gal. ca. 2. Artis med. teſte, τὸ ἐπιδεκτικὸν σῶμα τῆς ὑγιείας, καὶ τὸ ποιητικὸν, καὶ φυλακτικὸν τῆς αὐτῆς αἴτιον, καὶ τὸ δηλωτικὸν σημεῖον, corpus quod ſanitatem ſuſcipere aptum eſt, & cauſa quæ eandem efficere & conſeruare, & ſignum quod hanc ipſam indicare poteſt. Hoc certe loco pro cauſa efficiente & conſeruante ſanitatem, ſumitur, vt ſit ſenſus. Deinde docet Hippocra. quòd indicationes victuum ſalubrium ab iis quæ præter naturam ſunt, petere oporteat contrarias: ab iis quæ ſecundũ naturam ſunt, ſimiles. Quocirca perſpicuum fit, hic ὑγιεινῶν non ſignificare ſanorum: neq; enim qui præter naturam ſe habent, quorum hoc loco mentionem facit Gal. ſanorum victum, qui ſimilis eſſe debet, ſed contrariũ potius poſtulant, qui ſalubris, eo quòd ſanitatem efficiat, & non ſanus dicitur. Ita etiam victus eorum qui naturaliter ſe habẽt, ſalubris appellatur, eo quòd ſanitatem conſeruet. Rectiſsimè igitur Galenus vtrunque victum, nempe contrarium & ſimilem ſalubrem nominauit; quod hic conſeruare, vt comprehenſum eſt: ille vero efficere ſanitatem poſsit. Hinc etiam conſtat, quòd

[Margin: ὑγιεινὰ. — Salubris victus.]

quòd id quod præter naturam ſe habet, atque adeo ægrotum eſt, ſalubre dici queat, minime autem ſanum. ſunt enim ſanum & ægrotum inter ſe contraria. Morbi.] Græcè, τὰ πάθη, mala. Differt enim pathema à morbo, quod is ſit ex numero permanentium & conſtantium: pathema vero in ipſo fieri eſſentiam ſuã poſsideat, quemadmodũ copioſiſsime Galenus lib. 2. Ther. meth. & cap. 1. libri de Sympt. differentiis mõſtrat. Nos quoq; in noſtris in Galeni de Tuenda ſanitate libros Annotationibus, plura hac de differentia diximus. Diſpoſitione.] Græcè, διάθεσιν, affectu. parũ enim Latina vox eſt in hac ſignificatione diſpoſitio. Interpres enim perpetuo pro affectu vtitur. Quod hic ſemel monuiſſe ſatis ſit. Ad ambos affectus.] Græce, εἰς ἄμφω τὰ πάθη, ad vtraq; mala, ſeu pathemata. Verũ ſi quid per verba.] Græce, ἤν τι μὴ ῥητῶς ὀνόμασθαι, ſi quid palam, ſeu ad verbum non eſt dictum, expreſsímue. Quæcunque probari merentur.] ὅσα μὲν ἄμεμπτα, quæcunque reprehenſione vacant. Sic paulo pòſt, vbi interpres conuertit improbanda, Græce eſt μεμπτὰ, id eſt, reprehendenda, vel reprehenſione digna.

Morbus & pathos differunt.

Diſpoſitio non ſignificat idem quod affectus.

APHORISMVS XVII.

Καὶ οἷσιν ἅπαξ ἢ δὶς, καὶ πλείω ἢ ἐλάσσω, καὶ κατὰ μέρος. δοτέον δέ τι καὶ τῷ ἔθει, καὶ τῇ ὥρῃ, καὶ τῇ χώρῃ, καὶ τῇ ἡλικίῃ.

Et quibus ſemel aut bis offerendum ſit, & pluráne an pauciora, particulatim animaduertendũ. Dandum vero aliquid conſuetudini, tempori, regioni, & ætati.

QValis debeat eſſe eorũ quæ ægrotantibus offerũtur modus, hoc in Aphoriſmo Hipp. monſtrat. Neque enim ſatis eſt ſcire, quòd hic plus vel minus ſit dandũ, aut quòd illi humectante vel exiccante victu ſit vtendũ: ſed neceſſe eſt cognoſcamus, nunquid ſemel aut ſæpius qualibet die vel nocte, plura vel pauciora particulatim ſint exhibenda. Siquidem debẽt hæ duæ voces, plura vel pauciora, cum iis duab. ſemel & bis copulari. Quando vero plura vel pauciora ſæpius, aut raro, vel ſemel cibum offerre particulatim conueniat, à morbo & viribus ægrotantis diſcendũ erit, quemadmodũ idipſum in Commen. Galenus copioſe oſtendit. Præterea modus cibi offerendi

Modus cibi ſumẽdi quib⁹ metiatur rebus.

ſumitur etiã à conſuetudine ægrotãtis, tempore anni, regione, & ætate: poſt quidem iam dictas duas, quæ à morbo & viribus ægrotantis petuntur indicationes, que quidem primę & maximæ ſunt. Hinc eſt quod Hipp. dixerit, dandũ eſſe aliquid anni tempori, ætati, & ſimilibus: vt nimirum diſerte innueret, vniuerſam victus rationem non ab his tantum eſſe petendam, ſed potiſsimum à morbo & viribus. Quomodo autem ab iis quatuor poſterioribus modus offerendi cibi metiendus ſit, abunde in Comm. Galenus explicat, ita vt neceſſe non ſit noſtrã accedere. Quod vero ad conſuetudinem attinet de ea quidem diligentiſsime & copioſiſsime ſcribit Hippocrates libro 2. de Victu acut. morb. aph. 22. & ſequentibus multis.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Neceſſariũ.] Græce eſt, ἀναγκαιότατα, maxime neceſſarium. Siue omnino.] Græce, ἀπ' ὅλως, ſemel, in vniuerſum. Totã ſimul, &c.] Græce, εἰς ἅπαξ ἀθρόον πλῆθος, ſemel confertam copiam. Eſt itaque alimentum ἀθρόον, quod repente vniuerſum datur. Contemperamentum.] Græce, διὰ ἐπικεράσεως. Eſt autẽ ἐπίκερασις, Galeno lib. 9. Ther. meth. cap. 10. autore, vitioſi ſucci curatio: quæ quidem fit dum paulatim vitioſus humor vacuatur, & bonus viciſsim ſenſim ac paulatim apponitur. Hinc ἐπικεραστικὰ medicamenta eidem dicũtur, quæ humorum acrimoniã temperant, aut humores vitioſos retundunt, vt alibi quoq; docuimus. Humores autem naturales ſe modice habuerint.] Græce, συμμετρία δὲ τῶν κατὰ φύσιν ἦν χυμῶν, commoderatio vero eorum humorum quæ naturaliter ſe habent, fuerit. Concoquere.] Græce, κρατεῖν, ſuperare. Neque multi alimenti, &c.] Græce, μηδὲ πολλὰς τῆς τροφῆς ἡμῖν καιροὺς παρεχόντων, neq; multas alimenti occaſiones præſtiterint. Vt quibus non multa fiat euacuatio.] Eorum videlicet quæ ſecundũ naturam in corpore continentur. Nam hyeme, vt dictum eſt ſuprà Comm. 15. non ita multum defluit ac diffiat vt æſtatis tempore: in qua nõ modo ſuperuacua & excrementa, verumetiam ea quæ ſecundum naturam in corpore continentur, æqualiter vacuantur.

Alimentũ cõfertum. ἐπίκερασις

ἐπικεραστικὰ medicamenta.

APHORISMVS XVIII.

Θέρεος καὶ φθινοπώρου σιτία δυσφορώτατα φέρουσι, χειμῶνος ῥήϊστα, ἦρος δεύτερον.

Cibos æſtate & autumno difficillime ferunt: hy-

eme facillime: vere ſecundo loco.

NOn eſt vſus hoc loco ταυτολογίᾳ Hippocrates, vt nonnulli falſo exiſtimant. neque enim hic Aphoriſmus idem eſt cum 15. cuius initium eſt, Ventres hyeme & vere, &c. Siquidē illic de ſanis locutus eſt, hic autem de ægrotis. Nam quum in præcedente aph. docuerit, in victus ratione ægrorum dandum eſſe aliquid tempori: hoc loco qua ratione idipſum ſit intelligendum monſtrat, æſtate & autumno, qui æſtatem mox ſequitur: inquiens ægrotos difficillime ferre cibos, quòd iis temporibus calor innatus, cuius officium eſt coquere & conficere cibos, exiguus ſit. Aeſtate quidē, quòd calor ambiens natiuū calorem diſcutiat: Autumno vero, propter eius inæqualitatem, & quia caloris natiui imbecillitas æſtate contracta adhuc durat. Quapropter iis temporibus parū cibi, & ſæpius dandū eſt. Contrà hyeme, quia calor innatus plurimus eſt, ideo tum cibos facillime ferunt. Dandū itaque hoc tempore raro, & plurimum cibi. Verno tempore calor natiuus non ita imbecillus eſt vt in æſtate, nec ita robuſtus vt in hyeme. Proinde nec facillime nec difficillime tum ægrotantes cibos ferunt, ſed facile. Quod Hippocrates hac voce δεύτερον innuere voluit: quaſi diceret, vere non facillime, perinde atque hyeme, neque difficillime vt æſtate cibos ferunt, ſed medio modo, ſeu ſecundo loco poſt hyemem: hoc eſt, facilius quàm in æſtate aut autumno, quòd ſcilicet vel ipſum ſit temperatum.

Hippocra non vſus ταυτολογίᾳ.

Aeſtate & autumno cur ægri difficillime cibos ferant.

δεύτερον.

APHORISMVS XIX.

Τοῖσι ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι μηδὲν διδόναι, μηδ' ἀναγκάζειν, ἀλλ' ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων πρὸ τῶν κρισίων.

His qui per circuitus acceſſiones habent, nihil dare, neque vt quicquam aſſumant cogere, ſed adiectioni ante iudicationem ſubtrahere oportet.

IN hac poſtrema de victus ratione ſententia, Hippo. modum vſus ciborum, hoc eſt quomodo particulatim offerre cibum ægrotantibus oporteat, ex ipſis acceſsionibus eſſe diſcendum monſtrat, inquiens: His qui acceſsiones habent per circuitus, hoc eſt, Gal. interprete, τεταγμένως, ordinatim; nihil dare oportet: quòd ſcilicet tum natura tota ſit in concoquendo morbo.

Modus vſus ciborum.

Per circuitus.

Quare ad cibos conficiendos non eſt auocanda:ſed permittendum plane eſt, vt concoctioni morbi vacare nullo prorſus obſtante poſsit. Cæterùm quum dicit, qui acceſsiones per circuitũ obtinent, diſerte ſignificat, quòd hæc ſententia non ſit prorſus eadem cum vndecima, cuius initium eſt, In acceſsionibus abſtinere oportet. ibidem enim ſimpliciter de omni acceſsione loquitur: hic verò de ea tantum quæ certo quodam ordine fit. Et hic iterum per acceſsionem, vt ſuprà Aph. 12. deterius circuitus ipſius tempus, id eſt, principium, augmentum, & vigorem intelligit. His enim temporibus propter cauſam iam expoſitam nihil eſt dandum. Neq; etiam vt aliquid tum ægrotantes aſſumant, ſunt cogendi. Si enim quicquam dederis, *τῷ νοσοποιῷ αἰτίῳ προσθήκης αἴτιος γενόμενος, αὔξήσει τὸ νοσήματος*, ait Philotheus. id eſt, cauſæ morbum efficienti aliquid adiicies, atque adeo morbum ipſum augebis. Proinde adiectionibus potius ante iudicationes erit ſubtrahendum. Per adiectiones, quas ille *προσθήκας* vocat, non aliud intelligens, niſi cibos qui offerũtur, quorum quantitati ante acceſsionem eſſe ſubtrahendum monet. Siquidem iudicationem hoc loco ſignificare acceſsionem, Gal. in Comm. & Philotheus in his verbis oſtendit, *κρίσιν ἐνταῦθα ἱπποκράτης λέγει καταχρώμενος τὸ παροξυσμόν.* Neque id quidem temere fecit Hippocrates. magna namq; ex parte Gal. lib. 1. de Dieb. decret. teſte, in acceſsionibus iudicationes accidunt. Quid verò proprie hæc vox *κρίσις* medicis denotet, ſect. 2. Aphor. 13. docebimus.

Acceſsio quid.

προσθήκας

Iudicatio *κρίσις*.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Principia earum oportet obſeruare.] *φυλακτέον ἐστὶ τὰς ἀρχὰς αὐτῶν*, initia earum ſunt cauenda. *φυλακτέον* enim verbale eſt à tertia perſona præteriti paſsiui *πεφύλακται*, cuius præſens *φυλάττομαι*, quod ſignificat deuito & caueo. Quare contendit hoc loco Galenus, principia acceſsionum eſſe cauenda, ne ſcilicet iis iam factis, aut paulo poſt futuris, cibũ ægrotanti offeramus. Non igitur ſatis bene interpres *φυλακτέον* conuertit obſeruare, ambiguam eius dictionis ſignificationem non admodum perſpectam habens.

φυλάττομαι.

APHORISMVS XX.

Τὰ κρινόμενα, καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως, μὴ κινέειν, μηδὲ νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακείῃσι, μήτ' ἄλλοι-

σιν

σιν ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλ' ἐᾷν.

Quæ indicantur, & indicata ſunt integre, non mouere, neque nouare vel medicamentis, vel alijs irritamentis; ſed ſinere oportet.

HActenus Hippocrates breuitate ſumma qua potuit, quæ medico, in victus ratione obſeruanda ſunt, docuit. Nunc aliò ſeſe transferens quando in morborum iudiciis naturæ ſit ſuccurrendum atque opitulandum, & quando minus; oſtẽdit. Non opitulandũ autẽ, quando natura ipſa valida eſt. atq; adeo iam iudicat, aut paulo antè iudicauit perfecte morbum. Totum enim tum naturæ permittendum erit, neque quicquam à medico agendum, niſi vt victum conuenientem, quemadmodum in iis quæ præcedunt ſententiis expoſitum eſt, inſtituat. Hinc eſt quod Hippocrates dicat, quæ adhuc iudicantur, aut iam ἀρτίως, τελείως ἀνελλειπτῶς, καὶ αὐτοτελῶς, Galen. & Philotheo teſtibus, id eſt, integre & perfecte iudicata ſunt, nõ mouere neq; nouare oportet, vel medicamẽtis purgãtibus (quippe φαρμακεία, Gal. & Philot. teſtib. idem quod κάθαρσις Hippocrati paſsim ſignificat) vel aliis incitamentis, ſed ſinere oportet. Non mouendi itaq; humores quos nunc natura magno conatu expellere ſtudet, ne ſcilicet naturæ actionem turbemus, atq; adeo per viã minus conuenientẽ humores noxios vacuemus. Neq; etiã poſtquàm natura integre iudicauit morbũ, eius actionẽ vel medicamentis purgantibus, vel aliis irritamentis, hoc eſt præſidiis quibus noxiũ humorem educimus, vt eſt venę ſectio, vomitio, clyſteres, vrinã & ſudorẽ eliciẽtia, nouare conuenit. Nam quorſum attinet poſt integras & perfectas naturæ vacuationes, alias inſtituere? Neq; etiam vlla ratione cõmittendũ, vt corpus iam propter eã quæ præceſsit vacuationẽ abũde imbecillũ, medicus per ſequentẽ aliãue reddat imbecillius. Quocirca quũ omnia à natura ipſa recte fiunt, aut facta ſunt, nihil medico agendũ erit, vniuerſa illi permittẽda. Verum nõ temere adiecit Hipp. ἀρτίως, hoc eſt, cumulate, perfecte, integre, atq; ſufficiẽter. Quippe niſi præceſſerit perfecta iudicatio, nihil impedit quin ea quæ relicta ſunt ab imperfecta iudicatione, educere medicus poſsit: imo ceſſare nõ debet, quin ea q̃ relicta ſunt, vacuet. Nã q̃ relinquũtur poſt iudicationẽ, vt infrà ait,

Quãdo in morborũ iudiciis naturę opitulãdum.

ἀρτίως.

φαρμακεία.

Humores quos natura expellit, nõ mouendi.

Irritamenta.

ἀρτίως cur adiectum.

recidiuam faciunt. Vbi igitur imperfecta iudicatio fuerit, hoc eſt, Galeno libro 1. de Dieb. iudicat. autore, vbi à morbo quippiam relictum fuerit, ab ipſo medico ſubinde vacuandum erit.

2. Aph. 12 Imperfecta iudicatio.

ANNOTAT. IN COMMEN. GAL.

Quando totum ſit permittendum, &c.] Græcè, πότε μὲν ἐπιτρεπτέον ὅλῃ τῇ φύσει τὸ πᾶν αὐτῇ περὶ τὸν νοσοῦντα διαπράττεσθαι, quando naturæ permittendum ſit, vt ipſa vniuerſa circa ægrotantem faciat. Apud antiquos.] Græcè παρὰ τοῖς ἄλλοις παλαιοῖς, apud alios veteres. An quæ ſcilicet per omnia bene ſit.] Græcè, ἢ δηλονότι καθ' ἣν πάντα καλῶς γίγνεται, καὶ μηδεὶς ἀριθμὸς ἐλλείπεται τῶν κρισίμων. Num ſcilicet in qua omnia probe fiunt, & nullus numerus deficit decretorius. Per euacuationem inferiorem.] Legendũ ſimpliciter, euacuationẽ. Quippe Græce eſt, πρῶτον μὲν γὰρ ἀμείνων, ἡ κατὰ κένωσιν τῆς κατὰ ἀπόστημα, Bifariam enim morbi iudicantur, nempe excretione, aut abſceſſu. Excretiones autem ſeu euacuationes, quibus iudicantur morbi, ſunt variæ. Vel enim vomitu, vel alui fluxione, vel ſudoribus, vel vrinis, vel ſanguinis è naribus profluuio, vel hæmorrhoidibus, vel menſiũ promanatione finiuntur. Quapropter interpres non ſine magno errore ad inferiores tantũ excretiones retulit, quod de omnib. iam dictis Galenus protulit. Humor noxius.] Addendum, & redundans. Græce enim legitur ὁ κατὰ τὸν λυποῦντα, καὶ πλεονάζοντα, χυμόν. Tertio loco quæ recto fit tramite.] Græce, καὶ τρίτον ἡ κατ' ἴξιν τῆς μὴ κατ' ἴξιν ἣν αὐτὸς ὀνομάζει, τὸ κατ' ἰθυωρίαν. Tertio loco quæ κατ' ἴξιν, hoc eſt, recto tramite, quàm quæ non recto tramite procedit. κατ' ἴξιν vero ipſe nominat, quod è directo procedit. Vſum etiam huius phraſis, quàm peculiariter præ ceteris Græcis vſurpat Hippocrates, multis aliis locis explicat Galenus, præcipue autem lib. 2. de Curandi rat. ad Glauc. & de Curandi ratione per venæ ſectionem: & in fine libri 3. de Iudiciis, vbi id iudicium quod κατ' ἴξιν fit, ei quod diuerſa ratione accidit, præfert, & in Commentariis ſequentis Aphoriſmi.

Bifariã iudicantur morbi.

Erratum interpretis.

κατ' ἴξιν.

APHORISMVS XXI.

Ἃ δεῖ ἄγειν, ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ ἡ φύσις, ταύτῃ ἄγειν, διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων.

Quæ educenda ſunt, eò duci per conferentia loca debent, quò maximè tendit natura.

Præte

PRæcedente ſententia docuit Hipp. ea quæ iudicantur, aut iudicata ſunt integrè, non eſſe mouenda à medico. Nunc verò quid medico ſit faciendum, vbi noxia non integrè à natura expelluntur, exponit: vacuãda nimirum eſſe ea quę adhuc in corpore ſunt noxia, monens, non tamen per quęuis locum, ſed eum qui vacuationi confert, quò maximè natura ipſa tendit. Quibus verbis Hipp. medicũ hortatur initio, vt diligenter naturã ipſam, cuius quidem miniſter eſt, vt ait Gal. c. 87. Artis medicę, in expellendis humoribus noxiis imitetur, vt quæ fere ſemper per cõmoda & idonea loca, eoſdem vacuet. Debet igitur & ipſe quæcunq; ſunt in corpore noxia, non niſi per conferentia loca educere. Non autẽ temere adiectũ eſt, Per cõferentia loca. His enim verbis Hipp. vult, vt medicus naturam in iis quæ recte ab ipſa fiunt, imitetur, quemadmodũ copioſius Gal. lib. 1. Epid. ſect. 2. conſtit. 3. Comm. 42. docet. Quæ vero ſint loca vacuationi conferentia, monſtrat in Comm. Gal. & cap. 94. Artis medicæ. Deinde hortatur, vt naturæ humorem noxium expellere conantis, motum animaduertat. Nã ſi idoneus fuerit, ei ſtruendo viam adminiculari oportet. Sin minus conueniens & idoneus, vt ſi ad partem aliquam principatum in corpore obtinentẽ humores noxios detruſerit: hunc quidẽ motũ prohibere, atq; humores noxios trãsferre & reuellere. Quod alibi, nẽpe lib. 6. Epid. Par. 2. Aphor. 17. breuiſsime iis etiã verbis innuere voluit. Ea, inquiẽs, quæ quò nõ expedit repunt, reuellere oportet. Sin quo decet, iis viam ſtruere, vt ſingula eò repant, conuenit. In cuius ſententiæ enarratione ſtudioſi multa ad inſtitutum facientia, in noſtris Comment. reperient.

Quid medico faciẽdũ, vbi noxia nõ integre à natura expellũtur.

Medicus naturę miniſter.

Loca vacuationi cõferẽtia.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Quænam vnquã.] Græce, τίνα δή ποτ' ἐστὶν ἃ δεῖ ἄγειν, quænam illa ſunt quæ ducere oportet. Neq; iudicentur.] Græce, μή τι κρινόμενα, neque iudicantur. Humoris motum.] Græce, τὴν ῥοπὴν τοῦ χυμοῦ humoris inclinationem. Cutis vniuerſa.] Quod cap. 4. lib. de Morborum cauſis, Gal. iis verbis etiã docet. „ Quum cutis ipſa nullius actionis, ſed vſus duntaxat gratia „ ſit creata, nõ ab re iis quæ functiones perficiũt, facta eſt imbe„ cillior. Eſt enim veluti operculũ quoddam ac natiuũ animalis „ tegumentũ, quippe quæ non coctionẽ, non cibi diſtributionẽ „ per corpus, nõ ſanguinis generationẽ, nõ pulſum, non reſpira„ tionẽ, non motũ voluntarium animanti præbet, & vt ſumma-

Cutis vniuerſa corporis excrementa ſuſcipit.

tim dicam, nullo penitus munere fungitur. Præterea cum ſit omnium partium extrema, haudquaquam abſurdum videri debet, quòd vniuerſi corporis ſuſcipiat excremēta. Recto tramite.] Græce κατ' ἶξιν, è directo. Quod ipſemet interpretatur, κατ' ἰθὺ τοῦ πεπονθότος μορίου, è directo partis male affectæ. Damnum.] Græce βλάβη noxa. Quàm morbus qui iudicatur.] Græce τῆς τῶν κρινομένων νοσήματος ἀξίας, quàm morbi qui iudicatur dignitas expoſtulet. Vbi hepar humores infeſtant.] Quādo autē iecore male affecto humores per ventrem, & quando per renes & veſicam ſint educendi, docet Gale. lib. 2. ad Glauc. cap. 7. & lib. 7. Ther. met. cap. vlt. Et lib. 13. cap. 9. ad quæ loca perluſtranda lectorem ablegamus. Adminiculari.] Græce eſt ὑπηρετεῖν τι ἅμα, καὶ συνεργεῖν, ei miniſtrare, ſimulq; operari conuenit. Quod Hippocrates etiam faciendū ſuadet libro 6. Epid. Part. 2. Aphoriſ. 3. vbi ita ſcriptum reliquit, Alium humorem non exeuntem educere oportet, exeuntem verò coeffundere, & ſimiliter operari.

κατ' ἶξιν.
βλάβη.

APHORISMVS XXII.

Πέπονα φαρμακεύειν, καὶ κινέειν μὴ ὠμά, μηδ' ἐν ἀρχῇσιν, ἢν μὴ ὀργᾷ. τὰ δὲ πλεῖστα οὐκ ὀργᾷ.

Concocta purgante medicamento vacuare, atque ea quæ non ſunt cruda mouere oportet, neque in principijs morborum, niſi humores turgeant. Magna vero ex parte non turgent.

Vacuationis per purgātia medicaméta tempus cō uenientiſſimum.

SVperiore ſentētia per quem locum noxij humores ſint vacuandi, Hipp. generatim monſtrauit. Nunc ſpeciatim de ea vacuatione quæ per purgantia fit medicamenta agit, docetq; quo maxime tempore huius præſidij vſus eſſe conuenientiſſimus poſsit: tum ſcilicet vbi ea quæ cruda ſunt, concocta fuerint. Cauendum etiam monet, ne in morborum principiis, niſi turgeant humores, medicamenta purgantia propinemus. Pro pleniore autē huius ſentētiæ intelligētia, quum hic cōcoctorū & crudorum, veluti cōtrariorum mētio fiat, initio quid ſit concoctio, nobis dicendum erit. Eo enim abunde perſpecto, facile quæ cruda ſunt intelligemus. Eſt igitur concoctio nihil aliud niſi alteratio quę ab innato corporis calore fit. Ea autem duplex.

Cōcoctio quid.

duplex, Galeno lib.1. Epid.ſectione 2.conſtitutione tertia autore,exiſtit. Vna eorum quæ ſecundum naturam ſe habent,vt eſt cõcoctio qua in ventriculo cibus commutatur,aut in viſceribus & vaſis qui inibi generatur humor,vnde pars quæuis nutritur.Hanc Galenus lib.de Sympt.differ.& lib.2.de Naturalibus facult.definit eſſe, ciborum ſeu alimentorum in propriã ac conueniẽtem eius quod nutritur qualitatem alterationem. Hæc proprie Græcis πέψις nominatur. Porro quæ in iſta alimenti concoctione alterationéve citra ſanguinem ſubſtiterũt, nec exactam elaborationem ſunt adepta, Hippocrati & Galeno ὠμὰ, hoc eſt,cruda nominantur. Sic cruda definit Galenus lib.4.de tuenda ſan.cap. 4. vbi ex profeſſo crudorum curationem pertractat. Sũt autem omnes illi humores,qui citra ſanguinem ſubſiſtũt,perfectámque elaborationem non attingũt, frigidi & craſsi: quod loco iam citato,& lib.1.de Alim. facul. cap.de Tritico,Gal.manifeſte oſtendit, ſuccum craſſum & frigidum proprie crudum nominari ſcribens. Quum itaque crudi humores craſsi & frigidi ſint,recte Hippocrates ſtatuit, eos non niſi vbi fuerint cocti, medicamento purgante vacuandos, aut quomodolibet,nẽpe per vrinã,ſudorẽ,exercitia, balnea, & id genus alia præſidia eſſe mouendos. κινέειν itaque verbum generatim omnia iam dicta auxilia excludit,quippe ſingula aliqua ratione corpus commouent. Huius verò rei rationem exponit Gal.lib.4.de Tuend.ſan. cap. 5. vbi ita ſcribit, Deiectio in iis qui crudis humoribus in primis venis abundant, cruciatus circa vmbilicum & mordicatiões creat, animique deliquia " cum eo quod nec notatu quidpiam dignum educit:quãdo crudi omnes humores pigri,atque ad motum inepti,propter craſſitudinem frigiditatémque ſint. Quo fit vt etiam omnes anguſtas vias obſtruant, per quas id quod medicamentum deiecit, " ferri ad aluũ debeat:itaque nec ipſi educuntur,& aliis ſunt impedimento. Id quod ſane Hippocrates illo oraculo præcauit, " quo breuiſsime præcipit,Concocta purgante medicamento tẽtanda eſſe,non cruda. Eadem de cauſa,nec exercitare,nec omnino mouere, ſed nec lauare expedit eos qui in primis venis " crudorum copiam habent. Siquidem omnes id genus motus " ſuccos illos in totum corpus agunt. Seruandi igitur hi ſunt in " omni quiete, dandáque ipſis cibus, potio, medicamentáque " ſunt ſingula eius generis quæ attenuent,diſſecent, & conficiãt ".

Cõcoctio duplex.
Naturalis.
πέψις.
Cruda quæ.
Humor crudus.
Cudi humores cur non mouendi.

ſuc

ſuccorum craſsitudinem, ídque citra manifeſtum calorem. Nā qui excalefacti vehementius ſucci ſunt, hi in omnem corporis partem feruntur. Hæc ille. Hanc quidem cōcoctionem, de qua nunc loquimur, ſoli crudi ac pituitoſi humores, vtpote qui infra ſanguinem ſubſiſtunt, & minime bilioſi exigunt, que quidem quiete, ſomno, boni ſucci cibis, molli frictione, temperato balneo perficitur, Galeni in loco paulo ante producto teſtimonio. Hæc enim omnia quatenus innatū calorem roborant, concoctionem iuuāt, non autē efficiunt. Nam vt ex definitione concoctionis, quam ſupra poſuimus, liquet concoctio à ſolo fit calore natiuo. Quod etiam abunde teſtantur ea quæ ſcribit Gale. lib. 5. de Simpl. medicamen. facul. cap. 5. vbi naturales alterationes ſeu concoctiones ab innato fieri calore, ab externo autem iuuari, diſertè tradit, vtitúrque verbo ἐπικουρεῖται, quod auxiliatur ſignificat. Sic in fine libri de Cōſtitutione artis medicæ, quietem, calefactionem moderatam, boni ſucci ciborum mediocrē eſum, & vini moderatè calidi potionē ἄγειν ἐς πέψιν, ad concoctionē inuitare, quod ſcilicet calorē natiuū augeant, ac eidem robur addāt, tradit. Quapropter externorum quidē adminiculo natiuus calor foueri & augeri poteſt, ſicq; etiā augent ac fouent ſerapia quædam, & alia medicamenta mediocriter calida: ſed calor natiuus eſt qui ſubinde cōcoquit. Ex iis omnib. perſpicuum fit, quid ſentiat Gal. cū lib. 5. Aphor. Cōm. 22. calorem externum cōcoquere ſcribit. Nam eius loci interpretatio ex lib. 5. Simplicium petenda erit, vbi iuuari concoctionem à calido externo aſſerit. Cōcoquit igitur calor externus, non quidem quod cōcoctionem efficiat: ea enim ſolius caloris natiui, vt diximus, actio eſt: ſed quia calorem natiuū, qui coctionē efficit, foueat, augeat, iuuet. Sed inſtabit hic quiſpiā, atque Galeni nobis locum qui eſt in lib. 1. Epi. ſection. 2. conſt. 3. Com. 41. obtrudet, vbi ſupradicta omnia auxilia coctione efficere, apertè iis verbis mōſtrat, ἔνδηλον δ' ὅτι πεπασμοὺς ἐργάζεται τὰ συμμέτρως θερμαίνοντα πάντα, ἔτι μὲν ἐδέσματα, ἔτι δὲ καταντλήματα καὶ καταπλάσματα. καὶ τρίψις δὲ μετρία, καὶ λουτρὸν, ἐκ τούτου τοῦ γένους ἐστίν. Manifeſtum quod concoctiones efficiāt omnia quæ mediocriter calefaciunt, tum cibi, tum fomenta, & cataplaſmata. Frictio item mediocris, ac balneum eius etiā generis eſt. Cui reſpondemus: Quando de iis quæ aliquid efficiūt ſermo eſt, diligenter diſcernēdum erit, Galeno etiam ipſo lib. 1. de

Coctionē iuuantia quæ.

Coctio à calore natiuo.

Calorem externum concoquere, quomodo intelligendum.

Obiectio.

Reſpōſio.

1. de Simpl. medicam. facul. cap. 2. & 3. monitore, vtrum per ſe & propria facultate, an ex accidente idipſum efficiant. Cum itaque prædicta concoctionem efficere Gal. aſſerat, intelligendum erit ex accidente, hoc eſt ſecundo, & aliquo alio, calore nimirum natiuo, quem hæc ipſa fouent & augent, interueniête. Calor autem per ſe & primario coctionem efficit. Simile eſt quod Hipp. de aquæ frigidæ perfuſione in diſtenſionis curatione ſcribit lib. 5. Aphor. 21. Hæc enim ex accidente, reuocando ſcilicet calorem, calor autem per ſe diſtenſionem ſanat. Cæterum altera concoctio partim naturalis, partim præter naturam exiſtit. Ab innato enim, vt prior, fit calore, non tamen ab eo qui planè vincit: quod ſcilicet non ex materia quæ prorſus benigna ſit, & animanti familiaris fuit, neque tamen etiã omnino aliena. Hæc nihil aliud eſt, niſi humoris morbum efficiêtis alteratio. Quare cocta hac ratione dicuntur, quæcunque à natura ipſa euicta ſunt. Cruda verò, quæ non ſunt euicta.

Altera cõcoctio partim naturalis, partim præter naturam.

Cocta & cruda quæ.

Cuius rei teſtis eſt Gale. qui lib. 1. Epi. ſectione 2. conſtit. 3. Comment. 42. ita ſcriptum reliquit: Quemadmodum natura morbificas cauſas ſuperante concoctiones fiunt, ita non ſuperante, contraria. Et iterum lib. 2. de Victu acuto. Comment. 44. vbi ait concoctionem eſſe, cum natura cauſis fortior fuerit, permutaueritque eas ſuo robore. Ibidem etiam diſertè docet, cocta eſſe, quæ à natura ipſa ſint deuicta: cruda contrà, quæ minime. Hac quidem ratione excrementa, catarrhum, coryzan, fluentes ex iis ichores, & humiditates quæ in lippitudine emanant, aut crudas aut coctas eſſe dicimus. Ad hũc modum & bilem crudam, vel coctam eſſe pronunciamus, vt loco citato Galen. fuſius monſtrat, vbi quoque crudam bilem flauam admodum eſſe, & acrem & malè olentem: coctam autem pallidiorem, & minime malè olentem ſcribit.

Bilis cruda & cocta.

Quæcunque igitur hoc modo cruda ſunt, neque medicamentis purgantibus vacuãda, neque quomodolibet mouenda eſſe, præcipit Hipp. ſed expectandam concoctionem: quod tum naturam ipſam habeamus euacuationi adminiculantem. Quippe ipſa poſt concoctiones, vt in Commentariis, & lib. 4. Aphoriſ. Comment. 22. teſtatur Gale. humores diſcernit, & poſtea euacuat. Hinc non temere, ſed prudenter admodum lib. 4. Vict. acut. Aphoriſ. 19. ſic ſcriptum reliquit Hippocrates, Quicunque ſtatim inter morbi initia phlegmone obſeſſas partes medicamento ſoluere co-

nan

,, nantur, ij à parte intenſa inflãmatáque nihil auferunt. affectus
,, enim quòd crudus ſit, nõ cedit. Quæ vero morbo reſiſtere poſſunt, & ſana ſunt, abſumũt. Porro ex iã dictis facilis eſt ad eam quæſtionẽ reſpõſio, nũ ſcilicet bilis vt cõmode vacuetur, cõcoctionẽ exigat necne? Nã cũ ea quę à natura nõ ſunt euicta, medicamentis purgantibus minime vacuãda ſint: bilis aũt interdum, vt iã demonſtrauimus, ſit huiuſmodi, cõſequitur, & hanc ipſam exigere concoctionẽ. Nõ eſt aũt euicta à natura quando excandeſcit, acris eſt, & hominem exurit, quapropter tum expectanda eſt eius cõcoctio, dãdáque ſerapia, & alia medicamẽta quę eius calorẽ ac feruorẽ reſtinguãt atque cõcoquãt, hoc eſt alterent. Siquidẽ hac ratione cocta, & veluti ſubacta, ac edomita, naturæque obſequens reddita bilis, abſque moleſtia minoríque negotio ad cõuenientia euacuatiõis loca à purgãte medicamẽto trahetur. Ea de cauſa ante purgationẽ zulapia diluculo propinanda eſſe ieiunis, donec in vrinis decens aperuerit concoctio, hoc eſt donec à natura ſuperata fuerit bilis. Actuarius etiã in lib. ſuo de Compoſ. medic. hortatur. Non autem vt craſsitiẽ adipiſcatur, queãdmodum Auicenna, & hũc ſequẽtes iuniores medici, non ſine magno errore arbitrati ſunt. Quem quidẽ errorem abunde ſatis lib. 2. noſtrorũ Paradoxorum cap. 11. & cap. 20. Cõpendij noſtri confutauimus. Non requirit igitur flaua bilis vt craſsior fiat, cum craſsitiẽ attractioni medicamenti purgantis & pulſioni naturæ obſiſtere euidentiſsimũ ſit. Quod ea etiam quæ per ſudores & vrinam vacuantur, ſatis monſtrãt: quippe cum ea per anguſtos meatus ferri neceſſe ſit, nõ poſſunt niſi attenuata fuerint, per has vias educi. Quod ſi vero quiſpiam inſtabit, nobíſque Ariſtotelem obtrudet, qui lib. 4. Meteor. cap. 2. ſcribit ea quę concoquũtur craſsiora euadere, aridioráque reddi: reſpondeo, verum quidem eſſe, ſiquidẽ omnia quæ à calido patiuntur, euaporãte nimirũ humido, aliqualiter craſſeſcere. Nõ tamẽ ea de cauſa ſtatim inferendũ eſt, tenuitatẽ vacuationi obſiſtere, atque ex vſu eſſe craſsitiẽ: verũ id potius, ad expeditã vacuationẽ requiri concoctionẽ, quæ nimirum craſsitiem quampiam nequit effugere, quæ tamẽ eiuſmodi erit, vt vacuationi ipſi nõ obſiſtat. Nam niſi ſic colligas, cogeris fateri, nec pituitam, nec atram bilem coctas & euictas iam à natura, vacuationi idoneas eſſe; quod ſcilicet per concoctionem craſsiores euaſerint. Pari ratione omnia excrementa

An bilis vt cõmode vacuetur, concoctionem exigat.

Bilis non euicta à natura qualis.

Bilis non eget craſsitie vt educatur.

Craſsitiẽ attractiõi medicamẽti purgantis obſiſtere.

Obiectio.

Reſpõſio.

a ad euacuationem eſſe ineptiora quã cruda, ſi aliter colli-
, fatearis neceſſe eſt: quod quàm ſit abſurdum, nemo eſt qui
intelligat. Atque hæc de cõcoctis & crudis nũc dixiſſe ſatis
Cæterum vetat etiam in præſcripta ſententiam Hipp. ne in-
ncipiis morborũ per purgãtia medicamẽta, aut quomodo
et aliter noxia vacuemus: quod ſcilicet tum omnia adhuc
uda ſint, quando exquiſita concoctio, Galen. lib. 3. de Iudiciis
p. 5. teſte, vigoris tempore fiat. Hinc eſt quod natura etiam
ſa nunquã in morbi principio, dũ crudi adhuc ſunt humores,
llam vacuationem inſtituat. Huius igitur cum medicus mi-
ſter ſit, nõ debet & ipſe in principio morbi dũ adhuc omnia
uda ſunt, purgantibus medicamentis vti, quia hęc ipſa medi-
amentis nõ obediũt, grauiáque ea de cauſa ſymptomata ex-
tãtur. Niſi humores noxij turgeant: tũ enim in principio etiã
norbi nondũ coctis humoribus medicamento vti purgãte li-
cebit, ne ſcilicet humores parũ ſtabiles, & ab vna parte ad aliã
ine ordine moti, ad principem aliquã partem decumbant. Si
quidem turgere, vel vt Hippocratis verbo vtamur, ὀργᾶν, Gale-
no lib. 8. de Compoſit. medic. κατὰ τόπους cap. 3. teſte, nihil aliud
eſt, quàm motum ad excretionem impelli, qui nondum firmã
aliquam inclinationem ac ſtationem ad vnam partem habet.
Vel clarius, quemadmodum in libello cui titulum fecit, Quos
purgare oporteat, cap. 5. interpretatur, turgere humores dicun-
tur, cum motu impetuoſiore ac concitatiore correpti à parti-
bus in partes deffluunt, ſtatímque initio morbi hominem do-
lore afficiunt, irritantes, quieſceréque nulla ratione permitte-
tes. De huius verbi ſignificatione in Comm. & lib. 4. Aphoriſ.
Comment. 10. Galenus fuſius agit. Magna autem ex parte (id
enim τὰ πλεῖστα Græcis ſignificat) humores non turgent. Qui-
bus verbis diſerte innuit, raro accidere vt humores mobiles
ab vna parte ad aliam transfluant, ſed plerunque eſſe in parte
aliqua firmos ac fixos: ideóque non eſſe in principiis morbo-
rum purgandum, niſi rariſsime, hoc eſt quando humores tur-
gent. Non eſt autem purgandum inter morborum initia, mo-
do humores haud turgeant; neque validis, neque mitioribus
(minoratiua hodie faciẽtes medicinã vocãt) medicamẽtis pur-
gãtibus: quod Hippocrates, hos ne mouẽdos quidẽ eſſe, quam-
diu crudi fuerint, pręcipiat. Quocirca mirifice errare noſtri tẽ-
poris medicos conſtat, qui etſi validiora in principiis morborũ
medi-

In principiis morborũ non purgãdũ.

Humoribus turgẽtibus in principio etiã purgare licet.

Turgere quid.

ὀργᾶν.

τὰ πλεῖστα.

An mitioribus purgatiõibus inter initia morbi vti liceat.

medicamenta oderunt, purgationem tamen aliquam admittunt, quæ mitis admodum ſit, ac minores faciat humores noxios: qua de cauſa etiam minoratiuam appellant, vt copioſe lib.2.noſtrorum Paradox.cap.5.& libro 2. Apologiæ aduerſus Montuum, confutatione dialexeos octauæ demonſtrauimus. Nonnulla quoque ea de re in ſequẽtibus ſectionibus dicemus.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Ab animalibus. [Addendum, concubitum appetentibus. Græce enim eſt ἀπὸ τῶν ὀργώντων ζώων, &c. Titillantia] Græce, γαργαλιζόμενα, titillata, paſsiue. Faſtidientes.] Expungenda penitus hæc dictio, quippe Græce eſt tantum, κινοῦντες καὶ γαργαλίζοντες. Singula vero medicamenta. &c.] vt copioſe docet Gale. lib.5. de Simpl. medicam. facul. cap. 24. & lib. 1. de Naturalibus fac. Et in libello de purgantium medicamentorum facultat.

APHORISMVS XXIII.

Τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι, ἀλλ' ὡς χωρέῃ οἷα δεῖ, καὶ φέρει εὐφόρως, καὶ ὅκου δεῖ μέχρι λειποθυμίης ἄγειν, καὶ τοῦτο ποιεῖν, ἢν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων.

Quæ euacuantur non ſunt eſtimanda copia, ſed eo quòd talia vacuantur, qualia vacuari oportet, & ager facile fert. Atque vbi ad animi defectionem vſque educendum eſt, hoc quidem faciendũ, ſi æger durare poſſit.

Imperiti medici in vacuationib. copiã duntaxat expẽdunt.

Reprehendit hoc loco Hippo. ſtultam vulgi & imperitorum medicorum opinionem, qui in euacuationibus copiam dũtaxat eorum quæ vacuantur expendunt, parũ de aliis ſoliciti. Sic hauſto medicamento purgante, hoc tantum optãt plerique omnes, vt crebro excernant. Hincque adeo fit, vt nullum medicamẽtum datum vllam apud eos mereatur laudem, niſi quod immenſam copiam eduxerit. Vult itaque Hippocrates, vt in vacuationib. ip̃s medicus nõ multitudinẽ cõſideret, ſed hęc potius duo, nũquid talia vacuẽtur qualia vacuari decet, & nũquid æger vacuationẽ hãc ipſam facile toleret. Generalis itaque hæc eſt Hippocratis ſententia, atque ad omnes corporis

vacuationes referenda. Quare interpretes hanc vocem τὰ χωρέοντα perperam ad deiectiones alui tantum contraxerunt, quũ hæc ipſa vox omnia quæ è corpore procedunt vacuantúrue, denotet. Eſt enim ἐχωρέω Græcis procedo, progredior. Quinetiã Hippocratem hic non tantum de alui deiectionibus loqui, è Galeni Comment. palam fit, qui manifeſtiſs. verbis hãc ipſam ad venæ ſectionem transfert. Cæterũ vbi ad animi vſque defectum vacuandũ erit, id quod interdum neceſsitas ipſa exigit, vt diximus in Comment. tertij huius Sectionis Aphoriſmi: faciendum hoc quidẽ, ſi æger durare poſsit: hoc eſt, vbi vires ſatis validæ fuerint. Et loquitur de ea animi defectione hoc loco Hippo. quæ vacuationis ratione accidit, vt Gale. in Comment. etiam annotauit. In quibus multa alia ad huius loci pleniorem intelligentiam ſtudioſi reperient, quæ nos conſultò præteriuimus. Animi autem defectio, quam λειποθυμίαν vocat Hippocrates, alio nomine ἔκλυσις, id eſt, exolutio, Galen. lib. 1. de Curãdi ratione ad Glauconem teſte, dicitur. Eius hæc ſunt verba, περὶ δὲ λειποθυμίας καὶ ἐκλύσεως. εἰώθασι γὰρ οἱ ἰατροὶ καθ' ἑνὸς πράγματος ἄμφω ταῦτα τὰ ὀνόματα φέρειν. αὐτὸ μὲν οὖν τὸ πρᾶγμα ἓν ἐστιν, Sunt enim pro vna eadẽmq; re ambo hæc nomina à medicis vſitata: quippe ipſa res vna eſt.

τὰ χωρέοντα.

Quãdo ad animi vſque defectioné vacuandum.

Animi defectio. Exolutio.

ANNOTAT. IN GAL. COMMENT.

Sicuti enim qualitatem eligimus.] Græcè, ὡς γὰρ τὴν ποιότητα κατὰ τὸ λυποῦντα χρὴ κινοῦσθαι χυμὸν, οὕτω δηλονότι καὶ τὴν ποσότητα τῷ πλήθει τοῦ λυποῦντος ἁρμόττειν. Sicuti enim qualitatem pro humoris ratione, qui infeſtat, vacuari oportet: ita videlicet & quantitatem humoris moleſtantis multitudinì cõgruere decet. Ex quo loco omnibus palam fit, qualitatem interdum idem quod ſpeciẽ humoris, ſuã in ſanguine proportionem excedentis ſignificare, vt fuſius ſuprà dictum eſt. Sect. nimirum prima Aphoriſ. 1. Quantitatis verò nullũ habemus, &c.] Græcè, ποσότητος δ' οὐδὲν τοιοῦτον ἔχομεν εἰπεῖν γνώρισμα, quantitatis verò nullum tale afferre poſſumus indicium.

Qualitas idẽ quod ſpecies interdum.

Aliquod ex iis quæ natura conſtant.] Græcè, εἰ δέ τινα τῶν κατὰ φύσιν ἐκκρίνοιτο, quòd ſi aliquid eorum quæ naturaliter ſe habent excernatur. Significationes.] Græcè, γνωρίσματα, indicia, notas. Et primum vſque ad quam, &c.] Græcè, καὶ πρῶτόν γε τὸ μέχρι ποίας λειποθυμίας, & primum ad quã vſque animi defectionem. Citra neceſsitatem.] Græcè, πρὸ τοῦ δέοντος,

γνωρίσματα.

Quomodo cauendũ, ne qui antea venæ ſectione nõ ſũt vſi, animi defectionem incurrant.

antequam conuenit, ſcilicet ab euacuando deſiſtere. Accumbentibus ipſis ſecamus venam.] Præceptum diligenter in iis qui facilè animo deficiunt, aut nunquã antea venæ ſectione vſi ſunt, obſeruandum. Hac enim ratione, ne temerè animi defectionem incurrant, probè cauebimus. In adurentibus.] Græcè, διακαεστάτων, ardentiſsimis. De qua re plura lib. 9. Ther. meth. & in eo quem de Curandi ratione per ſanguinis miſsionem ſcripſit Gal. libro. Sanitati ſunt reſtituti.] Adiiciendum perfectè: quippe Græcè eſt, ἐπαύσαντο τελέως.

APHORISMVS XXIIII.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσι ὀλιγάκις, καὶ ἐν ἀρχῇσι τῇσι φαρμακείῃσι χρέεσθαι. καὶ τοῦτο προεξευκρινήσαντας ποιέειν.

In acutis morbis raro, & inter initia medicamentis purgantibus vtendum eſt: idque prius diligenti adhibito iudicio faciendum.

PRæcedente Aphoriſmo de omnibus vacuationibus egit, nunc de vna tantum, ea ſcilicet quæ per purgantia fit medicamenta agit docétque, quando ea in acutis morbis commodè vti liceat, dicens, In acutis morbis raro medicamentis purgantibus vtendum. Vbi initio animaduertendum erit, πάθος vocem aliter vſurpare Hippocr. quàm Galenum. Siquidẽ Hippocrates & alij Græci omnes, Gal. lib. 1. Epid. Conſtit. 1. Comment. 23. teſte, quæcunque præter naturam in corporibus noſtris generantur, pathemata vocant. Quum autem morbos ex genere eorum quæ præter naturam ſunt, eſſe conſtet, factum eſt vt per πάθη hoc loco morbos intellexerit. Et quidẽ πάθους appellationem de morbo dixiſſe veteres, libr. 2. Ther. meth. cap. 3. teſtatur Gal. Quod etiam Philotheus confirmat, dicens, πάθος δὲ καταχρηστικῶς τὸ νόσημα καλεῖ. Galenus verò, vt ex iis palam fit quæ cap. 1. libri de Sympt. differ. & lib. 2. Ther. meth. ſcribit pathos nominat alterationem quæ adhuc fit. Quare de illius ſententia à morbo, qui eſt affectus in ſubiecto corpore permanens, diſtat, quemadmodum alibi copioſiſsimè demonſtrauimus. Cæterum raro vtendum eſſe purgationibus in acutis morbis præcipit, hoc eſt nunquam niſi turgeant humores: quod raro, vt dictũ eſt ſuprà Aphor. 22. accidere ſolet. Non eſſe

πάθος.

autem

autem purgandum in acutis morbis niſi turgeant humores,vt hoc loco copioſè doceamus, res ipſa exigere videtur. Longe enim ab Hippocratis præſcripto aberrant, qui hodie faciunt medicinam,dum in acutis febribus,aliisq; eius generis morbis,crebro purgatoria propinant medicamēta:quū apertis verbis hic dicat,nō niſi raro,id eſt,quādo materia turget,in acutis morbis eſſe purgandū. Et li.4.Vict.acut.38.nō tantū vetat ne inter initia febriū,aliorúmq; acutorum morborū purgemus, ſed omnē etiā dimotionē pertimeſcit,dum inquit:Quòd ſi vrinæ ab initio tenues fuerint,purgandū nō eſt:at ſi videatur,hoc eſt,ſi aluus nil ſpōte deiiciat,clyſterē iniicies.Corpus itē quieti permittere,vngere,& æqualiter cooperire.In libello etiam de Medic.purgant.cap.4.idem Hippo.ſeuerè præcipit,ne in magnis,adeoq; acutis febribus purgatoria medicamenta ingeramus.Quinetiā Gal.lib.1.de Curandi ratione ad Glauconem, vbi ex profeſſo tertianæ febris exquiſitæ curationē tractat,parum purgantia medicamenta probat. Sed grauiſsimorū ſcriptorū Hippocratis & Gale.teſtimoniis,quorū tamen ſola nobis autoritas ſufficere poſſet,rationes aliquot,quibus in acutis morbis nō niſi rarò eſſe purgandum docebimus,ſubiiciemus.

In acutis morbis nō purgādū, niſi turgeant humores.

Error medicorū noſtri ſeculi.

Quare in acutis morbis, niſi turgeant humores purgare nō liceat.

Principio itaq; non licet in acutis morbis,niſi turgeant humores,purgare,propter noxas & incommoda quæ purgationes ipſas ſequuntur:quorū hoc nō poſtremū eſt.quòd ſi dimouere tentes,quum crudi adhuc ſint humores,nihil auxilij à natura expectes:ipſa enim nō niſi poſt concoctionē ſecernit, & impetum ad excretionē facit,vt abūdè ſuprà in explicatione Apho. 22.eſt expoſitum. Alterū,quod maximū & præcipuum eſt,hac ratione iudicationes cæteráq; naturæ auxilia impediuntur ac tolluntur.Impediri autem hoc modo iudicationes,teſtatur ſanè Hipp.qui li.4.Vict.acut.39.ſic inquit:Si purgantibus medicamentis aluum citaueris,vrina nō concoquetur,febríſq; citra tum ſudorē,tum iudicationē in longum tempus protrahetur. Quare cū medicus nondum ſciat ad quam partem ſeſe motus naturæ vertat,nō debet in acutis morbis temerè purgationes propinare,ne hac ratione operi naturæ ſit impedimento. Tertium incommodum eſt,quòd purgationes cùm omnes ſint facultate calidæ,morbis acutis febribúſque, quæ potius refrigerari & humectari deſiderant, parum conueniant. Prætereà quid magis noxium excogitari poteſt, quàm febres omnes

Natura raro febres vẽtris deiectiõe ſanat.

4. Aphor. 74.

deiectione perſanare velle: cum experientia cõpertum ſit naturam, quã in iis quæ ab ea rectè fiunt, medicus imitari debet, raras admodum febres ventris deiectione ſoluere. Quippe lõgiores aut per concoctionem, aut per abſceſſum finit. Sanatio quæ per coctionem vrinis perficitur. Hinc eſt quod Hippocrates alibi ita ſcriptum reliquerit. Quibus ſpes eſt abſceſſum ad articulos futurũ, liberat ab abſceſſu vrina multa, craſſa & alba „ facta. Acutas autem febres natura excretione finire ſolet,

Acutas febres natura excretione finire ſolet.

quæ ſanè multiplex eſt. Plurimæ quidem, Gal. lib. 3. de Iudic. cap. 3. teſtimonio, ſudoribus, & ſanguinis è naribus fluore ſanantur: nonnullæ quoque vomitionibus. Paucæ admodũ ſunt, in quibus ventris deiectionem natura morbũ iudicatura procurat. Quocirca Galeno, vt comprehenſum eſt, parũ placẽt in curanda tertiana febre vacuationes, quæ purgante fiunt medicamento. Quin potius mollibus clyſteribus aluum vacuandã eſſe hortatur. Quũ itaq; raro natura in febribus & acutis aliis morbis, ventris deiectionẽ efficiat, raro etiã hãc ipſam purgãtibus medicamentis medicus procuret, magíſque intereà ad

Medicus naturæ motũ cognoſcere ſtudeat.

quã ſeſe partem vertat natura, cognoſcere ſtudeat. Quod vbi cognouerit, nõ aliud illi curæ ſit, quã parare vias, & fluxile corpus efficere, quemadmodũ Hippo. li. 6. Epid. part. 2. Aphoriſ. 17. monet, inquiens: Ea quæ non quò expedit repunt, reuellere oportet: Sin quò decet, tum iis viam ſtruere, vt ſingula eò repant, conuenit. Quod vno exemplo demonſtraſſe ſatis ſit. In

Mot⁹ naturæ in peſtilentiali febre ad cutem eſt.

febre peſtilentiali naturæ motus vniuerſus ad cutem eſt: quapropter hunc medicus per ea quæ ſudòrem eliciunt, adiuuabit, vnicè autem cauebit, ne per aluum vacuet, ꝙ is motus naturæ inſtituto ex diametro pugnet, vtpote quæ venenatos humores non per aluũ, ſed cutẽ potius excernere ſtudet. Gal. in fine Cõmentar. huius ſententiæ, cur raròinter initia in morbis acutis ſit purgandũ, tres affert rationes: quarũ prima eſt, ꝙ raro moleſtantes humores ab initio turgeant. Altera, ꝙ etiã ſi turgent humores, tamen æger ad purgationẽ non ſatis aptus eſt. Tertia, ꝙ morbus nobis nullã, vt commodè ipſum ægrũ præparemus, occaſionẽ relinquat. Sed quæret hic à nobis quiſpiam,

Quid aluo adſtricta ĩ morbis acutis faciendũ.

quid igitur in acutis morbis faciendum, ſi aluus adſtricta ſit, nũquid tũ purgãtibus medicamẽtis vti licebit? Reſpõdeo, minimè, ſed aſtrictã aluum molliſsimis clyſteribus, quales ſunt quæ ex oleo & melle parantur, mollire cõuenit. Valentioribus

autem

autem tum clyſteribus tum medicamentis neutiquam vtendum, quòd ſcilicet ante coctionem dimouere ſuccos, vt dictum eſt, noxium exiſtat: & quia nondũ ſatis conſtet, quò natura ſeſe vertet. Et ſi paulo largius deiicere expediat, vt quum per aluũ putrida excremẽta natura quotidie purgare tentat: tum ea quę in ventriculo & primis venis ſunt coaceruata, per ea quæ in cẽſum ciborum potius quàm medicamentorum veniunt, detergi ac deiici conuenit. Ea autem apud Gal. alióſque veteres, quos quaſi duces cœlitus nobis demiſſos, non tantum in methodo, verumetiam in auxiliorum materia, imitari oportet, ptiſana & mulſa ſunt, quæ bilioſis excrementis & mediocri pituita tum ventriculũ, tum primas venas expurgare valent. Quod ſi valentius remediũ deſideras, oxymeli ſat fuerit, vt copioſius Gal. lib. 8. Ther. meth. docet. Licebit etiam re ipſa exigente, caſiam fiſtularem, & mannã vocatã, vſitatiſsima noſtra ætate medicamenta exhibere. Rhabarbarũ tamen, vt infra demõſtrabimus, minimè dandum erit. Atque hactenus, non eſſe in acutis morbis purgandum, niſi humores turgeant, demonſtrauimus. *Veteres imitandi.*

Quòd ſi enim turgent, inter initia ſtatim purgantibus medicamentis vtendũ, nec vlla ratione cunctandũ. Quod infrà etiã teſtatur Hippo. inquiens, Medicari in valde acutis, ſi humores turgent eodem die oportet. Tardare enim in talibus malum eſt. Inter initia itaque, priuſquam robur corporis diſſoluatur, aut febris calor augeatur, aut in aliquam partem principem, qui per corpus ſine ordine vagantur humores decumbant, purgandum, idq́; vt ait in Commen. Gal. μετὰ πολλῆς εὐλαβείας καὶ περισκέψεως, cum multa cautione obſeruationéve, ac conſideratione, num ſcilicet vires validæ ſint, & corpora fluxilia, faciendum. Si enim virtus valida, ait Philotheus, corporaque fluida fuerint, purgandum: Sin contrà, purgatione abſtinendum erit. Et hoc per vocem προεξυγκρινήσαντας, Hipp. intelligere voluit, quam Gale. variè interpretatur in Cõment. Philotheus autem προμελετήσαντας καὶ ἐξερευνήσαντας, hoc eſt præmeditantes & excutientes. Eſt enim ξυγκρίνω, excutio & examino. *In acutis morbis purgandi ratio.* *4. Aph. 10* „ *προεξυγκρινήσαντας.* *ξυγκρίνω.*

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Contingit purgare vtiliter.] Græcè, ἐγχωρεῖ ποτὲ καθαίρειν ποιήσασθαι συμφέροντως, contingit nonnunquã purgare vtiliter.

Siue enim per hoc verbum diligentem, &c.] Græcè. εἴτε γὰρ προδιασκεψάμενος ἐπιμελῶς, εἴτε προπαρασκευάσας τὸν ἄρρωστον,

εἴτε τὴν ἐνδεχομένην ἐπικρίνειαν ἀναμείνας, εἴτε καὶ τινὰ τούτων, εἴτε καὶ πάντα σημαίνει τοὔνομα, τὴν εὐλάβειαν αὐτοῦ τὴν περὶ τὰς τοιαύτας καθάρσεις ἐνδείκνυται σαφῶς. Siue enim diligenter anteà conſiderans,ſiue ægrotum prius præparans,ſiue quatenus fieri licet rectum iudicium expectans,ſiue horum aliquid, ſiue omnia hoc vocabulum ſignificet,metum eius circa huiuſcemodi purgationes manifeſtè indicat. Vti purgante medicamento.] Græcè, κακῶς φαρμακεῦσαι, perperam vti purgante medicamento. Contrariis.] Græcè, ἐναντιωτάτων, maximè contrariis. Ex purgantibus medicamentis detrimentum.] Poſt hæc verba,quædam in Latina conuerſione deſiderantur, hæc ſcilicet, ἔστι δὲ ἡ ὠφέλεια μείζων, ἐὰν ἀλύπως τε καὶ πᾶς ὁ βλάπτων καὶ λυπῶν ἐκκενωθῇ χυμός. Eſt verò vtilitas maior,ſi abſque moleſtia vniuerſus humor qui nocet & infeſtat vacuetur. Ilia.] Græcè, ὑποχόνδρια. De quo errato interpretis ſupra dictum eſt, nempe Aphoriſ.12. Humores in principiis.] Græcè, ἐν ἀρχῇ τοὺς λυπέοντας χυμοὺς, humores moleſtantes ab initio,&c.

APHORISMVS XXV.

Ἢν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρονται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι. τὰ δ' ἐναντία, δυσχερῶς.

Si talia purgantur qualia purgari oportet,confert, & facile ferunt: Sin contrà accidat, difficulter.

Hæc ſententia ſuprà eſt abundè à nobis explicata,ideoque vberiore expoſitione non eget.

ἹΠΠΟΚΡΆΤΟΥΣ ἈΦΟΡΙΣΜΩ͂Ν τμῆμα δεύτερον.

HIPPOCRATIS APHORiſmorum ſectio ſecunda.

APHORISMVS PRIMVS.

Ἐν ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον, ἢν δὲ ὕπνος ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον.

In quo

In quocunque morbo ſomnus laborem affert, letale eſt. Si verò iuuat, letale non eſt.

CVVM in altera iſta Aphoriſm. ſectione Hippocrati cõplura ſigna, quib. bonũ aut malũ, ſalutem aut interitũ ęgrotantiũ prędicere liceat, medico recenſere conſiliũ ſit, initio à ſomno ipſo auſpicatur, ac quãdo ex eo prædici poſsit, nunquid morbus ſalubris aut exitialis futurus ſit, docet, inquiens: In quocũq; morbi genere ſomnus πόνον ποιέει laborem affert, læditve, mortale eſt ſignum: idq; ſi in declinatione accidat, in qua aliàs plurimũ conferre ſolet, veluti in Comm. ſuis copioſius explicat Gal. Nã tum caloris natiui imbecillitatem, cauſas morbũ efficientes ſuperare haud potẽtis ſignificat. Porrò hoc loco ſciendũ erit, πόνον idẽ ſignificare quod βλάβην, hoc eſt noxã, quod Gal. etiã apertè in Com. teſtatur. Quod nõ temerè monemus. habet enim hæc vox alias quoq; apud Hippo. ſignificationes. Quippe interdũ idem quod exercitiũ denotat, veluti lib. 6. Epid. part. 5. Aph. vlt. vbi ait, πόνοι σιτίων ἡγήσθωσαν, exercitia cibos pręcedãt. Nonnunquàm dolorẽ ſignificat, vt infrà Aph. 46. δύο πόνων ἅμα γινομένων, duob. dolorib. ſimul ortis. Quòd ſi verò ſomnus iuuerit, minimè letale erit, ſui ſcilicet ratione. Quatenus enim ad ipſum attinet ſomnũ, bonum quidẽ portẽdit: noxios enim humores probè concoqui ſignificat: nõ tamẽ neceſſariò tũ ſalubris futurus eſt morbus. Nam ſi cõplura alia ſigna mortis aderint, nihilominus ægri exitiũ ſequetur. Quare ſi ꝓderit ſomnus, bonũ quidẽ ſignũ erit: at minimè certã ſalutem portendet, niſi etiam cætera ſigna ſalubria fuerint.

Somnũ in declinatione cõferre

πόνος quid.

Somnus quomodo iuuet.

ANNOT. IN COM. GAL.

Si verò iuuerit.] Adiiciendũ, ſomnus. Græcè enim legitur, ἢν δ' ὕπνος ὠφελέῃ &c. Altera communis, quæ in principiis, &c.] Græcè τὸ μὲν κοινῆς, ὅταν ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν παροξυσμῶν, ἃς ἐπισημασίας ὀνομάζουσιν, οἱ κάμνοντες κοιμηθῶσι, altera communis, quando in principiis acceſsionũ, quas Græci ἐπισημασίας vocãt, ægroti dormierint. Initiũ verò acceſsionis eſſe ἐπισημασίαν, teſtantur ea quæ ſcribit Gale. in lib. de Morborum temporibus, inquiens, καλῶ δὲ εἰσβολὴν παροξυσμοῦ, τὸν ἀκριβῶς ἤδη πρῶτον χρόνον ἁπλῶς, τὸν δ' αὐτὸν τοῦτον ἐπισημασίαν

ἐπισημασία quid.

ἐώθασιν ὀνομάζειν. Inuaſionem acceſsionis voco nunc, tempus exquiſitè primum, latitudine carens. idē verò hoc Græci ἐπισημασίαν nominare conſueuerunt. Sed plures.] Græcè, ἀλλὰ, πολλῷ πλείους γίνονται διαμένοντες ἄπεπτοι, ſed longe plures fiunt crudi permanentes. Ob hanc ſcilicet cauſam, ægrotis vigilias, &c.] διὰ ταῦτά τοι καὶ παρακελευόμεθα τοῖς κάμνουσιν ἐγρηγορέναι τηνικαῦτα, τὴν ἀπὸ τοῦ ἐγρηγόρσεως ἐπὶ τὰ ἐκτὸς φορὰν τοῦ πνεύματος καὶ τοῦ αἵματος, καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς θερμασίας ἀντιτάττοντες, ὡς μέγιστον ἴαμα τῇ κατὰ τὰς ἐπισημασίας ἐπιγινομένῃ πρὸς τὸ βάθος αὐτῶν φορᾷ, ob hanc igitur cauſam ægrotis vt vigilent tunc præcipimus, illam quæ à vigilia fit ſpiritus, ſanguinis, & caloris qui in eis ad exteriora motionē, tanquam maximũ auxiliũ, illi quæ fit in acceſsionũ initiis eorundē ad interiora motioni opponentes. Quoſdam ſomnus grauiſsimus.] Cræcè, ἐνίοις δὲ ἀρχὴ κώματος ἐν τῷ ὕπνῳ γίνεται, nonnullis vero in ſomno initium comatis accidit. Quidam verò ex ipſis.] Expungendæ hæ duæ dictiones, ex ipſis. ſiquidem Græcà ſic habent, τινὲς δὲ καὶ κατ' αὐτοὺς τοὺς ὕπνους, &c.

In acceſſionũ initiis non dormiendum.

Affectibus.] Cræcè, παθήμασι, malis. de quibus ſuprà diximus. Ipſe enim Hippocrat. vult, &c.] Lib. nimirum 6. Epid. part. 4. Aphor. 12. vbi ita ſcriptum reliquit, ἐμφανέως ἐγρηγορὼς θερμότερος τὰ ἔξω, τὰ ἔσω δὲ ψυχρότερος. καθεύδων τἀναντία vigilans circa exteriora manifeſtè calidior eſt, circa verò interiora, frigidior. dormiens contrà. Quantum ad talem affectum attinet.] Græcè, ὅσον ἐπὶ τούτῳ τῷ πάθει, quantum ad hoc malum attinet. In libris quos Epidemia, &c.] Libro videlicet tertiò. Graui oppreſsi ſomno.] Græcè, κωματώδεις.

APHORISMVS II.

Ὅκου παραφροσύνην ὕπνος παύει, ἀγαθόν.

Vbi ſomnus delirium ſedauerit, bonum.

Sõnus deliriũ ſedās bonũ portendit.

Qvum præcedenti Aphoriſmo generatim dixerit Hippocrates, ſomnũ qui in morbis iuuat, bonũ portendere, hoc loco eius quod anteà dixit, veluti exemplum ſubiungit, inquiens: Vbi ſomnus delirium ſedauerit, bonum. Quippe calorem natiuum morbificas euiciſſe cauſas, atq; adeò vires eſſe validas ſignificat. Delirium autem, quod Hippocrati παραφροσύνη dicitur, nihil aliud eſt, niſi errans & deprauatus imaginationis motus. Nam qui ad hũc modũ laborant, quæ cōcipiunt,

Delirium. παραφροσύνη.

ſingu

ſingula deprauatè atq; aliter quàm pro ſuæ naturæ modo habeant, apprehendunt. Quod Theophili medici exẽplo cap. 4. libri de Differen. ſymp. Gal. luculenter admodũ oſtẽdit. Solius verò delirij ὡς φιλοσύντομος, ait Philotheus, id eſt, breuitatis ſtudioſus, meminit tanquam mali perículoſioris grauioríſq;, ſub eodem reliqua etiam cõplecti volens, dolorẽ nimirum, febrẽ, inflammationẽ, & id genus alia: quæ ſi ſedauerit, bonum erit.

APHORISMVS III.

Ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα τοῦ μετρίου μᾶλλον γινόμενα, κακόν.

Somnus, vigilia, vtraque ſi immoderata exiſtũt, malum.

NImia immoderatáue omnia naturæ eſſe prorſus aduerſa & inimica, ſomni ac vigiliarum exemplo monſtrat Hippocr. inquiens: Somnus, vigilia, vtraque ſi modum exceſſerint, malum. Malum quidem ſignum, & cauſa mala. Quippe κακὸν refert σημεῖον, καὶ αἴτιον. Somnus enim immoderatus ſignum malũ exiſtit, eo quòd primũ ſenſoriũ, hoc eſt cerebrũ ipſum nimis quàm conueniat refrigeratum & humectatũ eſſe ſignificat. Somnus verò naturalis, atq; adeò moderatus, fit ex euaporatione alimenti. Siquidem vapor ſuauis & vtilis ex nutrimento exhalans, cerebrũ aſcẽdit, & ab eodem refrigeratus, inq; humorem coactus defluit in cerebro, & meatus ſenſuum & neruorũ motiuorũ obſtruit. Quũ itaq; ſomnus moderatus ac naturalis propter ſuaues halitus cerebrum petentes fiat, qui frigiditate cerebri incraſſati & defluentes illud rigant & humectant, accidit vt in eo cenſoria placidè quieſcant. Contrà in comate propter lentos craſſos ac frigidos humores, animus & mens violentè opprimitur. Quapropter meritò Hippocrati vt malum ſignum damnatur ſomnus immoderatus, vtpote qui libro 6. Epidem. part. 6. Aphoriſ. 5. ſcriptum reliquerit: Labor, „ cibus, potus, ſomnus, venus, omnia mediocria ſunto. Cauſa „ etiam mala exiſtit ſomnus immoderatus, eo ꝙ vaporoſa excrementa effluuia cohibens in corpore coaceruat, neque vt diſcutiantur permittit. Corpus prætereà, Hippocrate lib. 2. de Vict. acut. Aphoriſ. vlt. teſte, diſſoluit, capitiſq; grauitatem parit. Proinde errare eos toto cœlo conſtat, qui ſomnum ſem-

Immoderata oĩa naturę inimica.

Sõnus immoderat° vnde.

Sõnus naturalis ex euaporatione alimenti.

Vigiliç immodicæ. per bonum eſſe aſſerunt. Cæterùm ſunt etiam immoderatæ vigiliæ malum ſignum. ſiccitatem enim multam portendunt. Mala quoq; cauſa, quia Hippocrate, vbi ſuprà, authore, cruditatem pariunt, atque adeo cibi & potus coctionem impediũt. Citat hanc ſententiam Gal. lib. 3. de Male affect. locis, cap. 4. ibidemq́; & ſomni & vigiliæ cauſas inquirit.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Somnolentas & graues diſpoſitiones.] Græcè, τὰς κωματώδεις διαθέσεις, comatoſos ſoporoſosq́; affectus. Sõnus grauis.] Græcè κῶμα, ſopor: ſic enim magna ex parte interpretes Latini vocant: ad euitandã verò cõfuſionem, optimum eſt retinere Græcã vocem coma. Primo ſenſitiuo, hoc eſt cerebro.] Græcè τῷ πρώτῳ αἰσθητικῷ, τουτέστι τῷ ἐγκεφάλῳ. Eſt autem Græcis αἰσθητικὸν, & Latinis ſenſitiuũ Ariſt. in lib. de Somno & vigilia, cap. 1. autore, id quod ſentit, aut ſenſu præditũ eſt. Primum igitur ſenſitiuum, Gale. cerebrum interpretatur, idq́; propter Ariſtotelem, qui in lib. de Somno & vigilia cap. 2. cor ipſum ſenſus & motus principiũ eſſe ſtatuit. Quare vt diceret ſomnũ fieri corde quieſcente & ceſſante, coactus eſt: quũ tamen conſtet omnibus, cordis motũ propter caloris ad interiora reuocationẽ, per ſomnum eſſe vehementiorẽ ac validiorem, quàm in vigilantibus. Nequaquã igitur in ſomno quieſcit cor, neq; eius tum functio ceſſat, vt Ariſt. cenſuit, ſed validius mouetur. Non eſſe autẽ cor primũ ſenſitiuũ, vel hinc abundè patet, ꝙ omniũ ſententia nerui ſint inſtrumenta, per quæ ad omnes corporis partes ſenſus & motus deferuntur. Neruos verò naſci ex cerebro, teſtatur inſpectio ipſa. Proinde temerè faciunt recẽtiores quidã, quod nullius momẽti argutiis hoc Ariſtotelis erratum tueri conãtur: cũ tam ſit euidẽs, vt nulla ſophiſtica huic mederi poſſit, perinde atq; hoc quod in eodẽ lib. & alibi etiã aſſerit, cor eſſe venarũ principium. Retineamus itaq; in ſcholis medicis vera & ſyncera dogmata, parum curantes quid Ariſtoteles & alij de iis ſenſerint. Somnum ſemper fieri cũ modo.] Græcè, τὸν ὕπνον διὰ παντὸς ὑπάρχειν ἔνιοι σύμμετρον γίγνεσθαι, nonnulli ſomnum ſemper eſſe mediocrem exiſtimant.

Margin notes: κῶμα. — αἰσθητικὸν, Senſitiuũ. — Primũ ſenſitiuũ, cerebrum. — Ariſtotelis erratũ. — Cor non eſſe primũ ſenſitiuũ.

APHORISMVS IIII.

Οὐ πλησμονὴ, οὐ λιμὸς, οὐδ' ἄλλο οὐδὲν ἀγαθὸν ὅ, τι ἂν μᾶλλον τῆς φύσεως ᾖ.

Non ſatietas, non fames, neque aliud quicquam bonum eſt, quod naturam exceſſerit.

QVemadmodum præcedenti ſententia, ſomni & vigiliarum: ita nunc ſatietatis & famis exemplo, omnia immoderata eſſe noxia oſtendit. Satietas autem, quæ πλησμονὴ Hip. & Galeno dicitur, eſt, quando plus cibi quàm naturæ corporis conuenit, Galeno infrà Comm. 17. autore, ingeritur. Alij autores Græci pro cuiuſque rei ſatietate hac voce vtuntur. Cæterum ſatietatem facere morbum, atque adeo nocere, infrà etiam teſtatur Hippo. dum ait: Vbi plus cibi præter naturam ingeſtum fuerit, morbum facit. Qui igitur ſanitatis ſtudio tenetur, is accurata diligentia ſatietatem nullo non tempore vitabit. Quod etiam alibi monuit Hippo. vbi ita ſcriptum reliquit: Sanitatis ſtudium eſt, non ſatiari cibis, & impigrum eſſe ad labores: ἄσκησις ὑγιείης ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων. Vt autem ſatietas noxam affert, ita fames, quæ illi opponitur. Nam diutius tolerare famem, ventriculum malis replet humoribus. Quod manifeſtè teſtatur Galen. lib. 3. de Naturalib. facult. ita ſcribens: Quippe ventriculus ſi melius paratiúſque nutrimentum habet, externum non poſtulat. Sin aliquando poſtulat, nec eius copia eſt, excrementis impletur. Non tantum vero ſatietas & fames noxam afferunt, ſed & omnia alia quæ naturam excedunt, & immoderata ſunt. Quod infrà iis verbis palàm innuit: Plurimum ac repentè vacuare, aut explere, calefacere aut refrigerare, ſiue quouis alio modo corpus mouere, periculoſum. Quoniam omne nimium naturæ inimicum, vtpote que mediocritate delectetur & conſeruetur.

Satietas. πλησμονὴ

Aphor. 17. 6. Epid. parte 4. aphor. 20

Diutius tolerare famē, ventriculū malis replet humoribus

Aphor. 51.

APHORISMVS V.

Κόποι αὐτόματοι φράζουσι νόσους.

Laſſitudines ſponte natæ morbos prænunciant.

QVid laſsitudines ſponte euenientes, quas κόπους αὐτομάτους Hippoc. nominat, præ ſe ferant, hoc in loco monſtrat. Sponte autem natas laſsitudines appellat ſenſationes moleſtas, quæ citra motum accidunt. Quare differunt ab iis quæ ſimpliciter & citra vllam adiectionem laſsitudines dicuntur. Quippe hæ immodicas exercitationes excipiunt, atque ſanorum

Sponte natæ laſsitudines.

Laſsitudines ſimpliciter.

rum ſymptomata ſunt. Quæ vero ſine iis conſiſtunt, morboſa ſunt ſymptomata. Ita vt commodiſsime ab Hippo. dictum ſit, laſsitudines ſpontè natæ φράζουσι, τουτέστι δηλοῦσι, Philotheo interprete, hoc eſt, nunciãt morbos. Sunt autem vtriuſq; laſsitudinis tres ſpecies, ἑλκώδης, τονώδης, καὶ φλεγμονώδης, vlceroſa, tenſiua, & phlegmonoſa. De quibus copioſiſsimè tractat Gal. in iis libris quos de Tuenda ſanitate inſcripſit. De iis quidem quæ ob immodicas exercitationes accidunt, in tertio. De iis verò quæ ſpontè naſcuntur, in quarto, & lib. 2. de Symp. cauſis, c. 7. Ad quos nunc lectorem ablegamus, vt inde è quibus cauſis oriantur, & qua ratione ſubinde emẽdari queãt, cognoſcat.

Laſsitudines tres.

APHORISMVS VI.

Ὁκόσοι πονέοντές τι τοῦ σώματος, τὰ πολλὰ τῶν πόνων οὐκ αἰσθάνονται, τουτέοισιν ἡ γνώμη νοσέει.

Quicunque parte aliqua corporis dolent, & dolorem omnino non ſentiunt, iis mens ægrotat.

PRo pleniore huius aphoriſmi intelligentia, ſciendũ πόνον, dolorem bifariam apud Hipp. accipi. Primò pro affectu, qui efficit dolorem. Quo in ſignificato lib. 6. Epid. part. 1. Aphor. 7. ſumitur, vbi ait: In Cranone vetuſti dolores frigidi, noui verò calidi. Quam ſententiam Gal. etiam in Com. citat. Secundò pro moleſto, triſti, laborioſóue ſenſu accipitur, qui in ſeparatione ac diuiſione vniti corporis, Galeno libro 1. de Sympt. cauſis, cap. 5. autore, conſiſtit. In præſentia itaque per πονέοντες, id eſt, dolentes, intelligere oportet eos, qui affectu aliquo dolorem excitante infeſtantur, eoq; vehementi. Cuius rei teſtis eſt Galen. lib. 7. de placitis Hippocratis & Platonis, vbi inter cætera ſententiam hanc Hipp. explicans ita ſcribit: Hic dolentes nominat eos qui aliqua in parte offenſi ſunt ita vehementer, vt niſi delirio premerentur, dolerent. Per πόνους verò, hoc eſt dolores, ſenſus moleſtos, triſtéſue accipiendi ſunt. Quod ex iis quæ idem Gal. loco iam citato ſcribit, euidentiſſimum fit. A nonnullis, ait, quemadmodũ ab Hip. vbi inquit, Quicũq; parte aliqua corporis dolent, & dolorẽ omnino non ſentiunt, iis mens ægrotat: ſenſus ſolus interdum dolor appellatur. Senſus igitur verborum Hippocratis is erit: Qui affectum excitantem dolorem aliqua in parte corporis obtinẽt, & dolo

Dolor, πόνος.

Dolentes.

Dolores.

Senſus.

& dolorem qui ab eo naſcitur affectu omnino nõ ſentiunt, his mens ægrotat. *τὰ πολλὰ* enim *ἀντὶ τ̃ ἰπίπαν*, hoc eſt omnino, hoc loco, Philotheo teſte, ſumitur. Mens autem quæ Hippocrati *γνώμη* hic idem quod *διάνοια*, Galeno in Comm. autore, hoc eſt ratio ſignificat. Sic dicta, quod ratiocinetur, aliud ex alio efficiens, componátque ac diuidat. Aegrotare verò & lædi mentem ex eo patet: quod æger manentem adhuc affectum non ſentit, quanquam affectus doloris expers non ſit.

τὰ πολλὰ

Mens. *γνώμη*. Ratio.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Diſpoſitiones.] Græcè, *διαθέσεσιν ἐν αἷς ὀδυνώμεθα*, affectus in quibus dolore afficimur. Sunt autem duæ doloris cauſæ. Vna inæqualis intemperies, quæ confertim alterat. Altera continui ſolutio Quod Hipp. iis verbis confirmat: Dum alteratur & corrumpitur natura, dolores fiunt. Quam quidem ſententiam ad confirmationem duplicis cauſę doloris citat Gal. cap. 4. lib. de inęquali intemperie: & libro 1. de Sympt. cauſis cap. 5. Duas vero cauſas eſſe doloris, quemadmodum nunc oſtenſum eſt, Galen. lib. 2. de Locis male affectis cap. 1. & lib. 4. cap. 8. & cap. 80. Artis medicæ, & lib. 2. de Victu acut. Comm. 1. & 12. & 13. lib. Ther. meth. monſtrat. Quæ loca ideo indicauimus, vt ſtudioſi veritatis intelligerent, falſo Arabem Auicennam Fen. 2. primi Canonis doct. & ſumma 2. cap. 19. erroris arguere Galenum noſtrũ, quaſi doloris vnicam tãtum eſſe cauſam cẽſuerit, cõtinui nimirũ ſolutionẽ. Quã frigidis enim rationibus hunc circunuenire nixus ſit, facile ex locis à nobis nũc citatis palàm omnib. fiet. Fractionẽ.] Gręce, *θλάσμα*, colliſionẽ. Eſt aũt colliſio, teſte cap. vlt. de Morb. cauſis Galeno, vbi caro, vel oſsium aliquod molle, vt ſunt puerorum, ſub irruente extrinſecus aliquo violento, valido & duro corpore colliditur, faciéſque externa integra permanet, & in profundo ſunt multæ ac exiguæ diuiſiones. Rupturam.] Græcè *ῥῆγμα*. Eſt vero *ῥῆγμα*, ruptio, Gal. lib. 3. 4. & 6. Ther. meth. cap. 1. & libri de diff. morb. cap. 8. autore, carnoſæ partis citra vulnerationem diuſio. Mentem ſiue animum.] Græcè *γνώμην ἢ διάνοιαν*, ſiue mentem, ſiue rationem. Nam ita *διάνοιαν* Cicero etiam interpretatur.

Duę doloris cauſæ.

Auicenna notatur. Galenú ſ. qi ab eius iniuria vindicatur.

θλάσμα. Colliſio.

ῥῆγμα. Ruptio.

APHORISMVS VII.

Τὰ ἐν πολλῷ χρόνῳ λεπτυνόμενα σώματα, νωθρῶς ἐπαναστρέφειν δεῖ. τὰ δὲ ἐν ὀλίγῳ, ὀλίγως.

Quæ lõgiore tẽporis ſpatio extenuata ſunt corpora, lentè reficere oportet: quæ vero breui, celeriter.

Corp' noſtrũ è tribus conſtat.

CORpus noſtrum è tribus conſtat, nẽpe ſpiritibus, humoribus, & ſolidis. Quod breuiſsimè Hippocrat. lib. 6. Epid. part. 8. Aphor. 8. iis ſignificare verbis voluit: Corpus noſtrum conſtituunt continentia, contẽta, & impetum facientia. Per cõtinentia quidem, ſolida: per contenta, humores: per impetum facientia ſpiritus intelligens: quemadmodum in noſtris Commentariis, vbi citatã ſententiã explicauimus, copioſe monſtrauimus. In corporibus itaque quæ lõgo tempore ſunt extenuata (id enim vox λεπτυνόμενα ſignificat) omnia hæc tria abſumpta ſunt. Quippe ſpiritus & humores depaſcũtur, carnes tabeſcunt, aliæque partes per quas in animantibus cõcoctio, diſtributio, ſanguificatio, & nutritio perficitur, graciles redduntur.

λεπτυνόμενα.

Lente.

Lente igitur hæc ipſa reficere oportet, hoc eſt, Gal. in Comm. interprete, longiore tẽpore, & tenuiter. Verba eius ita habent, ἐν χρόνῳ πλείονι καὶ λεπτῶς, ὥσπερ ἀνέμαξε νωθρῶς. Lõgiore verò tempore ſunt reficienda, eo quòd lõgo tempore ſint extenuata. Tenuiter, quia partes imbecillæ propter extenuationem haud poſſunt ſimul magnam alimentorum copiam conficere. Si verò breui tẽpore corpora fuerint extenuata, fieri haud potuit, vt ſolidæ eorundem partes ſint abſumptæ, ſed ſpiritus & humores duntaxat: quapropter hæc corpora ὀλίγως, hoc eſt, Gal. interprete, διὰ ταχέων καὶ ἀδρῶς, id eſt celeriter & plenius reficienda ſunt. Celeriter, quia celeriter ſint extenuata: plenius verò quia ſolidæ corporis partes robuſtæ adhuc ſint, ac alimentorum pleniorem copiam conficere & concoquere poſsint.

νωθρῶς.

ὀλίγως.

ANNOTAT. IN COMM. GALENI.

Galeni codex Græcus emendatus.

Pauco tempore.] Rectius, breui tempore. Græce, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. Ac plenius.] Rectè quidem. legendum enim erit ἁδρῶς, & minime ἄκρως, vt habet Aldinus codex. Quippe ἁδρῶς, id eſt plenius, vberiúſue, opponitur τῷ λεπτῶς, hoc eſt tenuiter. Paulo enim antè dixit, tarde & tenuiter eſſe reficiendum: hic verò celeriter & plenius.

APHORISMVS VIII.

Ἢν ἐκ νόσου τροφὴν λαμβάνων τις μὴ ἰσχύῃ, σημαίνει ὅτι πλείονι τροφῇ τὸ σῶμα χρέεται. ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντος τοῦτο γίγνηται, χρὴ εἰδέναι ὅτι κενώσιος δέεται.

Si

Si quiſpiam à morbo capiẽs cibũ nõ corroboratur, corpus copioſiore vti alimẽto ſignificat. Sin cibum non capiente hoc accidat, quod vacuatione egeat ſciẽdum eſt.

IN hac ſententia cauſam exponit Hippocrates, cur ij qui à morbo cibum appetunt & comedunt, haud corroborentur: & quare nonnulli prorſus non appetant, viréſque minus recuperare queant. Si à morbo, ἐκ νόσου, quemadmodum ἐκ νεότητος, à iuuentute, inquit, cibum capiens. Capere autem cibum, quod Hippocrati dicitur λαμβάνειν τροφὴν, Gal. in Comm. interprete, eſt appetere, & largiorem cibum capere: Contrà non capere, eſt neque appetere, neque largius cibum capere. Non corroboratur, ἰσχύῃ. Eſt autẽ ἰσχύειν, vires reſtaurare, & quod vi morbi amiſſum eſt recuperare: id quod fit, vbi corpus à morbo rurſus nutritur. Vt ſit ſenſus: Si quis à morbo cibum appetens, & abunde comedens, vires non recuperat, quòd copioſiore vtatur cibo, quem facultates naturales imbecilles, neque in ſuccum conuertere, neque in ſanguinem mutare poſſunt, ſignificat. Quum autem in ſuccum non conuertitur cibus, neque ſubinde in ſanguinem, fit, vt neque ex eo corporis partes alantur, atque adeò nihil mirum corpus hac lege non corroborari. Loquitur autem hoc in loco de appetentia naturali, quam quidem propter partium quæ in morbo facta eſt, inanitionem eſſe validam neceſſe eſt. De qua copioſiſsime Gal. lib. 1. de Sympt. cauſis cap. 7. tractat. Vtcunque verò appetentiam tum validam eſſe contingat, tamen inanitio ipſa coctionis inſtrumenta imbecilliora reddidit, quàm vt copiam ciborum paulo maiorem conficere queant. His autem non concoctis, fieri non poteſt vt corpus reficiatur. Quocirca eos qui ex morbo iam conualeſcunt, ſummopere cauere oportet, ne ad ſatietatẽ vſque comedãt: quippe copioſior cibus in vẽtriculo corruptus, & non ſatis recte concoctus, recidiuã parit. Cæterũ ſi corpus non corroboretur neque appetentibus neque comedẽtibus his qui ex morbo conualeſcũt, ſignũ eſt corpus eorundẽ vitioſis eſſe refertum humoribus, atq; adeò egere vacuatione. Quare niſi hos ipſos vacuaueris, vt corpus robur ſuum recipiat fieri non poteſt.

[Margin: ἐκ νόσου. — Capere cibum. — ἰσχύειν. — Ex morbo conualeſcentes ad ſatietatem haud comedãt.]

ANNOTAT. IN GALENI COMM.

Qui ſine appetitu.] Græcè, τοὺς ἀνορέκτους, qui non appetunt. Vbi verò vnus aliquis ex ipſis ſuperabundat, purgato

gatorium illi dat medicamentum.] Ex quo quidem loco iterum liquet, quòd qualitas in definitione purgationis, de qua diximus in explicatione Aphoriſmi ſecundi, ſectionis primæ, differentiam humoris redundantis ac moleſtantis ſignificat. Fecimus.]Græcè, ποιησόμεθα, faciemus.

Qualitas idē interdū ſignificat quod ſpecies.

APHORISMVS IX.

Τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων, ὁκόσῳ ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις.

Impura corpora quo magis nutrieris, eò magis lædes.

Conſuetus ordo aphoriſmorū cur immutatus.

HAec ſententia prioris veluti rationem quandam affert, ideóque nos conſuetum hoc loco ordinem immutare voluimus. Nam quod antea dixerit, eos qui nihil appetentes non corroborantur, indigere vacuatione: poſſet alicui videri mirum, cur in defectu virium Hippocrates vacuationi locum eſſe velit, cum potius cibi adiectione vires reficiendæ ſint. Neceſſe itaque fuit eius conſilij rationem ſtatim ſubiungere, hanc nimirum: Quum conſtet illorum corpora eſſe κακόχυμα, id eſt impura, & vitioſis referta humoribus, non egent ea quæ per cibos fit refectione, ſed potius vacuatione. Impura enim corpora quo magis reficies, eo magis lædes. Quippe alimentum quod offertur, corrumpitur, humorúmque vitioſorum quantitatem auget. Cauendum igitur vnicè erit ne corporibus vitioſis humoribus refertis, copioſum demus alimentum, quòd nimirum corruptio ipſa exigat contemperamentum, ἐπίκρασιν vocat Gale. quod fit, vt loco iam citato monſtrauimus, quando ſenſim bonus apponitur humor, malo paulatim vacuato. Præterea quum cacochymia abundantia ſit, vt ex eius definitione conſtat, quam alibi poſuimus, & minimè defectus, perſpicuum hinc omnibus eſt, hanc ipſam non copioſum, ſed parum alimenti, & per vires ſeu paulatim datum exigere. In hoc loco Galeni explicando, ſeſe mirè torquet Muſa, ſed temerè admodum. Neque enim corruptionem multos exigere cibos Galenus ſtatuit, ſed defectum. Quare Hippocrati in hoc aphoriſmo, impura corpora non eſſe admodum nutrienda præcipienti, nihil aduerſatur Galenus.

ἐπίκρασις

Muſa notatur.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Corporis malos humores habenti.] Græcè, τῷ περὶ παρχόον

κατὰ τὸ σῶμα κακοχυμία, ὥστ' αὐξάνεσθαι μὲν αὐτῆς ποσότητα, cum iis qui in corpore ſunt vitioſis humoribus, ita vt ipſorum quidem quantitas augeatur. Paulò antè dictis, &c.] Græcè, τὸ μικρὸν ἔμπροσθεν εἰρημένον σύμπτωμα τοῖς ἀνακομιζομένοις ἐκ τῶν νοσημάτων συμβαίνει, τὸ μὴ δύνασθαι λαμβάνειν τροφήν. paulo antè dictũ, reualeſcentibus è morbis ſymptoma accidit non poſſe videlicet cibum capere.

APHORISMVS X.

Τὰ σώματα χρὴ, ὅκου ἄντις βούλεται καθαίρειν, εὔροα ποιέειν.

Corpora vbi quiſpiam purgare vult, fluida faciat oportet.

QVuum Hippocrates ſuprà, corpus malis humoribus refertum habentes, euacuatione quæ per purgantia fit medicamenta, egere dixerit: hoc loco, ne quiſpiam temere & improuide purgationem inſtituat, atque adeò ægrotanti hac ratione damnum inferat, quomodo corpora ipſa ad purgationem ſint præparanda docet, inquiens: Corpora vbi quiſpiã medicamẽto purgante vacuare (id enim Hippocrati eſt καθαίρειν) voluerit, εὔροα, fluida, vel ad fluxum idonea faciat oportet: id quod bifariam accidere ſolet. primò cunctis meatibus reſeratis, dein humoribus craſsis inciſis & extenuatis. Quas quidẽ duas rationes corpora fluida faciendi, Hipp. lib. 6. Epid. part. 5. Aphor. 28. breuiſsime iis verbis innuere voluit. Si volueris, inquiens, vt is qui elleborum bibit, celerius purgetur, vt lauet, aut comedat præcipe. Lauet, vt ſcilicet meatus corporis laxiores reddantur, & humores balnei calore fundantur. Comedat cibos, nimirum extenuantes & incidentes craſſos & tenaces humores. Quinetiam Philotheus corpora fluida fieri ait extenuatione materiæ, & emollitione locorum. Oportet igitur, inquit idem, ea quæ continent humores laxare, rarefaceréque, & meatus recludere, oráque vaſorum dilatare. Contentos autem in corpore craſſos & tenaces humores, incidere atq; extenuare. Plenius hanc ſententiam Hippocratis enarrat Galenus in libro cui titulum fecit, Quos purgare oportet.

Nõ temere purgandum.

καθαίρειν.

εὔροα.

ANNOTAT. IN GALENI COMM.

Nihil eſt in hoc Commentario, quod explicatione noſtra

Tormina. egeat,præterquam vbi torminũ mentio ſit. Tormina enim hoc loco non ſignificant δυσεντερίαν, in qua quidem ſignificatione vſurpatur vox à Cornelio Celſo lib.4.cap.15. vbi ita ſcriptum ,, reliquit: Proxima his inter inteſtinorũ mala tormina eſſe cõ- ,, ſueuerunt, δυσεντερία Græcè vocatur: ſed dolores circa vmbi- ,, licum inteſtina torquentes. Quippe Græcè eſt in Gal.Comm.

στρόφοι. μετὰ στρόφων. στρόφον autem idipſum ſignificare quod diximus, teſtatur idem Cornel.Celſus lib.2.cap.6. dicens: Vbi circa vmbilicum inteſtina tõrquentur, στρόφον Græci nominant.

APHORISMVS XI.

Ῥᾷον πληροῦσθαι ποτοῦ, ἢ σιτίου.

Potu quam cibo refici, facilius eſt.

QVum non rarò accidat vt celeri refectione nobis opus ſit, ideo hoc in Aphoriſmo quæ ſit materia, per quam citiſsime egentes adiectione reficere liceat, monſtrat: facilius

πληροῦσθαι eſſe inquiens refici (id enim πληροῦσθαι hoc loco ſignificat) potu, quàm cibo. Quare committendum non eſt, vt πληροῦσθαι per verbum impleri, vt nonnulli interpretes fecerunt, interpretemur: ne ſcilicet maleuolis & imperitis quibuſdã Hippocratem calũniandi anſam præbeamus, quaſi his verbis innuere voluiſſet, facilius eſſe bibere quàm comedere, quòd nemo non nouit. Significat itaq; hoc in loco πληροῦσθαι ποτῷ, idẽ quod refici & inſtaurari id quod amiſſum eſt, per totum. Quo in ſignificatu hoc verbũ alij etiam vſurparunt. Siquidem Demoſthenes πληρώματα τῶν νεῶν, καὶ πληροῦσθαι τὰς ναῦς, pro eo dixit quòd eſt ſupplementũ claſsi præbere: id quod nos Germanicè

Potus. dicimus, Erſetzen vvas abgangen iſt. Cæterum per potũ hic

Cibus. intelligendũ venit alimentum omne ὑγρὸν, humidum: & per σιτίον, id eſt, cibum, ſolidũ, quod ξηρὸν Græci vocant. Id quod confirmat alia Hippocratis ſententia, quæ eſt in libello eius περὶ τροφῆς, de Alimento inſcripto, vbi ita ſcriptum reliquit, ὁκόσοι ταχίστης προσθέσιος δέονται, ὑγρὸν ἴημα ἐς ἀνάληψιν δυνάμιος ἄριστον. ὅκου δὲ ἔτι ταχυτέρης, δι' ὀσφρήσιος. ὁκόσοι δὲ βραδυτέρης προσθέσιος δέονται, στερεῇ τροφῇ. Quicunque celerrima indigent adiectione, iis liquidum remedium ad recuperãdas vires optimum eſt. Vbi vero adhuc celeriore egent, per odores reficiuntur.

Cur humidum ali- Quibuſcunque vero tardiore opus eſt adiectione, ſolidiore alimento. Porro citius ſolido reficit humidũ alimentũ: quia

quic

quicquid humidum eſt, vt facilius alteratur, ita quoque promptius ſubinde diſtribuitur. Solidum contrà neq; facilè alteratur & concoquitur, neq; etiam prompte diſtribuitur. Neceſſe enim eſt vt id quod ſolidũ exiſtit, in ventriculo primum in ſuccum abeat, antequã in ſanguinem conuertatur, ac ſubinde nutriat. Senſus itaque verborũ Hippocratis erit: Facilius eſt corpus noſtrum reficere re liquida, quàm ſolida.

mentũ ſolido citius reficiat.

Senſus.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Scriptum autem eſt ab ipſo, &c.] Græcè, γέγραπται δὲ καὶ ἐν τῷ περὶ τροφῆς ὧδε, Scriptum vero & in ipſo de Alimento libro in hunc modum. Nam ſi non ita nutriunt.] Non rectè interpres hic negationem, quæ in Aldino codice deeſt, adiecit. Ibidem enim ſic legitur, εἰ γὰρ ὅμοιος ταῦτα τοῖς στερεωτέροις τρέφειν, πλεονεκτήσει τῷ τάχει. Senſus igitur verborum Gal. is eſt, Non de quouis potu hic loquitur Hippoc. ſed de eo qui vt nutriat natura aptus eſt. Hic vero ſi nutrit, quemadmodum ſolidiora, hoc eſt ea quæ ſolidum, & quod indurat nutrimentum de ſe præbent, ſuperabit tamen celeritate: hoc eſt, citius nutriet quàm ſolidum alimentum. Sicuti aquæ ſimilem formã habent, ita etiam vim.] Quæ quidem Galeni verba non ſic accipienda erunt quaſi in vniuerſum vina aquoſa aquę ſimilia ſint: quid enim eo ipſo abſurdius dici poſſet? quum conſtet aquam plurima in ſe habere vitia, quibus vina aquoſa planè aduerſantur, vt lib. 7. Therap. method. teſtatur metipſe Galenus iis verbis. At vero memoratorum vinorum intelligit aquoſa. virtutes comprehenſis iam aquæ vitiis aduerſam quodammodo naturã habent, quum nec inflent hypochondria, imò ſi inflata ſint, ſubſidere faciant: nec inibi morã trahant, propter caloris mediocritatem. Adde quod quũ diſtributionis vias aperiant, & pariter impellant, ac nutrimentum ſurſum agant, ad celeritatem deductionis in corpus conducunt. Sunt prætereà boni ſucci, & temperanda concoquendáque ea quæ in ventriculo & venis ſunt idonea. Hæc ille. Idem facit lib. 3. Vict. acut. Cõm. 8. vbi ſic ſcriptum reliquit: Aquoſum vinum eſt album colore, ſubſtantia tenue, nullam earum quæ cæteris vinis inſunt habens qualitatem, neque auſterã, neque adſtringentẽ, neq; dulcem, neque acrem, neq; odorem. Nempe vino huic omniũ ſoli, vt cum aquæ, tum vini mala effugiat, eſt datũ. Quocirca prædicta Galeni in Comment. verba, per alia eiuſdem loca ſunt

Sẽſus verborũ Gal.

Quomodo vina aquoſa aquæ ſimilia ſint.

interpretanda,in quibus expreſſe,quomodo aquoſum vinum aquæ ſimile ſit,docet.In lib.enim tertio Vict.acut.Cõment.1.
„ ſcribit:Aquoſum vinũ,quod aquæ maxime in omnibus ſimile
„ exiſtit,tenuitate ſcilicet,colore,odoris carentia,& nõ manifeſta calefactione. Et ſtatim ibidem Cõment.5.ait: Aquoſum vinum appellant homines,quod aquæ tũ colore tum ſubſtãtia ſimile eſt. Perſpicuũ liquidẽ vt aqua,ſplendidũ & purũ,& ſubſtan-
„ tia tenue videtur. Protinus autem & facultate aquę ſimile exi-
„ ſtit,neq; imbecillũ caput feriens,neq; infirmos neruos, quãdo
„ ne quidẽ manifeſte calefacit.Nã vt ibidem lib.12.Ther.meth. ſcribit,nullũ ex albo vinorum genere calidum reperitur.quod dictũ quo pacto ſit intelligendũ,lib.3.Vict.acut.morb.Comment,3.oſtendit,inquiens:Vinum albũ & auſterũ minime calidũ inter vina exiſtit.Quia niſi ita intelligas, pugnantia ſibi ſcripſiſſe Galenũ neceſſe eſt fatearis. Quippe lib.4. Vict.acut. Comm.100.ſcribit,omne vinum habitum corporis calefacere. Hinc omnibus perſpicuũ fit,errare miris modis in explicatione huius Cõmentarij Antonium Muſam Braſauolum,dum aſſerit vinum aliquod humano corpori & eius calori collatũ, frigidũ dici poſſe.Nam ſi frigidum vinum dicitur,hoc ei non collatione corporis noſtri accidit, ſed alterius vini calidioris. Sic certè vina aquoſa frigida appellantur, non quòd habitum corporis refrigerent, ſed quòd ad cætera vina collata minus ſint calida.Quapropter Commen.6.lib.3. Vict.acut.ait,Ex vinis albis nullũ valenter calefacere poteſt. Hinc eſt quod Gale. in lib.de Cibis boni & mali ſucci,vinũ aquoſum calidis exhiberi poſſe naturis doceat.Febrientibus etiam eiuſmodi vinum cõcedit idẽ Gal.li.3.Vict.acut.Cõmen.4.idq; nulla alia de cauſa,quã quòd inter alia vini genera minus calefaciat. Præterea ex iis quæ iam diximus,palã etiam fit,iterũ falli turpiter Muſam Braſauolum,eo quòd vinũ eſſe frigidius aqua contendat, quando hoc ipſo nihil dici abſurdius potuiſſet.Nec etiam eius ratio de acerbo ſapore procedit,quando cõſtet acerba,Gal.lib. 4.de Simpl.medic.facult.cap.6 teſte,eſſe terrena & craſſarum partium,atq; adeò ad profunda non penetrare, ſed in ſuperficie hærere:quod primo ſtatim contactu,eodẽ Gal. li.3. Simp.cap. 16.autore,ſuperficiem cõdenſent. Illa autem quæ paulum adſtringunt, & plurimũ in ſe continent eſſentiæ tenuis,tum calidæ,hæc quidem altius penetrant. Qua quidem ratione fit,vt

Aquoſum vinum.

Nullũ ex albo vino rũ genere eſſe calidũ quomodò intelligendum.

Muſæ error.

Vina aquoſa quomodo frigida

Antonij Muſæ aliud errarũ.

Acerba non penetrare ad profunda.

vinum aquoſum aqua magis humectet:non tamen conceden-dum quod hac ipſa magis refrigeret, quum vinorum nullum prorſus genus corpus noſtrum refrigerare, vt comprehenſum eſt,poſsit. Quid multa? ad id vt aliquid altius penetret,requi-ritur eſſentia tepida & calida, vt è loco Galeni, quem citaui-mus,palàm fit. quæ certè in iis quæ aqua ipſa ſunt frigidiora, reperire non licet. Vt concidere hoc nomine planè friuolã, ne dicã ineptam Muſæ rationem neceſſe ſit. Vrinam cient.] Ra-tionem eius rei tradit Gal.lib.7.Ther.meth. in eũ ſcribẽs mo-dum: Vina aquoſa inſtrumentorũ vires adaugent, & expellen-dis excrementis viã faciunt. Eóq; fit vt etiã talia vina, præter cætera, vrinas moueant, quando & ipſa totũ corpus celeriter tranſeunt,& impetu curſus ſui excremẽta ſecum expellũt. Ce-leriter certe tranſeunt, tum quia tenuia & tepida ſunt, tum quia adſtringunt. Tenuitate enim & tepiditate promptè mo-bilia fiunt,adſtrictio autẽ ipſa magis impellit. Cæterùm hic Braſauolus temerè huic Galeni ſententiæ, Hippocratis ex li-bro 3.Vict.acut.morb. Aphoriſmum octauum opponit, quaſi ibidẽ dicat, vinum vinoſum omni alio vino ad veſicã facilius tranſire:cum tamen is nõ omni alio vino, vt falſo Copus con-uertit, ſed altero tantũ dicat. Verba enim eius ſic habent, ἐς δὲ κύστιν μᾶλλον πέριμος ἰὼν τ̃ ἑτέρου, γλυκύς. nimirum. Nam hanc vocẽ referre ἑτέρου, ex contextũ & Galeni Cõment. abun-dè liquet. Dulci itaq; vino facilius ad veſicã tranſire,aquoſum Hippocrates aſſerit. Minimè nutriunt.] Græcè, ἥκιστα τρέ-φουσι,minimum nutriunt:& non minime,ſicut conuertit inter-pres:Minime enim idẽ quod nõ ſignificat. Minimũ verò op-ponitur ei quod dicimus plurimũ. Senſus igitur verborũ Gal. eſt,vinum aquoſum inter cætera vina minimũ nutrire: pluri-mum verò,craſſum & rubeũ.ἥκιστα verò dictionem nõ eſſe in-terpretandã per negationẽ minimè,multis in locis Gal. teſta-tur,nempe lib.2.Victus acut.morb.Comm.19.vbi ἥκιστα idem quod ἐλάχιστα, hoc eſt minimum ſignificare ſcribit. Et lib.3. Vict.acut.Comment.63.multo clarius eius vocis ſignificatio-nem docet, inquiens, ἥκιστα σημαίνει τὸ ἐλάχιστον, καὶ οὐχ ὥς ἔνιοι φασὶ τὸ οὐδαμῶς. ἥκιστα idem quod minimũ ſignificat,& nõ, vt quidã aiunt,nullatenus.Prætereà quarto libro eiuſdẽ volu-minis Comment.89.diſerte ſcribit, τὸ ἥκιστα τοὐναντίον σημαίνει τῷ μάλιστα, minimũ contrariũ huic vocabulo plurimũ deno-

Vinum aquoſum aqua magis humectat.

Vina aquoſa vrinas cient.

Braſauolus Galenum non rectè reprehendit.

Copi erratum.

Interpretis lapſus.

Minime. Minimũ.

ἥκιστα.

cat. Quare nunc omnibus perſpicuum eſſe cenſeo, non conuertendum hoc loco fuiſſe minime, ſed minimum. Quod ni faciamus, fatendum etiam nobis erit, vinum aquoſum non nutrire: quòd ex diametro pugnabit cum eo quòd libro 3. de Aliment. facult. ſcribit Gal. in capite de vino, vbi expreſſe aſſerit vinum omnium confeſſione eſſe ex eorum numero quę noſtrum corpus alunt. Quinetiam ibidem præſentem maxime explicare videtur locum, dum inquit: Vinis craſſis minus alunt candida ſimul craſſáque & acerba. ἁπάντων δὲ ἥκιστα, omnium verò minimum alunt candida & tenuia, aquis quodammodo ſimilia. Et in libro de Boni & mali ſucci cibis ait: Ex vinis quæcunque aquoſa ſunt, & ſubſtantia tenuia, vrinam mouent, καὶ ὀλιγίστην παρέχουσι τῷ σώματι τροφήν, & pauciſsimum corpori nutrimentum præbent. E quibus verbis nulli non perſpicuum fit, Galenum nō omnimodam vinis aquoſis adimere nutritionē, quod tamen interpres ſua conuerſione, non ſine magno errore fecit.

Vinum aquoſum nutrit.

Implere.] Græcè πληροῦν, reficere.

APHORISMVS XII.

Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισι μετὰ κρίσιν, ὑποστροφὰς ποιέειν εἴωθεν.

Quæ in morbis relinquuntur à iudicatione, recidiuas facere conſueuerunt.

Cur relicta poſt iudicationē vacuāda. *ἐγκαταλιμπανόμενα*

Qvum præcedentibus Aphoriſmis Hippocrates eos qui à morbo cibum haud capiunt, egere vacuatione, & quo pacto illorum ſubinde corpora ad vacuationem ipſam præparanda ſint, docuerit: nunc cauſam cur illi ipſi vacuandi ſint, exponit. Nam illa quæ à iudicatione facta relinquuntur in morbis, niſi in tempore vacuentur, recidiuas facere ſolēt. Per ea verò quæ relinquuntur ἐγκαταλιμπανόμενα vocat Hippocrat. reliquias prauorum humorum, Gal. in Comment. teſte, intelligit, quas neceſſarium eſt ſubinde putrefactas ſuccendere febres, vt loco iam citato fuſius docet Gale. Quid autem ſit iudicatio, in ſequentis Aphoriſmi Comment. monſtrabimus. Idipſum etiam cap. 43. noſtri Compendij diximus. Hippocrati verò hoc loco ſermō eſt de ea iudicatione, quæ non integrè vindicat à morbo, Græcíſque ἐλλιπής, id eſt, deficiens, Gale. lib. 1. de Iudiciis cap. 1. autore, dicitur. Vel de ea poſtquàm quidpiam ex morbo relinquitur, quæ Galeno lib. 1. de diebus iudicatoriis

Iudicatio. *Deficiens.*

ἀτελής,

Imperfe-cta. Infida. ὑποστροφὴ Recidiuæ cauſæ.

ἀτελὴς, hoc eſt imperfecta vocatur. Hæc, eodem autore, ſi recidiuam facit, ἄπιστος, id eſt infida nominatur. Eiuſmodi ſane iudicationes ὑποστροφὴν, hoc eſt, vt Cornelius Celſus lib. 3. c. 4. interpretatur, recidiuam ſeu reuerſionem faciunt: idq; ideo, quòd tum vel ipſa materia ad expulſionẽ fuit minus idonea, vel ipſa natura imbecilla admodum per morbum effecta, vniuerſos humores noxios expellere non potuit. Neceſſe itaq; eſt iis de cauſis fieri recidiuam, niſi medicus ea quæ à natura imbecilla relicta ſunt expurget. Repetitur hæc ſententia ab Hip. lib. 6. Epid. part. 2. Aphor. 9. his verbis, τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα μετὰ κρίσιν ὑποστροφώδεα.

APHORISMVS XIII.

Ὁκόσοισι ἡ κρίσις γίνεται, τουτέοισιν ἡ νὺξ δυσφόρος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ. ἡ δ' ἐπιοῦσα, εὐφορωτέρη ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

Quibus indicatio inſtat, ijs nox quæ acceſſionem præcedit, difficilis eſt. Quæ vero ſubſequitur, magna ex parte facilior exiſtit.

Iudicium, ſeu iudicatio quid. Signa iudicatiõis futuræ.

PRæcedenti Aphoriſ. quid ea quæ poſt iudicationem relinquuntur in corpore noſtro efficiant; Hipp. docuit. Nunc qua ratione paulò poſt futura; aut iam facta cognoſcatur iudicatio, monſtrat: vt ſcilicet medicus certò ſciat; recidiuam ab iis quæ à iudicatione relicta ſunt, factam eſſe. Eſt autẽ iudicatiõ, Galeno in Comm. teſte, ſubita & præceps in morbo mutatio, in melius vel deterius. Iudicationẽ vero præcedũt, deliriũ, ſpirãdi difficultas, caligo oculorũ, ſplẽdores ob oculos verſantes, lachrymæ inuolũtariæ, tẽporũ grauitas, ceruicis & capitis dolor, anticipatio, lõgitudo & vehemẽtia acceſsionis, comata, dolor ſtomachi, auriũ ſonitus, tremor, labrũ inferius agitatũ, æſtus & ſitis vehemẽs, nox item abſq; ratione moleſta. Quod hoc loco Hip. confirmat dicens: Quibus iudiciũ inſtat, iis nox quæ ante acceſsionẽ eſt, difficilis eſſe ſolet. Siue verò nox, ſiue dies; id tẽpus quod præcedit iudicationẽ, fuerit, ſemper ægros ante acceſsionẽ in qua fit iudicatio, perturbari & vexari neceſſe eſt. Noctis verò potiſsimum mentionem fecit Hipp. quod in

Noctis cur potiſ ſimum

Hippocrates memi nerit.

ea moleſtias illas magis quàm die ſentiamus. Quippe intertes diu ſenſus omnes vigilant, & ad alia quædam naturæ opera diſtrahũtur: quare tum etſi turbatio illa fit, tamen eam minùs ſentimus. Eadẽ ratione accidit, vt etiam alias quaſcunq; corporis moleſtias die minus quàm nocte ſentiamus. Cæterũ nox quæ iudicationẽ ſequitur, leuior exiſtit: quod ſcilicet iam natura ipſa à ſuperuacuis, & corpus ipſum moleſtantib. humoribus exonerata ſit, atq; adeò commodè nunc homo quieſcere poſsit. Non autẽ ab re adiecit Hipp. magna ex parte: quoniam idipſum haud accidit, niſi vbi optima & perfecta præceſſerit iudicatio, id quod plurimũ fieri ſolet. Refertur hæc ſententia etiam lib. 6. Epid. part. 2. Aphoriſ. 11.

Nox iudicationẽ ſequens cur leuior.

Magna ex parte.

APHORISMVS XIIII.

Ἐν τῇσι τῆς κοιλίης ῥύσεσιν αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελέουσιν. ἢν μὴ ἐς τὰ πονηρὰ μεταβάλλῃ.

In profluuijs ventris mutationes excrementorum iuuant, niſi in praua commutentur.

QVum in ſuperioribus Aphoriſm. Hippocrates iudicationis, quæ duplex eſt (vna enim per excretionem, altera verò per abſceſſum fit) meminerit, primum hic quibus indiciis cognoſci poſsit, num ea quæ fit per alui profluuium, bona & perfecta ſit, docet, inquiens: In ventris ῥύσεσι, profluuiis, excretionibúſue à natura ipſa factis (neque enim ῥύσις hoc loco, Philotheo etiam teſte, aliud ſignificat, niſi ἔκκρισιν, id eſt, excretionem ſponte factam) mutationes excrementorum iuuant, quia vt ait in Commentariis Gal. corpus exquiſitius expurgãt. Per mutationes verò excrementorum quæ iuuant, Galen. in Comment. teſte, intelligendæ ſunt quæ multas ſpecies formáſue humorum vacuant, ſiue idipſum vno, ſiue diuerſis accidat temporibus. Verbi gratia, ſi ſimul vnáq; vice excrementa ipſa plures formas ac ſpecies obtinuerint, quæ ſubinde tamen mutantur, neque diu perſeuerant, iuuant ſanè, quia corpus à pluribus humorum ſpeciebus expurgant. Sic vbi diuerſis temporibus excrementorum mutatio contingit, ita nimirum vt ſi prius pallida vel flaua excreta ſunt, deinceps verò pituitoſa excernantur, quæ tamen ſubinde in melius commutantur, tunc itidẽ iuuãt: ꝙ ſcilicet corpus à flaua bile & pituita tã exquiſitè

ῥύσις.

Mutatiões excrementorum.

expurgarunt, vt nihil in eo prædictorum humorum qui profluuium excitarunt, ſit relictum. Quòd ſi verò excremẽta ipſa diu eandẽ formã obtinuerint, miniméq; mutata fuerint, nihil iuuant, imò malum potius portendũt, quoniã corpus nõ prorſus expurgant. Cæterũ mutationes in iis quæ ſpõte fiunt alui deiectionibus iuuant, niſi in praua cõmutentur. hoc eſt, niſi nigra aut liuentia fuerint, aut colliquationis & putredinis ſigna adſint: tunc enim exitium potius quàm ſalutẽ ſignificãt. Quod lib. 2. Prognoſt. Aph. 22. etiam teſtatur Hipp. vbi ſic ſcriptum reliquit: Omnium maximè letiferum eſt excrementum, nigrum, pingue, liuens, aut quod peioris eſt odoris, quàm pro conſuetudine. Infrà quoque tempus, nempe ſectione 4. Aphor. 21. probat in purgationibus incrementa quæ varios & plures colores referunt, modo non ſint praui. Excrementa alui quãdo in praua cõmutentur.

ANNOTAT. IN COMMEN. GAL.

In Commen. Galeni nihil eſt quod annotatione indigeat, quàm vbi inter initia legitur, Quæ multis formis variantur. ibi clarius dixiſſet interpres, quæ multas humorũ formas vacuant, vel educunt. Grecè enim eſt, πολλὰς ἰδέας κενοῦσαι χυμῶν. Ad ſequentis itaque Aphoriſmi enarrationem veniamus.

APHORISMVS XV.

Ὅκου φάρυγξ νοσέει, ἢ φύματα ἐν τῷ σώματι φύεται, τὰς ἐκκρίσιας σκέπτεσθαι χρή· ἢν γὰρ χολώδεες ἔωσι, τὸ σῶμα ξυννοσέει. ἢν δὲ ὅμοιαι τοῖς ὑγιαίνουσι γίγνωνται, ἀσφαλὲς τὸ σῶμα τρέφειν.

Vbi fauces ægrotant, aut tubercula in corpore naſcuntur, excretiones conſiderare oportet. Quippe ſi bilioſæ fuerint corpus vnà ægrotat. Sin ſanis ſimiles fiant, corpus alere tutum eſt.

PRæcedenti Aphoriſmo quo pacto perfecta iudicatio, quæ per alui fit excretionem, ſit dignoſcenda, docuit. Nunc qua ratione altera quæ per abſceſſum fit, cognoſci poſſit, mõſtrare conatur, dicens, Vbi fauces. φάρυγξ enim hoc loco fauces ſignificat, hoc eſt, internam oris quæ gulæ & gutturi præiacet amplitudinem, Gal. in Comm. teſte, qui ibidẽ hac dictio- ἡ φάρυγξ. Fauces.

ne fœminino in genere vtitur, πολλάκις δ' ἡ φάρυγξ, inquiens. In eo nãq; genere ſemper pro faucibus vſurpatur, vt in maſculino pro gutture, quemadmodũ in noſtris Annot. in tertium de Tuend. ſanit. librũ copioſius demonſtrauimus. νοσέει, ægrotant, infeſtantur: idẽ enim quod ὀχλεῖται ſignificat, propterea ſcilicet ꝙ humores à capite defluentes excipiãt. Siquidem magna ex parte caput humores redundantes ad Fauces tranſmittit, malũq; efficit quod Græcis βράγχος, Latinis raucitas dicitur. Neque enim raucitas aliud eſt, quàm deſtillatio quæ ad fauces defluit, Gal. lib. 3. de Sympt. cauſis, cap. 11. teſte. Aut tubercula in corpore naſcuntur. Hic annotandum erit, tubercula, quæ φύματα Hippocrati & aliis Græcis medicis nominantur, duo ſignificare. Primum enim vox tuberculorum generatim pro omnibus pręter naturã è quacunq; corporis parte erumpentibus tumorib. accipitur. Cuius rei teſtis eſt Galen. lib. 6. Epid. part. 1. Comm. 12. vbi ita ſcriptum reliquit: Homines ab iis qui in terra naſcuntur, tubercula vocarunt tumores præter naturam, qui omnino ſine cauſa aliqua externa fiunt, & in exteriores corporis partes impellũtur. In ea quidem ſignificatione vſus eſt hac voce Paulus Aegin. lib. 4. cap. 22. Secũdo ſpeciatim tubercula ſumuntur pro inflammationibus glandularũ, quæ ſtatim augentur & ſuppurantur. Qua in ſignificatione vſurpatur à Gale. lib. 2. de Curan. rat. ad Glau. cap. 1. Et à Philotheo ipſo; qui ait, φύματα καλεῖ Ἱπποκράτης ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν φυομένων ἐν τῇ γῇ, διὰ τὸ ταχέως φύεσθαι, καὶ αὐξάνεσθαι, καὶ ἐκπυΐσκεσθαι. Tubercula nominat Hippocrates, metaphora ſumpta ab iis quæ in terra naſcuntur, quoniam celeriter naſcuntur, augentur & ſuppurantur. Tubercula verò hoc in loco generatim accipit Hipp. pro omnibus præter naturam è corpore erumpentibus ac pullulantibus tumoribus. Hæc fiunt, vbi natura ipſa vitioſos humores, quos neq; per vomitum, neq; per aluũ expellere potuit, ad cutẽ detrudit. Nam quum hi craſsiores ſint quàm vt per inſenſibiles meatus expelli queãt, ibidẽ tumores excitãt, qui à tuberibus terrę, quorũ ſimilitudinẽ referũt, tubercula Latinis nominantur. Faucibus itaq; afflictatis, aut tuberculis in corpore natis medicũ excretiones diligenter inſpicere ac conſiderare oportet. Nam ſi biliosæ fuerint, totum corpus vnà ægrotat. Quippe tum nõ modo ad cutem hærerę, ſed & intus prauos adhuc eſſe humores, quos

νοσέειν.

Raucitas quid.

φύματα.

Tubercula.

Tubercula vnde naſcuntur.

Tubercula cur dicta.

Excretiones cur inſpiciendæ.

quos nondũ ad cutẽ repoſuit, manifeſtè ſignificant. Quocirca quum vniuerſum adhuc corpus vitioſis ſit refertũ humoribus, purgationi tum potius quàm nutritioni inſiſtendũ. Siquidem vt ſuprà ab Hipp. eſt dictũ, impura corpora quo magis nutries, eo magis lædes. Sin excretiones ipſæ ſanis ſimiles fuerint, tũc ſignificãt naturã iam robuſtam admodum, vniuerſos humores prauos ad cutem, veluti acceptaculũ excrementorum poſuiſſe, nihilq; intus reliquiſſe, quod ſubinde morbũ parere poſſit. Tutò igitur tum corpus, vtpote excrementis & vitioſis humorib. vacuum nutriemus, & localia tantũ vocata medicamenta adhibebimus. Sed hic forte nonnulli hærebunt, quærentes quĩ fiat, vt alui excretiones, de quibus hoc loco Hipp. loquitur, in malis totius corporis ſint conſiderandæ, quum tamen Gal. lib. 1. de Iudiciis, cap. 7. de ventris malis teſtari eaſdẽ ſcribat. Reſpondendum verum quidẽ eſſe, ꝙ alui excremẽta potiſsimum de ventris conſtitutione teſtentur, vt multis in locis Galenus docet: idq; ſi ipſe ſolus male affectus eſt. Quum verò ſæpe accidat, vt aliunde in hunc materiæ decumbant (non ſolùm enim iecur ſua ipſius excremẽta, ſaniémq; & humores præter naturã demittit in ventrẽ: ſed etiã totius corporis, quandoquidem vẽter per id omnibus corporis partibus copulatur, ac per illud recipit excrementa earundẽ, quæ vniuerſum corpus expurgant) fit vt etiam totius affectũ alui excrementa indicent, quemadmodum fuſius Gale. lib. 2. Progn. Comm. 13. oſtendit.

1. Aph. 9.

Num alui excretiões mala totius corporis ſignificare poſſint.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Inuicem ex aduerſo ponens.] Græcè, *ἀλλήλοις ἀντιθεὶς*, inuicem opponens. Extra trahit.] Græcè *ἐξωθεῖν*, expellit. An adhuc etiam corpus.] Addendum, vniuerſum. Græcè enim eſt, *ἆρ' οὖν ἔτι καθ' ὅλον τοῦ ζώου τὸ σῶμα μοχθηρῶν χυμῶν πλεονεξία.* Quoniam tubercula ſanguine calefacto.] Græcè, *διότι καὶ τὰ φύματα θερμαινομένου αἵματος ὑπὸ τοῦ πικροχόλου χυμοῦ γίνεσθαι πέφυκε*, eo quòd tubercula ſanguine à bilioſo humore calefacto fieri ſolent. Quæ quidem Galeni verba de tuberculis quæ in acumen tendunt, atq; in altũ tolluntur, intelligenda ſunt. Quippe hæc, vt teſtatur Galen. lib. 6. Aphor. Comment. 9. à calidiore humore; vel vt hic ait, à ſanguine bilioſo generantur. Quæ verò humilia ſunt tubercula, eodem ibidem teſte, à frigidiore humore fiunt. Totum corpus bonos habere humores.] Græcè, *ὑγιαῖνον ἐχόντων*

τὸ

τὸ ὅλον σῶμα, vniuerſum corpus ſanum eſſe indicatur.

APHORISMVS XVI.

Ὅκου λιμὸς, οὐ δεῖ πονέειν.

Vbi fames, minime laborare oportet.

Fames bifariam accipitur.

PRo aſſequenda præſenti Hippocratis ſententia, notandum initio erit, famē, quæ λιμὸς Græcis dicitur, apud Hipp. bifariam accipi. Primò quidē pro extrema eſuritione, quæ propter ciborum penuriam accidit. Qua in ſignificatiōe accipitur lib. 2. Epid. ſect. 4. & lib. 6. Epid. part. 4. Aphor. 9. ab Hippocrate, in ea quidem quæ à Gal. in Comm. citatur ſententia. Secundò pro defectu indigentiáve cibi aut inedia, quæ conſilio ac volūtate, aut iuſſu, nulla cogēte rerum penuria, ſuſcipitur. Eo in ſignificatu in præſenti aphoriſ. & aliis quibuſdam locis à Galeno in Comm. productis accipitur. Verbum autē πονέειν, hoc eſt

πονέειν.

laborare, de vehementi motu, quem exercitium, Gale. lib. 2. de Tuēda ſanit. teſte, nominamus, intelligi debet, vt totius Aphoriſmi is ſit ſenſus: Nunquam in inedia exercitio vtendum eſſe, quod ſcilicet ita vires ſupra modum deiiciātur, corpúſque plus iuſto exiccetur. Quod tamen non ita eſt accipiēdum, quaſi ante exercitia corpus cibis ſit reficiendum, idipſum enim illi aduerſaretur: quod alibi ſcribit labores cibos antecedēt: ſed quod vno & eodem tēpore corpus nō ſit & inedia & exercitiis, Prodici illius exemplo, cuius lib. 6. Epid. part. 3. Aphor. 24. meminit Hipp. excruciandum. Aliis temporibus vbi omnimoda ciborum abſtinentia non vtimur, exercitandum quidem, ſed ante cibos. Et hunc habere ſenſum verba Hippocratis ea quæ in Comment. ſcribit Galen. oſtendunt, hæc præſertim, τοῖς μὴ μέλλουσιν ἐσθίειν, qui nō comedēt. & ὅταν ἄνευ τροφῆς γίνωνται, vbi cibo non vtantur. quæ ſane non de eo qui præceſsit cibo, ſed de eo potius qui futurus eſt loquuntur. Ita vt illos exercitio vti hoc loco prohibeat Hippoc. qui ab exercitiis cibum non ſunt ſumpturi, ſed inedia potius vſuri. Eſt & hic Hippocratis Aphoriſmus, quod in Comm. etiam ſuis monuit Galenus, ad ægros & ad ſanos referendus, ita vt neque ſanis, neque ægris ſimul inedia & exercitiis vti liceat.

6. Epide. part. 5. Apho. vlt.

ANNOT. IN GAL. COMMENT.

In oppido Aeno.] Adiiciendum. iis: & legendum. In oppido Aeno iis qui ob famem, &c. Defectum] Græce ἔνδειαν, indigentiam

ἔνδειαν.

tiam, Penuriam.] Græce ἀπορίαν, egeſtatem. Ex lectione.] Græce, κατὰ προαίρεσιν, conſilio, voluntate, de induſtria. Cum ait.] Scilicet 7. Aphor. 60. In prognoſticis.] Nempe. 1. Prog. 11. Qui non ſunt reficiendi cibo.] Græce, τοῖς μὴ μέλλουσι σιτίων, His qui non comedent, aut cibum ſumpturi ſunt. Ipſe dicebat.] Scilicet 6. Epid. part. 5. Aphor. vltimo. vbique vero Hippocrates.] Nam vt Gal. lib. 9. Therap. meth. cap. 10. ait. has facultates ſeruare nihil planè aliud eſt quàm vitam ſeruare. Gubernãtes autem animal facultates tres ſunt ſpecies, vt ibidem Galenus demonſtrat, nempe naturalis, vitalis, & animalis: Has Plato animas vocat. Reuera tamen vna eſt facultas, ſeu anima, quæ propter diuerſa officia, tria ſortitur nomina.

ἀπορία. κατὰ προαίρεσιν.

Facultates gubernantes animal tres.

APHORISMVS XVII.

Ὅκου ἂν τροφὴ πλέιον παρὰ φύσιν ἐσέλθῃ, τοῦτο νόσον ποιέει, δηλοῖ δὲ ἡ ἴησις.

Vbi plus cibi præter naturam ingeſtum eſt, morbum id facit. Oſtendit hoc ipſum ſanatio.

HOc in Aphoriſmo Hippocrates de cibi menſura tractat, monétque diligenter, ne plus cibi quàm naturæ conueniat, ingeramus, modo aliqua nos cura tuendæ ſanitatis tangat, quam hac ratione maxime conſeruabimus. Hinc alibi ita ſcriptum reliquit, ἄσκησις ὑγιείης, ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων, Sanitatis ſtudium in eo ſitum eſt, vt non ſatiemur cibis, atque impigri ſimus ad laborem. Quod autem ſuprà generatim eſt dictum ab Hip. nihil quod naturæ modum excedit eſſe bonum: hoc in præſentia de vna tantum ſpecie, nempe ſatietate, pronunciat, dicens: Vbi plus cibi præter naturam ingeſtum eſt, morbum id efficit. Præter naturam autem ingeri plus cibi, trifariam vt in Comm. etiam ſuis monuit Galen. intelligi poteſt. Primò, vt παρὰ φύσιν idẽ quod μεγάλως καὶ ὑπερβαλλόντως, valde & exuperanter ſignificet. Quæ quidem interpretatio non admodum Galeno probatur. Altera eſt, vt ſcilicet præter naturam referatur ad qualitatem, hoc eſt cibi differentiam, aut ſpeciem, quemadmodum in Annota. latius dicemus. vt nimirum genus cibi præter naturã, miniméque corpori familiare ac alienum plane morbum faciat. Quæ etiam expoſitio nõ valde Galeno arridet. Tertia expoſitio eſt, vt cibus ingeſtus, præter naturam corpus gubernãtem, dicatur parere morbum.

Plus cibi quã naturæ conueniat non ingerẽdũ.

6. Epide. particu. 4. Apho. 20.

Præter naturã cibũ trifariam ingeri.

Qualitas idẽ quod differẽtia ſeu ſpecies

Et

Et hæc quidem optima eſt ac germana interpretatio. Quippe quandocunque tantum cibi eſt ingeſtum, vt ab eo natura grauetur, fit vt concoqui ab ea non poſsit, atque adeo neceſſario ſubinde generet morbum, vt copioſe à Gale. in Comm. eſt demonſtratum. Porro cibum plus iuſto eſſe ingeſtum, etiam ſanatio ipſa, quæ nimirum ad noxiorum humorum ſequitur euacuationem, oſtendit. Nam plenitudine per euacuationem ſublata, ægroti ſanantur. Quapropter cum adhibita vacuatione ægrotus ſanetur, argumento eſt morbum ex cibi multitudine fuiſſe ortum. Quæ cùm omnia copioſe à Galeno in Com. ſint explicata, non eſt cur à nobis longius perſequantur.

Sanatio cibũ plus iuſto eſſe ingeſtum oſtendit.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Repletio.] Græce, πλησμονὴ, conuertendum itaque erat interpreti ſatietas, vt antea fecit. Ad aliquid dicitur.] Græce, πρός τι μὲν ὂν cum aliquo confertur. Nam τὰ πρός τι à Cicerone dicuntur, quæ cum aliquo conferuntur. Amplam capacitatem.] Græce, εὐρυχωρίαν. Hoc alibi ſic efferre voluit, Abundantiam eſſe duplicem, vnam ad vaſa, alteram ad facultatem ſeu virtutem. Sanguifica illi proportionalis.] Græce, ἡ αἱματωτικὴ δύναμις ἀνάλογον τῇ πεπτούσῃ κατὰ τὴν γαστέρα, facultas ſanguifica proportione quadam ei quæ in ventriculo cibum concoquit. Modicus.] Græce, σύμμετρος, mediocris. Iſtius multiplicem.] Hæc interpretis verba nullum planè ſenſum præ ſe ferunt. Conuertendum itaque ſic fuiſſet, Aliquando vero iſto multo copioſiorem. Græca enim ita habent, ποτὲ δὲ τὸν τούτου πολλαπλάσιον, &c. Tertium alimentum] Siquidem alimentum, Hipp. in lib. περὶ τροφῆς teſte, trifariam dicitur. Quippe primò alimentum vocatur, quod nutriturum eſt. Quare hac ratione, quod adhuc in ventriculo atque venis eſt, alimentum nominatur. Si enim probe concoctum fuerit, nutriet. Secundò alimentum eſt id quod veluti alimentum eſt, nondum tamen alit. Hoc modo quod apponitur vel agglutinatur, alimentum dicitur. Tertiò alimentum propriiſsime eſt quod iam nutrit, & corpori adiungitur, & aſsimilatur. De quo hoc loco Gale. loquitur. Qualitatem præter naturam.] Qualitas hoc loco iterum pro ſpecie aut differentia cibi, vt in Comm. etiam noſtris monuimus, accipitur: id quod verba quæ mox ſequuntur, euidentiſsime monſtrant. Galo. enim ita inquit: Siquidem nutritur vnaquęque pars ἐξ οἰκείας αὐτῷ τροφῆς, ex alimento quod ad ipſum accom

πρός τι.

Satietas duplex.

Interpres notatur.

Alimentũ trifariam capi.

1.

2.

3.

Qualitas pro differentia.

commodatum eſt. Quod non animaduertens hoc loco Muſa, ſeſe miris modis torquet, num cibus ſua qualitate tantum no- cere queat, dubitãs. Inter alia vero multa ſic ſcribit: Cibi ratio- ne ſuæ qualitatis non oberunt, ſed ſolum quantitatis ratione, tamen qualitate connexa. Ideo Hipp. mens non eſt, per cibum præter naturam illum intelligere qui qualitate peccet, ſed qui plus ſumitur. Hæc Braſauolus. In iis quidem verbis mihi non probatur, quod ait cibos ratione ſuæ qualitatis non obeſſe. Quippe ſi hoc verum eſt, quare Hippoc. ait lib. 6. Epid. part. 5. Apho. 24. validos & vehementes cibos calido ventriculo præ- ditos turbare. Et quid eſt cur idem Hipp. lib. 1. Aphoriſ. 16. do- ceat, humidum victum febricitantibus & pueris conuenire? Certè ſi cibi qualitatis ſuæ ratione neque obeſſent, neque pro- deſſent, nihil vnquam tale dixiſſet Hipp. Rectius itaque Muſa ſic dicere potuiſſet: Cibum alienum quidem malum eſſe, non tamẽ poſſe facere morbum, niſi ſatis iuſta eius fuerit quãtitas: Ad eum modum etiam Gale. in ſuis eſt locutus Comm. Alte- ri.] Addendum particulæ. Græce enim eſt, ἑτέρῳ μὲν μορίῳ. Nam cum medicamenta.] Intelligit ea quæ frigiditate ſua interi- munt, quæ quidem non toto genere humanæ naturæ aduer ſantur, atque letalia ſunt, ſed duntaxat quantitate, vt libro 3. de Temper. cap. 3. & libro 3. de Simpl. med. facul. cap. 17. & 18. Galenus copioſe & doctè demonſtrat. Quocirca medicamenta illa genere quidem deleteria ſunt, & letalia, hoc eſt ſunt è ge- nere letalium: ſed nõ toto genere, id eſt ſemper letalia ſunt. Si- quidem minima quantitate ſumpta, mortem minime inferũt.

Muſa ſe temere hoc loco torſit.

Medicaméta non toto genere letalia.

Exuſtionem.] Græce, ἔγκαυσις. Ea autem, Galeno lib. 2. de Compo. medicam. ſecũdum locos, ca. 1. autore, eſt exuſtio à ſo- le facta circa caput permanẽs. Adiiciendum itaque ad exuſtio- nem, Solis vox, vt alibi quoque annotauimus. Ex genere enim cauſar. &c.] Addendum, vna. Græce enim legitur, ἐκ γὰρ τοῦ γένους ἐστὶ μία τῶν ἐργαζομένων αἰτίων τὰς νόσους, ex genere enim cauſarum eſt vna maximè, quæ morbos committẽdi vim habẽt. Intelli- git autem exceſſum. Plus modico] πλεῖον ὑπερβαλλόντος, plus iuſto. Sed & rei natura ſimul indicat] Habet enim plenitudo peculiaria ſigna, vaſorum ſcilicet diſtenſionem, ruborem, & tumorẽ corporis, pulſuum magnitudinem, grauitatẽ, aliáque multa quæ in libro de Plenitudine inſcripto Gal. commemo- rat, per quæ cognoſcitur. Hæc'que à rei natura, nõ euentu ipſo ſumun

ἔγκαυσις.

Plenitudinis ſigna.

ſumuntur. Herophilus in tritemporea ſignificatione.] Græce, ἐν τῇ τριχρόνῳ καλουμένῃ σημειώσει, in ea quæ à tribus temporib. ſumitur ſignificatione. Hic Galeni locus difficilis ad modũ eſt, atque à paucis intelligitur. Hinc eſt quòd Muſa etiã in ſuis prolixiſsimis Com. in quib. omnia ter & ad nauſeã vſque repetit, ne verbũ quidẽ de eo annotauerit. Quare vt illi lucem aliquã adferamus, initio notandũ erit, σημείωσιν Herophilo idẽ quod διάγνωσιν, hoc eſt, dignotionem, ſignum, indiciũ, notam, quibus affectus dignoſcitur & indicatur ſignificare. Eius verò affectus qui plenitudo nominatur, vſus eſt dignotione à triplici deſumpta tempore: nempe vna à præterito, altera, à præſenti, tertia à futuro. Prima quæ à præterito ſumpta erat, vitã vniuerſam ocioſam, excrementorúmque detẽtionem complectebatur. Altera à pręſenti ſumpta, repletionẽ, vlceroſum affectũ, pigritiã ad motũ, vniuerſi corporis grauitatẽ, venarũ tumorẽ, partium tenſionem, actionum imbecillitatem, aliáque huiuſmodi cõprehendebat. Tertia, quæ à futuro ſumitur, euacuationem. Quippe hoc modo laborantes vacuati egregie iuuantur. Hanc poſtremã Galenus hic ἀπὸ τῆς ἰάσεως μαρτυρίαν, ab euẽtu teſtimonium vocat, ídque Herophilum in ſua ſignificatione, quã à tribus tẽporib. ſumpſit, cõplexũ eſſe ait. Quare interpres hoc loco non recte hanc dictionẽ ἴασίν τινα, per quam cõuertit, cum non ἴασιν, ſed μαρτυρίαν referat. vt ſit ſenſus, Quod etiã teſtimonium Herophilus in ea quæ à tribus temporib. ſumitur ſignificatione comprehendit, vel vſurpauit. idipſum enim παρέλαβεν verbum, quo hic vſus eſt Gal. denotat. De tritẽporea verò iſta dignotione plura in libro de Plenit. Galen. habet.

Obſeruationem.] Quia ſufficit vnica hæc exiſtimatio, nec opus eſt vt obſeruemus num in iiſdẽ eodẽ modo ſæpius cõtingat: quod faciũt Empirici. Siquidẽ ratio experiẽtiæ iũcta faciſe verũ inuenit. Purgationẽ aũt quãdo praua affecti qualitate.] Hæc interpretatio nobis nõ probatur, quòd ſcilicet purgationem eſſe humorũ qui praua qualitate affecti ſunt, innuat. Nõ raro autem accidit, vt praua qualitate afficiantur humores citra eorundem redundantiam, manente nimirum mediocritate ſubſtantiæ, vt ſect. 1. Com. 2. dictum eſt. quare tum illis non purgatio, ſed alteratio conuenit. Quum igitur Græca ſic habeant, κάθαρσιν δὲ ὅταν οἱ μοχθηροὶ κατὰ ποιότητα κρατῶσι, rectius ita conuertiſſet interpres, purgationem verò vbi humores qualit

Galeni locus difficilis enarratur. Muſa. σημείωσις. Dignotio à triplici tẽpore deſumpta. Interpretis lapſus. Obſeruatio Empiricorum. Interpres notatur.

qualitate moleſti vacuantur. Vbi quidem qualitas ſpeciem ſeu differentiam humoris moleſtātis ſignificat, quaſi diceret, Purgatio eſt quando humor moleſtans vacuatur. Hinc eſt quod Galenus infrà, Comm. nimirum 8. huius ſectionis ita ſcriptū reliquerit, ὅταν ἄς τις ἐξ αὐτῶν πλεονάσῃ καθαρτικὸν ἐκείνῳ δίδωσι φάρμακον, quando vnus ex humoribus redundat, purgatorium illi dat medicamentum. Tibiarum.] σφυρῶν, maleolorum. Sunt verò maleoli, clauiculæ extremæ tibiæ, quę Græcis κνήμη dicitur: ſuræq;, quæ iiſdem πτέρνη vocatur, proceſſuum partes. Quare nō recte interpres eas partes tibias nominauit. Tranſpirationis.]Græcè, διαπνοῆς. Hæc Galeno cap. 7. lib. de Symp. differ. teſte, eſt aëris ſecundū totum corpus introitus & exitus. Qualitas. Maleoli. Interpretis lapſus. διαπνοή.

Quæ tamen antea latuerat.] Abundat Tamen vox. Græcè enim eſt, ἡ πρότερον λανθάνουσα. Optima.] Græcè, χρηστὴν, bona. Paulatim,] Græcè, ἐπιβραχὺ, exigua. Eſt enim ſenſus, Si exigua fiat vini corruptio, vbi id quod ſuperfluum eſt, fuerit euacuatum, &c. Et ἐπιβραχὺ hoc loco ſignificare exiguam, ſatis ex dictione illi oppoſita quæ præceſsit μεγάλη, quæ magnam denotat, manifeſtum eſt. Eam quæ ad naturæ contrariū euerſionem.] Græcè, τὴν εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπὴν, eam quæ ad id quod præter naturam eſt degenerationem, mutationémve. ἐπιβραχύ. ἐκτροπή.

APHORISMVS XVIII.

Τῶν τρεφόντων ἀθρόως καὶ ταχέως, ταχεῖαι καὶ αἱ διαχωρήσιες γίνονται.

Eorum quæ confertim & celeriter alunt, excretiones quoque celeres fiunt.

IN hoc Aphoriſmo Hipp. ciborum nobis naturam diligenter eſſe conſiderandam monet, vt ſcilicet quis illorum cito, & quis tardè nutriat atque reficiat, ſciamus. Quem vt rectius aſſequamur, notandum initio erit, per τρέφοντα, id eſt, ea quæ alunt omnis generis alimēta quæ in ventriculo, venis, & vniuerſo corpore concoquuntur, eſſe intelligenda. ἀθρόως autem, hoc eſt, confertim, vniuerſim, affatímve alere dicuntur, quæ poſtquā m nutrire cœperunt, breui tempore totum de ſe corpori alimentum præbent, ita nimirum vt idipſum breui tempore per vniuerſum diſtribuatur corpus. Quapropter ἀθρόως hoc loco planè opponitur ei quod κατὰ βραχὺ Græcis dicitur, idémque quod ἐξαίφνης, repente ſignificat. Confertim itaque Ciborum natura diligēter cōſideranda. τρέφοντα. ἀθρόως τρέφειν. Cōfertim nutrire.

nutrit,quod non ſenſim & paulatim vbi nutrire incipit,ſed repente breuique tempore ſuum de ſe corpori vniuerſum alimentum,ſiue idipſum multum vel paucum fuerit, præbet. ταχίνς τρίφειν,id eſt, celeriter alit,quod ſtatim ſimulatq; aſſumptũ eſt, nutrit,vt in Comm.etiam ſuis Galenus monſtrat. Porrò per excretiones,quas Hipp.διαχωρήσιας vocat,non ſolum eas quæ per aluum & vrinam fiunt,verumetiam eas quæ è toto corpore veniunt,intelligit:vt is plane verborum Hippocratis ſit ſenſus, Quæ breui tempore, & ſtatim poſtquam aſſumpta ſunt, nutriunt,ea etiam veloces excretiones efficiunt.Quæ quidem Hippocratis ſententia veritati conſona erit, vbi diſtinctiones à Galeno in Commen.expoſitæ adhibitæ fuerint. Quarũ prima eſt,vt cibi acrimonia & lentore vacent. Altera, vt ea quæ inter ſe conferuntur alimenta,ſubſtantia ſint ſimilia.Tertia,vt hominibus eodem modo affectis exhibeantur.

ταχίνς τρίφειν. Excretiones. Diſtinctiones huic Aph. adhibendæ.

ANNOTAT. IN GALENI COMM.

Vniuerſum maxime.] Græce, ἀθροώτατα. Tardius.] Græcè, βραδύτατα, tardiſsime. Cochleæ.] Quas Græci κοχλίας, Latini limaces appellant. Dura eſt iis caro,Gale.lib.3.de Alim. facult.teſte,eóq; ad concoquendũ pertinax.Eadẽ tamen ſi cõficiatur,valentiſs.nutrit. Verticilli.] Græcè,σπόνδυλοι. Spondylũ inter marinos piſces commemorat Plinius lib.32.cap.11. Eius etiam meminit Macrobius,& Seneca. Squillæ,] Græce, ἀκρίδες,ſed perperam.Nam quum ἀκρὶς locuſtam,animal quidã terreſtre,quo in deſerto Diuus IOANNES veſcebatur, ſignificet,hic vero de piſcib.Galeno ſermo ſit,mendoſum eſſe Grecum codicem neceſſe eſt.Quare legendũ καρίδες. Errori autem anſam dedit vnius literæ trãſpoſitio. Eſt autem καρὶς piſcis ex numero eorum qui molli teſta teguntur, Gale.lib.3.de Alim. facul.autore,latiniſq; dicitur Squilla:hodie à Romanis,Paulo Iouio cap.40.de Romanis piſcib. teſte, Cammerugia, & Pernocia vocatur. Locuſtæ.] Græce, καραβοι. Eius effigiem tradit Paulus Iouius loco iam citato. Cammari.] Græcè,ἀσταχοι. Sic dicti ſunt quaſi gemmati,multis impleti lacrymis:vel non ſtillantes,ſed affatim fluentes. Plinius Leones hos piſces appellat,quòd paruorũ leonũ effigiem referant.Cæterũ prędicta tria genera piſciũ molli teſta concluſa,tardiſ.& paulatim alũt, quòd dura carne conſtent,atq; adeo concoctu pertinaces ſint.

Cochleæ. Spondylus piſcis. Squillæ. Græcus Galeni codex emendatus. καρὶς. Carabi. Cammari. Leones.

Caſei duri.]Qui,vt teſtatur lib.3.Alim.Gal.neq; ad concoctionem

ctionem,neq; ad diſtributionem in corpus idonei ſunt. Carnes ſalitæ.] Græcè, τεταριχευμένα. Sic nominantur Græcis, quæ ſale cōdita & aſsiccata ſunt,aut inueterata. Pro vtriſque hoc loco accipi vox ipſa poteſt,quia tam eorū quæ ſale cōdita ſunt,quā inueteratorū carnes duræ,ſiccę & neruoſæ ſunt:ideóque ad cōcoquēdū pertinaces.Indiciū autē tibi ſit velocis,&c.] Græcè, σημεῖον δ' ἔστω σοὶ τρέφειν τε ἤδη τὸ προσενηνεγμένον, indicium vero tibi ſit id quod aſſumptum eſt,iam nutrire. In pulſibus fortitudo ac magnitudo.] Græcè, ἐν τοῖς σφυγμοῖς ἥτε σφοδρότης καὶ τὸ μέγεθος, vehementia & magnitudo.Eſt autem vehemens pulſus,qui valide tangētis manū ferit:Magnus,qui in triplici dimenſione auctus eſt. Percurrens.[Græcè.διαφέρων, differens. Exiguū.] Græcè, ἐλαχίστην, minimū. Fuſca, Græcè, κίῤῥοι, fulua.Neq; enim alius color vini per κίῤῥον accipiendus eſt,quā is qui Latinis fuluus appellatur,vt fuſius in noſtris Annotat.in 5.Gal.de Tuend.ſanit.librū editis monſtrauimus. Errat itaque interpres, qui fuſca cōuertit,ſicut alij quidā qui rubea.Celeriter.] Græcè, τάχιστα, celerrime. Anticipant.] διὰ τὸ φθάνειν, quia feſtinant. De ptiſana & alica alibi à nobis abunde eſt dictū.Secundum modū quo parantur.]Græce, κατὰ τὸ ποιὸν τῆς σκευασίας, ſecundum ſpeciem,differentiámve præparationis. Neque enim κατὰ τὸ ποιὸν aliud ſignificat, niſi κατὰ ποιότητα, hoc eſt, κατὰ τὴν διαφορὰν ἢ ἰδέαν. In comment. de Facult.natural.]Libro nimirum 3. Proprium alimentum.] Græcè, οἰκεῖον χυμὸν, naturæ ſuæ accommodatum ſuccum. Ex toto corpore euacuatione.] Scilicet per tranſpirationē ipſam. Difficulter abſumitur.] δυσεξανάλωτος, difficulter diſcutitur, aut euaneſcit. Quippe ἀναλίω idem quod euaneſco,aut pereo ſignificat, vt δυσεξανάλωτος, idem ſit quod δυσδιαφόρητος. Senſus itaq; eſt verborum Hippocratis, Quæ difficulter alterantur,ea quoque difficulter euaneſcunt. Hoc eſt,quæ difficile cōcoquuntur,hæc ſimulatque concocta fuerint,ſtabilem & firmā naturam habent,nec facile tranſpirant. Argumento ſunt carnes ſuillæ. Subductio.] Græcè, ὑποχώρησις. Eſſe commune.] Adiiciendum,ambobus: Græca enim habent, κοινὸν δ' ἀμφοῖν.

Marginalia: τεταριχευμένα. — Vehemēs pulſus. — Magnus. — κίῤῥος. — Interpretis erratū. — δυσεξανάλωτος. — ἀναλίω.

APHORISMVS XIX.

Τῶν ὀξέων νοσημάτων οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προαγορεύσιες. οὔτε τῆς ὑγιείης, οὔτε τοῦ θανάτου.

Acutorum morborum non omnino tutæ ſunt prædictiones, neque ſalutis, neque mortis.

In acutis morbis nõ temere prædicendum.

MOnet hoc in Apho. Hippo. ne in acutis morbis temere prædicemus, quòd in iis neq; ſalutis, neque mortis ſatis tutæ ac certæ ſint prædictiones, ob ſubitas quæ in iis contingunt mutationes, humorum morbos acutos efficientiũ naturã ſequentes, & quia humor moleſtans ex aliis in alias partes transfluit. Acutus autẽ morbus eſt, qui cito iudicatur, ac confeſtim magnitudinem obtinet. Eius ſunt variæ ſpecies ac differentiæ, quas ſuprà ſect. 1. Comm. 4. expoſuimus. In acutis itaq; morbis, inquit Hipp. οὐ πάμπαν, non omnino, hoc eſt nõ ſemper, quippe Galenus οὐκ ἐπὶ πάντων interpretatur: ἀσφαλέες, id eſt, tutæ aut certæ ſunt προαγορεύσιες, prædictiones. eſt enim προαγόρευσις, teſte Philotheo, idem Græcis quod πρόῤῥησις, aut ſalutis aut mortis. Nõ omnino igitur certæ ſunt, quia fallunt, quanquã raro: quòd ſcilicet non ſtatim à principio quicquam certi in omnib. habemus, ſed tunc primum, cum certiores notæ eluceſcunt. Nec quicquã prohibet, vbi hæ eluxerint, decipi aliquãdo medicũ, ob ſubitos ſane motus quibus acuti morbi agitantur. Quapropter huic qui tuto prædicere de ægris acuto laborantibus morbo volet, obſeruandum in primis erit, ne quid temere pronũciet: hoc eſt, antequã euidens aliquod ſignũ eluceſcat: neq; ſtatim inter morbi initia iudiciũ ferre de morbi exitu audeat. Contrà in diuturnis morbis non adeo irritari ſolet, quæ corpus gubernat natura, neque adeo mobilis eſt cauſa morbifica. Quocirca in iis prædictiones longe tutiores ſunt.

Acutus morbus quis.

οὐ πάμπαν

προαγόρευσις.

ANNOTAT. IN GAL. COMMENT.

Nullum obſedere locum.] Græcè, οὐδένα τόπον ἐγκατεληφότων, qui nullam ſedẽ occuparunt. Et omnino in acutis morbis.] Quo pacto is Gal. locus ſit intelligendus, diximus ſuprà ſect. 1. Aph. 7. Agglutinati.] Græcè, σφηνωμένοι, infarcti. Magis præduris tumoribus, &c.] Græcè, ὥστε καὶ σκιῤῥώδεις αὐτῶν μᾶλλον ἢ φλεγμονώδεις εἶναι τὰς διαθέσεις, ita quod eorum affectus magis præduros tumores quàm inflammationes æmulantur, Siquidẽ à frigida, craſſa & lenta materia fiunt, & minime calida, tenui, facileq; mobili, vt phlegmone. Per compaſsionem] Græcè, κατὰ συμπάθειαν, per conſenſum. Per conſenſum patitur, Gale, lib. 1. de male affect. loc. cap. 6. autore, quod ab altero patitur.

Per cõſenſum pati.

Senſus

Senſus itaque verborum Galeni eſt, Pauci ſunt ex morbis diuturnis, qui per conſenſum, atq; adeo citra locum male affectũ fiant, ſed materia fere ſemper alicui eſt parti impacta: ideoque per ſe, & nõ per conſenſum male afficitur. In quibus omnes.] Græca hoc loco non rectè ſe habere videntur. Legendũ itaque erit, ἐν οἷς ὁμοίως ἀπάσαι τῶν φλεβῶν, non ἀπασῶν. Et paulo poſt, χυμοὺς ἰσχούσαι σηπομένους, non ἰσχουσῶν. Ex multis.] Græce. ἐπὶ πάντων, ex omnibus. Et vno loco transfertur ad alium.] Hoc eſt, interprete Philotheo, ἀπὸ μορίων κυρίων εἰς ἄκυρα, καὶ ἀπὸ ἀκύρων εἰς κύρια, à partibus obtinentibus principatum ad ignobiles, & ab ignobilibus ad principes. Quare non mirum, falli interdum etiam bonos medicos. Nam dum arbitrantur humores in principe aliqua parte hærentes mortem allaturos, mox in aliam partem ignobilem translati, ægrum à periculo immunem reddunt. Vt ſi quis peripneumonia exitiali laborans repente facto ad crura abſceſſu liberatur. Et cõtrà accidit vt humores in parte aliqua ignobili hærentes nihil mali inferri videantur, ſed confeſtim in ipſa iudicatione ad principem aliquã partem delati, mortẽ inferunt. Tantas motus ij temere euenientes poſſunt efficere in corporibus noſtris mutationes.

Græca emendata.

Bonos etiã medicos in acutis morbis falli.

APHORISMVS XX.

Ὁκόσοισι νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ὑγραί εἰσι, τουτέοισιν ἀπογηράσκουσι ξηραίνονται. ὁκόσοισι δὲ νέουσιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ξηραί εἰσὶ, τουτέοισι πρεσβυτέροισι γινομένοισι ὑγραίνονται.

Quibus adhuc iuuenibus aluus humida eſt, ijs ſeneſcentibus ſiccatur. Quibus vero adhuc iuuenibus ſicca eſt aluus, ijs ſeneſcentibus humectatur.

QVod in præſenti Aph. Hipp. docet, eſt ex eorum numero, quæ magna ex parte accidunt: nempe vt iis quibus per iuuentutem aluus humida eſt, atque adeo probe excernit, in ſenectute exiccetur, ægréque excernat. Et contrà quibus per iuuentutem & vigorem ætatis aluus eſt ſicca, iis ſeneſcentibus humectetur, & facile excernat. Neque enim humida aluus alia eſt hoc loco Hippocrati, quàm quæ facile ac liquida excernit. Sicuti ſicca, quæ ægre, & non niſi arida excernit. Cauſas eius

Quod in hoc Aph. docetur, magna ex parte accidere.

Aluus humida.

Sicca.

mutationis,cuius hic meminit Hippo.abunde in Comment. explicat Gal.vt non ſit opus noſtra enarratione.Porro hæc deiectionum commutatio, cuius in hac ſententia fit mentio,accidit,ſi in vtraq; ætate eadem victus ratio,quod in Commentariis etiam ſuis monet Galenus,obſeruata fuerit. Vſus huius quidem Aphoriſmi eſt, vt quibus cibus aut medicamentis in iis ætatibus ad citandam aluum nobis vtendum ſit,ſciamus.

Vſus hui' aphoriſmi

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Hunc ſcribens aphoriſmum] Qui ſcilicet ordine in hac ſecunda ſectione eſt 53. Commutant.] Græcè, ἀπαλλάττουσι Rectius cõuertiſſet interpres,degunt:quòd ἀπαλλάττειν, Phauorino teſte,idẽ interdũ Græcis quod διατρίβειν καὶ διαγίνεσθαι, degere,vita fungi,vitam producere:vt ſit ſenſus,iuuenes quorum aluus humida eſt,melius degere & vitã producere,quã eos quibus eſt ſicca. Alexandrinorum victu.] Qualis fuerit is victus, clarius lib.2.ad Glauc.cap.15.exponit Galenus,vbi ſic inter cętera ſcriptum reliquit,In Alexandria plurimi elephantiaſi ob victus rationem laborant:veſcuntur enim pulte, lenticula,co-
" chleis,multiſque ſalitis:nonnulli verò ex ipſis carne aſinina,&
" id genus aliis craſſam & atram bilem generantibus. Zythũ.]
" Eius meminit Dioſcor.libro 2.cap. 78. Genus eſt potionis ex
" hordeo in hunc modũ cõfectæ. Hordeũ aqua madeſit,quouſq; in liquorem vino ſimilem reſoluitur. Inebriat vt vinũ,& acre guſtu eſt,quoniam ex putrilagine aceſcente conſtat. Hinc eſt quod Gal.lib.6.de Simpl.medic.facult,praui ſucci potum eſſe ſcribat. Græci nunc hoc genere potionis vti coguntur, quòd immaniſsimi Turcarũ imperatoris edicto omnes vites ſuccisæ ſint.Vocatur eorum lingua,vt annotauit Ruellius, phocadij. Paria agentur.]Græcè, ὁμοίως πραττομένων, eodem modo fiant,adhibeantúrve. Ex iis quæ quæruntur.]Græcè, τῶν ἐξηταμένων. Sic autem habet Aldinus codex, quem interpres ſecutus eſt.Alij habent, τῶν ἐξηγημένων, eorum quæ explanari oportet.Quæ quidem lectio, mea ſententia, melior eſt,& Galeni inſtituto magis quadrat. De potentiis naturalibus.]Libro ſcilicet 3. De cauſis ſymptomatum.]Libro 3.cap.6. Plus quàm modo.] Græcè, ὑγροτέρα τῶν συμμέτρου γίνεται ἡ γαστὴρ, plus iuſto humidior fit aluus. In ipſa.] Græcè, κατ' αὐτὴν, per ipſam.

Aut quia.] Abundat aut dictio. Græcè enim eſt, πλείονα τροφὴν λαμβανόντων, ἢ ὅσης δεῖται τὸ ἧπαρ. Vt citius deiiciatur.] Græcè

ἀπαλλάττειν.

Senſus.

Alexãdrinorum victus.

Zythum.

Græcè ὅτι δ' ὅτι θᾶττον ἐπὶ τὴν διαχώρησιν ἴασιν αὐτῆς; contingit autẽ quandoq;, quia cibus citius deiiciatur. Plura igitur appetimus.] Idem cap.63. Artis medicæ docet Gale.inquiens: Frigidus natura ventriculus ad appetendum quidem plurimũ viget, ad concoquendum autem minime. Cauſam verò cur frigus ad excitandã conferat famem, Gal.lib.1.de Sympt.cauſis cap.7. nullam aliam eſſe tradit, quã quia vacua reddit corpora, ac ipſorum tunicas cogens,conſtringénsq; famem inducit. In hoc enim vis appetendi.]Quod Gal.copioſiſsime loco iam citato docet, vbi præcipuam oris ventriculi actionem eſſe cibi appetentiam demonſtrat. Tantum augeri contingit in ore,&c.] Codex Aldinus hoc loco deprauatus eſt. legit enim ita, τὴν ἐν τῷ στόματι τῆς κοιλίας ὑγρότητα συμβαίνει γίνεσθαι ἐς τοσοῦτον. cum potius ſic legendum ſit, ψυχρότητα συμβαίνει αὔξεσθαι ἐς τοσοῦτον. Quam lectionem Leonicenus recte in ſua conuerſione eſt ſecutus. Vt appetitus deficiat.] Nam omnis immodica intemperies,vt paulo pòſt ait,actiones exoluit. Lib. quoque 3.de Sympt.cauſis cap.1.ſcribit omnem intemperiem, vbi vehemens fuerit,vires deiicere. Meritò igitur nimia frigiditas appetentiã in ſenibus deiicit, quoniã per hanc ipſam vis oris ventriculi ſenſifica ſopitur, ac fere proſternitur. Cũ igitur ſuctionis ſenſus pereat, quid mirũ ſi appetẽdi functio aboleatur? Eorũ quæ diſtribuuntur.]Græcè, τῶν προσφερομένων ὡς πρὸς τὴν ἀνάδοσιν, eorum quæ aſſumuntur ad diſtributionẽ. Quod ſi exquiſitè.]Addẽda negatio,& legendum,quod ſi non exquiſitè. Græcè enim eſt, εἰ δ' οὐκ ἀκριβῶς εἴη ὁρμή. Et certè ſic eſſe legendum,quæ ſequuntur manifeſtiſſ.oſtendunt. Nam ſtatim ſubiicitur:vt quæ neutrã habebit exquiſitè intemperiem, neq; eam quæ eſt ſecundum ſiccitatem,neq; ſecundum caliditatem.

Frigus excitat famẽ

Aldin⁹ codex Græcus deprauatus.

Nimia frigiditas in ſenib⁹ appetentiam deiicit.

Interpretis erratum.

Propter partium caliditatẽ.] Quod clarius lib.1.de Symp. cauſis cap.7.idem Galenus monſtrat, inquiens: Inter potiſsimas continentésq; cauſas, quibus fames impeditur, calor numeratur. Quippe qui ſolida corpora laxando diſſoluit, atque ad attractionis functionẽ reddit imbecilliora. Sed mirabitur forſitan hoc loco quiſpiam, quî fiat vt nunc Gal. ſcribit calorẽ deiicere appetentiã, quum tamen ſect.1.Aphoriſmorum Comment.15.diuerſum doceat, nempe calorẽ appetentiã intendere? Cui quidẽ ita reſpondendũ erit, hæc duo Gal. loca inter ſe nõ pugnare, ꝙ ſcilicet hoc in Comm. de nimio & nõ naturali

Calor famẽ impedit.

Obiectio

Reſpõſio.

calore loquatur, alibi verò de naturali, qui appetentiæ omniúmque aliarum naturaliam actionum cauſa exiſtit. Vel paulo plus modico calidiore.] Abũdat vox modico. Græcè enim eſt, ἢ καὶ βραχεῖ τινὶ θερμοτέρῳ. Sed mox.] Græcè, ὕστερον, ſed deinceps.

APHORISMVS XXI.

Λιμὸν θώρηξις λύει.

Famem vini meracioris potio tollit.

Fames.

QVa ratione fames vehemẽs, & quæ ſedari cibis haud poteſt, curãda ſit, hoc in Aph. Hipp. docet. Per famẽ itaque minime naturalem, quæ nihil aliud eſt niſi ſuctionis ſenſus, ſed eam quæ præter naturam eſt, & Canina dicitur, vt copioſius in Comm. ſuis Gal. docet, intelligere oportet. Nec eã quidem omnem, & à quauis cauſa excitatam: ſed illam duntaxat quæ à frigiditate, quæ vel eſt nuda intemperies, vel cum acidi humoris fluxione conſiſtit, oriri ſolet. Acidus autem is humor aut eſt pituita, vel atra bilis, quæ os ventriculi occupat. Quippe hæc ipſa non naturalem, vt quidam Auicennæ erroneam ſententiã ſecuti putant, ſed non naturalem, ac caninam efficit, vt alibi eſt à nobis fuſius demonſtratum. Porrò nõ temerè dictum eſt, non omnem immodicam famẽ caninámue appetentiam, intelligendam hoc loco eſſe: quia vt teſtatur Gal. lib. I. de Sympt. cauſ. cap. 7. canina fames etiam accidit propter plurimam per vniuerſum corpus inanitionẽ, vel quæ immodici caloris vim, vel retentricis imbecillitatẽ ſequitur. De ea autẽ hic non loquitur Hippoc. Cæterùm habet non naturalis fames ex acidis orta humorib. quandã ſimilitudinẽ cum ea quæ eſt naturalis. Frigidi enim humores, vt loco iam citato Gal. oſtendit, roſionem quandam, quæ ſuctioni reſpondet, inducunt. θώρηξις vox, qua hoc loco vſus eſt Hipp. Philotheo teſte, ἀκρατοποσίαν, id eſt, vini meracioris potionẽ ſignificat. Quod Phauorinus etiã confirmat, inquiẽs, θώρηξις κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἐστὶ οἰνοποσία καὶ ἀκρατοποσία, Thorexis apud veteres vini potio, & vini meracioris potio eſt. Sic autẽ dicta eſt, quod thoracẽ armare & calefacere videatur. θωρήσσω enim Græcis eſt armo & inebrio. teſtis Phauorin. qui ita ſcribit, θωρήσσειν λέγουσι τὸ μεθύειν διὰ τὸ θερμαίνειν τὸ στῆθος ἢ θώρακα πληροῦσθαι, Thoreſſeim Græci dicunt inebriare, propterea quod vinum pectus calefaciat aut thoracem impleat. Idem etiam tradit, Thorexin vini

merac

Canina appetentia.

Atra bilis caninã nõ naturalem appetentiã efficit.

Non naturalis famis cũ ea quæ eſt naturalis ſimilitudo.

θώρηξις.

θωρήσσω.

meracioris potionem dici, διὰ τὸ μάχιμον τῶν μεθυόντων, quod vino ebriis inſit bellandi & rixandi cupiditas. Vinum igitur meracius, eo quòd calefaciat, famem, caninámue appetentiam tollit, quemadmodum fuſius in Comment. Galenus docet.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

In libro de natura hominis.] Secundo ſcilicet, Aphoriſ. 3. Indeſinenter.] Græcè, ἀπαύστως. Quæ calorem ſubrubeum habent.] Græcè, ὅσοι γε κιῤῥοὶ τὴν χροιὰν, quæ colore fulua ſunt. De quo colore ſuprà quoq;], Com. nimirum 18. diximus. κιῤῥός.
Nihil auſterum aut acre.] Græcè, μηδὲν αὐστηρὸν ἢ στρύφνον, nihil auſterum aut acerbũ. Quare magno errore interpres acre pro acerbo conuertit. Sedatur.] Græcè, πραΰνεται, placatur mitigatúrue. Interpretis ingens lapſus
Pro vniuerſali faciunt ſpecialẽ.] Quippe canina appetentia magis eſt vniuerſalis quàm bulimos, eò quòd à pluribus fit cauſis: bulimos autẽ ab vna duntaxat, nẽpe externo frigore, initium ſumit. Canina appetentia magis vniuerſalis q̃ bulimos.
Ac magis particularẽ.] Redũdat magis particula. Græcè enim eſt ſimpliciter καὶ κατὰ μέρος. A fame inchoauit.] Græcè ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ πείνης, incipiens quidem à fame. Principio enim ventriculus appetit, propter cauſam ſuprà expoſitam, poſtea tamen factus imbecillior nihil appetit. Nam à frigiditate tandem ſentiendi facultas, atque adeo appetentia aboletur. Bulimos itaque fit, cum os ventriculi & penuria ob cibi defectum, & imbecillitate propter vehementem intemperiem frigidam laborat. Bulimi cauſa.

APHORISMVS XXII.

Ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα ἂν νοσήματα γένηται, κένωσις ἰῆται, καὶ ὁκόσα ἀπὸ κενώσεως, πλησμονή. καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις.

Quicunque morbi ex ſatietate fiunt, euacuatione ſanantur. Et quicunque ex vacuatione oriuntur, ſatietate. Eodémque modo alia contrarijs curantur.

SAtietatis & vuacuationis exemplo Hipp. hoc in Aphor. docet, contraria contrariis curari. Vt enim ſatietas vacuatione, & rurſus vacuatio ſatietate: ita ſingula alia contrariis curantur. Contraria contrariis curantur.
Pro pleniore verò huius ſentẽtiæ explicatione ſciendũ, πλησμονὴν propriè ſignificare ſatietatem, vt conſtat ex Comm. πλησμονὴ.

17.huius ſectionis, & ſuprà Aphoriſm.4.monuimus. Quare Leonicenus non rectè hanc vocẽ repletionẽ conuertit. ꝙ generalior eius ſit ſignificatio, quàm vt ad ſatietatẽ, quæ illius ſpecies eſt cõtrahi cõmode queat. Vacuatio autẽ, quæ Hippocrati ſimpliciter *κένωσις* dicitur, eſt, quando omnes ex æquo humores vacuantur, Gal.ſuprà, Comment. nimirũ 17. huius ſect. teſte. Morbos itaq; qui ex ſatietate fiunt curat vacuatio. Et non temerè adiectum eſt ab Hippo. *γίνεται*, neq; enim eos qui iam facti ſunt morbos, curat vacutio, ſed eos duntaxat qui adhuc fiunt, vt in Commen. etiam ſuis Gal. fuſius mõſtrat. Quicunq; verò morbi ab euacuatione fiunt, hos refectio curat. Commodius enim hoc ſecũdo loco *πλησμονὴ* vox pro refectione, quàm ſatietate interpretabitur. Ne imperitus quiſpiam ſatietatẽ intelligat eã, quæ plus quàm ſit vacuatũ reponit. Refectio igitur, quia adiicit ea quæ deficiunt, morbos ex vacuatione natos ſanat. Pari ratione omnia alia ſuis curãtur cõtrariis. Cõtrariũ verò hic generatim, & per abuſionem pro omni eo accipiendum, quod alteri opponitur, vt ſit idẽ cũ eo quod Ariſtot. cap. 10. lib. de Prædicam. *ἀντικείμενον*, id eſt, oppoſitũ vocatur. Hac quidem ratione cõtraria erunt quæ in vno eodẽq; genere plurimum inter ſe diſsident. Sicq; definitur à Galeno lib. 1. & 11. Ther. method. & ab Ariſtot. cap. 7. libri de Prædic. Oportet ergo in vnoquoq; genere quod mediocre eſt intelligere: & ſic infinitam quandam contrariarum rerum multitudinem, quæ maioris minoriſq; ratione inter ſe diſsideant, ex eo inuenies: atq; ita non modo in qualitate, verumetiam in quantitate cõtrarietatem reperire licebit. Intelliges igitur clarius vulgatiſsimũ hoc de quo agimus in ſcholis medicorum axioma, ſi oppoſitorum oppoſita ſibi inuicem remedia eſſe dicas, vt pluribus Gal. lib. 11. Ther. meth. docet.

Satietas. Interpretis error. Vacuatio. *κένωσις.* *πλησμονὴ* Latinis eſt refectio. Contrariũ quid. *ἀντικείμενον.* In vnoquoq; genere mediocre intelligẽdũ.

ANNOTAT. IN COMMEN. GAL.

Non ſi quid factũ eſt, &c.] Græcè, *οὐκ ἔτι γινόμενον ὑπὸ πλησμονῆς ὅλη οὐκ ἔτι οὔσης αὐτῆς εἴ τι μένοι τοῦτο ἰᾶσθαι κένωσις, ἀλλ' ὅσα κατὰ τὸν αὐτὸν γίγνεται χρόνον ἐπιχειροῦμεν ἰᾶσθαι κενώσεως χρήζει*, Non iam factũ ex ſatietate morbũ, neq; ipſa non exiſtẽte amplius, ſi quid remanſerit curabit vacuatio: ſed ea tantum quæ eo quo fiunt tẽpore curare molimur, vacuatione indigẽt. Quibus ſaneverbis Gal. manifeſtè innuere voluit, nõ eos morbos qui iam facti ſunt, ſed eos potius qui adhuc fiunt, curari

Morbi qui adhuc fiũt

vacuatione. Quippe τὸ γινόμενον, Phauorino teſte, idem quod ἐνεργούμενον εἰς τέλος, hoc eſt abſolutum & perfectum ſignificat. Quocirca in recenti Gale. editione latina, non rectè Iulius Martianus Rota hunc locũ emendauit: Neque ſi quid nondum factum eſt à repletione, &c. Siquidem hæc verba nõ aliud præ ſe ferunt, quàm vt vacuatio id quod factũ à ſatietate eſt, curet, & non idipſum quod adhuc fit: contra manifeſtã veritatem, & apertã Galeni ſententiam. Rectius itaque Leonicenus ita conuertit, Non ſi quid factum eſt ex repletione, &c. Atqui hic fortaſsis nobis quiſpiam obtrudet, Galenum diſerte in hoc Commentario morbi fientis facere mentionẽ: igitur perperam nos feciſſe, quòd alibi è numero morborũ illũ exploſerimus. Cui ita reſponſum eſſe volo, Galenũ quidẽ hoc loco morbi qui adhuc fit mentionẽ facere, inficias ire haud poſſumus, nõ tamen ni Hippocratis verbis: ἐνίοτα νοσήματα γίνεται, vt idipſum faceret coactum eſſe. Nam cũ in morbis qui ſunt in generatione duo ſint conſideranda: vnum quod adhuc fit, & alterum quod factũ eſt: id quod adhuc fit, de Gal. ſententia, non morbus, ſed pathos dicitur: quippe omnis alteratio & motus qui adhuc fit, illi pathos nominatur, vt conſtat ex iis quę ſcribit lib. 2. Ther. meth. & cap. 2. de Sympt. different. Quod iam factum eſt, hoc certe morbum appellat: quòd nimirum ſit affectus, qui in re perpeſſa, alteratione iam quieſcẽte, permanet, actionémque ſubinde lædit. Quũ igitur morbus ſit affectus, atque adeò ex ſubſiſtentium & permanentiũ numero, conſequitur, id quod adhuc fit, nõ recte morbũ, de Galeni ſentẽtia, poſſe appellari, ſed potius pathos. Sic enim id quod adhuc fit, appellat ca. 9. li. de Curandi ratione per ſang. miſsionẽ, quũ ita ſcribit, τοὐναντίον γὰρ ἄπαν οἱ σκοποὶ τῆς φλεβοτομίας οὐ περιλαμβάνουσι πρῶτον ἐν αὐτοῖς τὸ πλῆθος, ἀλλὰ τὴν ὑποψίαν τοῦ γινομένου πάθους. Cõtra enim omnino ſanguinis mittendi ſcopi primum in ſe plenitudinem non complectuntur, ſed fientis mali pathematiſue ſuſpicionẽ. Non erit itaque morbus fiens, quemadmodum copioſius in noſtris Annotationib. in primum & quartum Galeni de Tuenda ſanitate libros editis, demonſtrauimus. Cæterũ niſi ſtatuamus fientẽ morbum nõ recte & proprie dici morbum, morbi eſſe cauſam continentem coniunctámue fateamur, quod tamen Galeno maxime aduerſabitur, neceſſe eſt. Nam plenitudo ſatietáſue morbi fientis eſt cauſa continens, quod plenitudine præſen

Vacuatiõe curantur, nõ iã facti τὸ γινόμενον.

Martianus Rota locũ Galeni non recte emẽdauit.

Obiectio.

Reſpõſio.

Duo in morbis q. ſunt in generatione conſiderãda.

Morbus quis Galeno.

Nulla cauſa continens in morbis.

ſente fit morbus,eáque ſublata morbus fiens tollitur. Minimè tamen eius qui iam factus eſt, cauſa continens erit plenitudo, quod ea ſublata is adhuc manet. Hinc initio ſtatim Commentariorum Gal. inquit: Non iam factum ex plenitudine morbũ curabit vacuatio: neque enim à ſua cauſa ſic pendet, vt ſine ea eſſe non poſsit. Quocirca Galen. libro 2. de natura humana, Comment. 1. rectè dixit: Verum eſt morbos aliquos propter plenitudinem fieri, at verum non eſt plenitudinem eſſe cauſam coniunctam. Anteà.] ſcilicet Aphoriſ. 17. huius ſectionis. Sicuti in morbis.] Gręcè, *ὡς ἐπί γε τῶν νόσων αὐτῶν ἤδη γεγενημένων αὖθις ἐπισκεψόμεθα, καθάπερ γε καὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένων αὐτοῖς συμπτωμάτων.* Quare de morbis ipſis iam factis deinceps conſiderabimus, quemadmodum etiam de Symptomatis quæ eos neceſſariò conſequuntur. Qui adhuc fiunt.] Adiiciendum, morbis. Græcè enim eſt, *περὶ τῶν ἔτι γινομένων ὁ λόγος ἐστὶ νοσημάτων.* Deſtruuntur.] Græcè, *συναναιρεῖσθαι*, ſimul deſtruuntur. Repletionem.] Græcè, *πλησμονὴν*, ſatietatem. An fortes euacuationes.] Græcè *περὶ τοῦ τὰς ἰσχυρὰς κενώσεις*, &c. de hoc quod vehementes vacuationes. Vbi enim cauſa non adeſt.] Et is locus Galeni manifeſtiſsimè conuincit aduerſarios, in morbis nõ eſſe cauſam coniunctã. Si enim abeſſe poteſt cauſa morbifica permanẽte adhuc morbo, nõ erit continens ſeu coniuncta. Idipſum enim definitioni eius aduerſatur. Præterea, ex hoc loco etiam perſpicuum fit, morbum nõ ſic dici affectũ, ſeu eſſe à ſubſiſtentium numero: quaſi neceſſe ſit illum perpetuò ſine cauſa efficiente in corpore hærere, ſed quòd poſsit ea etiã è corpore ſublata adhuc manere. Quæ ſingula copioſius in Annotationib. noſtris ſuprà citatis demonſtrauimus, vt hic prolixiori ſermone non ſit opus. Curatio factorũ.] Nam vt pluribus lib. 2. Ther. meth. Gal. docet, eorũ quæ verè & primũ curantur, hoc eſt affectuum in corpore qui ſunt verè ſubſiſtentes ac permanentes, contraria ſunt remedia. Quid autem ſit propriè curare & proſpicere, diximus ex Gale. lib. 4. Ther. meth. in noſtris in 4. de Tuend. ſanit. librum.

In morbis nulla cauſa cõiũcta.

Quomodo morbus ex ſub ſiſtentium numero.

Affectus curantur.

Quæ ineſt corpori diſpoſitio.] Græcè, *τὸ ἐνυπάρχον αἴτιον τῷ σώματι*, quæ ineſt corpori cauſa. Mixtum iam eſt.] Addendum, quodammodo. Gręcè enim eſt, *μικτὸν πως ἐστί.* Vtimur.] Græcè, *προσαγορεύουσιν οἱ ἰατροί*, medici vtuntur. Præſentis diſpoſitionis.] Expungenda veniunt, quod in Græcis non ſit,

quod

quod verbis illis reſpondeat.

APHORISMVS XXIII.

Τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι.

Acuti morbi intra quatuordecim dies iudicantur.

IN hac ſententia, quis ſit acutorum morborum finis, Hippocrates tradit, eoſdem intra quartumdecimum diem iudicari, dicens. Per acutos verò hic intelligit, qui ſimpliciter ita nominantur. Quippe ij intra quatuordecim dies iudicantur & finiunt, ita vt nullum eorum vlterius progredi contingat: quanquàm ex illis plures ſint qui ante quartumdecimum diem terminentur. Rationem vero huius ſententiæ, & alia multa quæ ad hanc ipſam plenius intelligendam neceſſaria ſunt, copioſe admodum Gale. in ſuis Comm. exponit, ita vt noſtra explicatione nihil opus eſſe videam. Obſcuriores tamen locos in Gal. Comment. occurrentes, quod in aliis etiam fecimus, in noſtris annotationibus, quas ſtatim ſubiiciemus, diligenter enarrabimus.

Acutorū morborū finis. Acuti morbi ſimpliciter.

ANNOTAT. IN COMM. GALENI.

Celerrimè] Græce, διὰ ταχέως, celeriter. Vniuerſim.] ἀθρόως, repente. Nam vt ſuprà, nempe Aphoriſ. 18. dictum eſt, hæc vox ἀθρόως opponitur ei quod Græcis dicitur κατὰ βραχὺ, hoc eſt paulatim. Subitæ.] Græce, ἐξύῤῥοποι, celeriter irrepentes. Primo Epidemiarum.] Sectione tertia. Inuaſit.] Græce, εἰ μὴ κρατήσειν ὧν προῦθετο, ſi modo quos inuaſerint exuperent. Referendum enim ad vires: vt hinc omnib. perſpectum ſit, non recte legi in quibuſdam codicibus inuaſit. In libris de Iudic. diebus.] Scilicet primo, vbi inter cætera diem ſeptimum regi, ſextum vero tyranno aſsimilans, ita ſcribit: Hic enim clemen-
» tior, tanquàm bonus aliquis princeps, iis quos iudicat vel ſup-
» plicij partem adimit, vel illuſtrat victoriam. Ille contra vel
» pernicie illius quem iudicandum ſuſcepit, gaudet, vel ſalute
» dolet, quæritque vbi animum expleat, & male ægrum tractet,
» tum longa punitione exerceat. In quibus, ſi quis debeat, &c.] Græce, ἐν οἷς ἀξιοῦμεν γεγυμνάσθαι τὸν μέλλοντα παρακολουθήσειν, οἷς Ἱπποκράτης διὰ βραχέων ἔγραψε, in quibus putamus exercitatum eſſe illum qui ea aſſequi debet, quæ, &c. Veluti imperfectæ.] Græce οἷον ἡμίῤῥοποι, veluti ſemirepentes, metaphoricôs.

Dies ſexti. Semirepē tes iudicationes.

Sumpta

Sumpta eſt autem metaphora à bilance, quę neque recta eſt, neque omnino propendet, ſed quaſi anceps & dubia conſiſtit. Sic quoque iudicationes quæ imperfectæ ſunt, ſemirepentes recte dicuntur, propter quidem motum naturæ minus vehementem, quæ noxios humores è corpore integrè profligare haud potuit. Eorum numero] Adiiciendum, dierum. Græce enim legitur, ἄλλη τις τῶν ἑξῆς ἡμερῶν. In libris Prognoſticis] Lib. nimirum 1. Aphor. 28. Terminus quidam.] Addendum, alius, Græce enim eſt, ὅρος ἄλλος ἐξώτερος, Seruati ſunt in proceſſu, &c.] Græce, τὴν ἐφεξῆς τινὰ κρισίμων ἡμερῶν ἄχρι τῆς μʹ ἐφυλάχθη, aliquem eorum dierum decretoriorum qui deinceps vſque ad quadrageſimum ſequuntur, euitarunt, non ſeruati ſunt, vt interpres conuertit. φυλάττομαι enim eſt deuito, contrariæ ſignificationis cum ſuo actiuo. Sed ea de re paulò pòſt plura. Ex decidentia.] Græce, ἐκ μεταπτώσιος, ex degeneratione, vel tranſmutatione: quando ſcilicet per iudicationes imperfectas ab vna ſpecie in aliam mutantur. Quod pulchrè docet Gal. lib. 1. Prognoſt. Comm. 28. dum in eum ſcribit modum. Acuti ex mutatione fiunt, quoties inter initia acutè ægrotant, tum autē quartodecimo die, aut etiam ante, non integrè iudicantur, ſed quædā reliquiæ morbi ſuperſunt, vt ad quadrageſimū vſq; diē extēdantur. Mutatio vero per imperfectas iudicationes acutorū morborū fit nō ſolum in hos, ſed etiā alios diuturnos. Hæc ille. Idem etiam Gale. lib. 2. de Diebus iudicatoriis, triplex genus acutorum morborum facit. Vnum exquiſitè aut ſimpliciter acutum, qui vſq; ad decimū quartum porrigitur. Aliū non exquiſitè acutum, qui ad vigeſimum vſque durat. Tertium ex tranſmutatione acutū, qui ad quadrageſimū vſq; diē extrahitur. Ex quibus omnib. perſpicuum fit, morbum acutū ex trāſmutatione appellari eū, qui quadrageſimū attingit diē, eúmq; decretorium obtinet. Quare paulo antè monuimus ἐφυλάχθη interpretandum eſſe euitarunt: quod Galen. innuere voluerit eos morbos acutos, qui quartodecimo die imperfectè fuerint iudicati, & ſubinde reliquos dies decretorios qui vſque ad quadrageſimum ſunt, euitarunt: hoc eſt in nullo eorum iudicati fuerint, ſed ad quadrageſimū vſq; perueniunt, acutos ex tranſmutatione vocari. In Prognoſtico.] lib. 1. Aphor. 28. Vt nonnulli exiſtimarunt.] Vt autor eorum in Aphoriſmos Hippoc. commentariorum qui Oribaſij nomine circunferūtur. Neque enim

Interpretis erratū. φυλάττομαι.

Morbi acuti ex degeneratione.

Triplex genus acutorū morborum.

Acutus e tranſmutatione.

Commētarij in A-

enim hos Commentarios eſſe Oribaſij, hinc potiſsimũ colligi poteſt, quod non ſit veriſimile, Oribaſium, quem ſtudioſiſsimum Galeni ſuorúmque præceptorũ obſeruantem fuiſſe conſtat, ſic paſsim non tantum à Galeno, ſed & aliis medicis ferè omnibus diſſentire, & tam abſurdas ac mõſtroſas fingere voluiſſe explicationes. Poſſem & eius rei alia complura non obſcura firmáq; argumẽta adferre, quæ tamẽ lubẽs nũc prætereo.

phoriſmos Hipp. qui Oribaſij nomine circunferũtur ſpurij.

Neque enim quatuordecim ſunt.] Quod copioſius etiam docet lib. 2. de diebus iudicatoriis in fine fere Gal. vt ex ſequẽtibus patebit. Sed cum intercidẽtibus. Græcus hoc in loco codex eſt deprauatus, qui legit ἐκ μεταπτώσεως, cum ſcribendũ ſit potius ἐκ παρεμπτώσεως. Quod manifeſtum fit omnibus librũ Galeni ſecundũ de Iudicatoriis diebus, & comm. primum li. 3. Prognoſt. legentibus. Ibidem enim dies intercidentes παρεμπιπτούσας ſua lingua nominat. vocíſque παρεμπιπτώσεως meminit. Genuinã vero hanc Galeni lectionẽ haud dudiè ſciolus quidã immutare voluit, occaſione hinc ſumpta, quòd paulo ſuprà ἐκ μεταπτώσεως acutorũ morborum Gal. feciſſe mẽtionem animaduerterit, ſimiliter hoc quoque loco ſcribendũ eſſe putauit. Cæterum vt ea quæ in hoc Comment. & ſequenti traduntur Apho. rectius aſſequamur, ſciendum erit, intercidentes dies eſſe, qui inter indices & iudicatorios vocatos dies intercidunt, & in quos non niſi erratis quibuſdam interuenientibus iudicationes transferuntur. Quippe in iis non naturæ motu ac impulſu, ſed morbi magis malitia, aut extraneo aliquo impellente iudicationes fiunt. Hinc eſt quod à nonnullis prouocatorii appellentur, quod ſcilicet in iis natura non ſua ſponte, ſed prouocata, pugnam cõtra noxios humores adoriatur & inſtituat. Qui vero ſint indices & iudicatorii dies, ſequenti aphor. dicemus.

Grecus codex emaculatus.

Intercidẽtes dies.

Prouocatorij dies.

Cũ intercidentibus plures, abſque illis vero pauciores.] Quia dies iudicatorii veri vſque ad quadrageſimũ diẽ ſex tantũ erũt, nõ quatuordecim, nẽpe ſeptimus, decimus quartus, vigeſimus, vigeſimuſſeptimus, trigeſimuſquartus, & quadrageſimus: totidẽ quoque indices erũt, nimirum 4. 11. 17. 24. 31. & 37. Quod ſi itaque per quaterniones progrediamur, duodecim dũtaxat dies indices & iudicatorij erunt. Quod ſi cũ iis intercidentes quoque numeraueris, nempe tertiũ, 5. 6. 8. 9. 10. 13. 18. 21. 30. lõge plures quàm quatuordecim eſſe comperies. Quare meritò Galenus hoc loco, & in fine libri ſecundi de Diebus iu-

Dies iudicatorij veri vſq: ad quadrageſimum tantũ ſex, non quatuordecim.

„ dicatoriis reprehendit eos qui diuerſum ſentiunt,inquiẽs:Iam
„ vero nec in Aphoriſmis decimumquartũ diẽ iudicatorium,ſed
„ in Prognoſticis quatuordecim oẽs iudicatorios dies Hippo
„ cratẽ pronunciaſſe arbitrari: eſſe enim tot,ſi quis à tertio, qui
„ primus omniũ iudicare natus eſt,ad quadrageſimũ numeraue
„ rit,nõ paruã reprehenſionẽ meretur:neq; enim vt medici, hoc
„ dicũt,nec vt qui numerare ſciant,aut legere. Siquidẽ medici ſi
„ eſſent, primũ ſanè nullũ morbum exquiſitè acutũ ad quadra-
„ geſimũ diẽ nõ iudicatum peruenire ſcirẽt. Deinde quatuorde-
„ cim numero eſſe ad quadrageſimũ iudicatorios, in hoc ne vel
„ numerare ipſos nouiſſe quis iure dixerit. Plures nanque ſunt
„ quàm 14.iis qui veritatẽ ipſam, rerúmque euidentiã inſpiciũt,
tũ id quod Hip.li.1.Epid.ſcriptum reliquit.Porro ſi quis ſolos
dierũ quaterniones ſupputet,forſan in hoc errare deprehẽſi fa-
tebuntur,pauciores eſſe quàm quatuordecim.Hæc ille. Cæte
rũ locus quẽ citauit Gal. in verbis iã citatis, eſt in ſectione ter-
tia lib.1. Epid.qui in nonnullis exẽplarib. quũ ſit deprauatus,
nobis hic emendandus venit. Legitur enim in Aldino codice
Græcè ita,ἐκ δ' ἐν τῇσι περιασῇσι κρινόντων περιόδων α, γ. &c. Quã
lectionẽ ſecutus latinus interpres,ita hæc verba cõuertit: Cir-
cuituũ vero qui iudicãt imparibus diebus,primus,tertius. Le
gendũ autẽ erit in hunc modũ,περιόδων πρώτη γ. Circuituum
primus eſt quartus,ſcilicet dies. Sic autem eſſe legẽdum,ex iis
quæ paulo antè dicta ſunt liquet,& ex iis etiã quæ li.3.de Die-
„ bus iudicatoriis ſcribit Gal.in eũ modũ:Et quanquàm,ait,nõ-
„ nulli Hippocratem quoque dies iudicatorios in Epid.1.nume-
„ rantẽ,primi meminiſſe putãt,duplici nomine errãtes. Circui-
„ tus enim primus,& non primus dies, manifeſtò ſcriptus eſt in
„ pariũ impariúmq; dierũ catalogo. Quẽadmodũ igitur in pa-
„ riũ enumeratione primũ circuitũ præfatus,quartũ diẽ inducit,
ita in mẽtiõe impariũ tertiũ. Mutationẽ)Grçcè,αὐτῷ τὸ δεξ.χαθαί
τινα τῶ εἰρημένων τεσσάρων κρίνειν μίαν. Conuertendũ igitur pro
voce mutationẽ,iudicationem.Quidam leues,]Græce βληχρὰ,
ebiles.vel poteſt legi βρύχιν, quemadmodum in fine ſecundi
de Diebus iudicat.vbi eadem ſentẽtia iis verbis repetitur,Qui
ad decimumſeptimum(ſic enim legendum,nõ decimumquar-
tum,vt habent latina exẽplaria,quippe Græce eſt ιζ)aut vigeſi-
mum exquiſitè acuti morbi progreſsi ſunt,ij planè inceperunt
veluti ſubmerſi, & è profundo venientes,ὑποβρύχια, lento mo-

tu

Hippocr. locus emẽdatur.

tu grauíque:deinde alij in primo quaternione, alij in ſecundo „
exquiſitè acutorum motum recipientes ad 17. & 20. progreſsi „
ſunt. Quanquam & ij intra decimumquartum finiantur. nam „
in dierum quaternione vehementiã incipientes, deinde deci- „
moſeptimo finiti, decimumquartum eorũ diem non progreſsi „
ſunt. Quinto die continui.] Continui vox redundat, in Græcis enim non eſt: quapropter expungenda erit. Ex iis vero qui motus habent.] Hinc à recentioribus vocati ſunt morbi tropici, hoc eſt conuerſiui, quod ſe modo ad vehementiam, modo ad remiſsionem conuertant. Multi extenduntur vſq; ad, &c.] Græcè, ἐκτείνεται πολλὰ πρός τινα τῶν ἐξωτέρων προθεσμιῶν, multi protenduntur ad aliquẽ extra hos præfinitos, ſcilicet quatuordecim dies. Sine aliqua ſignificatione.] Græcè ἀσήμως, ignauiter, imbecillè: idem enim quod ἀγεννῶς ſignificat. Qui duas ſeptimanas.] Adiiciendum integras. Græcè enim eſt, δι' ὅλων τῶν δυοῖν ἑβδομάδων.

Morbi tropici.

ἀσήμως.

APHORISMVS XXIIII.

Τῶν ἑπτὰ ἡ τετάρτη ἐπίδηλος, ἑτέρης ἑβδομάδος ἡ ὀγδόη ἀρχή. θεωρητὴ δὲ ἡ ἑνδεκάτη. αὕτη γὰρ ἐστὶ τετάρτη τῆς ἑτέρης ἑβδομάδος. θεωρητὴ δὲ πάλιν ἡ ἑπτακαιδεκάτη, αὕτη γάρ ἐστι τετάρτη μὲν ἀπὸ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, ἑβδόμη δὲ ἀπὸ τῆς ἑνδεκάτης.

Quartus dies ſeptenorum eſt index. Octauus alterius ſeptimanæ principium exiſtit. Eſt vero & vndecimus contemplabilis: ipſe enim quartus eſt alterius ſeptimanæ. Contemplabilis ruiſus decimusſeptimus: quippe quartus eſt à quartodecimo, ſeptimus verò ab vndecimo.

QVæ ſit ratio ſeptimanarum, quæ per quaternarios digeſtæ ſunt, dierum prætereà indicum & iudicatoriorum hoc Aphoriſmo Hippo. exponit. Tres enim cum hic ſeptimanas eſſe innuat, duæ quidẽ priores à ſe inuicem diducuntur, & ſeparãtur. Alterius enim ſeptimanæ initium eſſe diem octauũ

Tres ſeptimanæ vt numerãdę

ait.Tertia verò ſecūdæ ſeptimanæ copulatur,atq; adeò poſtrema ſecundæ ſeptimanæ dies tertiæ quoque initium exiſtit. Quare non eſt integra vt priores duæ, vt copioſius Gale.lib.3. Prognoſt.Comment.1.docet.Primam itaque ſeptimanā quartus dies in duo æqua partitur,oſtenditque quid in ſeptimo futurum ſit. Quare cum die quarto indicia de iis quæ in ſeptimo,qui eſt primæ ſeptimanæ poſtremus dies, futura ſunt, ſumantur,rectè hoc in loco Hippo.dixit,quartum diem ſeptimi eſſe ἐπίδηλον,id eſt,indicem. Secundam ſeptimanā, quæ vt prima eſt integra, cuiúſque initium dies octauus exiſtit, vndecimus in duo æqua diuidit,& quid in decimoquarto futurū ſit, monſtrat. Ipſe enim quartus eſt alterius ſeptimanæ, ideóque contemplabilis.In eo nanque qualis ſit futurus dies proximus iudicatorius,cōtemplari licet.Quocirca ita ſe habet ad poſtremum ſecundæ ſeptimanæ diem,qui eſt 14. vt quartus ad vltimam primæ ſeptimanæ. Tertia ſeptimana ſex tantum dies integros à prioris ſeptimanæ diebus diductos ac ſeparatos cōtinet,vt ex tabella quam paulo pòſt ſubiiciemus,manifeſtè patebit.Quare nō eſt per ſe integra,ſed ſecundæ planè copulanda erit:idque niſi faciamus per quaterniones, vt priores, haud digeretur. Quod manifeſtiſſimè hic docet Hippoc.inquiens: Contemplabilis rurſus decimusſeptimus,quippe quartus eſt à decimoquarto.Nam quum ait 17. diem eſſe quartum à quartodecimo,palam fit omnibus,poſtremum ſecundæ ſeptimanæ diem eſſe tertiæ ſeptimanę principium:eáque ratione per quaterniones,vt priores duas,procedere. Cæterum nullam vigeſimi diei mentionem fecit hoc loco Hippo.quòd ſcilicet hunc ipſum decimusſeptimus iuxta rationem iam dictam indicet, quum ſit tertiæ ſeptimanæ ſeptimus dies. Vt enim in prima ſeptimana quartus eſt index ſeptimi, & in altera vndecimus decimiquarti:ita decimusſeptimus, qui eſt quartus à decimoquarto,erit index vigeſimi, qui eſt tertiæ ſeptimanæ vltimus dies. Hac etiam ratione cæteri indices & decretorij dies vſq; ad centeſimum colligi poſſunt, vt ex ſequenti tabella planum erit:quam, vt intellectu eſſet facilior,paulo aliter quàm in Compendio noſtro fecimus, digerere voluimus,hoc ſcilicet modo.

Quartꝰ dies ſeptimi index.

Vndecimus dies.

Cur vigeſimi dici non meminerit.

TABELLA DIERVM IVDICATORIOrum, quaternionum,& ſeptimanarum partitionem complectens.

	Indices.	Decretorij.	Indices.	Decretorij.	Indices.	Decretorij.
Dies.	4.	7.	11.	14.	17.	20.
	24.	27.	31.	34.	37.	40.
	44.	47.	51.	54.	57.	60.
	64.	67.	71.	74.	77.	80.
	84.	87.	91.	94.	97.	100.
	1.	2.	3.	4.	5.	6.
Quaternarij.	7.	8.	9.	10.	11.	12.
	13.	14.	15.	16.	17.	18.
	19.	20.	21.	22.	23.	24.
	25.	26.	27.	28.	29.	30.

SEPTIMANAE TRES.

Prima.		Secunda.		Tertia.	
IIII.	III.	IIII.	III.	III.	III.
4.		5.		6.	
7.		8.		9.	
10.		11.		12.	
13.		14.		15.	

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

In prognoſt.] Lib.videlicet 3.Aph.4. In lib.de diebus decretoriis.] Tertio nimirum, in quo eius rei rationem è lunari curſu reddere conatur,cuius hæc quidem ſumma eſt. Luna totum percurrit zodiacum diebus vicenis ſeptenis, & triente. hoc eſt tertia vnius diei parte,quæ horis octo conſtat. Quod quidem ſpatium,menſis medius,& criticus à nõnullis vocatur. Hoc in ſe cõplectitur quatuor ſeptimanas:quarum tamẽ nulla integros ſeptem dies habet,ſed vnicuiq; quatuor deſunt horæ, hoc eſt ſextans diei. Quare ſingulæ ſenos dies cũ horis viginti cõtinent. Vltimus igitur dies quartæ ſeptimanæ in vigeſimũſeptimũ diem menſis incidet,in quo quidem iudicatio erit,&

Ratio dierũ decretoriorũ à lunari curſu Mẽſis medius & criticus.

Sextans.

non 28. Ita tres ſeptimanæ pariunt dies viginti cum horis duodecim, nec vigeſimumprimum attinguut. Erit igitur iudicatio in vigeſimo, qui tertiæ ſeptimanæ poſtremus eſt, vt ex præcedentis tabellæ inſpectione clarum fiet. His accedit lõga Hippo, & aliorum veterum experientia: qua certo eſt deprehẽſum ac comprobatum, vigeſimum multos iudicaſſe, & minimè vigeſimumprimum. Quam quidem experientiã in iudicatoriis inueniendis diebus longe plùris facit Gale. quã eam rationem quæ è lunæ motu ſumitur. In Prognoſticis.] Lib. 3. Aphoriſ. 1. Dixi autem.] Græcè, λέγω δὲ, dico.

Vigeſimus dies iudicatorius.

APHORISMVS XXV.

Οἱ θέρινοὶ τεταρταῖοι τὰ πολλὰ γίνονται βραχέες, οἱ δὲ φθινοπωρινοὶ, μακροί. καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντες.

Aeſtiuæ quartanæ magna ex parte breues ſunt, autumnales verò longæ, præſertim quæ hyemem attingunt.

Aeſtiui morbi magna ex parte breuiores.

Hippocrates hoc loco quartanæ, & longiſsimæ febris exẽplo monſtrat, æſtiuos morbos magna ex parte eſſe breuiores, contrà autumnales longos, hyemen attingentes longiſsimos. Quartanæ autem, aliíque morbi æſtate accidentes ideo breues ſunt, quòd tũ redundantes humores ambientis calore per vniuerſum corpus fuſi, meatibúſque corporis patefactis, promptè diſcutiantur. Autumnales verò longiores, primũ quòd autumno ſint peculiares: dein quia propter æſtatem quæ præceſsit facultates factæ ſint imbecilles, & quia per vniuerſum corpus, tum humores ſuperuacui nõ ferantur, nec attenuati, meatibus corporis occludi incipientibus, euaporent. Lõgiſſimi qui hyemẽ attingunt, quòd humores tum minus ſint attenuati, & craſsiores, frigoréque meatus corporis occludãtur, nec humores noxij diſcutiantur. Non temerè autem ab Hipp. adiectum eſt, magna ex parte. Quippe accidit, interdum, vt æſtiua quartana ſit autumnali diuturnior, quia ſcilicet à vehementiori cauſa orta ſit, humórque ex quo naſcitur copioſior. Tamen ſi omnia omnibus paribus paria reſpondeant: vt, verbi gratia, ſi vtraque febris ſit ab æquè multa cauſa excitata, nec aliqua in iis ratione vel ab ægrotante aut medico peccatũ ſit: tum

Autumnales morbi cur lõgiores.

Hyemem attingẽtes lõgiſsimi.

Magna ex parte.

tum ſemper æſtiuæ quartanæ autumnalibus breuiores ſunt, citiúsq; finiunt. Quare ſic hanc Hippocratis ſentẽtiam in vniuerſum veritati conſonam eſſe velimus, neceſſe eſt vt febres, quarum inter ſe collatio fit, ſimiles ſint.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Humores inutiles.] Græcè, περιττοὺς χυμοὺς, humores ſuperuacui. Vnà cum ipſis euacuatis.] Græcè, ἅμα τοῖς λυποῦσι χυμοῖς κενουμένοις. vnà cum ipſis noxiis humoribus vacuatis. Reliqua rectè ſe habent, neque vlla explicatione egent.

APHORISMVS XXVI.

Πυρετὸν ἐπὶ σπασμῷ βέλτιον γενέσθαι. ἢ σπασμὸν ἐπὶ πυρετῷ.

Febrem in conuulſione fieri melius eſt, quàm conuulſionem in febre.

IN hac ſententia Hippocra. docet, melius eſſe vt conuulſio febrem præcedat, quã vt ſequatur. Si enim præcedit febrem cõuulſio, ex plenitudine ortam eſſe neceſſe eſt: quapropter per euacuationem, Galeno ſectio.5. Aphor. Commen.1. teſte, facile curatur. Febris itaque ſuperueniens frigidos humores neruoſas partes opplentes & conuulſionem efficientes, calefacit, extenuat, & diſcutit; atque adeò conuulſionem ſanat. Si verò cõuulſio febrem ſequitur, ex inanitione naſcitur, maximúmq; minatur ægrotanti malum. Quod Hippocrates initio quintæ ſectiois Aphoriſmorum teſtatur, vbi diſertè conuulſionem ex inanitione eſſe letalem innuit. Quare quum duplex ſit conuulſio, ea quæ primogenium eſt pathos, quemadmodum lib.3. de Malè affectis loc. cap.5. & lib.2. de Sympt. cauſis cap.2. & ſect.6. Aphor. Comm.39. Gal. docet: vna ex plenitudine, quæ quidem, vt teſtatur in ſuis Comment. Gal. repentè inuadit: altera ex inanitione, quæ paulatim accidit, conſtat, eam quæ ex plenitudine nata eſt, febre ſuperueniente, vtpote quæ partim concoquit partim etiam diſsipat humores noxios, ſanari: eam verò quæ febres ſequitur, vtpote ex vacuatione nimia ortã, eſſe planè exitioſam. Quid verò ſit conuulſio, alibi, nempe in compendio, & lib.1. de Sanandis corporis malis diximus. Cæterũ non temerè dictum eſt, conuulſio quæ primogenium eſt pathos: quia eſt alia conuulſio, quæ per conſenſum

Melius vt conuulſio febrẽ præcedat, q̃ vt ſequatur.

Conuulſio duplex.

conuulſio per cõſenſum.

fit,de qua hic non loquitur Hippo. Hæc vero qualis ſit,ac quo modo excitetur,lib.1.de Sanandis malis totius corporis,ca.30. monſtrauimus. Repetitur hæc ſententia ab Hippo.infrà ſect. 4.Aphoriſ.57.iis verbis:Qui à conuulſione tenetur,is febre ſuperueniente liberatur. Notandumq; vero hoc loco erit, non ab re dictum eſſe ab Hippo. βέλτιον. γενέσθαι πυρετόν. Quippe iis

Malũ malo minime curãdum.

verbis non docet,in conuulſione febrem eſſe à medico excitandam:quis enim tam ſine mente fuerit,vt malum malo curare velit?præſertim cum alie expeditior ac minus periculoſa ſubſit curandi ratio,nempe per vacuationẽ:ſed potius duo inter ſe mala comparans,vtrum alteri ſit præferendũ monſtrat, melius eſſe febrem fieri in conuulſione,inquiens,quã in febre conuulſionẽ. Laudat itaq;,ſi ſua ſponte fiat febris in conuulſione,non quidẽ quòd per ſe bona ſit,ſed quòd melior ſit ea quæ

Febris in cõuulſione non excitãda à medico.

conuulſionẽ ſequitur. Errant igitur toto cœlo,qui in cõuulſione à plenitudine nata febrem ſupra modũ calidis medicamentis excitandam eſſe contendunt:quod ſcilicet res ſit plena periculi,& quod eius rei nullum neque apud Hippo.neque apud Galenum extet exemplũ. Quippe calida admodũ medicamẽta,quibus excitare febrem contendunt, non modo ſpirituum, ſed & iecoris ac cordis inflammationem parere poſſunt. Vnde metus eſt ne ex putrida,hectica fiat febris. Præterea nõ inquit Hippo.excitandam aut efficiendam eſſe à medico febrem,vt comprehenſum eſt:ſed ſi fiat à natura,melius eſſe vt poſt conuulſionem quã antè inuadat. Atqui nobis hic quiſpiam Corne-

Obiectio.

lium Celſum obtrudet, qui libro 3.cap. 9.febrem non ſolum „ accendere, ſed & augere docet. Verba eius hæc ſunt:Eſt cir„ cunſpecti quoq; hominis,& nouare interdum & augere mor„ bum, & accendere febres. Cui ita reſpondemus, Cornelium

Reſpõſio. Cor. celſi. locus explicatur.

quidem hoc dicere,ſed ex aliorum potius quàm ſua ſententia. Nam & ſibi hanc curandi rationem non ſatis tutam videri, verba eiuſdem abunde oſtẽdunt:ait enim,Fortaſsis illa febris lenta fiet curationi opportunior. Cum itaque ſuſpecta ſit, & periculo non vacet hæc curatio conuulſionis per febris concitationem facta,præſtat ea vti quæ nihil habet periculi.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

In ſequentibus dicet]Græcè, ἐν τοῖς ἑξῆς ἀφορισμοῖς ἐρεῖ, in ſequentibus Aphoriſ.dicet.] Lib.ſ. 6. Aphoriſ.39. Ex quibus etiam nutriuntur.]Quod in lib.de Atra bile etiam aſſerit,vbi

viſcoſum

viſcoſum lentúmq; , & ad excernendum contumax eſſe nutrimentum, vnde nerui aluntur. Eiúſq; rei nullam aliam affert rationem, quàm ꝙ vnaquæq; particula proprio ſuæ ſubſtantiæ humore alatur. Et penè inſanabile.] Hinc eſt quod libro 7. Ther. metho. Gal. ita ſcriptum reliquerit: Quod ſeniũ in ſanis eſt, id ſicca intemperies eſt in ægris. Itaq; etiã inſanabilis eſt, ſi prorſus eſt conſummata. Et paulo pòſt ibidẽ ait, Siccę intemperies vbi ſolida ipſa corpora occuparunt, nunquam perfectè ſanabuntur, nec in eum ſtatum qui ante morbum fuit, reuertentur. Acuties.] Græcè συντονία, vehementia.

Neruorũ nutrimentũ quale.

Cõſũmata ſiccitas inſanabilis.

συντονία.

APHORISMVS XXVII.

Τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν· οὐ δεῖ πιστεύειν· οὐδὲ φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παρὰ λόγον. τὰ γὰρ πολλὰ τῶν τοιούτων ἐστὶν ἀβέβαια, καὶ οὐ πάνυ τι διαμένειν, οὐδὲ χρονίζειν εἴωθεν.

His quæ non ex ratione leuant, cõfidere non oportet neque admodũ formidare mala, quæ præter rationem accidunt. Plurima enim horum inſtabilia & infirma ſunt, nec perſeuerare & diutius durare conſueuerunt.

HAc ſententia Hippocrates breuiſsimè cõplexus eſt, quod à Galeno in lib. de Iudic. copioſiſsimè eſt demonſtratum, nempe non eſſe fidendum iis quæ præter rationem leuant. Præter rationem verò leuant, quæ idipſum citra aliquam vel ſponte vel arte factam vacuationem, aut nullis antea coctionis ſignis viſis efficiunt. Quæcunq; enim ſine ſignis iis leuant, „ recidiuam minantur. Quod confirmant ea quæ lib. 3. de Iudic., „ cap. 2. ſcribit. Galen. inquiens: Sola igitur ſubita ad ſanitatem „ mutatio iudicium ſimpliciter appellatur. Et omnino fit cum „ quibuſdam ſubitis excretionibus, aut effatu dignis abſceſsibus. Quæcunque enim aliter quieuerint, malignius reuertuntur. Vt autẽ non eſt temerè confidendũ iis quæ præter rationem leuant, veluti ſi in morbo vehementiori neque vomitu, neque ſudore, alui deiectione, ſanguinis è naribus profluuio, aut id genus aliis vacuationibus non præcedentibus, neq; concoctionis ſignis apparentibus, repentè melius ſe habeat æger:

His quæ præter rationem leuãt, nõ eſſe fidendũ

Mala præter rationé accidétia, non admodũ formidanda,

ita nec admodum formidanda ſunt mala, verbi gratia, difficilis ſpiratio, delirium, vehemens febris, rigor, & id genus alia, quæ lib. 1. de Iudiciis cap. 14. & loco paulo antè citato, & ſect. 1. Aphor. Comm. 12. à Galeno recẽſentur, ſi præter rationem accidunt: id quod fit, vbi prius concoctionis ſigna apparuerunt. Nam iſta omnia futurã morbi iudicationem oſtendunt. Quapropter, vt rectè Hippocra. inquit, ſtabilia non ſunt, nec diu

2. Apho. 13 durare ſolent, ſed facta iudicatione deſinunt. Quod Hippo-
” crates ſuprà etiam iis verbis innuere voluit: Quibuſcunque
” iudicatio fit, iis nox ante acceſsionẽ grauis eſt. Quæ verò ſub-
” ſequitur, magna ex parte leuior exiſtit. Proinde nõ temerè lib.
3. de Iudiciis cap. 2. Galenus inquit: Decet medicum generoſum neq; turbari cum hæc mala viderit, neque futurum euentum ignorare. Et lib. 1. eiuſdem Commentationis cap. 13. vbi eam quam nunc enarramus Hippocratis ſententiam citans, ita
” ſcriptum reliquit: Conſiderandum quænam ſigna ſemper ma-
” la ſint, & quæ continuo bona, & quænã in totius morbi tẽpori-
” bus permutentur, cum aliquando bona fiant, aliquando mala:
” & nonnunquã fida, nonnunquam verò infida. Etenim hoc ab
” Hippocr. dictũ eſt admiratione dignum, quod iis quæ non ex
” ratione leuant, haud confitendum eſt, neq; pertimeſcenda ad-
” modum eſſe mala quæ præter rationem accidunt. Quod niſi
” quis cognouerit, neq; etiam manifeſtè præcognoſcere poteſt:
” ſed aliquando inſtante iudicatione nihil à vulgari quopiã dif-
” ferre videbitur, ſimúlq; perturbabitur ac cõpaueſcet de futuris.
” Nonnunquã verò exiſtimãs liberatũ eſſe à morbo ęgrotãtem,
” atq; ei victus libertatẽ permittens, magni alicuius mali occa-
” ſionem afferet: Hæc ille. Quæ quidẽ Galeni verba ideo citare
volui, ꝙ præſentis Aphoriſmi vſum planè exponant. Plurima tamen exempla quibus hæc ſententia Hippocratis confirmari poteſt, ſuppeditabunt primus & tertius Epidemiôn libri.

APHORISMVS XXVIII.

Τῶν πυρεταινόντων μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως τὸ διαμένειν, καὶ μηδὲν ξυνδιδόναι τὸ σῶμα, ἢ καὶ συντήκεσθαι μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον, μοχθηρόν. τὸ μὲν γὰρ μῆκος νόσου σημαίνει, τὸ δὲ ἀσθένειαν.

Corpus eorum qui non omnino leuiter febricitant

per

perſtare, & nihil comminui, aut magis quàm ratio poſtulat extenuari, malum. Alterũ enim diuturnitatem morbi, alterum imbecillitatem ſignificat.

DVo potiſsimũ eſſe quæ iis quæ non omnino leuiter febricitant, accedere ſolẽt, hoc loco Hipp. docet. Vel enim eorundem corpus in eodẽ permanet ſtatu, & nihil minuitur, collabitúrue: vel plus quàm ratio poſtulat, extenuatur. Vtrunque autem malũ eſſe ait, eo ꝙ alterũ morbi diuturnitatẽ, alterum verò viriũ imbecillitatẽ ſignificet. Cæterũ non temerè dictum eſt ab Hippocra. eorum qui non omnino leuiter febricitant. Si nõ leuiter febricitant. Quippe ſi quis leuiter admodũ febricitat, præſertim in frigida aëris conſtitutione, corpus eiuſdẽ minime collabitur, & extenuatur. Si verò vehementiſsima correptus fuerit febre, acuta ſit oportet: ideóq; decimumquartum diem trãſgredi haud poterit. Nõ eſt igitur quod morbi longitudinẽ ſignificare queat. μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως. Quapropter hæc verba μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως diſtinctionis gratia adiecta ſunt, vt per hæc media quædam febris inter mitem admodum ac vehementem ſignificaretur, excluderetur vero leuis omnino, & admodũ vehemẽs. In febre itaq; exigua in eodẽ permanere ſtatu, neq; collabi & minui corpus, malum eſt: quod hoc ipſum nulla alia de cauſa accidat, niſi ob cutis denſitatẽ, humorésq; craſſos & glutinoſos, atq; adeò difficulter ſolubiles, vt neceſſe ſit morbũ diuturnũ fore. In febre exigua in eodẽ ſtatu permanere corpus malum. Si verò magis quàm ratio poſtulat, corpus in prædicta febre extenuatur, malum quoq; erit, quod viriũ imbecillitatẽ, quæ magna ex parte cutis raritatẽ & humoris tenuitatẽ cõſequitur, ſignificet. Exemplum huius rei affert Hipp. ſect. 5. Aphor. 55. vbi ſic ſcriptũ reliquit: Quæcunq; vterò gerentes à febribus corripiũtur, & vehementer extenuãtur ſine occaſione manifeſta, difficulter pariũt, » & cũ periculo, aut abortũ faciẽtes periclitãtur. » Et ſciendũ hoc loco erit, συντήκεσθαι verbũ καταχρηστικῶς ſumi, pro λεπτύνεσθαι, attenuari, minui ac collabi. Propriè enim idem quod tabeſcẽri, colliquari, in ſumma μαραίνειν ſignificat, quod de extrema corporis macie, quam Græci μαρασμὸν vocant, dicitur. συντήκεσθαι. μαρασμός.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Ex repletione.] Græcè, διὰ πλῆθος, ob plenitudinem. Repletionem.] Græcè iterũ πλῆθος, plenitudinem. Quibus fini.

pià medicamētis purgantibus mouere humores, ſed tum ſolū cū turgent: hoc eſt motu,impetuoſiore ac concitatiore correpti,à parte corporis in partem defluūt;quod tamē rarò accidit. Hinc eſt quod ſuprà ſect. 1. Aphor.24.dixerit: In acutis morbis rarò,& inter initia purgantibus medicamētis vtendum eſt. Cùm verò nō turgent,ſed aliqua in parte fixi hærent: in principio mouendi non ſunt,eo ꝙ tum adhuc crudi ſunt,atq; adeo ad expulſionē inepti. quod ſuprà etiā faciendum eſſe iis verbis Hipp.monuit: Concocta purgante medicamento vacuare, & ea quæ cruda non ſunt,mouere oportet. Quæ diximus confirmat Philoth.qui in explicatione huius ſententiæ ita ſcriptum reliquit, ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν. ὅτι ὁπότε ἐὰν ὀργᾷ ἡ ὕλη, καὶ τότε κινῆσαι χρή. τοῦτο γάρ ἐστιν, ἤν τι δοκέῃ. ἢν δὲ μὴ ὀργᾷ, μὴ κινήσεις. His planè verbis docet,eos tantū initio morborū eſſe vacuandos humores,qui turgēt:ſtabiles aūt,& in loco fixos, minime, vt copioſe à nobis in explicatione Apho.22.ſect.1. eſt dictum.

Quādo inter initia morborū medicamēta purgantia danda.
Turgere.
1.apho.28
„
„

Iam itaq; omnibus eſſe perſpicuum cenſemus, non parum noſtri tēporis medicos errare,qui ad confirmandā ſuam ineptam plane de imminuente purgatione ſententiam præſenti Hipp. Aphoriſmo vtuntur.Neque enim ſemper mouendos,& minores efficiendos humores noxios docet Hippocrates, quod illi faciunt:ſed tum ſolum cum turgent,quemadmodum copioſe à nobis libro 2. Paradox.cap.5.monſtratum eſt. Cæterùm in principio illorum etiam duntaxat morborum, in quibus ſpes eſt ægros conualituros, remediis vtendum erit.In vigore verò eorundem,vt omnium aliorū, quieſcendum ab omnibus præſidiis erit, vt in Commentariis ſuis fuſius Galenus docet.

Error noſtri tēporis medicorum de purgatione, vt vocant, minorante.
Non in omnibus morbis vtendū remediis.
In vigore morborū quieſcendum.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Quē ſi nuper dicto.] Græcè, προειρημένῳ, prædicto,iam dicto. De iis dictionem attulit vniuerſalem.] Græcè, περὶ γὰρ τούτων ἤνεγκε τὸ πάντα, de iis enim hanc dictionem Omnia,protulit.

Caſus omnes.] græcè, πάντα τὰ συμπτώματα, omnia ſymptomata. Non omnino.] græcè, οὐκ ἀεὶ δὲ ἅπαντος ἐν ταῖς ἀκμαῖς ἐστὶν ἰσχυρότερα, non ſemper in vigore eſt vehementior. Quia in iis qui ſeruantur, vt in Comm.ait galen.affectus ex quibus ſymptomata procreātur in vigore ſunt meliores,vtpote concoctis iam humoribus noxiis, & per iudicationē expellendis orti.Contrà in principiis ſunt deteriores, ꝙ ſcilicet humores adhuc crudi ſint. In quibus etiā Hippocrates.] græcè,

Affectus qui morbus nominant non ſemper in vigore vehementior exiſtit.

ἐφ' ὧν καὶ συμβουλεύει νῦν ὁ ἱπποκράτης, in quibus etiam nunc Hippocrates,&c. Deploratos non oportet curare.] Græce eſt, οὐ χρὴ κεκρατημένοις ἐγχειρεῖν, victis à morbis non oportet manus adhibere.vel, victos à morbis non oportet aggredi, ſeu attingere. Eius rei Galenus lib. 11. Ther. metho. cap. 9. optimam reddit rationem,hanc ſcilicet.In quo enim deſperata omnino, inquit,ſalus eſt,imprudentis conſilij fuerit apud vulgum infamare præſidia quæ multis fuere ſaluti. Et morbi finem.] Græce,προαγορεύσαντα μόνον ὡς ὅτι τελευτήσει τὸ νόσημα,prænunciantes tantum quomodo morbus finietur. Nonnunquàm vero & & purgatio.]His verbis Gale.diſerte innuit,non ſemper inter morbi initia vtendum eſſe purgationibus, ſed nonnunquam ſolummodo, tum nimirum quando humores turgent. Quo minorem iam factam materiam.]Neque ex hoc Galeni loco, etſi maxime conantur, ſuam de imminuente purgatione ſententiam recentiores medici tueri poſſunt. Quppe minorem fieri circa principia materiam Galenus quidem fatetur, & fatemur etiam ipſi,ſed non ſemper:imò tum ſolum,vt iam ſæpe diximus,vbi humores turgent, & temere nullóque ordine per corpus errant, ne ſcilicet in aliquam partem principem decumbant. Sin in aliqua parte fixi & firmati fuerint, nullo prorſus auxilio, multo minus purgante medicamento, antequàm concocti ſint,mouendi erunt,quemadmodum lib.2.Parad.cap.5.& comm.22.ſectionis primæ monſtrauimus. Libro de criſibus.] Tertio ſcilicet,cap.5.Vis animalis.] Nempe motrix,fatigata eſt,vitali & naturali validis.Niſi enim validæ eſſent,concoctionem humorum noxiorum fieri impoſsibile eſſet. Id quod de iis morbis intelligendum erit, à quibus ægri liberantur.

Deplorατos non oportet curare.

Non vtendũ imminuẽte purgatione inter initia morbi ſemper.

APHORISMVS XXX.

Περὶ δὲ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη πάντα ἀσθενέστατα. περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς, ἰσχυρότατα.

Omnia, cum incipiunt & finiunt morbi, leuiſſima ſunt: in vigore autem,vehementiſſima.

HIc Aphoriſmus præcedentis rationem exponit. Cauſam enim cur in vigore morbi à præſidiorum vſu ſit abſtinendum,edocet:acceſsiones,vigilias,dolores,iniquietudinem, ſitim, & id genus alia ſymptomata omnia initio & fine morborum

In vigore morbi à præſidiorũ vſu cur

borum,inquiens,leuiora eſſe,& minus infeſtare, in vigore ve- abſtinen-
rò vehementiora. Quapropter cum in vigore ſymptomata dum.
omnia ſint vehementiſsima, atque natura iam tota in hoc ſit, vt concoquat noxios humores, non eſt cur eam aliis præſidiis fatigemus, atque à ſuo inſtituto auocemus. Vt autem prior ſententia Hippocr.de generalib. morbi temporib. & minime particularib.eſt intelligenda,ſic etiam præſens.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Caſus omnes.] Græce, τὰ συμπτώματα πάντα, ſymptomata omnia,vt iam ſæpe admonuimus.Faſtidium.]Græce,ἄσην,inquietudinem, Etſi enim ἄση Græcis etiam faſtidium è ſatieta- ἄση.
te ciborum ortum ſignificat, tamen hoc in loco idem quod δυσφορία denotat. Quocirca rectius quis moleſtiã,inquietudinémue interpretabitur.Hinc ἀσώμενοι apud Galen.lib.2.Vict. ἀσώμενοι
acut.Comment.22.dicuntur ij qui ſe grauiter moleſtéque habent,quíque implacidi,inquietíque ſunt,dum in lecto decumbunt,& ſeſe ſubinde permutant.Sic ἄσην ſignificare δυσφορίαν, teſtatur Galenus lib. tertio Vict.acut. Comm. 16. Et libro 4. Comm. 42.ἀσώδεις febres idem appellat, in quibus ægri ἀσώδεις
ἀσῶνται,hoc eſt,grauiter affliguntur,atque moleſte habent. Se febres.
quenti denique eiuſdem libri Comm. ἄσην eſſe δυσφορίαν, id eſt moleſtiam & inquietudinem ſcribit.

APHORISMVS XXXI.

Τῷ ἐξ ἀῤῥωστίης εὐσιτέοντι μηδὲν ἐπιδιδόναι τὸ σῶμα, μοχθηρόν.

Si cui à morbo cibum bene capienti corpus nequaquam augetur, malum.

IDem hoc in Aph.quod paulo ſuprà,nempe octauo huius ſectionis Aphoriſmo,docet Hipp.malum eſſe inquiens,ſi eius qui à morbo cibum capit, corpus non augetur. Nam duo ſignificat, nimirum vel hunc plus ingerere ciborum, quàm facultas adhuc ex morbo imbecillior poſsit conficere:vel malorum humorum tantam eſſe in ventriculo reliquóque corpore copiam,vt quicquid ingeſtum fuerit,vnà ſtatim corrumpatur. Cæterum ἀῤῥωστίαν ſignificare morbum teſtatur Galen.lib.2.
Ther.meth.vbi illos qui ęgrotant,Gręce non ſolum νοσοῦντας, ἀῤῥωστία.
ſed etiam ἀῤῥωστοῦντας appellari ſcribit. εὐσιτεῖν autem,cibum, cúmque haud exiguum capere,Græcis medicis denotat. Hinc

εὐσιτία,

ἀνοσιτία, Philotheo teſte, idem eſt quod πολλὴ τροφὴ, copioſius cibus. ἐπιδιδόναι verò verbum, quod hoc loco creſcere & augeri ſignificat, non ſolum ad molem corporis, ſed etiam ad vires eiuſdem referri debet, quas perinde atque molem ex plurimo aſſumpto cibo creſcere conuenit.

ANNOT. IN COMMENT. GAL.

Suprà ſcripti ſunt.] Aph. videlicet 8. Pro verbo. Græcè, ἀντὶ τῆς νῦν εἰρημένης λέξεως, pro nunc dicta dictione. Caſu.] Paſsim pro caſu conuertendum erat ſymptoma. Affectus.] Græce, πάθημα. Quare reddendum erat pathema, vitium, aut malum. Differre enim affectum à pathemathe, ſuprà quoque monuimus, & alibi abunde monſtrauimus, vt nihil opus ſit nunc idipſum copioſius oſtendere.

Affectus & pathema differunt.

APHORISMVS XXXII.

Ὡς τὰ πολλὰ πάντες οἱ φαύλως ἔχοντες, κατ' ἀρχὰς μὲν εὐσιτέοντες, καὶ μηδὲν ἐπιδιδόντες πρὸς τῷ τέλει πάλιν ἀσιτέουσιν. οἱ δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀσιτέοντες ἰσχυρῶς, ὕστερον δὲ εὐσιτέοντες, βέλτιον ἀπαλλάσσουσιν.

Magna ex parte omnes qui male ſe habent initio cibum capientes, ne quicquam proficientes, in fine rurſus non appetunt, neque cibum capiunt. Qui vero principio vehementer à cibo abhorrent, poſtea autem probe appetunt, & capiunt cibum, ij melius degunt.

Hic Aphoriſmus, Galeno etiam in Comm. teſte, ex eorum eſt numero, qui ad conualeſcentes è morbo pertinent. Quod abunde liquet è dictione ἐπιδιδόντες, quam non ſolum Hippo. ſed & alij quidam de iis qui è morbo conualeſcunt, efferre conſueuerunt. Neque enim ægrotantibus vel vires, vel corporis molem augeri vlla ratione poſsibile eſt. Quare vt de iis tantum qui conualeſcunt è morbo intelligatur, neceſſe eſt. Non autem ab re dictum eſt, magna ex parte. Quippe hoc non ſemper, ſed vt plurimum contingit, vt omnes qui bene appetunt, cibúmque capiunt inter initia, & nihil ſubinde proficiunt, ſed imbecilles manent, in fine rurſus neque appetant, neque comedant: ídque propter prauorum humorum reliquias,

ἐπιδιδόντες.

Magna ex parte.

quias, quæ ea quæ aſſumuntur, corrumpunt. Hinc progreſſu temporis tanta prauorum humorum copia generatur, vt actiones ventriculi, in primíſque appetentia ipſa pereant. Quare recte adiectum etiam ab Hippocrate eſt, qui male ſe habent. nam iis verbis diſerte ſignificare voluit, ſe loqui de iis, qui iam è morbo conualeſcunt, propter tamen prauorum humorum reliquias non recte ſe habent. Hi itaque etſi initio ſint *ἀσιτοῦντες*, hoc eſt, vt interpretatur Gal. *ὀρεγόμενοι, ἢ τροφὴν λαμβάνοντες* (nam hoc loco idem ſignificat quod appetentes, vel cibum capientes) tamen deinceps iterum neque appetent, neque comedent. Quod autem *τροφὴν λαμβάνειν* id quod iam diximus, ſignificet, ſuprà in explicatione Aph. 8. huius ſectionis eſt oſtenſum. Porro qui contrà inter initia plurimum à cibo abhorrent, deinceps autem bene appetunt & comedunt, ij melius degunt. Siquidem *ἀπαλλάττειν* Græcis eſt *διατρίβειν καὶ διαγωνίσασθαι*, vt dictum eſt in explicatione Aph. 20. huius ſectionis. Vel *ἀπαλλάττουσι* poteſt interpretari euadunt, vt fecit Gaza. Nam *ἀπαλλάττειν* idem eſt quod *ῥύεσθαι καὶ λυτροῦν*, hoc eſt, ſeruari & liberari ſignificat. vt ſit ſenſus, ij melius euadunt, liberantúrue à morbo quàm priores: idque ideo, quòd principio parum appetant, nec plus quàm vires ferre & conficere queant, ingerant. Hinc accidit vt vires quotidie auctæ morbi reliquias prorſus diſsipent, iiſque diſsipatis & abſumptis iterum probe appetant ac comedant. Melius itaque quàm priores à morbo liberantur.

ἀσιτοῦντες.

ἀπαλλάττειν.

ANNOTAT. IN COMM. GALENI.

Qua cauſa hunc ſubit affectum.] Græce, *διὰ τὴν αἰτίαν τοῦτο πάσχει*, qua cauſa hoc patiũtur. Adeo vt parum aſſumant cibi] Græcæ, *ὡς παντάπασιν ὀλίγον λαμβάνειν*, vt parum omnino capiant. Permutari.] Græce, *ἀπαλλάττειν*, euadere vel liberari, vt paulo antè eſt dictum. Hoc vero ideo euenit. Græce, *συμβαίνει δὲ τοῦτο εἰ τὴν ἐναντίον πεψάσης τῆς φύσεως ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ καθ' ὃν ἂν ὀλίγα ὡς διῃτῶντο τὴν αἰτίαν τῆς ἀποσιτίας διάθεσιν*, Accidit vero hoc, ſi cõtrà natura tempore illo quo parum cibi capiebant, affectum qui inappetentiæ cauſa erat, concoxerit.

APHORISMVS XXXIII.

Ἐν πάσῃ νόσῳ τὸ ἐρρῶσθαι τὴν διάνοιαν, καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν· τὸ δὲ ἐναντίον, κακόν.

In

In quouis morbo rationem ipſam conſtare ac valere, rectéque ſe habere ad cibos ſibi oblatos, bonum: contrà verò ſe habere, malum.

HAec Hippoc. ſententia ad eam artis partem pertinet, quæ futura prædicere ſolet. Prædictiones autem hoc loco à cerebro ac ventre ſumit Hippo. inquiens bonum eſſe in omni morbo rationem, quam διάνοιαν vocat, vt ſuprà in enarratione Aphoriſm. 6. huius ſectionis commemorauimus, valere, & conſtantem firmámue eſſe. Quippe hoc ipſum probe eſſe affectum cerebrum, omnéſque neruoſas partes ſignificat. Præterea bonum etiam eſſe ait quouis in morbo, ſi æger bene ſe habeat erga cibos qui ſibi offeruntur: hoc eſt, Galeno interprete, ſi ὀρέξις διαμένῃ, id eſt, appetens ciborum fuerit. Neque enim προσφορὰ apud Hippocratem aliud quàm cibum, aut cibi adhibitionem ſignificat. Non debent itaque hæc Hipp. verba ad ipſa medicamenta quæ ægrotantibus offeruntur, detorqueri: quòd de cibis tantum hic loquatur Hippocrates, vt dictum eſt, & in Comment. luculenter admodum Galenus iis verbis, πρὸς τὰς τῶν σιτίων προσφορὰς, oſtendit. Quibus accedit, quod de ſanitate naturalium nominatarum partium, aut earundem imbecillitate non liceat pronunciare, ex eo quod à medicamentorum ſumptione non abhorrent: quod non raro ab iis etiam abhorreant, qui eas partes ſaluberrimas ac optime conſtitutas habeant. Bonum itaq; Hippocrates eſſe inquit, permanere, & nõ aboleri appetentiam: quòd ea quæ in ventre ſunt, nempe cor, iecur, ventriculum, ſana & robuſta eſſe ſignificat. Contrà ſi ratio ipſa & appetentia abolita & turbata fuerint, malum hæc enim cerebri & inferioris ventris imbecillitatẽ præ ſe ferunt.

Rationem valere, & ſumá eſſe bonam.

προσφορά.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Quantum in ipſo eſt tale aliquid.] Græce, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ τοιόνδε, quatenus in ſeipſo tale eſt. In prognoſticis.] Nempe lib. 2. Aph. 56. Inquiens.] libro ſcilicet 1. Progn. Apho. 28. Ad illa quæ offeruntur.] Græce, πρὸς τὰς τῶν σιτίων προσφορὰς, ad ciborum oblationes. De iis enim tantum, vt paulò antè monſtrauimus, Hippocrates hoc loco loquitur.

APHORISMVS XXXIIII.

Ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν, οἷς ἂν οἰκεῖ-

τ̃ φύσι𝔊, καὶ τ̃ ἕξι𝔊, καὶ τ̃ ἡλικίης, καὶ τ̃ ὥρης ἢ νȣ́σ𝔊 ἢ μᾶλλον, ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκείη κατά τι τȣτέων.

In morbis minus periclitantur, quorum naturæ, aut habitui, aut ætati, aut tempori magis cognatus eſt morbus, quàm quibus nulli horum cognatus eſt.

ET hæc ſententia, vt prior, ad præſagiendi artem pertinet. nã qui morbi plus periculi habeant, & qui minus, breuiſsime docet. Minus autẽ periculi obtinẽt morbi, qui naturæ eius qui ægrotat, aut habitui, aut ætati, aut tempori magis cognati ſunt. Contra periculoſiores, qui nulli prædictorũ cognati ſunt. Nam ſi pars aliqua natura calidior morbo calido ęgrotat, exigua breuiſve tẽporis refrigeratione eget: ſicut quæ frigidior, calefactione. Ad eundem modum in humidis quoq; & ſiccis ſe habet. Siquidẽ breuis eſt in eiuſmodi in id quod præter naturam eſt lapſus, & rurſus in id quod ſecundũ naturam reditus; Sin cõtrario morbo pars ægrotat, lõgi tẽporis refrigeratione, calefactione, humectatione, aut deſiccatione eget. Quippe eatenus redeat ad naturam eorum quodq; neceſſe eſt, quatenus à natura receſsit, ac veluti quadã via retro feratur, quæ in diuerſum agat ei quæ facta eſt in ipſo trãſmutationi. Lõgior aũt in huiuſmodi in id quod præter naturã eſt lapſus, igitur longior etiã in id quod ſecundũ naturã reditus. Magis itaq; morbi naturæ noſtræ non cognati ſunt periculoſi. Cæterũ hæc vox natura varie apud Hipp. & Gal. accipitur. Interdum enim pro facultate, vt li. 2. de Sympt. cauſis cap. 1. & li. 3. de Simpl. medica. facult, cap. 13. vbi medicamenta ſenſu ſimplicia, natura eſſe cõpoſita ſcribit. Nonnunquam pro calido natiuo ſumitur vt 1. Aph. 15. ventres hyeme & vere natura calidiſsimi ſunt. Aliquãdo pro ἰδέα, hoc eſt, forma corporis, vt è Galeni Cõm. palã fiet. Hic idem quod ſubſtãtia ſeu temperatura, quæ ex quatuor cõſtat elemẽtis, ſignificat. Qua quidem in ſignificatione vſurpatur etiam ab Hipp. in lib. de Natura humana, & à Gal. lib. 3. de Temper. cap. 4. Porro quod de natura corporis dictum eſt, id etiam de habitu eiuſdem intelligendum erit, vt ſcilicet cognati habitui corporis morbi minus ſint periculoſiores. Quid autem ſit habitus corporis, qui Græcè ἕξις dicitur, diſerte docet Gale. lib. 4. Vict. acut. Comment. 22. vbi ita ſcriptum reli-

Qui morbi minus periculi habeant, & qui plus.

Natura varie accipitur.

Habitus quid.

quit, τὴν μὲν γὰρ ἕξιν ἐπὶ τὴν τοῦ σώματος σύστασιν φέροντες λέγομεν ὅταν ὁ μέν τις ᾖ μαλακὸς, ὁ δὲ σκληρός, Habitum quidem ad corporis conſiſtentiam referentes dicimus, quum hic quidẽ mollis, ille verò durus fuerit. Habitum autem corporis ſignificare mollem & teneram, aut denſam ſolidámque carnem, teſtantur etiã ea quæ ſcribit Gal. lib. 1. de Curandi ratione ad Glauc. inquiens, Ad eundem modũ & corporis habitus contemplandi ſunt. Nam qui denſa ſolidáque ſunt carne, haud facile iniuriis patent. Qui vero mollem, & algæ modo teneram, promptéque diffluentẽ hanc habent, in grauem noxam facile ruunt.

Morbi ętati non congruentes.

Sic ſanè vbi morbi inuadunt ætati non congruentes, periculo haud vacant, quòd ſcilicet non niſi à maxima & vehementiſsima cauſa excitentur. Hinc eſt quòd 1. Apho. 14. dixerit Hippocrates, Febres ſenibus haud ſimiliter acutæ accidunt, frigidum enim eorum eſt corpus. Quod ſi itaque interdum eiuſmodi febribus corripiuntur, Galeno etiam ibidem in Commen. teſte, exitioſæ erunt.

Morbi temporibus haud accõmodati.

Pari ratione morbi temporibus haud accommodati, periculoſi ſint oportet. Qui vero ſint morbi ſingulis anni temporibus cognati, oſtendet ſect. 3. Aph. 20. & ſequentibus aliquot Hippocrates.

ANNOTAT. IN GAL. COMMENT.

Audiendum apud ipſum.] Omiſſa eſt dictio nunc. Græce enim eſt, ἀκουστέον νῦν ἐστὶν αὐτῆς, audienda nunc apud ipſum, &c. Quorũ propriæ corporis, &c.] Græce, οἷς ἂν οἰκεία τῆς πρώτης τοῦ σώματος κράσεως, καὶ τῆς νῦν διὰ τὴν ἡλικίαν, ἢ τὴν ἕξιν, ἢ τὴν ὥραν προσγεγενημένης ἡ νόσος ᾖ μᾶλλον, quorum primæ corporis temperaturæ, & ei quæ nunc ratione ætatis, aut habitus, aut temporis accidit, magis cognatus fuerit. Cuius autores opinantur.] Græcè, ὑπολαβόντων ὡς εἴρηται τῶν γραψάντων ἀνδρῶν αὐτά, opinantibus, vt dictum eſt, viris qui hæc ſcripſerunt. Cohibere non poſsit.] Græcè οὐ κάτισχεν, cohibere non potuit. Pernicioſiſsima.] Græcè ὀλεθριώτερος, pernicioſior. Tanquam ſignũ.] Quippe cauſam non fuiſſe vehementem aut potentem. Neque illud quod raucedines.] Infrà ſcilicet Apho. 40. In primo Epidimion.] Scilicet ſect. 1. Conſtitut. 1. Ad phthiſim.] Græcè, ἐπὶ τὸ φθινῶδες. Hinc qui ad tabem habiles ſunt, veteribus medicis φθινώδεις dicti ſunt. Hi autem thoracem habent anguſtum ac conſtrictum eo vſq;, vt ſcapulas retro inſtar alarũ prominentes obtineant. Quapropter iiſdẽ etiam πτερυγώδεις,

φθινώδεις. πτερυγώδεις.

quaſi

quaſi alati appellantur. Qui anguſtum pectus habent] Græcè *στενοθώρακας*, anguſtum thoracem habent. Diſcrimen enim eſt inter pectus & thoracẽ, velut inter totum & partem. Thorax enim totum hoc ſpatium quod à coſtis vtrinque circumſcribitur, vt alibi diximus. Pectus autẽ, quod anteriore corporis parte in medio eſt coſtarum, ſicut alibi copioſe diximus.

Thorax. Pectus.

APHORISMVS XXXV.

Ἐν πάσῃσι τῇσι νούσῃσι τὸ περὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἦτρον πάχος ἔχειν βέλτιόν ἐστι, τὸ δὲ σφόδρα λεπτὸν καὶ ἐκτετηκὸς, μοχθηρόν. ἐπισφαλὲς δὲ τὸ τοιοῦτον, καὶ πρὸς τὰς κάτω καθάρσιας.

In omnibus morbis partes quæ ad vmbilicum & imum ventrem ſunt, craſſiores eſſe melius eſt. Plurimum vero extenuari & cõtabeſcere prauũ. Ad purgationes etiam quæ per inferna fiũt, hoc idem tutũ non eſt.

HAnc Hipp. ſententiã ad eam medicinæ partem ſpectare, quæ *σημειωτικὴ* dicitur, & de ſignis agit, omnibus eſt manifeſtum. Nam de ſignis quę à partibus ad vmbilicum & imũ ventrem ſitis ſumuntur, quas in omnibus morbis præſtat eſſe craſsiores, quã vehemẽter extenuatas & tabidas tractat. Quippe qui illas partes craſſas atq; adeo robuſtas habent, iis etiã calor natiuus validior, concoctióque ipſa melior exiſtit. Contrà qui eaſdem plurimũ extenuatas obtinẽt, iis calor natiuus imbecillus eſt, neq; etiã illi bene concoquunt, neq; bonũ generãt ſanguinẽ. A craſsitie itaque incumbentiũ muſculorũ abdominis, qui ſunt partiũ ſubiectarũ propugnaculũ & munimentum, calor natiuus augetur, eóque aucto cibi facilius cõcoquuntur. Quapropter vt concoctio probe fiat, bonũ eſt abdominis muſculos eſſe craſſos, vt ſubiectæ illis partes calefactæ ciborũ & ſanguinis confectionẽ rectius obeant. Hi verò tenues admodum & graciles vbi fuerint, purgationes per inferna minus rectè procedent. Sunt enim prædicti abdominis muſculi excretionis, fæcum potiſsimum & vrinæ, Galeno lib. 4. & 5. de Vſu part. corp. hum. teſte, inſtrumenta, ideóque ſi craſsiores & robuſti fuerint, purgationibus infernis melius ſeruient: ſin extenuati & debiles, minus. De abdominis autẽ muſculis, qui octo numero ſunt, Galenus locis iam citatis copioſe ſcribit.

Partes ad vmbilicũ, & imũ vẽtrem ſitas in morbis præſtat eſſe craſsiores.

Abdominis muſculi.

ἐπιγάστριον Abdomē.

Ad epigaſtrium.] ἐπιγάστριον, quod Latinis abdomen dicitur, Galeno lib. 6. Therap. metho. cap. 4. teſte, eſt totū hoc quod ex cute, membrana, nerueis tenuitatibus, & muſculis ventrem inferiorem ambientibus conflatum eſt. Græcis ita vocatum, quaſi ſupra ventrem poſitum. Arabibus mirach appellatur, vt alibi demonſtrauimus. Ilia optimum.] Hypochondria, vt ſuprà ſect. nimirum. 1. Aphor. 12. diximus. Quædam tenuiora.] Rectius tenuiores, quia referenda hæc omnia ad partes quę ad abdomen ſunt. Sic itaq; rectius cōuertes: Sed ex iis quædā ſunt tenuiores, quædam craſsiores, de quibus nunc ſermonem habet, quęcunq; quidē craſsiores ſunt, eas meliores eſſe inquiens: quæcunq; vero tenuiores, malas. Iuuabantur] ὠφελεῖται, iuuātur. Superiores enim, hoc eſt per vomitum.] Gal. hoc loco diſerte aſſerit, partes illas quæ ad abdomen & imum ventrem ſunt, eſſe debere in vomitu craſſas & robuſtas. idque cū omnibus ſit manifeſtum, ideo Hippocratem inferioris tantū purgationis mentionem feciſſe. Extenuatę enim ſi fuerint partes abdominis, vt ex iis quæ diximus patet, nequit eſſe robuſtus ventriculus. Eo vero imbecillo exiſtente, vomitus rectè fieri non poteſt: quandoquidem, vt teſtatur Gal. lib. 3 de Sympt. cap. 2. in vomitu omnes ventriculi partes id quod excruciat exprimere tentant. Quod ſanè nunquam niſi robuſtæ fuerint conſequentur. Hinc eſt quod Cornelius Celſus lib. 1. cap. 3. rectiſsimè ſic ſcriptum reliquerit: Vomitus inutilis eſt gracilibus, & imbecillum ſtomachum habētibus. Hæc paulo copioſius diximus, quod Muſa ſeſe in hoc loco enarrando mirifice torſerit: nec tamen quid de eo ſit ſentiendum, conſtanter aſſerere voluerit.

Partes quę ad abdomen ſunt & imū ventrem, robuſtas & craſſas in vomitu eſſe oportet.

Muſa.

In hypochondria.] Expungenda hæc verba, & è contextu abiicienda prorſus, id eſt, ilia, quod diuerſa ſint ab hypochondriis, vt loco ſuprà citato annotauimus. Imum ventrē.] Græcè, ἦτρον. Eſt pars ventris, Gal. in Comm. autore, quæ ab vmbilico incipit, & ad pubem vſq; porrigitur. Dicitur alio nomine Græcis ὑπογάστριον. Teſtis eius rei eſt Iulius Pollux, qui lib. 2. cap. 88. ita ſcribit, τὸ μὲν τοι ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν πᾶν ἄχρι τ̃ ὑπὲρ αἰδοῖα τριχώσεων, ἦτρόν τε καὶ ὑπογάστριον, omne quod ſub vmbilico vſque ad pilos qui ſuper pudenda ſunt, imus venter & hypogaſtrium nominatur. De quo nos alibi etiam plura commentati ſumus. Diligenter autem hæ partes corporis quarum hic meminit Galenus, diſtinguendæ ſunt, ne, quod multis contingit, in hac

ἦτρον.

ὑπογάστριον.

in harũ deſcriptione turpiter erremus. Ant. Muſa Braſauolus in explicatione huius ſententiæ, perperam ventrem Arabibus mirach appellari tradit, nõ diſtinguens ventrem ab epigaſtrio ſeu abdomine. Dein ventrẽ in duas ſecans partes, eã quæ ſupra vmbilicum eſt, falſo ἐπιγάστριον vocat. Neq; enim vt ex iis quæ paulo antè diximus, patet, epigaſtriõ dictũ eſt quaſi ſupra vmbilicum, ſed quia ſupra ventrẽ ſitum ſit. Poſtremo minus rectè ἦτρον ſumen & abdomen dici aſſerit, Mundinũ & Alexandrum Benedictum ſecutus, quũ Latinis abdomen ſit id quod Græcis ἐπιγάστριον appellatur. Sumen etiã eadem corporis pars, Plinio lib. 11. cap. 37. teſte, vocatur. Quæ non ideo cõmemorauimus, vt de fama Muſæ aliquid detraheremus, quem ob cõmunia ſtudia plurimum amamus: ſed ne illius autoritas imperitis hac in parte imponeret. Ita vt in hæc tria totũ epigaſtrion.] Græce, ὡς εἰς τρία ταῦτα διαιρεῖσθαι τὸ σύμπαν. Rectè igitur Leonicenus, τὸ σύμπαν ad ἐπιγάστριον, id eſt, abdomen retulit. Quippe Galenus initio ſtatim ſuorum Comm. de abdominis partibus eſt locutus, quas tandem in fine eorundem nominatim exprimere voluit, eſſeq; dixit hypochondria. muſculi enim abdominis obliqui à ſpuriis coſtis deſcendunt, & ad eaſdem aſcendunt, tranſuerſi quoque vertebras quæ in lumbis ſunt, attingũt: vmbilicum & imum ventrem. Muſculi enim abdominis recti ab imo pectore mucronatâve cartilagine per medium totius ventris exporrecti, ac pubis oſſa deferuntur. Quocirca Muſa hoc loco non rectè Leoniceni conuerſionem arrodit, ac epigaſtriũ hypochondrij eſſe partem, & non hypochondrium epigaſtrij contendit. Quod dum ſine ratione facit, abſurdiſsimam etiam confingere cogitur lectionem, hanc ſcilicet, ὡς εἰς τρία ταῦτα διαιρεῖσθαι τὸ σύμπαν ὑποχόνδριον, εἰς τὸ ἐπιγάστριον, τὰ περὶ ὀμφαλὸν, καὶ τὸ ἦτρον. Quis enim eſt anatomes ſaltem mediocriter peritus, qui neſciat hypochondria eſſe tantum partes ſub coſtis vtrinque ad latera ſitas? quare vt vmbilicum & imum ventrẽ ſub ſe complectantur, fieri haud poteſt. Quanquã paulo pòſt Muſa hanc lectionẽ deſerere, & noſtrã adeóque verã amplecti videtur. Cæterum quum vbique eius Commentarij in Aphor. Hipp. extent, multorúmque manibus terantur, ad tam abſurdam Galeni enarrationem, ſtudioſorum quos iuuare cupimus, gratia conniuere non potuimus. Nec puto ægre feret Muſa, quòd hic & alibi etiam non raro, ab eo diſſentiamus: cùm

Muſæ errata.

Epigaſtrion.

Abdomẽ.

Sumen.

Leonicenus à Muſæ iniuria defenditur.

Muſa abſurdã confinxit Galeni lectionem.

ipſe multis in locis Leoniceni & Manardi præceptorum nominibus haud parcat, atque ab iis conſtanter diſſentiat.

APHORISMVS XXXVI.

Οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα, ἐν τῇσι φαρμακίῃσι καθαιρόμενοι ἐκλύονται ταχέως, καὶ οἱ πονηρῇ τροφῇ χρεόμενοι.

Qui ſano ſunt corpore, per medicamẽta purgati celeriter exoluuntur, atque etiã qui prauo vtuntur cibo.

Duo hominũ genera non temere purganda.

HOrtatur hoc loco Hippocr. medicos, ne temerè eos quos non oportet, purgent. Duorũ verò hic potiſsimum meminit quos purgare non conuenit, ſanorum ſcilicet, & eorũ qui prauo vtuntur cibo. Cæterùm quum duplex ſit ſanitas, Galeno lib. 1. de Tuend. ſanit. cap. 5. teſte, vna quæ medii eſt temperamẽti, nec vlli vitio quod ſaltẽ ſenſu percipiatur, obnoxia & abſolutiſsima, quòd ſcilicet hac ipſa prędicti functiones ſuas obeant, perfectiſsimè dicitur: & altera intẽperata, vitióq; expoſita, quod tamen nondũ eò eſt progreſſum, vt functiones lædat: hic de ea quæ abſolutiſsima eſt, loqui Hippocratem putandum eſt. Siquidẽ corpora abſolutè ſana quum nulli ſint obnoxia vitio, ſuperuacuis ac vitioſis humoribus vacãt. Quapropter medicamẽtis purgãtibus, quale eſt veratrũ, ſcammonia, & id genus alia vacuata, ſtatim exoluuntur, hoc eſt, in animi defectum incidunt. Nam medicamentũ purgans, non inueniens ſibi cognatũ vitioſum & redundantẽ humorem, quẽ trahat & vacuet, primùm ſpiritus diſsipat, dein humida diſcutit, poſtremum ſolida tabeſcit. Quum itaque ſingula ex quibus corpus humanũ cõſtituitur, medicamentũ purgãs demoliatur, neceſſe eſt vt cõfeſtim propter ſummã imbecillitatem defectus animi conſequatur. Prætereà non ſunt purgandi qui prauo vtũtur cibo, quòd illi etiã celeriter exoluantur. Nam medicamentũ vitioſos humores à prauis cibis natos attrahens, per ſenſiles corporis partes agit. Quare quũ acres ſint & mordaces, fit vt trãſitu ſuo prædictis partibus moleſti admodum ſint, atq; animi defectum plurimũ pungentes inferãt. Sed licet hic aliquis, ſi illi qui prauo cibo vtũtur, nõ purgãdi ſunt, qua igitur alia ratione curãdi erunt? Reſpõdeo: quãdiu vtũtur prauo cibo, nõ poſſunt, etiamſi maximè anniteris, curari: quippe corruptela non curatur

Sanitas eſt duplex. Abſolutiſſima. Intemperata. Sani cur non purgandi. Exolui. Prauo cibo vtentes cur non purgandi. Obiectio. Reſpõſio. Corrupte

tur, niſi per ἐπίκρασιν, vt dictũ eſt ſuprà ſect. 1. Cõm. 17. Epicraſis autẽ, quæ nihil aliud eſt niſi vitioſi humoris curatio ſit cum paulatim vitioſus humor vacuatur, & bonus viciſsim, Gal. lib. 9. Ther. meth. teſte, apponitur. Quomodo autem viciſsim bonus humor apponetur, ſi pergas vti prauo cibo, non video. Quocirca vitioſis humoribus in corpore aceruatis, Gal. lib. 6. de Tuend. valet. cap. 6. ex interuallis aluũ eſſe per ea quæ modicè purgant ſubducendam, & cibis boni ſucci vtendũ, rectiſsimè præcipit. Muſa hoc loco abſurdã verborum Hippo. expoſitionem cõmentus eſt, hanc ſcilicet: Qui ſani ſunt, præſertim ſi prauo vtuntur cibo, per medicamenta euacuati, cito exoluuntur. Quaſi verò abſolutè ſani eſſe queãt, qui prauo vtuntur cibo. Quocirca mirari ſubit, cur ſcribat ſanos reperiri qui inculpatos humores habeant, & prauo nihilominus cibo vtantur, quod is cibus in bonũ nutrimentũ cõuertatur: quũ tamen fieri haud poſsit vt cibus qui natura prauus eſt, hoc eſt prauam in ſe qualitatẽ habet, aut ſuccũ vitioſum generat, in bonum vertatur alimentũ. Quinetiam metipſe prauos eſſe cibos definit, qui humores prauos generant. Quod ſi itaq; prauos generant humores, quomodo illi qui iis vtuntur, inculpatos humores habere poſsint, non video. Accedit quod Gal. in Cõmm. cibos vitioſos ſanguinem vitioſum gignere palàm aſſerat. Clarum itaque eſt, eos qui prauo vtuntur cibo, ſanos eſſe non poſſe.

Ia quomodo curãda ἐπίκρασις.

Muſæ interpretatio improbatur.

ANNOTAT. IN COMMEN. GAL.

In euacuationibus.] Græcè, ἐν ταῖς φαρμακείαις, in purgationibus. Nõ itaq; ſine errore generis nomine pro ſpecie vſus eſt interpres. Siue autẽ illud quod exterius aſſumitur, &c.] Græcè, ἄν τε δὲ τὴν ἔξωθεν εἰσφερομένην τροφὴν, τῷ σώματι, ἄν τε τὴν ἐν αὐτῷ περιεχομένην εἴρηκε μοχθηράν, ſiue verò quòd foris corpori ingeritur alimentũ, ſiue quòd in eo continetur vitioſum dixit, &c. Eſt autẽ alimentũ quod in corpore cõtinetur triplex, de Hip. ſentẽtia: quod nutrit, quod veluti nutrimentũ, & quod nutriturum eſt, vt diximus in enarratione Aphor. 17. huius ſectionis. Quoniam cibi vitioſi.] Græcè, ἐπειδὴ καὶ τὰ μοχθηρὰ σιτία, quoniam etiam cibi vitioſi, &c. Sic ergo vitioſi.] Græcè, οὕτως οὖν καὶ λέγεται μοχθηρὰ, ſic igitur etiam praui dicuntur, relatione ad ſanguinem qui ex eis generabitur facta, τῆς ἀναφορᾶς γινομένης ἐπὶ τὸ γεννηθησόμενον ἐξ αὐτῶν αἷμα.

Interpretis lapſus.

Alimẽtum triplex.

APHORISMVS XXXVII.

Οἱ ἐν τὰ σώματα ἔχοντες, φαρμακεύεσθαι ἐργώδεες.

Qui corpore ſunt commoderato, hos purgare periculoſum eſt.

Quo præſens aphoriſmus à præcedēte differat.

IDem hoc in Aphoriſmo, quod in eo qui hunc præceſsit, Hippocr. docet: à priore tamen in eo diſtat, quòd magis ſit generalis. Prius enim vnius tantū meminit ſymptomatis, quod intempeſtiuam atq; adeo ſanorū ſequitur purgationē, nempe exolutionis. Nunc verò multorū aliorū, quæ in Comm. à Galeno recenſentur: idq; per hanc vocem ἐργώδεες, quam nos periculoſum, Philotheū ſecuti, qui idem quod χαλεπὸν ſignificare tradit interpretati ſumus, innuere voluit. Inquit igitur οἱ ἐν τὰ σώματα ἔχοντες, id eſt, qui corpore ſunt cōmoderato, aut ſymmetri. ἐν enim Philotheo teſte, idem quod σύμμετρον ſignificat: hos purgare periculoſum eſt. Vt autem duplex eſt ſanitas, ſic etiam duplex ſymmetria, Galeno lib. 1. de Tuend. ſanit. cap. 3. autore: vna optima, exquiſita & abſoluta: altera quæ ab huius perfectione paulum deficit, non tamen eatenus vt animali ſit grauis. Loquitur autem Hippocrates de prima, quę cum ſuperuacuis prauisq; humoribus vacet, purgationibus moleſtanda haud erit. Nam cum purgatio non ſit niſi vitioſorum humorū euacuatio, ideo medicamentū purgans nō inueniens in corpore ſymmetro & cōmoderato humorem quem attrahat vitioſum, partes corporis colliquat & abſumit. Quare rectiſsime dixit Hipp. periculoſum eſſe ſi hæc corpora purgentur.

ἐργώδεες.

ἐν.

Symmetria duplex.

Corpus ſymmetrū non purgandum.

ANNOT. IN COMM. GAL.

In hoc autē generaliori vocabulo.] græcè ἐν τῇδε γενικωτέρᾳ λέξει, in hac generaliori dictione. Proprium.] græcè, οἰκεῖον, ſuæ naturæ accommodatum, familiarem, cōuenientémue humorem. Medicamenta verò purgantia humores attrahere naturæ ſuæ accōmodatos & familiares, multis in locis aduerſus Aſclepiadē Galen. demonſtrat, lib. nimirum 2. de Elemētis: libro de Simpl. med. facul. 3. cap. 24. & in libello de Purgant. medic. facul. Natura verò hoc loco idem valet quod ſubſtantia & tēperatura, quæ ex primis conflata eſt elementis. Quippe medicamenta purgantia, Galeno libro 5. de Simp. medic. facult. cap. 16. autore, ὁμοιότητι τῆς ὅλης οὐσίας, ſimilitudine

Medicamenta purgantia familiares ſibi humores trahūt.

Natura purgantia medicamē

ɔıbxɒ.. ɔıɒ:ɔıbxɒıɒ:ɔıbx

ne totius eſſentiæ ſubſtantiæue humores trahunt. Quædam enim ſimilitudo, vt idem lib.3. iam citati operis, cap. 24. ait, vtriſq; ſubſtantiis ineſt, & eius videlicet quod purgat, & eius quod purgatur. Si igitur quod purgatur pituita eſt, quod trahit pituitoſum ſic oportet, Similitudine itaq; totius ſubſtãtiæ, id eſt mixtionis quæ ex quatuor elemẽtis conſtat, medicamenta purgãtia trahunt. Sic quod ſcãmonia purgat bilẽ, non accidit niſi ob eandẽ proportionẽ elementorũ bilẽ conſtituentiũ, ad eam quę ſcammonia coagmẽtatur. Nec mirũ videri debet, ꝙ Gal. ſimilitudinẽ ſubſtantiis tribuat, cũ Ariſt. cap. 8. ſuarum Categoriarũ ita ſcriptũ reliquerit: ὅμοια δὲ ἢ ἀνόμοια κατὰ μόνας τὰς ποιότητας λέγεται. ὅμοιον γὰρ ἕτερον ἑτέρῳ οὐκ ἔστι καθ' ἄλλο, ἢ καθὸ ποιόν ἐστι, Similia diſsimiliáq; per ſolas qualitates dicuntur. Simile enim alterum alteri nulla alia ratione eſt, quàm ea qua quale eſt. Quippe cum Galen. ſcribit tractionem fieri ſubſtantiarũ ſimilitudine, nihil aliud vult, quàm quod hoc ipſum fiat ſimilitudine qualitatũ quæ ſubſtantiis inſunt. Nã ex mixtione elementorũ vtraq; ſubſtantia qualitatẽ alteri familiarẽ conſequitur, ratione cuius propriiſsimè loquẽdo ſimiles dicũtur. Hinc eſt quod Galenus lib. 5. Simp. cap. 16. medicamenta ὁμοιότητι ποιότητος, qualitatis familiaritate trahere humores dicat: id quod nihil eſt aliud, ipſomet ibidẽ interprete, quàm totius eſſentiæ, id eſt mixtionis, quæ ex quatuor elemẽtis conſtat, ſimilitudine trahere. Quare idem eſt dicere, medicamenta purgantia trahũt humores qualitatis familiaritate, & ſimilitudine eſſentiæ. Siquidem ſimilitudo hæc quæ elementorum commixtionẽ ſequitur, non eſt alia niſi qualitatum, quę inſunt illis ſubſtantiis cognatio & familiaritas. Talis etiam ſocietas & cognatio eſt inter alimentum ipſum, & hoc quod nutritur. Quod Galenus multis in locis, potiſsimum verò lib. 1. de Naturalibus facul. oſtendit, vbi ſic ſcriptum reliquit: Fieri nõ poteſt vt aſsimilentur mutentúrque inter ſe vlla, niſi ſocietatem aliquã cognitionémq; in qualitatibus obtineant. Lib. autem 3. de Temperamentis cap. 2. ait: Oportet toti nutrientis ſubſtantiæ cum tota nutriti natura communio aliqua ſimilitudóque ſit. Vnde iterũ palam fit idem eſſe dicere, ſimilitudine ſubſtantiæ & qualitatis cognatione agere. Quod ſi verò alicui iſta exquiſita loquendi forma minus placebit, dicere poterit, veteres tum medicos tũ Philoſophos confuſè & indiſtinctè ſimiliũ

Similitudine totius eſſentiæ trahunt.

Similitudo totius ſubſtantiæ quæ.

Quare Galenus ſimilitudinem ſubſtantiis tribuat.

Familiaritate qualitatis trahere.

Cognatio alimenti cum eo quod alitur.

Veteres ſimilium appellatione confuſe vſi ſunt.

appellationem vſurpare conſueuiſſe, & non rarò ſubſtantias, verbi gratia oculũ oculo, & Theonẽ Dioni, ſimiles eſſe dixiſſe, quod Gal. lib. 1. κατ' ἰατρεῖον Comm. 4. latius oſtendit.

APHORISMVS XXXVIII.

Τῷ σμικρῷ χεῖρον καὶ πόμα καὶ σιτίον, ἥδιον δὲ τῶν βελτιόνων μὲν, ἀηδεστέρων δὲ, μᾶλλον αἱρετέον.

Paulo deterior potus & cibus, ſuauior autem iis qui meliores quidem ſunt, inſuauiores tamen, magis expetendus.

Διαιτητική. Medico interdũ licere vt ęgrotanti deteriora exhibeat.

HAec ſententia ad eam medicinæ partẽ ſpectat, quæ Gręcis Διαιτητικὴ dicitur. Si autem illis nominatur pars medicinæ quæ morbis per victus rationem medetur. Docet autem hoc in loco Hipp. quod medico interdum liceat vt ęgrotanti paulò deteriorem cibum & potum exhibeat, idq; duplici ratione, vt in Comm. ſuis notat Gale. partim vt ægro qui hoc cibo & potu delectatur, gratificetur: partim etiã quòd illi vti iis ipſis vtile ſit. Quippe ventriculus ea quæ cũ voluptate aſſumuntur, auidius amplectitur, faciliúsq; concoquit. Quapropter quicquid in hoc cibo aut potu praui eſt, tum emendatur, atq; ab eo quod bonũ eſt ſeparatur, & ſubinde per aluum excernitur. Vt hac ratione meritò Hipp. dicat paulo deteriorẽ cibũ aut potũ, ſuauiorem autẽ iis qui meliores ſunt, tamen inſuauiores, eſſe magis expetendũ, eligendũ, aut præferendũ: nam hæc omnia vox αἱρετέον ſignificat. Non autẽ temerè eſt ab Hippocrate dictum, paulò deterior: quia ſi valde prauus ſit cibus aut potus, ægrotanti nulla ratione gratificandũ erit. Quippe tum prauitas illa emendari haud poteſt, ideóq; vſum iſtorum prauorum ciborũ & potuum magna conſequitur noxa. Hinc rectiſsimè à Philotheo eſt dictum, δεῖ χαρίζεσθαι τοῖς κάμνουσιν, ὧν εἰ μὴ ἀκολουθεῖ μεγάλη βλάβη, ægrotantibus in iis gratificandum, ad quæ nulla magna ſequitur noxa. Quod etiam in Epidem. lib. 6. part. 4. Aphoriſ. 7. iis verbis docuit Hippocrat. Ea in quibus

αἱρετέον. Paulò deterior.

Hippocrates.

" ægro gratificandum eſt, non admodum lædant.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Amplexatur.] Græcè, περιστέλλεσθαι. Vt enim cibus probè cõcoquatur, neceſſe eſt vt ventriculus hunc rectè cõprehendat, &

comp

cōplectatur. Rectè autē cōprehendit, quando inter ipſum & cibum, nullum relinquitur vacuum ſpacium. Debilē igitur eius complexū, vt cap. 5. li. de Sympt. differen. Gal. teſtatur, interim fluctuationes, interim inflationes ſequuntur. Quocirca rectius in cōtextu legetur, Proinde vel nauſeæ, vel inflationes, vel fluctuationes ſubſequuntur. Neque enim hæc omnia ſimul, vt loco iam citato Gal. fuſius docet, debilem vētriculi complexum ſequuntur, ſed interim hoc, interim aliud. Quinetiā Græca ſic habēt, ὡς ἤτοι ναυτίας ἐπιφέρειν, ἢ πνευματώσεις, ἢ κλύδωνας. Quod in pluribus igitur cibis.] Hæc interpretis verba nullo conſtant ſenſu, eiúſque conuerſionis obſcuræ occaſionem dederūt Græca, quæ ſic habent, ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῶν πλείστων καὶ εὐχύμων ὄντων γίνεται ὅταν ᾖ μικρῷ χεῖρον ἐπὶ τῶν ἡδέως λαμβανόντων οὐ μόνον οὐκέτι χεῖρον, ἀλλ' ἐνίοτε καὶ βέλτιον γίνεται. Hęc ſane perinde atque latina, omni prorſus ſenſu carent. Theod. aut Laurentianus ita locum hunc Galeni conuertit. Itaque ſæpenumero accidit, vbi paulo deterior cibus ingeritur, ſed iucundus, & cuius ſubit deſideriū eſitandi, vt non maneat inſuper deterior, ſed interdum melior euadit. Quę quidē interpretatio nihil abſurditatis habet, tamē Græcis non per omnia reſpondet. Quū igitur Græca, quæ parum rectè ſe habent, interpretibus errandi anſam præbuerint, in hunc erunt modum emendanda, ἀποχωρεῖν δὲ ἀπὸ τῶν ἀηδῶν, ὡς ἤτοι ναυτίας ἐπιφέρειν, ἢ πνευματώσεις, ἢ κλύδωνας. ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῶν πλείστων, καὶ εὐχύμων ὄντων γίνεται. ὅταν δὲ ᾖ μικρῷ χεῖρον, ἐπὶ τῶν ἡδέως λαμβανόντων οὐ μόνον οὐκέτι χεῖρον, ἀλλ' ἐνίοτε καὶ βέλτιον γίνεται, Refugere autē conſueuit ea quæ iniucunda & inſuauia ſunt, vtpote quæ vel nauſeas, vel inflationes, vel fluctuationes pariant: quod quidem in plurimis, etiam iis qui boni ſunt ſucci cibis, accidit. Quando vero paulo fuerit deterior, tunc in iis qui libenter hunc aſſumunt, non modo non etiam deterior, ſed quādoque melior redditur. Vt plane verborum Gale. is ſit ſenſus: Plurimos quidem etiam boni ſucci cibos deprauari contingit, propterea quòd ventriculo inſuaues & parum grati ſunt, atque adeo ab eodē non complectūtur. Contrà qui paulo deteriores ſunt, in iis qui eos libenter & cū voluptate capiūt, non manent deteriores, ſed interdum meliores redduntur. Hæc copioſius dicere voluimus, vt lucem aliquam Galeni loco adferremus.

Rectè quādo à ventriculo cōplectitur cibus.

Galeni locus in Græco codice reſtitutus.

Senſus.

APHORISMVS XXXIX.

Οἱ πρεσβῦται τῶν νέων τὰ μὲν πολλὰ νοσέουσιν ἧσσον.

ἧσσον. ὁκόσα δ' ἂν αὐτέοισι χρόνια νοσήματα γένηται, τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει.

Seniores magna ex parte minus quàm iuuenes ægrotant. Quicunque vero morbi iis accidunt diuturni, magna ex parte ipſis commoriuntur.

Obiectio. ADmiratione dignũ eſſe videtur, quod hoc in loco Hippocrates ſcribit, ſeniores iuuenib. magna ex parte minus ægrotare, quum conſtet contrà variis morbis affligi ſenes, imo ſenectutem ipſam morbum eſſe. Quinetiam metipſe Hippo. lib. I. περὶ διαίτης, ſenes morbiſsimos eſſe ſcribit. Sed præſtat eius adſcribere verba, quæ ſic habent: τῶν ἡλικιῶν ὑγιεινότατοι οἱ παῖδες, δεύτεροι νεηνίσκοι, νοσερώτατοι οἱ πρεσβύτατοι, καὶ οἱ ἔγγιστα, inter ætates ſani maximi ſunt pueri, ſecundo loco iuuenes, morboſiſsimi qui maxime ſenes, & iis proximi ſunt.

Reſpõſio. Quare diligenter hæc Hippocratis ſententia eſt expendenda, in qua maximè ad ſuam reſpexit ætatem, qua quidem ſenes continentiſsime victitabant, nec perinde atque iuuenes in victus ratione peccabant. Duas itaque inter ſe ætates confert Hippocrates, ſenectutem nimirum & iuuentutem, docétque ſeniores magna ex parte minus ægrotare quàm iuuenes, quòd ſcilicet ſenes longo rerum vſu prudentiores facti, à multis prauíſque cibis, vnde ſuperuacua complura generantur, abſtinent: ideóque vt iuuenibus ipſis, qui parum prudentes & temerarij, ciborum, eorúmque omnium ferè immenſam copiam ingerunt, hincque adeò cruditates conciliant, minus ægrotent, accidere ſolet. Quid multa? Iuuenes ob incontinentiam, non ætatis imbecillitatem, ſenibus magis ægrotant. Quippe ſunt robuſtiſsimi, ideóque parum de morbis ſoliciti, operam dant libidinibus, vulnerantur, ſaliunt, clamant vehementius: & in ſumma, quocunque animi impetus rapit, eò ducuntur, incontinentiſsiméque viuunt. Proinde quum temeritas, vt in libello de Senect. inquit Cicero, ſit florentis ætatis, prudentia ſenectutis ſit, vt iuuenes facilius quàm ſenes in morbos incidant. Quod animaduertens etiam Cicero, ita in libello iam citato ſcriptum reliquit: Facilius in morbos incidunt adoleſcentes, grauius ægrotant, triſtius curantur. Non autem ſine cauſa Hippoc. adiecit, magna ex parte. Quia reperiuntur etiã inter ſenes qui in victus ratione delinquũt, ac inconti

Cur iuuenes ſenib⁹ magis ægrotent.

Magna ex parte.

continentes ſunt, atque adeò magis quàm iuuenes, vtpote qui bus ſunt multo imbecilliores, ægrotant. Quos certè leues rectiſsima appellatione Cicero, loco iam citato, nominauit, inquiens: Vt petulantia & libido magis eſt adoleſcentum, ſed non proborum: ſic iſta ſenilis ſtultitia quæ deliratio appellari „ ſolet, ſenum leuium eſt, non omnium. Cæterum per ſeniores, „ qui Hippocrati hoc loco πρεσβύται dicuntur, eos maximè intel- „ ligere videtur, qui in prima ſenectutis parte ſunt conſtituti. Seniores. Quanquam hoc non eſt perpetuum: ſic enim etiam eos qui extremam partem ſenectutis agunt, ſect.3. Aphoriſ.vlt. vocat. Porrò ſi qui morbi diuturni per incontinentiam aliáque de cauſa ſenibus accidunt, tunc magna ex parte iis commoriuntur, id eſt, inſanabiles tota vita durant: ídque propter virium imbecillitatem, quæ frigidos morbos, quibus ſenes, vtpote iis ſimiles, laborant, concoquere non valent. Non temerè autem dixit diuturni, quia illi ipſi frigidi ſunt, atque adeò ſenibus, vt iam dictum eſt, maxime familiares. Quod Celſus etiam li.2. ca.1. confirmat, qui inter cætera ſic inquit: Longis morbis ſenectus patet. Morbi diuturni ſenib. familiares.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Siquidem vis eſt imbecillis, quæ neque morbos, &c.] Græcè, ἄγε καὶ ἡ δύναμις ἀσθενὴς, ὡς μήτε πέττειν ἔτι δύνασθαι ῥαδίως τὰς νόσους, Quippe & vis imbecillis, ita vt morbos facilè concoquere nequeat. Omnes morbi diuturni frigidi. Quod etiam Hippocr. lib.6. Epid. part.1. Aphoriſ.7. docet iis verbis: In Cranone antiqui dolores frigidi, noui vero calidi. Omnes ſiquidem ſimilioribus.] Græcè, τοῖς γὰρ οἰκείοις νοσήμασιν, ſiquidem naturæ ſuæ accommodatis morbis, &c. „

APHORISMVS XL.

Βράγχοι καὶ κόρυζαι τοῖσι σφόδρα πρεσβύτῃσι οὐ πεπαίνονται.

Raucitates & grauedines ſenibus admodum non concoquuntur.

IN hoc Aphoriſ. Hippocrat. exemplum affert, quo poſtremam præcedentis ſententiæ partem confirmat. Nam cum antea dixiſſet, morbos diuturnos, ſi quando ſenes inuaſerint, illis commori, nunc raucitatis & grauedinis exemplo verum eſſe demonſtrat: quæ duo mala in valde ſenibus coctionem Raucit & graue-

non

do cur in ſenibus nō cōcoquantur. Cōcoctio. βράγχος. Raucitas. Rauis. Vſq; ad rauim κόρυζα. κατάῤῥυς Muſa.

non admittere ait, propter nimirum caloris inopiam, & virium imbecillitatem. Coctionem autem hoc loco pro alteratione humoris morbum efficientis accipere oportet, qua in ſignificatione aliàs etiam crebro vſurpatur à medicis. βράγχος autem quæ Corn. Celſo lib.2. cap. 1. & Plinio lib. 20. cap. 6. multiſque aliis locis raucitas vocatur, fit, quando humor à capite ad fauces deſtillat. Latinis etiam Rauis dicitur. Vnde prouerbij ſpeciem habet quod dicunt, Vſque ad rauim. Et Plautus ait, Expurgabo hercle omnia ad raucam rauim. κόρυζα vero, quæ grauedo Latinis appellatur, fit, vbi ad nares delabitur humor. Teſtis eius rei eſt Gale. lib.3. de Sympt. cauſis, cap. 11. κατάῤῥυς autem, vt & id obiter dicamus, eodem loco Gal. authore eſt, quando ad os deſtillat humor, vel ad palatum, vt lib.2. Prognoſt. Comm. 49. ait: Non eſt itaque catarrhus commune vocabulum, vt Braſauolus cenſet, ad omnes humorum defluxus.

Aetij & Pauli loc⁹ enarratur.

Cæterum non pugnant Aetij & Pauli deſcriptiones, cum iis quas nunc ex Gal. produximus. Nam cum Aëtius lib.8. cap.53. ſcribit catarrhum eſſe, ſi ad vuam ſeu columellam delatus fuerit humor, idem quod Gale. docet. eſt enim vua, oris pars. Sic cum Paulus lib.3. cap.28. inquit, catarrhum eſſe, vbi ad fauces & palatum humor decumbit, nihil à Gale. variat, quippe fauces, oris particulam eſſe, omnibus conſtat. Quemadmodum etiam vbi ſcribit, raucitatem eſſe ſi ad guttur & aſperam arteriam defluxerit humor: facilis enim à faucibus ad loca iam dicta defluxus fit humoris, quum fauces gutturi præiaceant. Quæ hic commemorare volui, ne inter Galenum & præfatos duos autores eſſe diſſenſionem, quod ad voces iam commemoratas attinet, imperiti exiſtimarent.

ANNOTAT. IN GALENI COMM.

κύρτωσις. κύφωσις. Gibbus. λόρδωσις. Recuruatio. Repāditas σκολίωσις.

Gibbi, recuruationes, obliquationes] Græce, κυρτώσεις, λορδώσεις, σκολιώσεις. Quare vt harum vocum germana ſignificatio teneatur, animaduertendum erit, quod κύρτωσις eſt dorſi in poſteriorem exterioremue partem, Gal. li.3. de Articulis, Com.2. authore, diſtortio. alióque nomine Græcis κύφωσις dicitur, latinis vero gibbus & gibboſitas. λόρδωσις malum eſt priori contrarium: fit enim vbi in anteriorem partem diſtortio contingit, ita vt in dorſo cauitas fiat, in pectore autem tumor. Interpres recuruationem vocauit. Alij repanditatem & gibbum ad anteriora nominant. σκολίωσις eſt, vbi in latus vel dextrum vel

ſiniſtrum

ſiniſtrum diſtortio fit. Interpres obliquationem appellauit. Alij obliquitatem, obſtipitatem, & tortuoſitatem vocat. Philotheus breuiſsimè harum vocum ſignificationem iis expreſſit verbis, ἡ ῥάχις ἐξίσταται ἐπὶ τὰ ὀπίσω, καὶ καλεῖται κύφωσις. ἢ ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν, καὶ ὀνομάζεται λόρδωσις. ἢ ἐπὶ τὰ πλάγια, καὶ καλεῖται σκολίωσις. Quæ quidem verba cum plana ſint, interpretatione non egent. Obliquatio.

APHORISMVS XLI.

Οἱ ἐκλυόμενοι πολλάκις καὶ ἰσχυρῶς, ἄνευ φανερῆς προφάσιος, ἐξαπίνης τελευτῶσι.

Qui crebro & vehementer citra manifeſtam cauſam exoluuntur, ij celeriter moriuntur.

HAec Hippocratis ſententia ad præſagiendi artem pertinet: docet enim quando in exolutione ægrotantes mori contingat. Spectat etiam aliqua ratione ad eam artis partem quæ à morbo præſeruat. Nam ſi medicus crebro aliquem exolui viderit, per victus rationem, aliáque præſidia cauet, ne ſubinde de repente moriatur. Inquit igitur Hipp. qui exoluuntur, hoc eſt animi defectionem patiuntur: neque enim differunt ἔκλυσις καὶ λειποθυμία, id eſt, exolutio & animi defectio, Gal. lib. I. de Curandi ratione ad Glauconem teſte, qui pro vna eadémque re ambo hæc nomina à medicis vſurpari ſcribit. Crebrò & vehementer, id quod non temere adiectum eſt. Si enim debilis fuerit exolutio raróque acciderit, mortem nequaquam adfert. Sine manifeſta cauſa: ſunt enim multæ cauſæ exolutionis euidentes & manifeſtæ, quas Gal. loco iam citato, & lib. 5. de Male affect. locis capit. I. vbi præſentem Hipp. citat ſententiam, ordine recenſet: è quibus ſi exolutio nata ſit, non erit letalis. Sin citra aliquam illarum acciderit, repentinum affert interitum, quòd nimirum propter vitalis facultatis imbecillitatem contingat, vt in Comment. latius Gal. oſtendit. ἔκλυσις. λειποθυμία. Cauſæ manifeſtæ exolutionis.

ANNOTAT. IN GALENI. COMM.

Vnam quidem primam.] Dicendum erat & primam. Græce enim eſt, ἵνα μὲν καὶ πρώτην. Vteri affectus.] Græcè, ὑστερικοῖς ἐνοχλουμένη παθήμασι, quæ vteri malis infeſtabatur. Intelligit verò potiſsimum vteri præfocationem, quæ Græcis πνὶξ ὑστερικὴ dicitur. Quibus omnibus.] Græce, τοῖς τοιούτοις μὲν, his ipſis quidem. Virtus animalis.] Sic quidem habet Aldinus codex, qui le-

Græc⁹ Al- Algit τ̃ ψυχικῆς δυνάμεως, ſed perperam. legendum enim erit ζωτικῆς, id eſt, vitalis. Neque enim ob animalis, ſed potius vitalis, cuius cor ſedes exiſtit, imbecillitatem exolutiones & animi defectiones fiunt. Hinc Theodorus etiam hoc loco vitalis conuertit. Quam quidem lectionem Philotheus quoque confirmat, qui in explicatione huius ſententiæ ita ſcriptum reliquit, ἐξαπίνης τελευτῶσι, διὸ καὶ ἐπὶ τούτων ὁ ζωτικὸς τόνος πάνυ ἀσθενεῖ. De repente moriuntur, propterea quòd vitale robur in iis admodum imbecille eſt. Quinetiam ſequentia Galeni verba manifeſtè oſtendunt de vitali ipſum loqui facultate.

Græc⁹ Aldinus codex repurgat⁹ à menda.

APHORISMVS XLII.

Λύειν ἀποπληξίην ἰσχυρὴν μὲν ἀδύνατον, ἀσθενέα δὲ οὐ ῥηΐδιον.

Apoplexiam vehementem curare eſt impoſſibile, leuem verò non facile.

MOnſtrat hoc in Aphoriſmo Hippoc. quæ nam apoplexia curari, quæ minus poſsit. Id quod nulla alia de cauſa facit, quàm vt medicum deterreat, ne temere ſalutem, vbi nulla prorſus eſt, promittat. Quid autem ſit apoplexia, alibi diximus, & copioſe admodum lib. 1. de Sanandis malis corporis, cap. 26. vbi vniuerſam etiam eius curandi rationem diligenter & ordine tradidimus. Num autem vehemens aut leuis ſit, ex noxæ vehementia, quam ſpirationi infert, deprehenditur: quemadmodum Gal. lib. 3. de male affect. loc. cap. 7. & 10. & in Comment. huius ſententiæ abunde docet. Cæterum vbi nos reddidimus curare, in Græco eſt λύειν, idem enim eſt quod θεραπεύειν. Feri itaque non poteſt, vt vehemens apoplexia curetur, propter ablationem reſpirationis, ſine qua nemo viuere poteſt. Leuis vero, in qua ordinem aliquem ſeruat ſpiratio ipſa, non facilè, ſed omnibus magna diligentia adhibitis præſidiis.

Medic⁹ ſalutẽ temerè haud p̃mittet.

λύειν.

Cur vehemens apoplexia curari non poſsit.

ANNOTAT. IN GALENI COMM.

Totum corpus ſenſu priuatur,] Adiiciendum, repente. Græce enim eſt, ἐξαίφνης ἀναίσθητοί τε καὶ ἀκίνητοι γίνονται. Solus reſtat anhelitus.] Græce, μόνης τ̃ ἀναπνοῆς, ſola reſtat reſpiratio. Quippe anhelitus, ſpiritus eſt tantum emiſsio. Gale. autem de vniuerſa reſpiratione, quæ ex inſpiratione & expiratione conſtat, loquitur. Sic paulo poſt legendũ erit, quę ſi & ipſa, &c Qui neque

Interpretis lapſus.

neque intentum, &c.] Græce, ὅσοι χωρὶς μὲν συντονίας καὶ βίας,
ἀνώμαλον δὲ καὶ ἄτακτον, ἔτι δὲ διαλείπουσαν ἔχουσι τὴν ἀναπνοήν,
qui neque vehementem, neque violentam, inæqualem tamen
& inordinatam, ac præterea intermittentem habent reſpira-
tionem. Inæqualis autem reſpiratio eſt, vbi in vna vel pluri- Inæqualis reſpiratio.
bus differentiis eſt impar reſpiratio. Differentias autem reſpi- Differētiæ
rationis recenſet Hippocrat. libro 6. Epid. part. 2. Aphoriſm. reſpirationis.
5. In cuius ſententiæ enarratione multa quæ ad inſtitutum fa-
ciunt, reperient in noſtris Comment. ſtudioſi. Cito curatur.] Interpretis error.
Græcè, τάχα ἂν αὐτὴν ἰάσαιο, forſitan ipſam curabis. Interpres
legit ταχέως, ſed malè: neque enim celeriter, vtcunque accidat,
curari poteſt. Magna autē ex parte.] Sic lib. 3. de Male affect.
loc. cap. 10. inquit: Quippe mori contingit apoplexia laboran-
tes, ob id quod ſpirare non poſſunt. Attollunt.] Græce, διαστέλλοντες, dilatant. De quibus muſculis plura habet Galen. in
lib. de Cauſis reſpirationis, & lib. 8. de Ana. adminiſt. & lib. 7.
de Vſu part. Quod autem hoc loco docet, idem etiam lib. 3.
de Male affect. loc. cap. 7. tradit, inquiens: In apoplexia quam-
uis nulla acccedente actione quæ à conſilio prodeat, tamen
ſola ſpiratio quæ muſculorum thoracem mouentium munus
eſt, ſaluatur. Anhelitus plurimus eſt neceſſarius.] Græcè, ἐπειδὴ
πλείστης τῆς ἀναπνοῆς ἐστὶ χρεία κατὰ ταῦτα, eo quòd in iis pluri-
ma reſpiratione opus eſt, Quemadmodum & in aliis, &c.
Græcè, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἐν πυρετῷ ἀσθενῆ τὴν δύναμιν ἐχόν-
των, quemadmodum & alioqui in iis qui per febrem vires ha-
bent imbecilles. In ſumma effatu dignam, &c.] Græcè,
ἑαυτοὺς εἰς ἓν ἀξιόλογον κεφάλαιον τὴν ἐξ ἁπάντων ἐνέργειαν ἀθροί-
ζοντες, ſeipſos in vnam effatu dignam ſummam ex omnibus
actionem colligentes.

APHORISMVS XLIIII.

Τῶν ἀπαγχομένων καὶ καταλυομένων, μηδέπω δὲ τεθνηκότων, οὐκ ἀναφέρουσιν, οἷσιν ἂν ἀφρὸς ᾖ περὶ τὸ στόμα.

Qui ſtrangulantur & moriuntur, nondum tamen mortui ſunt, non redeunt ad vitam, quibus ſpuma circa os fuerit.

HIc Apho.ad prædicendi artem ſpectat:ſiquidē docet,quādo ij qui ſtrangulantur,& iam quaſi morituri ſunt,nōdū tamē mortui,ad vitam redeunt,& quādo minus. Accidit enim interdū vt aliqui ex ſuſpendio detrahantur,quare tum præſtat ſcire quando illi ipſi ad vitam redeant,aut minus. Per *ἀπαγχομένους* itaq; eos qui laqueo,quē Græci *ἀγχόνην* vocant,aut manuū iniectione,quæ inſtar laquei ſunt,ſtrangulantur & ſuffocantur,intelligit Hippoc. Per *καταλυομένους* autem, Philotheo teſte, *μέλλοντας ἀποθνήσκειν*, hoceſt eos qui tum morituri ſunt, aut mori debent. Niſi per *καταλυομένους* aliquis ſeorſim accipere velit peſſundatos, & eos qui obtorto collo præfocantur, die *man trosselt*, vt Germanicē dicitur. Eſt enim *καταλύω*,peſſundo. Prior tamen interpretatio melior,magiſq; germana videtur. Qui itaq; ſtrangulātur,& iam morituri ſunt,aut mori debent ob ſtrangulationē,nec tamen adhuc mortui ſunt,non redeunt ad vitā:ſic enim Cor.Celſus li.1.cap.7.hæc Hipp.verba, *οὐκ ἀναφέρουσιν*, eſt interpretatus,dicens:Neque is ad vitam redit,qui ex ſuſpendio ſpumante ore detractus eſt. Leonicenus obſcure admodum dixit,referuntur,ad Græciſmum reſpiciēs. Quippe *ἀναφέρειν* Græcis idem eſt quod *εἰς τὸ πίσω φέρειν*, diciturque de funere quod retrò,nō ad tumulum fertur.Ratio autem cur ij qui ſpumant nō redeunt ad vitam,nulla alia eſt quā quod pulmonis violentiā ſignificat,vt copioſiſsime in Comm. Gal.explicat.Cæterum quod traditur in hac ſententia Hippocratis,ex eorum numero eſt quæ rarò accidunt.

Marginalia: ἀπαγχόμενοι. καταλυόμενοι. καταλύω. ἀναφέρειν. Quare ſpumantes nō redeāt ad vitam.

ANNOT. IN COM. GAL.

Marginalia: Spumę generatio. Interpretis turpis lapſus.

Omnis ſpumæ generatio.] Idem docet li.2.Prognoſt.Cōm. 47. Gal.inquiens:Spuma cōſiſtit in mari quidem ex violento ventorum afflatu,in multas exiguas partes attrita aqua.In iis verò quæ elixantur,præ copia caliditatis.Interpres tamē inepte reddidit,In polētis,quum in Græco ſit *ἑψομένων*.De ſpumæ quoq; generatione plura infrà habet,nempe ſect. 7.Commen. 30.Quū verò tenacem,&c.] Ita etiam li. 2.Prognoſt. Comm.
» 47.ſcribit,inquiens:At vero cōmune in vtriſque cenſetur, gi-
» gni bullulas multas & exiguas.Solutu autē difficiles, potiſſi-
» mum quādo ambo cōcurrunt,tū aër nebuloſus ac turbulētus,
» tum etiā humor quodammodo craſſus & glutinoſus. Quippe
» tenuis humor,qualis exquiſita aqua habetur,quoties aërē cō-
» prehendit purū,nō diutius continet,ſed ſtatim reſciſsis bullu-

lis

ſis,in propriam remeare ſedem permittit:& ob eam rem ſpu- „
ma in mari celeriter ſoluitur. Craſſus vero & glutinoſus hu- „
mor,quoties turbulentā & nebuloſam ſubſtantiā intra ſe clau „
ſerit,plurimū detinet temporis,eo quod nec illa ſurſum verſus „
feſtinet,quemadmodū purus aër,& quia ipſe difficulter reſcin- „
ditur.Vt enim gignuntur bullulæ,ex humida ſubſtātia inclu- „
dente intra ſe aerē:pari modo ſoluūtur,propterea quòd humi- „
da ſubſtantia reſcindatur.Facile igitur reſcinditur,quoties ſpi- „
ritus tenuis ſurſum verſus fertur.non reſcinditur vero,quoties „
neq; tenuis fuerit,neque ſurſum verſus fertur.Talis autem eſt „
aër nebuloſus,vt qui nec cōuolet in ſublime, neque tenuis,ſed „
perquā humidus ſit,ita vt ferre queat humorem ſibi circumex-
tentum. Hæc ille,quæ ordine recenſere voluimus, quod præ-
ſenti Comm.magnā afferunt lucē. Vnde factā ſpumæ ſubſtan-
tiā] Græcè, τῆς γινομένης τὴν οὐσίαν ἀφροῦ, factæ ſpumæ ſubſtantiā.
Ex ventre.]Græcè, ἐκ τῆς κοιλίας, ex ventriculo. Hic enim κοιλία
partem eam quæ eſt ciborum receptaculum, & ſtomachus nō-
nullis dicitur,ſignificat. Quod quidem diſcrimen diligenter
eſt in Galeni libris conſiderandū,vt alibi,nempe in noſtris in
primum librum Galeni de Tuend.vale.annotat. monuimus.

Citra quos caſus,&c.] Rectius,citra quæ ſymptomata quic-
quam efferri ex ventriculo eſt impoſsibile. Ex ventre]ex ven-
triculo,vt prius.In lib.de reſpiratione] Græcè, ἐν τῷ περὶ χρείας
ἀναπνοῆς γράμματι, in libro de Vſu reſpirationis. Nam illic
oſtendit,quod ij qui ſuffocantur, per expirationem & euacua-
tionem eius quod eſt veluti fuligo ſanguinis,ſanantur.Fauilla
enim & fumus ac fuligo, omníſque huiuſmodi vſtæ materiæ
ſuperfluitas,nihilo minus quàm aqua ipſa ignem extinguere
conſueuit. Neceſſarium igitur eſt motum habeant,vt euacue-
tur fuliginoſum quòd à ſanguinis vſtione redundat. Signum
itaque eſt.] Adiiciendum,hoc. Græcè enim eſt, ὀλέθριον οὖν τοῦτο
τὸ σημεῖόν ἐστιν. Hoc fieri. Omiſſum eſt ei,quippe Græcè legi-
tur, μάλιστα δ' εἰκὸς αὐτῷ γίνεσθαι τοῦτο. Nonnulli tamen raro,
&c.] Græcè ἔνιοί γε μὴν ἐν τῷ σπανίῳ τῶν ἀπαγχομένων ἀπήνεγκαν
ἀφροῦ φανέντος, &c. Nonnulli tamen eorum qui ſtrangulati
ſunt,rarò ad vitam redierunt,ſpuma circa os apparente. Sed
contra rariſsimè.] Græcè, ἀλλ' ὅτι τοὐναντίον σπανιώτατα. Sed
quia contrarium rariſsimè accidat. Per alterum Aphoriſmū.]
Nempe viceſimū huius ſectionis. In ſequentibus Aphoriſmo

videlicet.53.præſentis ſectionis. Commutant.] Rectius, degũt: vt in explicatione eius ſententiæ dicemus.

APHORISMVS XLIIII.

Οἱ παχέες σφόδρα κατὰ φύσιν, ταχυθάνατοι γίνονται μᾶλλον τῶν ἰσχνῶν.

Qui natura admodum obeſi ſunt, celerius moriuntur, quàm qui graciles.

VT nuſquam non, ita etiam hoc in loco Hipp. mediocritatem laudat, immoderantiam vero vituperat. De certa tamen hic mediocritate, commoderationéve, habitus nimirum corporis loquitur, quã eiuſdem immoderantiæ præfert. Et cũ immoderantia illa duplex ſit, vel enim obeſum eſt corpus, aut gracile, quod à mediocritate recedit: præſtat eſſe gracilem, quã obeſum. Quippe naturâ obeſi, quos hic παχέας σφόδρα, id eſt, admodũ craſſos vocat, citius moriuntur quàm graciles: quòd ſcilicet in corporibus obeſorũ natiuus calor imbecillus ſit, vt copioſius in Comm. ſuis Gale. docet. Non autem temerè adiectũ eſt κατὰ φύσιν, quòd nos naturâ interpretati ſumus, Philotheus autem ἐκγενετῆς, hoc eſt ſimulatq; in lucem editi ſumus, aut ab ineunte ætate, à puero. Nam ſi quiſpiam naturâ mediocris, victu ſubinde paulo pleniore, atq; otio, & ignauia factus eſt craſſior, is nõ citius gracili moritur: quòd ſcilicet venas & arterias latas habeat, atq; adeò calorẽ natiuum minimè imbecillũ, & extinctioni obnoxiũ. Quod fuſius in Comm. proſequitur Gal. & lib. 2. de Temper. cap. 5. vbi in eum ſcribit modum: Quibuſcunque latiores venæ ſunt, hi calidiores natura ſunt. Quibus anguſtiores, contra magis frigidi. Caloris nanque opus eſt, has dilatare, & extendere. Ita rationabiliter in idem ferè recidit venarum anguſtia cum habitu pingui & craſsiore, habitus gracilis cum venarum laxitate. Quod ſi quis ſimul pinguis craſſusque eſt, ac venas laxas habet, is conſuetudinis alicuius occaſione, non natura, pinguis eſt redditus. Sicut è diuerſo, ſi quis anguſtas venas obtinet, & gracilis eſt, nec hunc talem eſſe natura neceſſe eſt. Hæc ille. Vt autẽ ad Hippocratem redeamus, laudat ille in hoc Aphoriſmo corpus mediocri habitu præditum, vtpote optimè temperatum, ac longæuum. Contrà vituperat alia quæ à mediocritate recedunt, & aut obeſa, aut gracilia

Obeſi cur citius moriuntur.

κατὰ φύσιν.

Summa.

cilia

cilia ſunt. In hoc autem exceſſu melius eſſe docet gracilem quàm obeſum eſſe, quod gracilioribus plus ſit caloris innati, quàm obeſis.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Bene carnoſum.] Græcè, εὔσαρκον. Quid vero ſignificet vox εὔσαρκον, Gal. diſertè in Comm. oſtendit, σύμμετρον, id eſt, commoderatũ interpretans. Et lib. 1. de Temp. cap. 5. & lib. 2. cap. 5. εὔσαρκον, πάντη σύμμετρον eſſe tradit, hoc eſt omnino commoderatum, nec gracile, nec obeſum. Nec aliter εὔσαρκον corpus interpretatur lib. 1. de Tuend. ſanit. cap. 5. Cor. Celſus li. 2. cap. 1. eiuſmodi corpus vocat quadratum. Corpus, inquit, habiliſsimum quadratum eſt, neque gracile, neque obeſum. Quadratũ autem metaphoricôs dixit, metaphora nimirũ à quadris ſumpta lapidibus, qui ſibi pulchrè quidem quouis in loco quadrãt. Hinc omnibus palàm fit, interpretem hoc loco nõ rectè reddidiſſe εὔσαρκον bene carnoſum. Qui enim bene carnoſus eſt, is propriè Græcis πολύσαρκος, Gale. lib. 2. de Temp. cap. 6. teſte, dicitur, alióque nomine corpulentus Linacro appellatur. Sic Cic. Bene longam orationem dixit. & alibi, Antonius habet inermes bene multos. Pari ratione bene carnoſus erit, qui multas obtinet carnes, atque adeò ab eo qui εὔσαρκος & mediocri habitu corporis eſt diuerſus. Atque ob id paucum omnino ſang.] Quod lib. 2. de Temp. cap. 5. teſtatur, vbi ita ſcribit: Qui anguſtas venas habent, exigui ſunt ſanguinis, nec longam inediam ferunt: quibus latę, iis copia ſanguinis eſt, & citra noxam cibo abſtinent.

εὔσαρκον quid.

Quadratũ corpus.

interpretis erratum.

Bene carnoſus.

APHORISMVS XLV.

Τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσι νέοισιν ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ μάλιστα τῆς ἡλικίης, καὶ τῶν χωρίων, καὶ τῶν βίων ποιέουσι.

Pueros qui comitiali morbo laborant, mutationes potiſſimum ætatis, locorum, & victus liberant.

HOc in Aphoriſmo monſtrat Hippo. pueros qui comitiali morbo laborant, triplici potiſsimum ratione liberari, mutatione nimirum ætatis, locorum, & victus rationis. Vbi principio animaduertendum, interpretes non ſine magno errore τοῖσι νέοισιν reddidiſſe iuuenes, quum tamen νέος hoc loco idem quod νήπιος, hoc eſt minor natu, ſeu puer ſignificet. Id

Interpretũ error.

νέος.

quod in primis teſtantur ea quæ lib.6.Epid.part.1.Aphoriſ. 4. ſcribit Hipp.dicens, αἱ νηπίων ἐπιληψίαι ἅμα ἥβῃ ὅσῳ οἶσι μεταβολὰς ἴσχουσι καὶ ἄλλας, puerorum morbi comitiales vnà cũ pubertate mutationes habent & alias. Quod verò νήπια pueros vt nos interpretati ſumus, ſignificent, in Comment.ſuis ſuper hanc Hippo.ſententiam ex Zeuxide & Herophilo Gale.abundè oſtendit. Præterea de pueris, & minimè iuuenibus loqui hic Hippocratem, alia eiuſdem ſententia, quæ infrà ſect.5.Aphor. 7.eſt, non tantum teſtatur, ſed planè conuincit, quæ ſic habet:

νήπια.

» Quibus, ait, morbi comitiales ante pubertatem accidunt, cõ-
» mutationẽ accipiunt: quibus autem anno vigeſimoquinto, ma-
» gna ex parte iis cõmoriuntur. Quis vero eſt qui neſciat, iuuentutem anno vigeſimoquinto incipere, & vſque ad 35. durare? Quare fieri nequit, vt per νέοις hic accipiamus iuuenes, quòd Hippo.metipſo teſte, ſi illi morbo comitiali corripiantur, nulla ratione liberentur, ſed inſanabiles tota vita durent. His accedit, quod etiam Philotheus hic νέων interpretetur παίδων, inquiens, μεταβαλλόμεναι γὰρ αἱ τῶν νέων, ἤτοι, τῶν παιδίων ἡλικίαι. Pueros itaque liberant prædictæ tres mutationes, quod per hæc verba ἀπαλλαγὴν ποιέουσιν, innuere voluit Hipp.eſt enim ἀπαλλάττειν interdum idẽ quòd, ῥύεσθαι, καὶ λυτροῦν, id eſt, liberare, vt ſuprà in enarratione Apho.32.huius ſectionis diximus. Mutatio quidẽ prima, ætatis puerilis in iuuentutẽ, quæ calida & ſicca eſt, atque adeò morbo comitiali; vtpote frigido & humido, maxime aduerſa. Altera loci, quum ſcilicet in calidiorẽ & ſicciorem regionẽ tranferuntur. Tertia victus rationis: neq; enim βίος hic aliud, Philotheo teſte, quàm δίαιταν denotat: quæ nimirũ calidiorem & ſicciorem habitũ corporis efficiunt. Liberant igitur omnes hæ mutationes pueros à morbo comitiali, è pituita orto, quod nimirum ad contrarium transferant, vt in Comment.ſuis copioſius Gal.docet.

Iuuentutis tempus.

ἀπαλλάττω.

Mutationes ætatis, Locorum victus.

βίος.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Frigidus autẽ & craſſus eſt humor.] Loquitur autẽ hic Gal. de morbo comitiali, qui eſt primogenium cerebri pathema. Quod monendũ eſſe duximus propter imperitos, qui à nulla alia cauſa excitari hoc ipſum malũ exiſtimare poſſunt, cũ tamen cõſtet alias eſſe huius mali ſpecies, vbi nimirũ per cõſenſum, ore ventriculi male affecto oritur. Aut quãdo à parte aliqua corporis, veluti quædã frigida aura, ægro etiã hoc ipſum

ſentiẽ-

ſentiente,ad cerebrum vſque aſcendit. De quibus omnibus fuſius lib.1.de Sanand.malis corporis,cap.29.ſcripſimus. Adoleſcentium.]Grçcè,νεανίσκων, iuuenum.Quocirca interpres nõ ſine errore duas inter ſe diſtinctas ætates confudit. Interpretis erratũ. Multo ad melius perducit.] Græcè, ὥστε ἡ μεταβολὴ πάνυ ἐπὶ τὸ βέλτιον ἄγει, Proinde ipſa mutatio omnino ad melius transfert.

APHORISMVS XLVI.

Δύο πόνων ἅμα γινομένων μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, ὁ σφοδρότερος ἀμαυροῖ τὸν ἕτερον.

Si gemini dolores ſimul,non tamen in eodem loco fiant,qui vehementior eſt, alterum obſcurat.

LAtenter hoc in Aphoriſmo Hippocrat. duorum dolorum exemplo innuit, ei malo quod magis vrget, ac ægrotantẽ Ei malo quod magis vrget, primo ſuccurrendũ. plus alio moleſtat,eſſe ſuccurrendũ, minore tamen non penitus neglecto. Etſi enim maior dolor minorem, vtpote vehementior videtur obſcurare,nõ eſt tamen propterea cõtemnendus: ſed eo qui vehementior eſt ſedato ad minorem,etiam reſpiciendum erit. Sed quod ad verborum Hipp. explicationem attinet, ſciendum πόνους hoc loco nihil aliud niſi τὰς ὀδύνας πόνοι. hoc eſt dolores ſignificare. Quod ideo monendum eſſe diximus,ne imperitis vox ipſa πόνος, quæ multa, vt in expoſitione primi Aphoriſmi huius ſectionis diximus,ſignificat, imponeret. Quũ verò dolor bifariam apud Hipp.accipiatur, nẽpe pro Dolor. affectu qui cũ dolore fit, & moleſto ſenſu,vt diximus in enarratione ſexti Aphoriſ.huius ſectionis: hic certè pro ſenſu triſti & moleſto vſurpatur. Quũ itaq; inquit Δύο πόνων,Δύο indecli- Δύο ἅμα γινομένων. nabiliter accipitur:quemadmodũ etiam apud Homerũ quum ait,τῶν δύο μοιράων. Non autem temere ab Hippocra.primum adiectũ eſt,ſi dolores gemini ſimul fiant, hoc eſt eodem tempore infeſtent. Diuerſis enim temporibus vbi acciderint,vnus alterum haud obſcurat. Neq; etiã ab re dixit,μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν Loci. τόπον,nõ in eodẽ loco,id eſt,parte corporis.τόπους enim,id eſt, τόποι. locos, Græci medici partes corporis appellant. Quod diſertè Galenus libro 1.de Male affect. locis, cap.primo teſtatur, inquiens:Non ſolùm recentiores medici, ſed veterum quoq; nõ " pauci, corporis particulas locos nominare conſueuerunt. Si " enim in vna aliqua parte gemini dolores fuerint: tunc vnus "

alterũ non obſcurat, ſed ſimul potius loci afflictionẽ in Cõm. etiã ſuis, teſte Gal. augent. Cũ autem dicimus, In eodem loco, non exquiſitè locum intelligimus latitudine carentem: hac enim ratione fieri haud poſſet, vt in eodẽ loco gemini eſſent dolores. Quare locos ἐν πλάτει, vt ait Gale. hoc eſt, vt habent latitudinem, intelligere oportet. Vel ἐν πλάτει idem eſt, quod craſsius, & non admodũ exquiſitè. Qua ratione accipiuntur, ſi latitudinem aliquam habere putantur. Nũc verò perſpicuũ ſit omnibus interpretẽ non rectè in ſua conuerſione negationem μὴ præteriiſſe, dicentem, Simul eundẽ locũ infeſtantibus. Cæterùm circunſpectè admodũ Hipp. locutus eſt cũ dixit ἀμαυρῷ, id eſt obſcurat. Neque enim vehementior dolor minorem ſedat ſanátue, ſed tantũ obſcurat: hoc eſt efficit vt minus ſentiatur, eo ꝙ vis ſenſifica tota ad vehementiorem diſtrahatur.

In eodẽ loco.

ἐν πλάτει.

Interpretis error.

ἀμαυρῷ. obſcurat.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Dico autẽ latè, circa membrum, manus veluti, &c.] Græcè γίγνε δ' ἐν πλάτει, περὶ μέρεσιν μεῖζον, οἷον ἢ περὶ βραχίονα, Dico autem in latitudine, circa partẽ maiorem, veluti vel circa brachium, &c. Quibus verbis Gal. explicat, quid per hæc verba ἐν πλάτει intelligi velit, de quibus paulo antè ſatis à nobis dictum eſt.

APHORISMVS XLVII.

Περὶ τὰς γενέσιας τοῦ πύου, οἱ πόνοι καὶ οἱ πυρετοὶ ξυμβαίνουσι μᾶλλον, ἢ γενομένου.

Dolores & febres accidunt magis, quum pus conficitur, quàm iam confecto.

AD eam artis partẽ quæ futura prædicit, hic Aphoriſmus pertinet. Quippe docet quod in tumoribus præter naturam, vbi dolores & febres exoriuntur, medicus terreri non debeat: non enim alia de cauſa niſi quòd pus cõficitur, accidunt: ſed illi potius eſſe prædicendum, futurum vt iam cõfecto purè vtraq; mala ſint deſitura. Quare autẽ dolores & febres cũ pus conficitur, excitẽtur, Gal. in ſuis Comm. abũdè oſtendit, & nos paulo pòſt in noſtris Annot. copioſius monſtrabimus. Vnum hic admonuiſſe ſufficiat, antiquum interpretem magno errore hæc verba Hipp. περὶ τὰς γενέσιας τοῦ πύου, ſic reddidiſſe, circa ſaniei generationem: quod inter pus & ſaniem magnum ſit diſ

Quare dolores & febres cum pus conficit, excitantur.

Antiqui interpretis error.

diſcrimen,diuerſiſq; apud Græcos vocibus appellētur, nempe pus πύον, ſanies verò ἰχὼρ. Quod autē ἰχὼρ Latinis ſanies dicatur,li.5.c.26.Celſus diſertè docet.Prętereà ἰχὼρ Gal.lib.4.Vict. acut.Comm.1.teſte, tenuis eſt humiditas, non ſolùm ſanguinis,ſed etiam aliorum omnium humorum, vt copioſè à nobis eſt dictum lib.6.Epid.part.2.Commen.25.Gal. quoque lib.3. Ther.meth.tenue excrementum quod eſt in vlceribus, ἰχῶρα vocat. Humor deniq; tenuis qui è lignis ardentibus exundat, ἰχὼρ dicitur. Pus verò ſubſtantia craſſum eſt,atq; adeo à ſanie, quæ vt iam oſtenſum eſt,tenuis quidem exiſtit,diuerſum. Meminit huius ſententiæ Hippoc.in multis locis ſuorum monumentorum Galenus,potiſsimum verò lib.1.de Iudiciis,cap.16. & in libello de Vniuerſalibus morbi tēporibus, ab initio ſtatim:ad quæ ſane loca ſtudioſis recurrendum erit. Sanies. ἰχὼρ. Pus.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Pus ex ſanguine ortum habet,&c.] Vt hic Galeni locus rectius intelligatur,animaduertendū erit in corporib. animantium,Gal.lib.5.de Simpli. medic.facult. cap.5.teſte, triplicem eſſe alterationē.Vnam exquiſitè ſecundū naturā,cum videlicet in ventriculo cibus concoquitur, aut in viſceribus & vaſis qui inibi generatur ſuccus,vnde rurſum vnaquæq; pars nutriatur, Altera plane præter naturā, quæ in omnibus fit putreſcētibus. atq; hæ quodammodo ſibi inuicem contrariæ ſunt. Tertia ex vtraq; mixta & media eſt, partim primæ & eius quæ ſecundū naturā eſt quidquā obtinens:partim aliquid eius quæ huic cōtraria eſt, & præter naturā, Siquidē alterationi ſecundū naturam duo hæc inſunt, vt & ex familiari animantis materia fiat alteratio,& ab innato calore exquiſitè ſuperetur. Ei verò quæ præter naturā eſt,& ab aliena caliditate mutatio accidit, & ad nihil vtile.At media earū quæ ſcilicet ſuppurationes comitatur,ab innato quidē calore, ſed nō plane vincēte:neq; enim ex materia peragitur quæ prorſum benigna ſit, neque tamen ex omnino aliena.Hactenus Gal. Hæc ſi cum præſenti loco contuleris,nullo negotio omnia intelliges. Cū putrefactione fit olida.]Græcè,μετὰ σηπεδόνος ἀποτελεῖται δυσώδης, cum putredine efficitur grauis odoris. Optima.]Græcè, χρηστὴ, bona. Tres alterationes in corporibus animantium.

Secundum naturam.]Græcè,ὑπὸ τῆς ἐμφύτου πυρώσιος, neque ab innato calore. Extenta particula.] Propterea quod calor materiam fundat, vnde etiam ſpiritus generatur, atque ob

hæc ambo particula ipſa magis quàm antea diſtenditur, etiam ſi nihil influit. Febres vero ſequuntur principio.] ſcilicet innati caloris, hoc eſt, corde concaleſacto. Et habent etiam quædam exemplaria pro τ̃ ἀρχῆς, τ̃ καρδίας. Ex quadam veluti ebullitione.] Nam antequam pus fit, ſanguinem qui in pus mutandus eſt, ebullire neceſſe eſt. In ebullitione autem à parte in qua fit ſuppuratio, vapor putridus per adiacentes arterias ad cor defertur, qui hoc ipſum calefacit, eóque pręter naturam iam calefacto, calor per arterias & venas in totum ſpargitur corpus. Quod verum eſſe etiam teſtatur Galenus, qui lib. 2. de Differ. feb. cap. 11. ita ſcriptum reliquit, Statim, inquit, inflammationes febres accendunt, quando videlicet propter magnitudinem, vel vicinitatem eorum calor ad cor vſque peruenerit. Vtpote conſumpta materia.] Hinc eſt quod Galenus in lib. de Temporib. totius morbi dicat, Si fluor in pus mutatus fuerit, aut diſcuſſus, minorem tumorem & tenſionem reddit. Quippe materia iam attenuata eſt, & multum ſpirituum exhalauit. Putrida denique concocta ſunt, ideóque neceſſe eſt tum dolores & febres ſedari.

Febres vt in ſuppuratione accendātur.

APHORISMVS XLVIII.

Ἐν πάσῃ κινήσει τοῦ σώματος, ὁκόταν ἄρχηται πονέειν, τὸ διαναπαύειν εὐθὺς ἄκοπον.

In omni corporis motu, quum fatigari cœperit, quies confeſtim laſſitudinis remedium eſt.

AD eam medicinæ partem hæc Hippocratis ſententia ſpectat, quæ mala corporis curat. Siquidem generaliſsimum illud in curandi ratione pręceptum, cuius ſupra, in Aphoriſmo ſcilicet 22. huius ſectionis meminit, Contraria contrariorum ſunt remedia, motus & quietis exemplo nobis inculcat. Vt enim omnia alia ſuis contrariis ſanantur, ſic etiam fatigatio quam ex valido motu contraximus quiete. Neque enim ex quolibet motu fatigatio concitatur, ſed ex eo tantū qui vehementior eſt: atque adeo, Galeno lib. 2. de Tuend. ſanit. cap. 2. autore, exercitatio exiſtit. Verbum autem πονέειν, vt etiam in ſuis Commentariis docet Galenus, non tantum κάμνειν, hoc eſt, fatigari, ſed & ἀλγεῖν, id eſt, dolere ſignificat. Quocirca ſic etiam interpretari hæc Hippocratis ſententia poteſt, In omni

Contraria cōtrariorū remedia.

πονέειν.

omni

omni corporis motu cum dolere cœperit, quies doloris remedium eſt. Quippe ἄκοπον vtrunque ſignificat,& laſsitudinis & doloris remedium. nam κόπος & laſsitudinem & moleſtiam, dolorémue denotat. Híncque ἄκοπα Græcis ſunt remedia, quæ laſsitudines & dolores leuant. Quies itaque & laſsitudini & dolori ex motu contractis medetur, quod in ea vires reficiantur ac reparentur. ἄκοπον.

APHORISMVS XLIX.

Οἱ εἰθισμένοι τοὺς συνήθεας πόνους φέρειν, κἂν ὦσιν ἀσθενέες, ἢ γέροντες, τῶν ἀσυνήθων ἰσχυρῶν τε καὶ νέων ῥᾶον φέρουσι.

Qui aſſueuerunt ſolita exercitia ferre, etſi inualidi ſunt aut ſenes, facilius ferunt, quàm qui non ſunt aſſueti, quamuis robuſti & iuuenes.

Conſuetudinem vt non parum momenti habere in exercitiis obeundis, hoc loco Hipp. monſtrat. Quum enim conſuetudo ipſa procliuitas quædam ac facilitas ſit, eodem modo ſemper agendi aut patiendi vſu comparata, vnice cauendum erit, ne temere quod inſolitum eſt & iniucundum exercitium, tum ſanos tum ægros ſubire cogamus. Vt enim natura, ſic etiam conſuetudo ipſa, quæ vt vulgo fertur, altera natura eſt non facile mutanda erit. Quinetiam Galenus noſter in lib. 2. de Muſculorum motu ſcribit, in idem recidere vbique conſuetudinem cum natura: adeóque pulchre dictum eſſe, quòd conſuetudo ſit natura acquiſititia. Et libro 2. de Tuend. ſan. cap. 6. inquit, Conſuetudo aſcititiam acquiſititiámque naturam in corporibus gignit. Si igitur in cæteris omnibus rebus conſuetudinis ratio habenda erit, in exercitiis, quæ hoc loco, vt aliàs etiam ſæpe Hipp. πόνους appellat, haud negligenda venit. Atque hinc eſt quod Hippo. hic non ſimpliciter dicat, qui conſueuerũt ferre exercitia: ſed addit, ſolita. Quia vtcunq; aliquis exercitiis aſſuetus fuerit inſolita, tamẽ vbi ſubierit, ea ferre ſine magno incommodo non poterit. Quod Gal. etiam lib. 5. iam citati operis cap. 3. oſtendit dicens, Quinetiam conſuetudo maximã vendicat partẽ ad exercitationis ſpeciem diligendam. Nã quæ conſueta ſunt, vt minime laſſantia, quos exercẽt, etiam

Conſuetudo exercitiorum.

Conſuetudo altera natura.

πόνος

„ etiam delectant; ſicuti è diuerſo quæ inſueta ſunt, tum diſpli-
„ cent, tum verò laſſant. Pari ratione accidit, vt ii qui quomodo-
libet aſſueuerũt vti exercitiis, etiamſi ſunt imbecilles, minúsq; virium habuerint, quàm cæteri qui illis vti non aſſueuerunt, facilius ea ferant. Et ſenes etiã qui vti aſſueuere, exercitia facilius ea ferunt quàm iuuenes qui in ocio degere aſſueuerũt. Sic verbi gratia, ſenex qui fodere aſſueuit, minori id facit moleſtia & incommodo, quàm iuuenis qui nõ conſueuit. Hinc Cor-
„ nelius etiam Celſus lib.1.cap.3.ita ſcriptum reliquit, Omnem
„ laborẽ facilius vel puer vel ſenex, quàm inſuetus homo ſuſti-
„ net. Eius autẽ rei nulla alia eſt cauſa, niſi quòd partes corporis exercitatæ fiunt robuſtiores. Quod clarius Galen. libro 2. de Tuend. ſani. cap. 2. iis monſtrat verbis, Quoniam, inquit, vehementior motus exercitatio eſt, neceſſe quidẽ eſt tria ab ea perfici in corpore exercitando, inſtrumentorũ ſcilicet duritiem ex mutuo ipſorum attritu, genuini caloris augmentũ, & ſpiritus
„ citatiorem motum. Sequi verò hæc reliqua omnia priuatim
„ commoda, quæ corpus exercitiis accepta refert. Ex inſtru-
„ mentorum vtiq; duritie, tum vt minus ex labore afficiantur,
„ tum ad actiones robur, &c. Porrò interpres, vt obiter moneã, hic non rectè conuertit, ſi fuerint imbecilles & ſenes: quippe Græcè ἢ γέροντες, vel ſenes, vt nos interpretati ſumus. Primum enim Hippocrates de iis loquitur, qui natura & ab ineunte ætate inualidæ ſunt, dein de iis qui per ætatem tales fiunt: vt illorum verborum ſit ſenſus, quem paulo antea expreſsimus.

Partes corporis exercitatæ fiũt robuſtiores.

Interpretis lapſus.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Alius alij labor conſuetus.] Græcè, ἄλλος ἄλλῳ συνήθης πόνος ἐστὶ, aliud alij exercitium cõſuetum eſt. Manus certa lege mouere.] Græcè, χειρονομεῖν, quod Phauorino teſte, propriè eſt τὸ νομῇν διὰ χειρῶν, manibus geſticulari. Hinc χειρονομία, manuũ motus & geſticulatio. Cuius quidẽ meminit Gal. li. 5. de Tuẽd. val. Et χειρόνομος, hiſtrio, geſtu & manuum motu ſubſultans.

χειρονομεῖν

χειρονομία.

χειρόνομος

APHORISMVS L.

Τὰ ἐκ πολλοῦ χρόνου συνήθεα, κἂν χείρω, τῶν ἀσυνήθων ἧσσον ἐνοχλεῖν εἴωθε. δεῖ οὖν καὶ ἐς τὰ συνήθεα μεταβάλλειν.

Quæ longo tempore aſſueta ſunt, etiamſi deteriora ſunt,

ſunt, minus iis quæ inſueta ſunt, moleſtare conſueuerunt. Conuenit igitur ad inſueta permutari.

DVo in hac Hippo. ſententia traduntur. Primum quidem, quod antea ſpeciatim, exemplo ab exercitiis ſumpto, de conſuetudine docuit, hic generatim ad omnia alia transfert: ea quæ longo tẽpore conſueta ſunt, non obſtante quòd ſint deteriora, minus iis quæ inſueta ſunt, moleſtare dicẽs. Nec ab re adiecit Hippocrates, quæ longo tempore aſſueta ſunt: quippe fieri poteſt, vt is qui breui tempore re aliqua vti cõſueuit, ab ea infeſtetur. Neque enim in naturam tranſeunt, niſi quibus longo vti tempore aſſueuimus. Proinde recte Galenus lib. 2. Prognoſt. Comm. 11. ſic ſcriptum reliquit, Quod inſuetum eſt, bonum: inconſuetum vero, malum. Nam quæ longo tempore aſſueta ſunt, etſi deteriora ſint natura inſuetis, tamen minus nocere ſolent. Quod de cibo & potu lib. 2. Vict. acut. morb. Aph. 34. Hippocrates verum eſſe iis docet verbis, Cibos quibus vti conſueuerunt, facile ferunt, tametſi natura haud quaquam boni fuerint: ſimiliter & potiones. Contrà grauiter ferunt cibos quibus vti non aſſueuerunt, etiam ſi mali non ſunt. Conſimili modo & potus. Quod autem de cibis & potionibus nunc dixit Hipp. id ad omnia alia quibus longo tempore vti aſſueuimus, transferendum erit, quemadmodum copioſius etiam in Commentariis ſuis Galen. docet. Altera huius Aph. pars Hippocratis cohortationem habet, in qua quidem diligenter monet, vt de conſuetudine immutanda cogitemus. Quod cur faciat, mirum alicui forte videbitur, præſertim quũ antea diſerte dixerit, conſueta etiam ſi deteriora ſunt, inſuetis quæ natura bona exiſtunt, minus nocere. Proinde hic idem pugnare ſibiipſi ex diametro Hippocratem putabit. Verum ſciendum, Hippocratem hoc loco reſpicere ad ſortem humanã, quæ inopinatis rerum caſibus, fortunis, & euẽtibus ſubiicitur: atque adeo efficit, ne perpetuo iiſdem rebus vti poſſimus. Quapropter quum facillime in ea quæ nobis inſueta ſunt, in iſta inſtabilitate rerum humanarum incidamus, vt omnis vnius formæ conſuetudo ſit periculoſa, neceſſarium eſt, quandoquidem ſi repente inſuetis vti cogamur, plurimum offendamur. Quod in primis Celſus confirmat, qui li. 1. cap. 3. in eum ſcribit modum, Nimis ocioſa vita vtilis non eſt, quia poteſt incidere laboris neceſſitas. Neque

Longo tẽpore aſſueta.

Conſuetudo etſi altera ſit natura, mutãda tamẽ.

Obiectio.

Reſpõſio.

Cur vnius formæ cõſuetudo ſit periculoſa.

„ que enim ex nimio labore ſubitum ocium, neque ex nimio „ ocio ſubitus labor ſine graui noxa eſt. Hæc ille. Huc itaque reſpiciens Hippocrates rectiſsime conſulit, conſuetudinem eſſe mutandam. Sed in deſerendis aſſuetis vnice cauendum erit, ne mutatio ipſa ſit repentina. Ab iis enim quib. aſſueuimus, paulatim eſſe tranſeundum, ſequenti Aphoriſmo docebit Hippocrates. In cuius quidem explicatione multa que ad hanc rem pertinent teſtimonia, producemus. Cæterum hoc in loco animaduertendum erit, conſuetudinis mutationem non in omni ætate, ſed iuuentute maxime fieri debet. Cuius quidem rei teſtis eſt Gal. lib. 5. de Tuend. ſanit. cap. 7. ita ſcribens, Iuuenibus „ ea mutare quæ nocent tentandum eſt, etiam ſi à pueris his maxime inſueuerint. Poſſunt enim eorum vires moderatè factam „ mutationem ſuſtinere, ſperaríque poteſt in reliquo vitæ tempore fructum aliquem eos ex meliore conſuetudine perceptu„ ros. At ſenex, ſi poſſet longo tempore ſenſim malam conſuetu„ dinem mutare, propterea quod quo tempore meliore frueretur, habiturus non eſſet, fruſtra laborem inſumeret: non aliter quàm ſi quis artem diſcere quampiam octogenarius inciperet.

Mutatio cõſuetudinis non fit repentina. Qua in ętate conſuetudinis mutatio fieri debeat.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Illotionibus] Græce ἀλουσίαις. Obtineantur] Græce, κρατοῖτο, ſuperentur vincantúrue. Ipſum tamen quodammodo] Hanc ſententiam paulo clarius effert Gale. lib. 3. de Temp. cap. 5. vbi „ inter cætera ſic ſcribit: Ea quæ nutriunt, ipſa quoque in tempo„ re hominis aliquid faciunt, ſed nec ſenſibile, nec euidens: diu„ turna tamen eorum exhibitio magnopere alterat, mutátque „ corpora. Diſponunt.] Græce, διατίθενσι, afficiunt. Facilius] Græ„ ce, ῥᾷτον. quod Gal. paulo copioſius & apertius monſtrat lib. 1. „ de Natural. facul. in hunc ſcribens modum, Non fieri poteſt vt „ mutentur inter ſe vlla, niſi ſocietatem aliquam cognationémque in qualitatib. habeant. Siquidem vt flauum rubrum fiat, & „ rubrum flauum, vna & ſimplici alteratione eſt opus. Vt vero „ album nigrum reddatur, vel nigrum album, omnes quæ in „ medio ſunt horum alterationes requiruntur. Iam quod mol„ liſsimum eſt non poteſt vno ſtatim impetu durum fieri: nec „ quod duriſsimum, ilico molliſsimum. Sic caro ex ſanguine „ non magno negotio fit. Si enim eatenus naturæ opera craſſeſcat, vt conſtantem ſubſtantiam habeat, nec etiam ſit fluidus, „ prima & recens concreta caro iam exiſtit. At vero vt ſanguis

os fiat, longo huic tempore, multo etiam opere & mutatione « eſt opus. Quod autem pani,& multo magis lactucæ & betæ,& « ſimilib. quo ſanguis ex iis fiat, permulta alteratio requiratur, « ſatis id quoque patêre arbitror. Hactenus Galeni verba recenſuimus, è quibus omnibus palam fit, vnumquodque celerius à ſimilibus alterari. Eorum autem quæ inter ſe omnino contraria & diſsimilia ſunt, vnum in alterum mutari non poteſt. Id quod Galen. lib. 3. de Temper. cap. 4. aquæ & ignis exemplo monſtrat, vbi diſerte ſcribit aquam non poſſe mutari in ignem, neque ignem in aquam. Huc accedit Ariſtoteles, qui lib. 2. de Ortu & interitu cap. 4. ſcribit in eum modum. Quæ ſymbolum inter ſe habent, horum celeris eſt migratio: quæ vero non, tarda. Symbolum autem hoc loco idem quod « ὁμοίωμα, id eſt, ſimilitudo ſignificat. Quibus corpus adhæret.] Græce, οἷς ὁμιλεῖ τὸ σῶμα, quibus cum verſatur conſuetudinémue habet corpus. Adhæſum.] Græce, ὁμιλίαν, conſuetudinem, conuerſationem, Dabimus.] Græce, δεδώκαμεν, dedimus. Vnica tantum conſuetudo.] Græce, ἴδιος μονοειδής, vnius formæ ac ſpeciei conſuetudo. Multum offendamus.] Græce μεγάλως βλαβῶμεν, vehementer offendamur. Symbola.

APHORISMVS LI.

Τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης κενοῦν, ἢ πληροῦν, ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως ὁκωσοῦν τὸ σῶμα κινεῖν, σφαλερόν. καὶ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον. τὸ δὲ κατ' ὀλίγον, ἀσφαλές. καὶ ἄλλως ἤν τις ἐξ ἑτέρου ἐφ' ἕτερον μεταβαίνει.

Plurimum & repente vacuare, aut explere, aut calefacere, aut refrigerare, aut aliter quomodocunque corpus mouere, periculoſum. Et omne nimium naturæ inimicum eſt. Quod vero paulatim fit, tutum, præſertim vbi quis ab altero ad alterum progreditur.

Qvum in extrema præcedentis Aphoriſmi parte ab Hippocrate præceptum ſit, vt ad inſueta fiat permutatio: ideóne quis in ea non recte obeunda tentandáque aberret temere, qualis eſſe debeat, nempe non repentina, hoc in loco docet. Quippe natura ipſa ſubitam mutationem, quæ de extremo

Mutatio non fit repentina. κενοῦν, Plurimum vacuare. Quando multum & repēte vacuandum. Multæ & repentinæ expletionis noxæ. ἄλλως.

tremo in extremum abſque medio fit,tolerare ſine noxa haud poteſt. Hinc eſt quod dicat Hippo.eſſe periculoſum plurimum & repente vacuare. Vacuare autem,quod Hippocrati eſt κενοῦν, proprie de ea vacuatione dicitur,vt in Comm.17.Galen.huius ſectionis eſt commemoratum , qua omnes ex æquo humores vacuantur. Plurimum vero vacuare, eſt plus quàm vires tolerare queant educere. In omni enim vacuatione,ait Gal.ſectione 1.Aph. Comm.3.vires ægrotantis attendere oportet,& donec tolerat,& nondum laborat,tentandum eſt humorem exuperantem educere. Quum vero diſſoluuntur , etiam ſi reſtant ſuperuacua,cauere eorum vacuationem oportet. Non eſt igitur multum & repente vacuandum , niſi idipſum vt faciamus, ingens nos vrgeat neceſsitas: quod tribus potiſsimum modis accidere ſolet,Gale.ſect.1.Aph. Comm.23.teſte,nempe in maximis inflammationibus , in ardentiſsimis febribus , & vehementiſsimis doloribus. In iis enim ad animi vſque defectionem vacuamus, quæ certe , niſi multum & repente vacuemus, haud accidit. Vt verò multum & repente vacuare non licet ſine magna noxa,ſic etiam explere. Quod certæ ſummæ ac firmæ athletarum conſtitutiones,quarum ſect.1.Aph.3.meminit Hippo.abunde teſtantur. Multam enim & repentinam expletionem vel ſuffocatio , vel vaſorum ruptio comitatur. Quare Hippocrates loco iam citato rectiſsime dixit,vacuationes quæ ſummum progrediuntur , ſunt periculoſæ. Et viciſsim , refectiones ſummæ periculo haud vacant.Non licet præterea ſine magno incommodo repente ac multum calefacere , vel refrigerare : quia hoc ipſum ſtuporem inducit , calorémque natiuum extinguit : illud vero humores exurit,& febres accendit. Pari ratione non conuenit,quomodocunque aliter corpus plurimum & repente mouere,vel exercitiis,vel balueis,vel medicamentis vrinam aut ſudorem elicientibus. Et vt vno omnia verbo complecteretur Hippoc.inquit,Omne nimium naturæ eſt aduerſum & inimicum. Nonnulli tamen codices hoc loco legunt διότι πᾶν,propterea quod omne,&c.vt hæc verba veluti rationem præcedentium explicent. Vt autem omne nimiũ eſt naturæ inimicum,ita contrà quod paulatim fit, tutum exiſtit, & periculo vacat,præſertim(ἄλλως enim Gal.etiam in Comm. teſte,idem quod μάλιστα hoc loco ſignificat)ſi quis ab altero ad alterum,hoc eſt,ab eo cui aſſueuit ad inſolitũ,progreditur.Ná

vt

vt li.6.Epid.par.3.Aphor.21.Hippocrates ait,repentinæ muta- ,, tiones cauendæ ſunt.Et lib. 2. Vict.acut.morb.Aphoriſ.18.in- ,, quit,Repentinę mutationes noxam imbecillitatémq; pariunt. ,, Et iterum: Mutatio ipſa quidem non parum cōducit:atqui re- ,, ctè transferenda venit. Debet itaque omnis mutatio paulatim ,, & ſenſim fieri,quod in cibo & potu potiſsimum loco iam cita- ,, to Aphor.21.verum eſſe declarat iis verbis:Quod vitioſus, in- ,, quit,tum cibus,tum potus ſemper ſibi ſimilis ad ſanitatem tu- ,, tior ſit,quā ſi quis ſubito ad meliorem ſe transferat,facile in ,, telligitur:quippe tū his qui bis die comedunt,tū iis qui ſemel, noxam,imbecillitatémq; pariunt repentinæ mutationes.Quo circa prudentiſsimè nunc dixit Hippo.id quod paulatim fit,tū præſertim eſſe tutum,cum ab altero ad alterū, ab aſſuetis nimirum ad inſueta,fit progreſſus.Duo itaque,vt tandem finem faciamus,ſunt,quæ in enarrata nunc à nobis ſententia Hippo. docet. Vnum & primum, quod omne nimium ſit naturæ inimicum.Alterum, quod natura ſubitas mutationes non ferat. Et citatur hæc ſententia à Galeno in libello cui titulum indidit, Exhortatio ad bonas artes.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Plurimū aut repente.]Græcè, *κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης*,plurimum & repente. Eſt enim natura in elementorū, &c.] Græcè, *ἔστι γὰρ ἡ φύσις ἐν συμμετρίᾳ τῶν στοιχείων ἔχουσα τὴν οὐσίαν*, Naturæ enim eſſentia in elementorū commoderatione cōſiſtit. Quare non abſque ratione,&c.]Abundat hic dictio Vnà,neque enim legendum,Vnà ſubſtantiam.ſed ſimpliciter ſubſtantiā animalis diſſoluit.Græca enim ſic habent,*εἰκότως οὖν τὸ πολὺ πᾶν ὡς ἂν φθεῖρον τὴν συμμετρίαν, διαλυτικόν ἐστι τῆς τοῦ ζώου συστάσεως*, Merito itaque omne nimium,vt quod commoderationem demolitur,animantis concretionem diſſoluit. Quod vero paulatim, vt inquit,&c.] Hanc ſententiam non ſatis perſpicuè reddidit interpres.Græca enim ſic habent, *τὸ δὲ κατὰ μικρὸν φησὶ πληροῦν ἢ κενοῦν δηλονότι, καὶ τἄλλα ὅσα τούτοις ἑξῆς εἶπεν ἀσφαλὲς, ἄλλως τε γινόμενον, καὶ μάλισθ' ὅταν ἐξ ἑτέρου τινὸς ἐν ἔθει τὴν μεταβολὴν εἰς ἕτερον ποιώμεθα*.ſic enim legēdū,licet Aldinus codex habeat *τούτης* pro *τούτοις*,& *ἀλλοῖες* pro *ἄλλως τε*,paulatim vero, inquit, explere ſcilicet,aut vacuare,& quæcunque alia ſubinde dixit,tutum eſt,cū aliàs,tum maxime cum ab altero aliquo cui aſſueuimus,ad alterum progredimur.Quibus ſane verbis Gal.cau-

Interpretis conuerſio notatur. Aldinus codex emendatus.

ſam,cur Hippo.dixerit. τὸ ᾗ κατ' ὀλίγον ἀσφαλὲς,exponit.

APHORISMVS LII.

Πάντα κατὰ λόγον ποιέοντι, καὶ μὴ γινομένων τῶν κατὰ λόγον, μὴ μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερον, μένοντος τοῦ δόξαντος ἐξ ἀρχῆς.

Si ei qui omnia ratione facit, non ſuccedat congruenter rationi,non eſt ad aliud progrediendum,dum manet quod principio viſum eſt.

Nihil temere mutandum. HOc Hippocratis præceptum iis qui medicinā faciunt,alta mente reponendū erit,ne ſcilicet temere,& cum minime oporteat,mutationi remediorū ſtudeant.Monet enim Hippo. quum omnia ratione inuenta ſunt,non tamen ſtatim conſpicua vtilitas aliqua comparet,ne ad aliud præſidium, vtcunque idipſum ægrotantes à nobis exigant ac poſtulent, progrediamur,dum manet quod initio viſum eſt.Nam fieri non poteſt, vt ſemper breui tempore ſuā actionem medicamentū adhibitum perficiat.Neq; etiā morbus ipſe ſemper ita exiguus eſt,vt vno præſidio vinci ac pelli queat.Quò itaque plene ſuperetur, præſidia eiuſdem facultatis vt ſæpius reiterentur neceſſe eſt. Quod pereleganti ſimilitudine guttæ & ſaxi Gale.in Comm. monet,de qua in Annotationibus paulo pòſt dicemus.Cæterū vt omnia fiant ratione, non eſt certe cuiuſuis medici,ſed eius tantum qui ea peritia rerum quas medicum cognoſcere decet, præditus eſt.Is enim ſolus quid morbus,quid ægri temperatura,quid ætas,vires,anni, tempora, locus, conſuetudo,partium ſitus, & earundem ſenſus acumen atq; hebetudo exigunt,recta ratione inuenire poteſt.De quibus omnibus Gal.in libris quos de Curand.ratione inſcripſit,copioſe & exquiſite ſcripſit. Hic itaque qui omnia ratione facit,vbi adhibitis præſidiis nō ſucceſſerit ſtatim congruenter rationi,non committet vt ad aliud hoc eſt,facultate diuerſum medicamentū,perſeuerāte eo quod ab initio viſum eſt,hoc eſt,ſi is ſit morbus,quem eſſe à principio putauit,nec aliud interueniat ſymptoma,quod illū à priori conſilio ac inſtituto recedere cogat,ſe transferat. Nam perſpectum habet,etſi nunc nulla apparet vtilitas,ſequuturam tamen paulo pòſt,vbi nimirum præſidia actionem ſuam perfecerint,morbúſque,qui ægre medelis cedit,victus fuerit. Hinc eſt

eſt quod Gal.lib.2.de Componend.medic.ſecundum locos,ſic „
ſcriptum reliquerit,Artis curandi coniectura in affectuum di- „
gnotione maxime conſiſtit. Qui vbi inuenti fuerint,curatio- „
nem non coniecturaliter, verum ſcientifice indicant.necnon „
hinc cognoſcitur,quàm ægre nonnulli affectus remediis ce- „
dant:in quibus rationabiliter iis vtimur quæ indicatio ſugge- „
rit,licet per initia nihil proficere videantur,atq; hoc eſt quod „
in Aphoriſ.dixit Hipp.hunc in modum:Si ei qui omnia ratio- „
ne facit,&c.Interdum enim adeò vehementer vaporoſus ſpiritus,& multo magis etiam humor viſcoſus ac craſſus anguſtis impingitur meatibus,vt longiore tempore ad curationẽ opus ſit.Hæc Galenus quæ ordine recenſere voluimus non alia de cauſa,niſi quod ad præſentem Hippocrat. ſententiam, quam etiam ad verbum referunt,rectè intelligendam plurimum cõducant.

ANNOTAT. IN COMMEN. GAL.

Non paruæ eſt opus ſcientiæ.] Græcè, οὐ σμικρᾶς ἐπιστήμης ἔργον ἐστί. Rectius igitur ita conuertetur, non exiguæ ſcientiæ munus eſt.Siquidem Cicero etiam paſsim ἔργον,munus & officium interpretatur. Hinc ἀποδιδόναι τὸ αὑτοῦ ἔργον, Græcis eſt fungi ſuo munere,& exequi munus ſuum. Non permutari.] Græcè, μὴ μεταβαίνειν, non recedere. Ex iis.] Hæc verba in cõtextu abundant. Græcè enim eſt, εἰ καὶ μηδέπω φαίνηται σαφὴς ἡ ὠφέλεια τοῖς οὕτω γινομένοις ἑπομένη, quamuis nondum conſpicua vtilitas hoc modo adhibita præſidia ſecuta eſſe videatur. Quẽadmodum enim in gutta.] Eleganti hoc ſimili aliàs etiam crebro vſus eſt Gal.lib.nimirum de Temper.3.cap.5.vbi inter cætera ſic ſcribit:Omnino vbi duo corpora inter ſe commiſſa aliqua multo tempore pugnant certantq́ue de alterando,vtrũque eorum tum agere,tum pati eſt neceſſe. Fortaſſe autem & ſi non multo tempore id fiat,attamen agit etiam id quod vincitur,in id quod vincit: verũ ita exiguum,vt ſenſum effugiat.
Neque enim ſi acutiſsimo ferro molliſsimam ceram toto die „
ac nocte incidas,fieri poteſt vt non fiat manifeſte obtuſius. Ita „
nimirum illud commode dici videtur, *Aſsiduo illiſu durum* „
cauat vndula ſaxum. Quippe ita quoque factum cernitur,cæ- „
terum vno aut altero ictu nihil adhuc euidens videre in talibus licet. Hæc ille. Vſus eſt etiam iſta ſimilitudine lib.3.de Simpl.medic.facult.cap.17.Verba illius referre nihil attinet.

ἔργον.

ἀποδιδόναι τὸ αὐτοῦ ἔργον.

Quicquid in alterum agit, hoc etiam ab eodem patitur.

In quibus quum recta ratio,&c.] Græcè, ἐφ' ὧν ὁ κατὰ λόγον ὀρθὸν εὑρήσει τὸ συμφέρον, in quibus is qui recta ratione inuenit id quod conducit. Ex facto.] Græcè, ἐπὶ τῇ χρήσει, ex vſu.

APHORISMVS LIII.

Ὁκόσοι τὰς κοιλίας ὑγρὰς ἔχουσιν, νέοι μὲν ὄντες, βέλτιον ἀπαλλάσσουσι τῶν τὰς ξηρὰς ἐχόντων. ἐς δὲ τὸ γῆρας χεῖρον ἀπαλλάσσουσι. ξηραίνονται γὰρ, ὡς ἐπιτοπολὺ τοῖσιν ἀπογηράσκουσι.

Quicunque aluos humidas obtinent, hi quandiu iuuenes ſunt, melius degunt, quàm quibus ſicca eſt. In ſenectute vero deterius degunt. Siccantur enim alui, magna ex parte, iis qui ſeneſcunt.

Hic Aphoriſmus ſuprà eſt à nobis abunde expoſitus, vbi iiſdem propemodum verbis repetitur, ordinéque vigeſimus exiſtit. Tamen quum non eſſet in vniuerſum verus, vt in eius enarratione diximus, nec idipſum diſerte Hippocrates ſignificaſſet, hoc loco eundem adiectis iis verbis ὡς ἐπιτοπολὺ, id eſt, magna ex parte, iterum referre voluit, vt quiſque conſpicue intelligeret, ea quæ hic traderet, non in vniuerſum, ſed magna duntaxat ex parte vera eſſe, ac non in omnibus contingere ſolere. Monendi etiam hoc loco erunt ſtudioſi, Leonicenum non rectè hoc verbũ ἀπαλλάσσουσι interpretatum eſſe commutant: & peius ab Antonio Muſa in melius immutantur. nihil enim tale hic ſignificare, prius etiam demonſtrauimus, ſed idẽ quod degunt denotare. Quod vt moneremus, neceſſarium eſſe duximus, quandoquidem eius verbi falſa interpretatio coëgerit Muſam, vt monſtroſum atque adeo ab Hippocratis mente, & à Galeni Philotheíque explicatione alienum ſenſum comminiſceretur. Nam quum Hippo. hic palam doceat, illos qui dum iuuenes ſunt, aluos humidas habent, in ſenectute peius degere, quòd nimirum iis tum exiccetur, atque ita etiam manifeſte iuuat, aluum humidam ſemper ſicca eſſe meliorem: tamen nihilominus Muſa quum ſe ſatis diu torſiſſet, tandem inferre voluit, melius eſſe tranſire in ſiccas quàm humidas: quòd cauſæ minus malæ ſint quæ ſiccam quàm quæ humidam aluum

Interptis lapſus.

Muſæ error.

efficiant, eóque poſtremum progreditur, vt alium eſſe huius Aphor. ſenſum, quàm eius qui huius ſectionis vigeſimus eſt, dicere non vereatur, quum tamen idipſum aſſerere, & Hippocrati & Galeno, vt antea monuimus, aduerſetur, quibus talis ſenſus ne per ſomnium quidem in mentem venit. Perperam quoque Leonicen. hic conuertit Exciccant: quum in Græco ſit paſsiuum ξηραίνονται, exiccantur, vt nos reddidimus.

APHORISMVS LIIII.

Μέγεθος δὲ σώματος ἐννεᾶσαι μὲν ἐλευθέριον, καὶ οὐκ ἀηδές. ἐγγηρᾶσαι δὲ, δύσχρηστον, καὶ χεῖρον τῶν ἐλασσόνων.

Proceritas corporis iuuentæ quidem liberalis eſt, nec indecens: ſenectuti vero inutilis, peiórque breuitate.

HAec ſententia ad præſagiendi pertinet artem. docet enim corporis proceritatem, quæ in iuuentute quidem decens ac pulchra eſt, in ſenecta fore inutilem, quòd ſcilicet gibboſitatis occaſionem præbeat. Animaduertendum autem, μέγεθος hoc loco non ſumi propriè pro magnitudine, ſed impropriè pro longitudine: vel vt nos conuertimus, pro corporis proceritate: id quod Gal. in Comm. ſuis etiam monuit, & confirmat hoc idem Celſus libro 2. cap. 1. vbi præſentem Hippocratis ſententiam iis verbis expreſsit, Longa ſtatura, vt in iuuenta decora eſt, ſic matura ſenectute conficitur. Vnde etiam palàm fit, liberale hoc loco idem ſignificare quod decorum & pulchrum. Decora enim eſt corporis proceritas iuuentuti, propter rectitudinem. Quandiu enim iuuenes ſunt hac corporis conſtitutione prædìti, tam diu recti incedunt. Senectuti verò inutilis ac indecora, quoniam tum iſta mole grauati ſenes incuruantur ac gibboſi redduntur, quod breuioribus neutiquam accidere ſolet. Vt rectiſsimè dictum ſit ab Hippocrate, proceritatem ſenectæ peiorem eſſe breuitate. μέγεθος. Liberale.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Si igitur magnitudinem corporis.] Magnum enim corpus propriè, id eſt, quod auctum eſt non tantum longitudine, ſed etiam profunditate & latitudine, atq; adeo reſpectu iſtarum dimenſionum commoderatũ exiſtit, quod non in vna tantum, ſed in omnibus tribus æqualiter increuerit. Quocirca nihilo deterior eſt in ſenectute magnitudo, quàm breuitas ipſa. Magnum corpus.

ἹΠΠΟΚΡΆΤΟΥΣ ἈΦΟΡΙΣΜΩ͂Ν τμῆμα τρίτον.

HIPPOCRATIS APHOriſmorum Sectio Tertia.

ANNOTAT. IN PRAEFATIONEM GAL.

ἔργον. O Pus.] ἔργον, munus rectius, vt priore ſectione etiā annotauimus. Lyci inæqualitatem.] Græcè, ἀνωμαλίαν, inconſtantiam. Quinti præceptoris.] Quintum autem male interpretatum eſſe Aphoriſmorum hanc de anni temporibus ſectionem tertiā, Galenus quoq; in Præfatione libri 1. Epidemiôn copioſius demonſtrat. Aſſeruit enim palàm Quintus, ea quæ de anni temporibus ab Hippocrate ſcripta ſunt, nulla habita cauſæ ratione, ſola eſſe perſpecta experientia: quaſi vero eorundem omnium non poſsit reddi exquiſite ratio, & ipſe Hippocrates non fuerit princeps eius medicinæ quæ rationalis vocatur. Ad obſeruationem.] Græcè, τήρησιν, Obſeruatio autem, Galeno in lib. de ſubfiguratione empirica teſte, nihil aliud eſt Empiricis, niſi tota rei euidentis experientia. Quare obſeruationis nomen cum cognitione & memoria confuderunt: quandoquidem proprium rei euidentis intuitum, & cognitionem, & experientiā ex multis intuitionibus comparatam ſic vocauerint. Hinc quum quicquid Empirici obſeruant, aut ab aliis experientia obſeruatum memoriæ proditum eſt, credant, factum, vt τηρητικοὶ, quaſi obſeruatores dicti ſint.

Quintus interpres Aphoriſmorum Hippocr. — *Obſeruatio.* — *Obſeruatores.*

APHORISMVS I.

Αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιστα τίκτουσι νουσήματα, καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ ἢ ψύξιος, ἢ θάλψιος, καὶ τ' ἄλλα κατὰ λόγον οὕτως.

Mutationes temporum maxime pariunt morbos, & in ipſis temporibus magnæ mutationes aut frigoris, aut æſtus, aliáque congruenter rationi eodem modo.

Duo

DVo hac in ſententia Hippo.docet.primum quidē, ꝙ anni temporum mutationes pariant morbos. ſecundo, ꝙ mutationes magnæ quæ in ipſis particularibus anni temporibus accidunt procreent morbos. Permutationes autem temporū, Galeno in Commen.teſte, intelliguntur αἱ κατὰ τὴν κρᾶσιν ἀλλοιώσεις, alterationes temperamentorum. Si enim hęc ipſa tempora ſuas temperaturas non ſeruauerint, haud dubie morbos procreabūt. Non autē ab re dixit mutationes, neq; enim vnius tēporis duntaxat mutatio facile morbū parit, niſi magna admodum fuerit. Temporū itaq; anni omniū, vel plurium mutationes, maxime procreant morbos. Quippe horū mutationes aërem etiā quem aſsiduo inſpiramus, atq; adeo corpora quoq; noſtra alterant, humoreſq; varios in illis generant, idq; in iis potiſsimum corporibus, quæ ſunt ad patiendū apta & idonea. Neq; enim omnes homines in eiuſmodi temporum mutationibus ægrotant, ſed aliqui tantū, quorum nimirum corpora ad hunc morbū ſunt idonea. Sic certè peſtilentia locum aliquem infeſtante, non ſingulos eius loci homines, ſed aliquos duntaxat inuadit, quemadmodum idipſum copioſius Galen.lib.1.de Differ.feb.cap.4.oſtendit. Atq; hæc quidem pro primæ partis explicatione ſufficiant. Altera huius Aph.pars docet, quòd non ſolū mutationes diuerſorum anni temporū ſibi ſuccedentium pariūt morbos, ſed etiā vnius, modo magnæ fuerint. Hinc ait, magnę mutationes aut frigoris, aut æſtus in ipſis temporibus, verbi gratia, hyeme, vel æſtate, vel autumno, pariunt morbos. Aliáq; eodē modo congruenter rationi parere ſolent morbos, vt eſt mutatio humiditatis, vel ſiccitatis: ventorum copia aut defectus. Quòd verò hæc omnia morbos procreare queant, in ſequentibus Aph. particulatim oſtendet. Qùum enim is Aph. ſit generalis admodum, ideo neceſſe fuit vt exemplis aliquot ſubinde ab Hippocrate illuſtraretur, in quibus quos quæuis mutatio parere morbos poſsit, diſertè & ordine explicaret.

Mutationes temporum.

Mutationes temporū pariunt morbos.

Non oēs homines in mutationibus tēporum ægrotant.

Vnius interdū temporis mutatio morbos parit.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Hyeme in ver commutata.] Græcè eſt μεταβάλλοντ۞ς, quare commodius interpres, hyeme in ver migrante, aut tranſeunte, dixiſſet. Eſt enim μεταβάλλω interdū idē quod migro, tranſeo, vel plane διαδέχομαι, hoc eſt, ſuccedo, vt hoc in loco. Hinc paulo antè dixit Gale. quibuſdam videri, quod μεταβολαὶ idem quod διαδοχαὶ denotent. Quare ſuprà etiam hæc verba,

μεταβάλλω.

καθ᾽ ἃς εἰς ἀλλήλας μεταβάλλουσι, rectius conuertiſſet, quibus inuicem ſuccedunt, quàm cõmutantur. Quod eſt initiũ ęſtatis.] Græcè, ὅπερ ἐστὶν ἀρχομένου θέρους, quod eſt incipiente æſtate. Nam migrare, vel vt interpres conuertit, deſinere ver in æſtatem, nihil aliud eſt, quàm incipere ęſtatem. Nam nonnunquã tempora, &c.] Gręcè, μεταβαλλουσῶν γὰρ ἐνίοτε εἰς ἀλλήλας τῶν ὡρῶν, ὥσπερ ἔνια συνίσταται νοσήματα, Nam ſuccedentibus nonnunquã ſibi temporibus, ſicuti quidam morbi conſiſtunt, &c. Si verò vnius temporis, &c.] Græcè, ἡ δὲ μιᾶς ὥρας ἀλλοίωσις μόνης ἐργάζεται μὲν νόσους, Vnius autẽ ſolius temporis alteratio efficit quidem morbos aliquos, &c. Ventorum, aut horum defectus.] Rectè ſic Leonicenus conuertit. Græcè enim eſt, ἢ πνευμά-

πνεῦμα. των, ἢ ἀπνοιῶν. πνεῦμα autem Hippocrati idem quod ventus ſignificat. Quantum verò valeant venti in morborum procreatione, Hippocrates abundè ſatis in libello de Aëre, aquis, & locis expoſuit, & paulo pòſt in hac ſectione monſtrabit.

APHORISMVS II.

Τῶν φύσεων αἱ μὲν πρὸς θέρος, αἱ δὲ πρὸς χειμῶνα εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι.

Naturarum hæ quidem æſtate, illæ verò hyeme bene aut male afficiuntur.

HOc in Apho. Hipp. docet aliquas eſſe hominum naturas quæ æſtate, aliquas quæ hyeme bene aut male afficiantur. Quod quum experientia ſit comprobatum, hic eius rei ra-

Natura. tionem tantum vt perſcrutemur neceſſe eſt. Naturam autem

Quæ naturæ æſtate bene afficiantur. hoc loco nihil aliud ſignificare niſi κρᾶσιν & temperaturam, quæ ex quatuor elementis conſtat, Galenus in Comment. ſuis teſtatur, & Philotheus palàm aſſerit. Aeſtate verò bene afficiuntur naturæ frigidæ & humidæ, quòd ſcilicet harum exceſſus & immoderatio æſtatis caliditate & ſiccitate corrigatur ac temperetur. Contrà male tum afficiuntur calidæ & ſiccæ naturæ, quoniam propter ſimilem æſtatis temperaturam auctæ, in immoderantiam quandam incidunt. Quod quidem verum

Quæ naturæ hyeme bene afficiũtur. eſt, vbi æſtas ſuam ſeruat naturam, hoc eſt, calida & ſicca fuerit. Hyeme bene afficiuntur calidæ & ſiccæ naturæ, quòd per vtranque oppoſitionem hyemis emendetur exceſſus, & ad ſymmetriam fiat redditus. Malè autem afficiuntur frigidæ

& hu

& humidæ, propterea quod à ſimili hyemis temperatura earundem exceſſus augeatur. Quod tum veritatem obtinebit, vbi ſuam naturam ſeruauerit hyems. Cæterùm verbum πεφύκασιν, quod nos affecti ſunt, interpretati ſumus, etiam idem hoc loco quod aptiores ſunt, ſignificare poteſt. vt ſit ſenſus: alias naturas eſſe aptiores ad hyemem, alias ad æſtatem tolerandas. Duorum autem tantum temporum Hippocrates, vere & autumno præteritis, meminit ideo, quòd ver ipſum ſaluberrimum, vt infrà Apho. 9. teſtatur, & commoderatum ſit, atque adeo omni naturæ accommodatum. Autumnus verò, propter ſuam inæqualitatẽ, maximè morbis obnoxius, Gal. etiam ipſo lib. 1. de Tempe. cap. 4. teſte. Quare Muſæ ſententiam, vtpote erroneam, hoc loco probare non poſſumus, qui autumni tempus perinde atque veris placidum eſſe, nec vllam excellentem qualitatẽ habere ſcribit. Quaſi verò Hipp. temerè infra Apho. 9. dixerit: autumno morbi acutiſsimi accidunt, atque maxima ex parte letales: & vt placidus ſit, per eius inæqualitatem, vt diximus, fieri non poteſt. Prætereà non video quomodo nullam excellentem qualitatem obtineat, cum illum exceſſu ſiccum eſſe conſtet, quod Galenus etiam loco iam citato confirmat. πεφύκασιν. Duorum tantũ temporũ cur meminit Hippocr. Muſæ erronea ſententia.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Secundum principaliſsimum, &c.] Gręcè κατὰ τὸ κυριώτατόν τι καὶ πρῶτον σημαινόμενον, iuxta maxime proprium & primum, &c. In pręcedentibus.] Scilicet ſecti one ſecunda Commentar. 14. In libris de Temperaturis.] Primo nimirum, cap. 6. & 8. Secundum qualitatem, &c.] Græcè, τέσσαρες μὲν κατὰ μίαν ἐπικρατοῦσαν ποιότητα, quatuor quidem ſecundũ vnam qualitatem excedentem. Perfectiſsimè.] Græcè, τελεώτατα aduerbialiter. nomina enim neutri generis nõ raro apud Græcos pro aduerbiis vſurpantur. Conuertendum igitur fuit perfectiſsimè, vel, vt Theodorus fecit, in plenum: vt ſcilicet is ſit verborum Galeni ſenſus, Huiuſcemodi naturæ in prædictis temporibus optime & peſsimè quidem afficiuntur, perfectiſſime, id eſt iuxta vtranq; qualitatem, atq; adeo, vt dixit Theodorus, in plenum. Mediocriter autem afficiuntur naturæ, quæ καθ' ὁτιοῦν, hoc eſt ſecundum alterutram qualitatem à temporibus vel iuuantur vel offendũtur. Sic enim Galeni verba interpretanda veniunt, & minime ſicut Leonicenus fecit, quo uis modo ex temporibus, &c. Muſa inepte admodum locum Interprtis lapſus. Muſæ no-

hunc Galeni ita eſt interpretatus: Perfectiſsimæ naturæ, id eſt quæ in ſua perfectione ſunt, in qua eſſe poſſunt. Neq; enim in Græco eſt τελειόταται, ſed τελειότατα. Non poſſe autem legi perfectiſsimæ, ſequẽs dictio, Huiuſcemodi, abundè docet, quæ ad dictionẽ naturæ refertur: vt neceſſario ſit legendũ, Huiuſcemodi naturæ perfectiſsimæ afficiuntur, &c. Quinetiam aduerbium μετρίως ſatis etiam monſtrat, τελειότατα eſſe ſcribendũ. vt omnia etiam Græca exemplaria habent. Omnibus itaque perſpicuum eſt, Muſæ explicationem abſurditate non carere.

Muſa male vertitur interpretatio.

APHORISMVS III.

Τῶν νόσων ἄλλαι πρὸς ἄλλας ἔυ ἢ κακῶς πεφύκασι. καὶ ἡλικίαι τινὲς πρὸς ὥρας καὶ χώρας, καὶ διαίτας.

Morborum alij ad alia tempora magis aut minus procliues ſunt. Eodem modo & ætates ad tempora, loca, & victus rationes magis aut minus aptæ ſunt.

IDem nunc de morbis & ætatibus docet Hippo. quod præcedenti Aphoriſmo de Naturis: nempe morbos & ætates magis aut minus eſſe procliues & habiles ad tempora, loca, & victus rationes. Sic enim vt verba hæc Hippocratis, εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι, interpretaremur, nobis commodius eſſe viſum eſt, quum φύειν Græcis in bonis facilitatem & habilitatem, in malis procliuitatem ſignificet. Morbi itaq; ad alia tempora magis, ad alia minus procliues ſunt. Ad ſibi quidem ſimilia magis apti & procliues, ꝙ in iis generẽtur ac conſeruentur, vt biliosi ad æſtatẽ, pituitoſi ad hyemem. Ad contraria verò minus propenſi ſunt, ꝙ in iis non niſi maximis à cauſis generentur, & quia in iis tanquã ſibi contrariis ſoluantur ac diſsipentur. Sic quidem pituitoſi morbi ad æſtatem minus ſunt propenſi, & bilioſi ad hyemem. Pari ratione alij morbi ad alias regiones magis aut minns apti ſunt. Ad ſimiles quidẽ apti, ꝙ in iis generentur & conſeruentur: ad contrarias minus, quia in illis demoliuntur. Sic ſanè calidi morbi ad calidas regiones propenſi ſunt, ad frigidas minus. Muſa cenſet contrariã etiam interpretationẽ iam dictis poſſe accõmodari, nẽpe quod morbi frigidi in calida regione benè afficiantur, quia in ea ſanentur. Sed

φύειν.

Muſæ interpretatio improbatur.

hæc

hæc certè interpretatio non tantũ dura eſt, verumetiã naturæ verbi πεφύκασι, & Galeno aduerſatur. Præterea morbi alij ad alias victus rationes magis aut minus ſunt apti. Ad ſimiles, quòd per eas procreentur ac conſeruentur apti: ad contrarias verò, quia per has demoliuntur inepti. Non prohibemus autẽ, vt quis πεφύκασι verbũ interpretetur pro afficiuntur. nam tum verborum Hippocr. idem ſenſus erit: vt ſcilicet morbi alij in aliis temporibus, locis, & victus rationibus benè aut malè afficiantur. Quod de morbis dictũ eſt, hoc etiam de ætatibus verè dici poteſt. Sunt enim hæ ad tempora alia magis aut minus aptæ. Ad ſimilia quidẽ tẽpora ineptę, cõtrà ad cõtraria aptiores ſunt. Nam in Comm. etiam ſuis teſtatur Gal. calidæ ætates in frigidis temporibus melius degunt, magiſq; ſanæ ſunt: in calidioribus autẽ frigidæ. Sic iuuenes rectius in frigidis, ſenes contrà in calidis temporibus valent. Quod de locis etiam verè dixeris. Victus denique rationes ſimiles ætates malè afficiunt, vt calidior iuuenes, frigidior ſenes. Contrariæ verò bene, vt frigidior iuuenes, contrà ſeniores calidior. Idq; verum erit de ætatibus nõ tẽperatis. nam temperatæ, vt Gal. etiã in Comm. teſtatur, ſimilibus tẽporibus, locis, & victus rationibus bene afficiũtur. Atqui hic nobis quiſpiã obtrudet puerilẽ ætatẽ, quæ cum ſit per exceſſum humida, & nequaquam tẽperata, ſimilem tamen & minimè contrariã victus rationẽ requirit, Hipp. etiã ipſo teſte, qui in ſectione 1. ſic ſcriptum reliquit. Victus humidus omnibus febricitãtibus prodeſt, maxime vero pueris. Cui ita reſpondendũ erit, pueris quidem conferre victus rationem ſimilem, atq; adeò humidam, nõ obſtante ꝙ plus humiditatis habeant, quàm ſalubris habitus poſtulat: quia ſi eos ſiccaueris, ne ſubinde creſcant prohibueris, quũ in alio tẽperamento corpora increſcere nequeant. Quod diſertè Gal. etiam Comm. 7. in librum Hippocr. de Victu ſalubri teſtatur, vbi inter cætera ſic ſcriptum reliquit, τὸ μέντοι σῶμα τῶν παιδίων ἐι καὶ πλεῖον ὡς πρὸς ὑγιεινὴν ἕξιν ἔχοι τὸ ὑγρὸν, ὅμως οὐ χρὴ ξηραίνειν, αὐξάνει γὰρ αὐτὰ ποιήσομεν. Præterea lib. 1. de Tuenda ſanit. cap. 6. idem Galen. ita ſcribit, Puellis humida conuenit victus ratio, vt qui cæteris ætatibus temperamento ſint humidiores, & quibus ea ætas non morbus, ſecundum naturam ſit, ideóque iis maximè eſt vtile, quod planè ſimillimum. Cæterùm florenti ætati, ſeu iuuentuti, quoniam plus iuſto calidior eſt, quòd ſiccior, contr

Marginalia: πεφύκασι. — Aetates. — Obiectio. — 1. Aph. 16. — Reſpõſio. Pueris cur ſimilis victus ratio conferat.

contrariis, vt Galenus quoque loco iam citato docet, victus rationibus vti confert: quemadmodum etiam ei quæ declinans nominatur, & ſenectus: humectare enim & calefacere ſenum corporis ſolidas partes decet, vt copioſius Gal. lib. 5. de Tuenda ſanit. monſtrat. Quid multa? poſterioribus tribus ætatibus non conuenit plane ſimilis victus ratio, ne ſcilicet intemperies earum, que adhuc intra ſanitatis limites hæret, per planè ſimilia aucta, in morboſam abeat.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Exordinato quodam interpretandi, &c.] Græcè ἀτακτότερον ἡρμηνευκέναι μοι δοκεῖ τὸν ἀφορισμὸν τοῦτον ὁ Ἱπποκράτης:, inordinatius mihi hunc aphoriſmum Hippocr. elocutus eſſe videtur. Vt ad generationem.] Hic inſerenda venit dictio Quidem, quam interpres ſtatim poſt vocabulum Tēpora poſuit. Græca enim ita habent, νόσοι μὲν οὖν πεφύκασι πρὸς ὥρας, ὡς μὲν γένεσιν αἱ ὅμοιαι, Morbi igitur ad tempora magis procliues ſunt, quatenus ad generationem quidem attinet, ſimiles. Illius Aphoriſmi.] Qui eſt ſectionis ſecundæ Aphor. 34. Nam calidiores.] ſcilicet morbi & ætates, ad frigidiores, ſcilicet victus rationes. Græcè enim eſt, πρὸς τὰς ψυχροτέρας, videlicet διαίτας. Vel conuertendum erat ad frigidiora, vt referret quod paulo antè præceſſit: nempe victus genera: quemadmodum infrà fecit, ita conuertens: contrarij quidem ad contraria, ſcilicet victus genera. Quippe in Græcis eſt, αἱ μὲν ἐναντίαι πρὸς τὰς ἐναντίας, nimirum διαίτας.

APHORISMVS IIII.

Ἐν τῇσι ὥρῃσιν, ὅταν τῆς αὐτῆς ἡμέρης ὅτε μὲν θάλπος, ὅτε δὲ ψύχος γένηται, φθινοπωρινὰ τὰ νοσήματα προσδέχεσθαι χρή.

Per tempora quando eodē die modo quidem æſtus, modo frigus fit, autumnales morbos expectare oportet.

Hæc ſententia ad eam artis partem quæ prædicit futura, pertinet. Quippe autumnales morbos futuros eſſe docet, quando in temporibus anni eodem die modo calor, modo frigus fuerit. Accidit nanque interdum, vt in aurora & ſole oriente frigus infeſtet, mox meridie æſtus, veſperi rurſus algor. Quod vbi contigerit, autumnales morbos expectabis. Sunt autem autumnales morbi, qui inæquales ſunt & inconſtantes,

Autūnales morbi.

ſtantes, malique iudicij. Nam vt infrà ait Hippo. inconſtantibus temporibus inconſtantes & mali iudicij morbi fiunt. Autumnum autem eſſe inæqualem in altera oppoſitione, in explicatione Aphoriſmi ſecundi huius ſectionis eſt dictum, & idipſum lib.1.de Temper.cap.4.diſertè Galen.teſtatur. Quum itaque calor dilatet ac laxet corporis noſtri meatus, frigus ſubinde conſtringat, calor iterum dilatet, neceſſe ob crebras iſtas mutationes varie corpus ipſum affici, & fieri morbos etiam inæquales & inconſtantis iudicij, ſi in aliquo anni tempore crebro eodem die nunc æſtus nunc frigus fuerit, vt paulo pòſt in enarratione Apho. 8. latius dicemus. Aphor. 8. Autũnus inæqualis.

ANNOT. IN GAL. COMMENT.

Cum ratione fit hoc.] Græcè, *Λόγως*, meritò hoc fit. Neque enim appellationes.] Hanc ſententiam ad verbum repetit Gal. lib.2. de Criſib. cap.4. Vbi etiam præſentem Hipp. Aphoriſmum citat. Ad eum itaque locum lectorem ablegamus.

APHORISMVS V.

Νότο βαρύκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρικοὶ, νωθροὶ, διαλυτικοὶ, ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀρρωστίῃσιν πάσχουσιν. ἢν δὲ βόρειον ᾖ, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληραὶ, δυσουρίαι φρικώδεες, ὀδύναι πλευρέων, στηθέων. ὁκόταν οὗτως δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀρρωστίῃσι προσδέχεσθαι χρή.

Auſtri auditum hebetant, caliginem obducunt, capitis grauitatem efficiunt, pigros reddunt, & languidos. Vbi ita praualuerit tempeſtas, huiuſcemodi in morbis patiuntur. Sin aquilonia fuerit conſtitutio, tuſſes, faucium aſperitates, alui duræ, difficultates vrinæ, horrores, laterum & pectoris dolores fiunt. Quando hæc tempeſtas praualuerit, talia in morbis expectare oportet.

QVod ſuprà generatim dixit, ventorum mutationes magnum habere momentum in procreandis morbis aliiſque corporis malis, idipſum nunc ſpeciatim auſtri & aquilonis exemplo docet atque confirmat. Auſter autem ventus Latinis nulla alia de cauſa ſic nominatus videtur, quàm ab hau-

riendis

riendis aquis. eſt enim humidus admodum. Hinc eſt quod
νότος. Græci etiam illum ab humiditate, quæ ipſis νοτὶς dicitur, νότον
Auſter. appellauerint. Quum itaque auſter ſit natura calidus & humi-
dus, ac magna ex parte pluuias & tempeſtates adferat, nihil
Auditũ hebetat. mirum quod auditum hebetet, vt qui ſua humiditate τὰ τῶν
αἰσθήσεων ὄργανα ἀποσβεννύοι, quemadmodum Philotheus ait,
hoc eſt, ſenſuum inſtrumenta impleat & obtundat. Fieri quo-
que haud poteſt vt per aërem, qui auditus medium eſt, ſoni re-
ctè percipiantur, niſi purus ac minimè caliginoſus fuerit.
Quod de auditu dixit Hippocr. id quoque de reliquis ſenſibus
intelligẽdum venit. Vt enim humiditas eos hebetat & obtun-
Caliginẽ obducit. dit, ſic contrà ſiccitas robuſtiores reddit. Hinc eſt quòd Gal. ca.
16. artis medicæ ſenſuum acrimoniam & perſpicuitatem ſic-
ἀχλυώδεις ciores cerebri eſſe indicium ſcribat. Cæterum vox ἀχλυώδεις
bifariam interpretari poteſt: Primum, vt ad auſtros ipſos refe-
ramus, qui caliginem aëris efficiunt. Nemo enim eſt qui ne-
ſciat, iis flantib. aërem fieri turbulentum, craſſum, caligino-
ſum, & tenebroſum. Secundo, vt ad oculos ipſos potius referα-
mus hanc vocem, qui flantibus auſtris caliginoſi redduntur,
minúſque acutè vident. Vt enim reliqua omnia ſenſuum in-
ſtrumenta, vt paulo antè eſt à nobis commemoratum, non ſa-
tis probè ſuo funguntur munere: ſic etiam oculi ipſi ab auſtro
caliginem quandam contrahunt. Atque hæc interpretatio
„ priori melior exiſtit, quod in primis teſtatur Gale. lib. 1. Epid.
„ Comm. 8. vbi ſic ſcriptum reliquit, Vt hæc caput aggrauant,
„ pigros & languidos reddunt, ad ea quæ ab auſtro efficiuntur
„ in corporibus noſtris planè referuntur: ita etiam cenſen-
Capitis grauitatẽ efficit. dum eſt, caliginoſum eſſe dictum, vt ſcilicet indicet ea quæ ab
illo in nobis coaceruetur, non aëris caliginem. Capitis etiam
grauitatem auſtri efficere ſolent, propterea quòd hoc ipſum
Pigros facit. nimia humiditate compleant. Pigros reddunt, quod cerebrum
Lãguidos reddit. humectent, eóque humectato nerui quoque multa humidita-
te explentur, vt neceſſe ſit ſubinde in omnib. motibus volun-
tariis pigritiam ſequi, quemadmodum in Comm. fuſius Gale.
διαλυτικοί. docet. Languidos reddunt: ſic enim vocem διαλυτικοὶ interpre-
tari, Celſum ſecuti, maluimus, quàm diſſoluentes. Is enim lib.
6. ca. 1. ita hanc Hippocr. ſententiam reddidit, Auſter aures he-
betat, ſenſus tardat, capitis dolores mouet, totum corpus effi-
cit hebes, humidum, languidum. Languidos autem ideo red-
dunt,

dunt, quod corporis partes omnes, neruos potiſsimùm, rela- ,,
xent. Non autem temere poſt hæc ſubiecit Hippocrates, quando tempeſtas ita præualuerit, huiuſcemodi ſcilicet ſymptomata patiuntur. Nam per hoc verbum δυναστεύῃ, manifeſte ſignificat ſe loqui de auſtris longo tempore perdurantibus. Cuius rei teſtis eſt Gale. lib. 1. Epid. tempeſtate 1. Comm. 1. qui ſcribit Hippocratem per id verbum diſertè innuere, ſe loqui de vehementib. auſtris, & longo tempore perdurantibus. Niſi enim vehementes eſſent, & longo tempore durarent, cæteris ventis præualere ac dominari haud poſſent. Quare nihil impedit, quin interim alius etiam ventus ſpiret, modo auſter ventis omnibus aliis crebrius flet, vehementiórque ſit, atque adeò præualeat. Sunt tamen quædam exemplaria quæ non ὗτος, ſed ὅτος habent. Et tum is ſenſus erit: Si iſte, videlicet auſter præualuerit, &c. Atque hæc de auſtrina conſtitutione dixiſſe ſatis ſit. Altera huius ſententiæ pars aquiloniam nobis proponit conſtitutionem. inquit enim Hippocr. Sin aquilonia fuerit conſtitutio, tempeſtáſue. βόρειον enim refert τὸ κατάστημα, hoc eſt ſi aquilo ventus, qui natura frigidus & ſiccus eſt, cæteris vehementior & crebrior ventis fuerit, ptimum tuſſes fiunt, quod ſcilicet tum frigidus inſpiretur aer, quia aſperam arteriam aliáque inſtrumenta inſpirationi ſeruientia, Gal. li. 2. de Sympt. cauſis cap. 6. teſte, lædit. Porro hoc loco Muſa non recte interpretatur Hippocr. eo quòd illum aſſerat loqui non de tuſsi quæ ex intẽperie fit frigida, ſed potius de ea quæ fit propter deſtillantes è capite in thoracem humores. Nam conſtat illa non fieri, niſi auſtrina conſtitutio præceſſerit. Hip. autem hoc in apho. ſimpliciter & abſolutè quid aquilonia conſtitutio malorum pariat, docet, non reſpiciens ad eas quæ præcedunt aut ſequuntur aeris conſtitutiones, vt in ſequentib. aliquot apho. nempe 11. 12. 13. & 14. faciet. Accedit quod in tuſsi, quæ naſcitur ex intemperie frigida, Galeno loco paulo antè citato teſte, nihil expuatur: in ea vero quæ ex compreſsione fit humiditatum, quæ in capite ſunt, plurimum. Quare cum ſimpliciter quid malorum pariat aquilo, hoc loco Hippoc. exponat, de tuſsi quæ ex frigida intemperie fit, loqui tantum putemus, vt in qua etiam nihil prorſus expuatur. Faucium autem aſperitates aquilo facit non alia de cauſa, niſi quod aer inſpiratus faucibus, vtpote loco qui præiacet gulæ & gutturi, primum occur-

Si præualuerint.

δυναστεύειν.

Aquilo parit tuſſes.

Muſæ interpretatio improbatur.

Faucium aſperitates.

Fauces quid.

rens

τραχύνειν. rens eas inæqualiter deſiccat, atque adeò exaſperat. Neque enim τραχύνειν Galen. lib. 4. Simpl. cap. 6. aliter interpretatur, quàm ἀνωμάλως ξηραίνειν. Proinde quemadmodum ab acerbo ſapore, qui frigidus & ſiccus eſt, lingua contrahitur, ſiccatur, & exaſperatur: ita etiam ab aquilone, cui idem eſt, vt diximus, temperamentum, fauces. Notandum autem, Hippocratem

φάρυγγες. ſimpliciter dicere φάρυγγες, quare aliquid ſubaudiendum erit, nempe, vt Galen. etiam in Comm. teſtatur, πάσχουσι, hoc eſt patiuntur. Quod etiam è Celſo ſatis liquet, qui lib. 2. cap. 1. locum hunc Hippocratis ita conuertit: Ex tempeſtatibus aquilo tuſsim mouet, fauces exaſperat. Cæterum φάρυγγα hic ſignificare fauces, Gale. abunde in Comment. docet, qui hac voce in fœminino vſus genere dixit, τὴν τραχύτητα τῆς φάρυγγος. & iterum, αἱ φάρυγγες. In fœminino autem genere vſurpatam hanc vocem ſignificare fauces, alibi demonſtrauimus. Mirum itaque

Muſæ erratum. cur Muſa contra Gale. & Celſi ſententiam fauces hic guttur potius, quàm fauces ſignificare temerè contenderit. Cur

Aluus dura. verò aquilo aluum duram, hoc eſt dura excernentem, efficiat, Galen. in Comment. ſuis expoſuit. Celſus maluit conuertere, ventrē aſtringit: nec ineptè, quandoquidē qui dura excernunt, magna etiā ex parte, ventre ſunt adſtricto. Quare vrinæ diffi-

Vrinæ difficultas. cultatem pariat aquilonia conſtitutio, Gale. in Comm. docet.

Horrores. Aquilonem autem horrorē excitare, ſic enim φρικώδεις conuer-

φρικώδεις. tit Celſus, cum ſit admodū frigidus, nō eſt mirum, φρικώδεις itaque refert τὸ κατάστημα βόρειον, hoc eſt horrida exiſtit aquilonia conſtitutio. Quid autem ſit horror copioſè monſtrat lib. 10. Therap. method. cap. 4. Et lib. 2. de Sympt. cap. 7. Galen. Late-

Laterū & thoracis dolores. rum & thoracis dolores quare fiant aquilone flāte, in Comm. quoque ſuis Gal. indicauit, vt non ſit opus nos referre: Pars au-

Thorax. tem quæ á Græcis στῆθος, à Latinis verò pectus dicitur, pro toto, Gale. etiam teſte, thorace hoc loco vſurpatur: qui in ſe complectitur, quicquid vtrinque à coſtis circunſcribitur. Quando itaque aquilonia tempeſtas præualuerit, hoc eſt aquilo vehementior & crebrior cæteris ventis fuerit, talia in morbis, non

Muſa notatur. quidem fientibus, vt cenſet Muſa, ſymptomata, ſed iam factis expectare oportet. Fientes enim morbos non ſequuntur ſym-

Affectus. ptomata, quod non ſint affectus, id eſt ex numero eorum quæ per ſe manent & conſiſtunt, neque lædant actiones. Si actiones non lædunt, igitur nec eos conſequuntur ſymptomata, quæ ſunt

ſunt functionum noxæ, vt alibi copioſius demonſtrauimus.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Cauſam autem adſcribens ob quã, &c.] Muſa in hoc explicando loco ſe mirificè torquet, nec tamen verborum Gal. ſenſum ſatis aſſequitur. Quare vt hunc planius enarremus, primũ ſciendum, Græcè ſic legi, τὴν δὲ αὐτὴν τὴν προσγράψας, cauſam autẽ hęc adſcribens, hoc eſt iis verbis, quãdo iſte præualuerit, &c. Quibus vtique verbis Gale. innuere vult. Hippocratem per hæc verba reddidiſſe cauſam eius quod fit; hoc eſt cur auditus hebetetur, caliginoſi oculi fiant: horũ enim omniũ nulla alia eſt cauſa, niſi quia auſtrina conſtitutio præualuit. Quocirca nõ eſt quod Gal. velit Hippocratẽ, vt Muſa putat cauſam adſcripſiſſe, propter quã vbi auſter præualuerit, talia in morbis ſymptomata patiantur: ſed potius eius quod fit, hoc eſt cur auditus hebetetur, &c. Vult itaque Gale. Hippocratem primũ declaraſſe ac manifeſtaſſe id quod fit, quod ſcilicet auditus hebetetur, oculi caliginoſi fiant, caput grauetur, &c. Dein eius rei cauſam quod nimirũ auſter cæteris ventis præualeat. Proinde ſic rectius, mea quidẽ ſententiã, Galeni verba legerentur, τὴν δ' αἰτίαν ταῦτα προσγράψας, cauſam autẽ ſignificauit hæc adſcribẽs, vel ita, τὴν δ' αἰτίαν αὐτῷ προσέγραψε, cauſam vero eius quod fit adſcripſit: iis ſcilicet verbis, vbi hæc tempeſtas præualuerit, &c. vt αὐτῷ referat τῷ γινομένῳ, & προσέγραψε præcedenti verbo ἐδήλωσε reſpondeat. Nunc itaq; palam fit hæc verba, Ob quam, in contextu poſita, eſſe prorſus expungenda. Diſſolutũ,] Græcè, διαλελυμένον, languidum, vt in explicatione huius ſententiæ diximus. Inquit inferius.] Aphoriſ. videlicet 17. huius ſectionis.

Paulo poſt.] Aphoriſmo nimirũ 22. Eſt enim exanguis.] Adiiciendum, & frigida. Græcè enim ſic legitur; ἄναιμός τε γάρ ἐστι καὶ ψυχρά. Conſentaneæ videlicet aëris, &c.] Græcè, ὡς διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ἀκολουθεῖ κρᾶσιν, quòd propter ambientis eueniat temperaturam, frigidam nimirũ, quæ horrore vt concutiantur homines efficit.

Muſa Galeni locũ non ſatis intellexit.

APHORISMVS VI.

Ὁκόταν θέρος γένηται ἦρι ὅμοιον, ἱδρῶτας ἐν τοῖσι πυρετοῖσι πολλοὺς προσδέχεσθαι χρή.

Quando æſtas fit ſimilis veri, ſudores in febribus

copioſos expectare oportet.

QVum Hippocrates, quid malorũ auſter & aquilo venti præualentes pariant præcedẽti expoſuerit Aphoriſmo, nunc quid temporũ anni mutationes conſequatur, docet. Atque pertinet hæc Hippo. ſententia ad præſagiendi artem, vt omnes fere huius ſectionis aliæ: quippe qua ratione febres in ea æſtate quæ veri ſimilis eſt, finiantur, indicat. Fit autem æſtas veri ſimilis, Gal. in Comment. teſte, quum σύμμετρον τῇ κράσει, temperatura, cõmoderata fuerit. Eſt enim ver ſi per ſe æſtimetur, temperatum, vt idẽ Gal. noſter lib. 1. de Tẽper. cap. 4. copioſe & diſerte mõſtrat. Quod etiã nos multis ca. 9. noſtri Compendij demonſtrauimus. Non eſt autem mirum, quòd multi ac copioſi ſudores in febribus fiant, vbi æſtas ſit veri ſimilis, hoc eſt tẽperata fuerit. Nam tunc moderato ſuo calore, perinde atq; in vere accidere ſolet, Gal. infra Comm. 20. teſte, humiditates corporis ad cutẽ trahit, non autẽ per modũ vaporis diſcutit: quare merito vniuerſa humiditas in febriũ iudiciis excreta, ſudores efficit. Non autẽ in febrium tantũ iudicationibus, verũ etiam aliorum morborũ qui ſudore finiuntur, Gal. in Comm. quoque teſte, qui ait, ἐν ταῖς τῶν νόσων κρίσεσι, ſudores affatim excretos expectare in æſtate oportet. Febrium vero tantum meminit Hippocr. quòd ſcilicet ſudores, vt teſtatur Gal. lib. 3. de Criſib. cap. 3. omnibus febribus, præcipue autem ardentibus proprij ſint.

Aeſtasque veri ſimilis. Ver temperatum. In æſtate temperata cur multi ſudores in febribus. Cur febrium tãtum meminit.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Quod aliqua humiditas.] Addendũ eſt, ſuperuacua. Græce enim eſt, ὅτι αὐτὸν τὸ περιέχεσθαι τινὰ ὑγρότητα περιττὴν ἐν τῷ σώματι, neque abſque hoc ꝙ aliqua ſuperuacua humiditas in corpore contineatur. Et ſanè neceſſariò additur, ſuperuacua: quòd nullo nõ tempore humiditates bonæ, atq; ad corporis alimoniã neceſſariæ in corpore cõtineantur. Horũ vero alterũ.] ſcilicet calor ambiẽtis, eſt in æſtate: alterũ verò, humiditas nimirũ ſuperuacua in corpore hyeme, autumno verò neutrũ, quia nõ calor ambientis in eo eſſe poteſt, quũ in calore & frigore ſit inæqualis: neq; humiditas, quia per exceſſum ſiccus eſt. Vere autẽ vtrũque.] Ex hoc loco imperiti quidam colligũt, ver eſſe calidũ & humidũ, atque adeò ſibi pugnare ac cõtradicere Galenũ aſſerunt, vt qui paulo ante ver eſſe temperatũ dixerit, nunc vero calidũ & humidũ, eo quòd

Obiectio.

dicat

dicat vtrunque, calidum videlicet & humidum, eſſe in vere. Quod ſi igitur, inquiunt, calidũ & humidũ eſt ver, vt ſit temperatũ fieri nõ poteſt. Quippe, vt metipſe Gal. lib. 1. de Temper. cap. 4. teſtatur, omniũ aëris temperamentorũ peſſimum exiſtit, id quod calidum & humidũ eſt. Atqui ſi recte Galeni verba expendere voluiſſent, longe aliud quàm ipſi finxerunt hũc ipſum ſenſiſſe, haud dubie animaduertiſſent. Neq; enim quòd illi putant, hoc loco Gal. aſſerit, ver eſſe calidũ & humidũ: ſed inquit: ἄμφω δ' ἐν τῷ ἦρι, ambo autẽ in vere ſunt. Refert autẽ hæc dictio ambo, ea de quibus anteà ſermonẽ habuit. Non ſunt autem alia, niſi calor ambientis, & redundans, ſeu perſpicua in corpore humiditas. Ambo igitur, calor ſcilicet aëris, & redundantes humores corporis, in vere ſunt. Calorẽ vero aëris eſſe in vere, palã teſtatur Gale. qui Com. 20. huius ſect. ita ſcriptũ reliquit: κατὰ δὲ τὸ ἔαρ ἡ ἐκ τοῦ περιέχοντος θερμασία κινοῦσα τοὺς χυμοὺς ἐξάγει πρὸς τὸ δέρμα, verno tẽpore ambientis calor fundens humores, ad cutem educit. Porro humiditatẽ ſuperuacuã veris tempore in corpore eſſe propter hyemem antecedentem, quæ eandem coaceruauit, non mirũ eſt: quippe cõſtat hyemem eſſe humidã. Verum aduerſus ea quæ nunc diximus, ita ſubinde inſtabunt: Gal. palam aſſerit, vt tu quoque fateris, ambientem verno tẽpore eſſe calidũ: calidũ vero exceſſum, Galeno lib. 1. de Temper. ca. 4. autore, ſignificat: igitur effugere nõ poteris, quin ver haud eſſe temperatum, concedas. Quibus viciſsim ſic reſpondemus, Quũ calidũ ſit vox ὁμώνυμος, multáq; ſignificet, cauendũ vnice erit, ne nobis homonymia imponat. Quod faciemus, ſi diligẽter de eius ſignificationibus, quæ quidẽ vt iam dictũ eſt, variæ ſunt, diſtinxerimus. Nam calidũ, Gal. lib. 3. de Symplic. medic. facult. ca. 11. autore, id ſubinde appellamus, quod eſt mediocriter tẽperatum: ſicut balneũ quod eſt eiuſmodi, ac potionem. Sic etiã vocamus id quod à tẽperato nõ multum deficit. Adhæc quoque, quicquid calidius eſt, ita nominamus. Quum itaque calidũ ver à Galeno appellatur, calidũ in prima eius ſignificatione vſurpatur, idémq; quod temperatũ ſignificat. Aut ſi ad finẽ veris reſpexeris, qui parum ad caliditatẽ declinat, nihil prohibet quin in altera ſignificatione calidũ vſurpaſſe dicas. Nam ita nihilominus ver temperatũ erit, quandoquidem declinatio hæc exceſſus nomine non cenſeatur,

Obiectionis diſſolutio.

Ver nõ eſt calidũ & humidũ.

Alia obiectio.

Reſpõſio.

Calidi variæ acceptiones.

Ver quõ calidum à Gale. dicatur.

quum *συνκρασίας* & mediocritatis latitudinem nondũ excedat,vt copioſe lib.1.de Tuenda ſanit.cap.4.oſtendit. Tamen quum ita loquimur,exquiſita nominũ appellatione nõ vtimur.Si enim exquiſitè loqueremur, quemadmodum etiam Gal.lib.3.Simpl.cap.11.teſtatur, quod ſymmetrum eſt, non calidum, ſed temperatum nuncuparemus. Quod vero ab illius recederet modo, ſi ad calidius quidẽ immoderatione ſua accederet,tum plus,tum minus calidum. Sed vt tandem rem in pauca contrahamus, quum ver ſit temperatum, vbi per ſe,ſicut debet,æſtimetur,atque adeò in hoc ipſo ſit aëris calor moderatus, fit vt nunc ſimpliciter temperatum, nunc etiam calidum dicatur, perinde atque balneũ aquæ dulcis. Tota igitur ſimul humiditas,&c.] Græcè, *ἀθρόως ἐών ἐν τοῖς τῶν νόσων κρίσεσι τὸ ὑγρὸν ἅπαν ἐκκρινόμενον*. Vniuerſa igitur humiditas in morborum iudiciis confertim expulſa,&c.

Symmetrũ eſt temperatum.

APHORISMVS VII.

Ἐν τοῖσιν αὐχμοῖσι πυρετοὶ ὀξέες γίνονται, καὶ ἢν μὲν ἐπὶ πλέον ἢ τὸ ἔτος τοιοῦτον ἐὸν, οἵην τὴν κατάστασιν ἐποίησεν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ τὰ νοσήματα τοιαῦτα δεῖ προσδέχεσθαι.

Per ſiccitates febres acutæ fiunt. Et ſi quidem annus magna ex parte talis fuerit, qualem fecit conſtitutionem, morbos quoque tales, magna ex parte, expectare oportet.

AD prædicendi artẽ hæc ſententia pertinet,in qua Hippocrates docet,quòd tales magna ex parte morbi generentur,qualis temporis aut totius anni fuerit conſtitutio. Inquit enim,in ſiccitatibus,vt conuertit Celſus lib.2.cap.1. vel,vt nos interpretati ſumus,per ſiccitates, quos *αὐχμοὺς* vocauit Hippocrates fiunt febres acutæ. Per ſiccitates vero intelligere oportet tempora plus iuſto ſicciora,quod ex Philotheo ipſo ſatis liquet, qui hoc ipſum *αὐχμὸν* ſignificare, in hunc modum ſcribens tradit: *αὐχμὸν καλεῖ ἱπποκράτης τὴν ξηρότητα, τὴν πέρα τοῦ μετρίου*, Quod Gal.etiam confirmat, qui lib.1. Epid.conſtit.1. Comm.4. ſic ſcriptũ reliquit: *τὴν ξηρότ*

Siccitates. *αὐχμός.*

ξηροτέραν τοῦ προσήκοντος κατάστασιν, αὐχμὸν ὀνόμασε· μὴ ὃ πάνυ συνήθως. εἰώθαμεν γὰρ οὐ τὴν ἁπλῶς ξηροτέραν, ἀλλὰ τὴν ἄκρως ξηρὰν ὀνομάζειν οὕτως. His enim verbis diſertè ſignificat, Hippocratem præter aliorũ morem, conſtitutionem plus iuſto ſicciorem nominaſſe αὐχμὸν, cum cæteri ſic appellare cõſueuerint eam quæ ſummè ſicca eſt, nõ quæ ſimpliciter ſiccior.

Per acutas autem febres, quæ cito deſinunt, & grauia habent ſymptomata, accipiendæ. Hæ vero in ſiccioribus tẽporibus ideo fiunt, quia ſiccitas humores efficit bilioſos, qui ſubinde febres pariunt acutas. Atque hæc pro intelligenda prima huius Aphoriſmi parte ſufficere cenſemus. Ad alteram itaque accedamus, in qua ait: Quod ſi vero vniuerſus annus magna ex parte talis, hoc eſt ſiccus fuerit, qualẽ fecit conſtitutionẽ, tales etiã magna ex parte morbos expectare oportet. Quibus verbis innuit Hipp. anni conſtitutionibus reſpondere morbos, vt ſi anni conſtitutio ſicca fuerit, ſiccos ac bilioſos, atque adeò acutos morbos fieri neceſſe ſit. Contrà ſi humida ſit anni conſtitutio, humidos etiam pituitoſos & longos morbos pariet. Non autem temerè dictum eſt ab Hipp. ſi annus magna ex parte talis fuerit: quia vix fieri poteſt vt vniuerſus annus ſiccus ſit, ita vt nõn aliquando etiam pluuiæ interueniant. ſufficit itaque, vt magna ex parte talis ſit: hoc eſt, vt ſiccitas humiditati præualeat. Ita non ab re etiam dixit, tales magna ex parte morbos expectare oportet. Solent enim & alia morborum genera præter hæc quæ conſtitutioni præualenti conueniunt, ingruere: at rarius. Quare magna ex parte morbi, qui accidunt, conſtitutioni anni reſpondent. Repetitur hæc altera Aphoriſmi pars in libro Hipp. de Humorib. iis verbis, ἢν μὲν ἐπὶ πλέον τὸ ἔτος τοιοῦτο ἦν, οἵην τὴν κατάστασιν ἐποίησεν, ἐπὶ πλέον, καὶ τὰ νοσήματα τοιαῦτα.

Acutæ febres. Magna ex parte.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Paulo pòſt.] Nempe Aphoriſ. 15. huius ſectionis. Conſtitutionum anni.] Adiiciendũ, quod in totum dixerim. Græcè enim eſt, τῶν δὲ καταστάσιων τοῦ ἐνιαυτοῦ, τὸ μὲν ὅλον· οἱ μὲν αὐχμοὶ, &c. His adiungens.] Scilicet. 16. Aphoriſmum huius ſectionis tertiæ. Cætera ſunt clara.

APHORISMVS VIII.

Ἐν τοῖσι καθεστῶσι καιροῖσιν, ἢν ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀπο-

διδῶσιν, εὐσταθέες καὶ εὐκρινέες αἱ νοῦσοι γίνονται. ἐν δὲ τοῖσιν ἀκαταστάτοισιν, ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι.

In moderatis temporibus, quum tempeſtiua ſiūt tempeſtiuè, morbi ſtabiles & boni iudicij accidunt. In immoderatis autem, inſtabiles, & mali iudicij.

DOcet hoc in loco Hippoc. quibus anni temporib. morbi ſtabiles & boni iudicij fiant, & quibus item inſtabiles & mali iudicij. In moderatis enim temporibus, quos ipſe καθεστῶτας vocat, ſi quæuis tēpeſtiuè & conuenienti tempore fiant, ſtabiles & ſynceri morbi oriuntur. Καθεστῶτας verò καιροὺς, Galen. in Commen. teſte, Hippocr. appellat tempora, quæ ordine quodam ſuam ſeruāt temperaturam. Seruant autem ſuam temperaturam, quum in qualitatibus ſuis non admodum excedunt, veluti vbi autumnus non fuerit valde ſiccus, ſed, vt Hippo. ait, aquæ etiam deſcendunt: hyemis non admodum frigida, neq; valde ſicca, ſed mediocritatem ſeruet. Quare hęc tempora commodiſsimè moderata dicuntur vt merito antiqui interpretis conuerſio, qui reddidit, in moderatis temporibus, reliquis ſit pręferenda. Eſt enim Græcis καθίστημι interdum, idem quod moderor. Hæc etiā interpretatio aptiſsimè cum iis quæ Galen. in ſuis Comment. ex libello Hippo. de Aëre, aquis & locis affert, quadrare videtur. Cæterum ὡραῖα hoc loco Hippocrates vocat tempeſtiua, id eſt, quæ opportune & ſuo tempore fiunt. vt ſit ſenſus. Si in moderatis temporibus omnia, ſiderum ſcilicet ortus & occaſus, pluuia, ſerenitas, & venti, opportunè ac ſuo tempore fiant, morbi εὐσταθέες, hoc eſt ſtabiles, quieti, conſtantéſue & εὐκρινέες, id eſt faciles & ſynceri futuri ſunt. Quare diceret, morbi qui in iis temporibus accidunt, non erunt inæquales & varij, vt ſunt autumnales, ſed conſtantes, ſynceri & puri. Non ineptè etiam quis interpretabitur εὐκρινέες, boni iudicij. Nam vt Phauorinus teſtatur, εὐκρινὴς Græcis συνήθως μὲν ὁ ἐξ ἀῤῥωστίας ὑγιάνας, conſueto more dicitur qui à morbo leuatus eſt. Eiúſque rei rationem ſubiungit, inquiens, λέγεται δὲ διὰ τὸ εὖ κεκρίσθαι, ſic autem dicitur propterea quod ſit bene iudicatus. Nemo enim à morbo liberatur, niſi bona iudicatio præceſſerit. Significat vero εὐκρινὴς, eodem autore, etiam τὸ εὐχερὲς πρὸς καθαρὸν

καὶ

Margin notes: καθεστῶτες καιροί. — Quādo tēpora ſeruant ſuam naturam. — Moderata tempora. — καθίστημι. — ὡραῖα. — εὐσταθέες. — εὐκρινέες. — εὐκρινής.

καὶ σαφὴς, id eſt facile,ſyncerum & manifeſtum. Ita vt Muſa hoc loco non rectè contendat εὐκρινέστατον (ſic enim aliqui codices Hip. habent,pro εὐκρινέες)haud ſignificare facillimum. Quanquam vero parum referre videtur εὐκρινέας ſynceros,faciles,aut boni iudicij interpretemur: ſunt enim ſynceri omnes morbi,etiã boni iudicij,tamen mea ſententia, rectius hic legeretur εὔκριτοι,id eſt boni iudicij.quod aliis etiam in locis Hippo.huic dictioni δύσκριτον, cuius in hoc quoque Aphoriſmo mentio fit,εὔκριτον opponit,vt in 1.ſectiõe aphor. 12.vbi inquit, καὶ εὔκριτα καὶ δύσκριτα. Non eſt autem mirum, in temporibus moderatis, conſtãtes & boni iudicij morbos fieri:quippe tum natura & facultas robuſtę ſunt,facileq; morbi ſtabilis cauſas demoliuntur.Porro in temporibus immoderatis,ſic enim vox ἀκαταστάτοισι interpretari debet,quod ἀκαταστασία Græcis ſit ſeditio, in qua quidem nihil moderatũ exiſtit:ſed omnia turbata,morbi inſtabiles, inquieti,turbarũq; pleni,& δύσκριτοι,hoc eſt mali iudicij:ſic enim Gal.interpretatur dicens δυσκρίτους τουτέστι κακοκρίτους.Muſa tamen contra Galeni mẽtem δύσκριτοι difficiles interpretatur, non animaduertẽs δυς plane opponi τῷ εὖ , & morbos dici δυσκρίτους, quod cũ periculoſis & grauibus ſymptomatis iudicentur,vt latius in Commen.ſuis,& infra ſect.4.Com.29.docet Galen. Quinetiã Phauorinus disertè δυς ſignificare idem quod κακῶς ſcribit.Cum itaq; ἀκατάστατοι καιροὶ ſint tẽpora immoderata,ſuáſq; temperaturas non ſeruantia, atq; adeo talia in quibus nihil ordine & opportune fit, nihil mirũ morbos etiã in iis accidentes eſſe inſtabiles & mali iudicij. Repetitur hic aphoriſmus ad verbũ ferè lib.2.Epid.ſect.1.ab Hipp.qui ait, ἐν τοῖσι καθεστῶσι καιροῖσι ἢν ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδῶσιν, εὐσταθέες καὶ εὐκρινέστατοι αἱ νοῦσοι. ἐν δὲ τοῖσιν ἀκαταστάτοισιν, ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι. Sic enim legendus hic Hippocrat.locus erit, qui in omnibus Gæcis exemplaribus , & eo potiſsimum quod ex Frobeniana officina prodiit , mire deprauatus eſt.

Muſa.

ἀκαταστασία.

δύσκριτοι Muſa.

ἀκατάστατοι καιροὶ.

Exemplar Hip. Frobenianum mire deprauatum.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

In libro de aqua,aëre, &c.]Hic locus qui impræſentiarũ à Gal.citatur,nuſquã in Græco Hippocratis codice excuſo reperitur,ita vt facile quipiã hic Gal.noſtrũ de memorię lapſu inſimulare poſſet,niſi conſtaret eum libellum græcũ qui hodie ſub titulo de aëre,aquis & locis circũfert in multis locis

Lib. græcus Hipp.

de aëre, aquis & loci, non eſt integer. — eſſe mutilum & decurtatũ, quod tamẽ à paucis, quod ſciam, adhuc eſt animaduerſum. Eſſe autem hunc locum, cuius hic meminit Gal. in libello Hippocratis perſcriptũ, ex Latina antiqui interpretis conuerſione abundè liquet, qui eũ quidẽ „ iis reddidit verbis: Si enim ortus & occaſus ſtellarum prout „ debet fuerit, & in autumno aquæ multæ, in hyeme vero pau„ ce, neq; ſerena neq; frigida plus opportuno: vere quoq; & æſtate aquarũ contemperantia, annũ ſanum atq; ſaluberrimum neceſſe eſt eſſe. Quæ ſane interpretis verba per omnia reſpõdẽt verbis Hipp. à Galeno in Commen. productis. Quapropter, vt libellũ græcũ Hipp. in omnibus excuſis codicibus, quãdoquidẽ in nullo eorũ reperiat, eſſe decurtatũ fateamur oportet. Quæ autẽ in hoc libello deſiderãtur, ea perperã ab imperito quodã librario adiecta ſunt libro alteri Hip. quẽ ille de vulnerib. capitis inſcripſit, in quo hic apho. ad verbum ita habetur. περὶ δὲ τῶν ὡρέων ὧδέ τις ἐνθυμεύμενος διαγινώσκοι, ὁκοῖόν τι μέλλει ἔσεσθαι τὸ ἔτος, εἴτε νοσερὸν, εἴτε ὑγιεινόν. ἢν μὲν γὰρ κατὰ λόγον γένηται τὰ σημεῖα πάντ' ἐπὶ τοῖς ἄστροισι δύνουσί τε καὶ ἐπιτέλλουσιν, ἔν τε τῷ μετοπώρῳ ἢν ὕδατα γένηται, καὶ ὁ χειμὼν μέτριος, καὶ μή τε λίην εὔδιος, μή τε ὑπερβάλλων τὸν καιρὸν τῷ ψύχει, ἔν τε τῷ ἦρι ὕδατα γένηται ὡραῖα, καὶ ἐν τῷ θέρει οὕτω τὸ ἔτος ὑγιεινότατον εἰκὸς εἶναι. De temporibus vero anni vtiq; quis mentem adhibens, ſanus ne an morboſus futurus ſit, ita dignoſcat. Quippe ſi rite & cõuenienter ſigna hæc per ortus & occaſus ſiderũ fiãt, ſiq; in autumno pluat, & hyẽs mediocris fuerit, neq; admodũ ſicca, neq; frigida præter modum, ſi deniq; vere & æſtate pluat tempeſtiuè, ſic annum par eſt ſaniſsimum fore. Vbi animaduertendum erit, nos εὔδιον

εὔδιος quid ſignificet. — contra omniũ fere interpretũ ſententiã, qui ſerena interpretati ſunt, cõuertiſſe ſicca: quod ſcilicet hoc loco ſerenã hyemẽ ſignificare nõ poſsit. Experiẽtia enim ipſa vnà cũ ratione docet, ſerenos hyemis dies turbidis eſſe multo frigidiores. Quapropter cũ idẽ ſit dicere hyemẽ nõ eſſe valde ſerenã, & nõ impenſe frigere. ideò ſi εὔδιος dictionẽ ſerenã interpretemur, fruſtra ab Hipp. adiectum erit, neq; frigidã pręter modum. Neq; etiam εὔδιος tepidam ſignificat hoc loco, vt Theodorus eſt interpretatus, hyemẽ; quod apud nullum probatũ, quod ſciã, autorẽ vllũ extet teſtimoniũ, εὔδιον tepidũ ſignificare. Accedit, quod ſi εὔδιος tepida interpretabimur, fruſtra

Hippocra. difficilis locus explicatur.

εὔδιος non ſignificat tepidum.

Hippo

Hippocratem ſubieciſſe, neq; frigore id quod opportunum eſt excedēs, fateamur neceſſe eſt. Nam ſi frigore quod opportunū erit, haud excelſerit, hoc eſt, ſi ſuā ac naturalē frigiditatem hyems retinuerit, non poterit eſſe mediocriter tepida. Aut cōtrà; vbi mediocriter tepida fuerit, frigida eſſe haud poteſt, quod tamē eius naturæ maxime aduerſatur. Proinde εὔδιος hic potius, vt nos interpretati ſumus, ſicca denotat: quandoquidē Hippocrates nihil aliud velit, q̄ quòd hyems debeat eſſe mediocriter humida & frigida. ideóq; ait neque valde ſicca: quod ipſum naturæ eius, quæ humida eſt, repugnet: neq; frigore, id quod opportunum eſt excedēs, id eſt, retinere debet ſuā frigiditatem, eámq; non excedere. Præterea εὔδιος ſignificare ſiccā, ex iis quæ præcedūt & ſequūtur, etiā colligi poteſt. Quippe vult Hipp. nulla prorſus anni tempora, atq; adeo ne æſtatē quidem ipſam, & autumnū, pluuiis carere, tantū abeſt, vt hyemē mediocrem, naturámq; ſuam ſeruantem, admodū ſiccā eſſe concedat. Poſtremū εὔδιος ſiccam denotare hyemē, Phauorinus quoq; ipſe cōfirmat, q̄ ita ſcriptum reliquit, εὔδιος κυρίως ἡ ἀέρος ἀβροχία, eudios ꝓprie eſt aëris ſiccitas. Hunc locū copioſius tractare libuit, quod à nullo, quod ſciam, ſit recte enarratus. Neque valde ſerena.] Græcè, καὶ μή τι λίαν εὔδιος. Conuertendū itaq; ſicca, ꝓpter cauſas iam expoſitas. Neque frigore excedens.] Addendum, id quod opportunū eſt. Græcè enim eſt, μή τι ὑπερβάλλων τῷ καιρῷ τῷ ψύχει. Præterea hyems mediocris, hoc eſt ſuā m naturā ſeruās, per exceſſum quidē frigida eſt, at tamē ei⁹ frigiditas non eſt tanta, vt id quod opportunū eſt, id eſt, conuenientem ſuæ naturæ modū excedat, quēadmodū paulo ante etiā diximus. Ductū.] Græcè ἅπαντα γὰρ ὅσα μὴ φυλάττει κατά τι τὴν τοῦ καθεστῶτος ἔτεος ἀγωγὴν: omnia enim quæ non ſeruant aliqua ratione moderati anni conſtitutionem. Neque enim ἀγωγὴ apud Hippocratem aliud ſignificat, quam κατάστασιν, Gal. teſte qui lib. primo Epidemion conſtitutione prima. Comment. 1. ita ſcriptum reliquit, ἀγωγὴν δὲ δηλονότι τὴν κατάστασιν ὠνόμασε τοῦ περιέχοντος, agogen quidem ambientis nominauit conſtitutionem.

APHORISMVS IX.

Ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται αἱ νοῦσοι, καὶ θανατωδέσταται τὸ ἐπίπαν· ἦρ δὲ ὑγιεινότατον, καὶ ἥκιστα θανατῶδες.

Per autumnum morbi acutiſſimi & exitioſiſſimi omnino accidunt. Ver autem ſaluberrimum, & minime morbis exitioſis obnoxium.

Autũnus cur inſalubris.

IN hoc Aphoriſ. duo inter ſe confert tempora Hipp. nempe ver & autumnum: hocq; eſſe ſaluberrimum, & minime exitioſum: illum verò inſaluberrimum, vt qui maxime letales & acutiſsimos pariat morbos, idque propter ſuam in calore & frigore inæquabilitatem, vt Gal. in Commen. fuſius explicat. Quippe in autumno mane frigus viget, circa meridiem magnus æſtus, qui rurſus ad occidentem ſolem mutatur in frigus. Quare plurimum hoc loco à vero deuiat Ant. Muſa, qui autumni qualitates eſſe ſcribit frigiditatẽ & ſiccitatem. Neq; enim, vt iam commemoratum eſt, & copioſius à Galeno lib. 1. de Temper. cap. 4. & lib. 1. Epid. conſt. 1. Com. 1. docetur, autũnus ſimpliciter loquẽdo frigidus eſt, ſed planè inæqualis. Præualet quidẽ in autũno frigidũ calido, quia bis frigus viget, ſemel autem tantũm calor: nihilominus tamẽ inæqualis eſt, quod ſcilicet in eo non ſolum frigiditas perpetuo, imo etiã interdum calor ſuperet, ac dominetur. Proinde quum frigidum & ſiccum facit Muſa autumnum, miris ſe modis torquet in inquirendã cauſa cur autumnus ſit inſalubris, eoque tandem progreditur, vt pugnantia dicere nihil metuat, nunc frigidum, nunc inæqualem eſſe autumnum aſſerens. Quod quidem palàm deprehendent, qui illius Commentarios euoluere voluerint: neque enim ad viuum ſingula illius hoc loco errata excutere nobis placuit. Ceterum inſalubrem eſſe autumnum Hippocra. aſſerit, quod in eo fiant acutiſsimi morbi, hoc eſt, Galeno ſect. 2. Aphoriſm. Comm. 23. teſte, vehementiſsimi, & ad ſuum vigorem celerrime properãtes. Quinetiã Gal. lib. 1. Epid. ſect. 3. Cõme. 5. acutiſ-

Muſæ lapſus in autũni temperatura.

Acutiſsimi morbi

Muſę interpretatio improbatur

2. aph. 25.

ſimos morbos eſſe ſcribit eos qui breui tempore decernũt. Mirum itaque eſt cur Muſa in eius loci explicatione aduerſus Galenum ipſum, & omnium medicorum cõſenſum, acutiſsimos morbos, non eos qui breui tempore decernunt, ſed peſsimos interpretetur. Sed excutiamus rationẽ, quæ vt idipſum faceret hũc cõpulit. Nam inquit, ſi intelligas præcisè de acutie penes breuitatem, falſus erit Aphoriſmus is: Aeſtiuę quartanę breues, autumnales longę. Quaſi vero Hippocra-

tęs

tes in eo Aphoriſ.ſimpliciter omnes febres autumnales eſſe longas pronunciauerit, & nõ adiecerit, Magna ex parte. Prętereà in aphor. quem nunc enarramus, nõ ſimpliciter ait, per autũmnũ acutiſsimi morbi accidunt, ſed cũ adiectione acutiſsimi & exitiales. Quapropter fieri quidem poteſt; vt per autumnũ etiam fiant longiores febres, at minimè exitioſæ. Quid multa? In eo aphor. quẽ producit Muſa, Hip. febres inter ſe confert, cęteriſq; paribus exiſtentibus, cuiuſq; generis febres atq; morbos æſtate eſſe breuiores quàm autũno aſſerit. Haud tamẽ inficias it, quin acutæ atq; adeò breues etiam febres ac morbi autumno fieri queant. Acutos autem fieri morbos in autumno, infrà quoq; nempe aphor. 22. huius ſectionis, vbi ex profeſſo quin in eo accidát morbi tradit, palàm oſtendit, dũ ait, Autũno anginæ, ilei, & furores fiũt. Non autem acutiſsimi tantũ morbi in autũno fiunt, verumetiam omnino exitioſiſsimi, idq; collatione ad reliqua tẽpora, quæ minus exitiales afferũt morbos. Exitioſos autẽ fieri morbos contingit, primò propter eius inęqualitatẽ, quę multorũ pra- 1
uorum humorũ cauſa exiſtit. Deinde ꝙ tempus æſtiuũ, quod 2
præceſsit, humore veluti aſſauit. Tertiò, ꝙ per æſtũ vires ſint 3
redditæ imbecilliores. Et quartò, ꝙ humores vitioſi iterum 4
petere ob ambiẽtis frigiditatẽ, quæ matutino tẽpore ac veſperi viget, profundũ corporis incipiũt. Quintò, ꝙ hoc tẽpo- 5
re propter fructuũ ferè omniũ copiam, prauorũ humorum multitudo procreetur. Aliqua tamen exemplaria nõ legunt, *τὸ ἐπίπαν*, id eſt, omnino, ſed *ὡς ἐπίπαν*, qđ eſt magna ex parte: vt ſit ſenſus, magna ex parte morbos autumno ortos eſſe acutiſsimos & exitioſos. Porrò vt autũnus propter ſuã inæqualitatẽ eſt inſalubris, ita ver proptereà ꝙ ſit tẽperatum, vt in Comm. ſuis Gal. teſtatur, ſaluberrimum exiſtit. In præfatione prætereà libri 1. Epide. ver eſſe *εὐκρατώτατον*, id eſt maximè temperatum, Gal. etiam affirmat. Et in Comm. 1. eiuſdem libri, in medio eſſe hyemis & æſtatis, hoc eſt neq; frigidum, neq; humidũ, neq; calidum, neq; ſiccum eſſe aſſerit: igitur in vtraq; oppoſitione tẽperatum. Quæ quidem teſtimonia vt produceremus, Braſauolus nos coëgit, qui in huius ſententiæ enarratione nõ veritus eſt dicere, & ver ſimpliciter non eſſe tẽperatum, quia ſcilicet calidũ & humidũ ſit. Quod cur fecerit, ſatis mirari non poſſum, præſertim cùm conſtet

Exitioſiſsimi morbi in autũno cur fiant.

Ver ſaluberrimũ, quia tẽperatum.

Muſæ erratum, ver eſſe temperatum negantis.

Gale

Galenum noſtrum lib.1.de Tempe. c. 4.diſertè aſſerere, ver ſimpliciter, hoc eſt, ſuapte natura æſtimatũ,non ex alterius cõparatione eſſe temperatũ: ꝙ neq; ſicut in hyeme plus valet in eo frigidũ quàm calidũ,neq; ſicut in æſtate minus. Ad eundẽ modũ ſiccitatis humiditatiſq; æquabilitatẽ in eo ſpectes.Neq; ſcilicet in eo ſicut in æſtate præualente ſicco, neq; ſicut in hyeme exuperãte humido. Præthereà quo modo calidum & humidũ,ſimúlq; temperatũ, ad corpora noſtra collatum,quia illa parũ alteret,dici queat,nõ video.Si enim calidum & humidũ eſt, tale non alia ratione erit, niſi quatenus corporibus noſtris collatũ,ea calefacit & humectat.Si igitur calefacit & humectat,igitur tẽperatũ eſſe haud poteſt.Quippe calidũ & humidũ, vt anteà eſt demonſtratũ, exceſſus ſunt nomina.Accedit,ꝙ ſi calidũ & humidũ eſſe ver cõcedamus, non erit certè, quod tamẽ hîc palã affirmat Hipp. ſaluberrimum.Nam inter omnia aëris tẽperamenta,Gal.noſtro lib.1. de Temper.c.4.teſte,calidũ & humidum peſſimũ exiſtit,vitæq; humanæ maximè aduerſatur. Quare ridiculũ eſt quod Muſa hîc aſſerit,caliditatẽ & humiditatẽ veris eſſe qualitates noſtræ vitæ maximè propinquas,quia vita in caliditate & humiditate cõſiſtat.Quaſi verò externæ caliditatis & humiditatis eadẽ ſit actio quæ internæ,quum conſtet à calido & humido innatis corpus noſtrũ cõſeruari,ab externis autẽ diſsipari & corrũpi.Cæterùm Hipp.ver etiam eſſe minimè mortiferùm,aut morbis exitioſis obnoxiũ ait:idq; neceſſariò eſt adiectũ, ne ſcilicet ſic ver eſſe ſaluberrimũ quiſpiã putaret, vt nulli prorſus morbi in eo fierẽt.Morbos enim in vere fieri paulò pòſt,in Aph.nimirũ 20. manifeſtè docebit Hippoc. Vtcunque autem in vere accidere morbos contingat, tamen omnes eiuſmodi erũt,vt periculo vacẽt.Quocirca nihil prohibet,quin ver dicatur ſaluberrimũ,non obſtante ꝙ morbos ſuos habeat,quandoquidẽ minimè ſint exitioſi,ſed potiùs,vt ita dicam,ſalubres,quum per eos corpus noſtrũ à vitioſis expurgetur humoribus,vt in explicatione iam citatæ ſentẽtiæ copioſius dicemus. Verùm hîc ab aliquo quæri poſſet, ſi ver ſaluberrimũ eſt,cur igitur verno tẽpore ſanguinẽ eſſe mittendum,non ſolùm Hippo.verumetiam Gal. multis in locis ſuadent?Certè non alia ratione,quàm quòd metuant ne corpus plenum,humoribúſq; multis refertũ hoc tempore, tanquam

Caliditas & humiditas aëris non ſunt qualitates vitæ noſtræ propinquæ.

Ver morbis exitioſis minime eſt obnoxium.

Cur verno tẽpore vena ſit incidenda.

quam minus ſalubri, in morbos incidat. Reſpõdeo, fieri quidem poſſe, vt in hyeme mediocri & ſeruãte ſuam naturam, omnia in corpore animantis bene adminiſtrẽtur, atq; adeò plus ſanguinis boni generetur. Tamen quum ver quod ſubſequitur, ſit temperatũ, non aufertur is ſanguis, ꝙ metus ſit ne in vere morbos pariat: ſed ne æſtatis ſubſequẽtis calor illum extendens, ac diffundens, & quodammodo efferuere faciens, multorũ morborum cauſa exiſtat, quemadmodũ Gal. ſect. 1. Aph. Comm. 15. teſtatur ita ſcribens, Ante æſtatis initium circa vltimam veris partem homines & ſibi & iumentis ſanguinẽ detrahunt: quoniam ad memoriã reuocant, quibus capiantur morbis, quãdo repentè calor æſtiuus ſuperuenerit. Hic enim plus ſanguinẽ extẽdit atq; diffundit, & quodammodo efferuere facit, adeò vt qui hactenus mediocris fuerat, nõ poſsit amplius in venis contineri, ſed vel diſrumpat ipſas, vel exedat. Et quando impetum fecerit ad aliquam corporis partem aliis imbecilliorem, vel in ipſa inflammationem, vel eryſipelas, vel aliquod aliud eiuſmodi morbi genus efficiat. Nam multo plures ac grauiores morbi, quibus plenitudo dedit occaſionem, ex humorum fiunt effuſione. "

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

21 Vt quod bonam habet tẽperaturam.] Græcè, *ὡς ἂν σύγκρατον ὄν*, vt quod temperatum exiſtat. Quandoquidem ver temperiem habet.] Grçcè, *ἐπειδὴ τὸ μὲν ἔαρ σύγκρατόν ἐστι, τῷ δὲ φθινοπώρῳ*. Siquidem ver temperatũ eſt, autũno autem, &c. Deinde æſtiuum ſubſequitur tẽpus.] Græcè, *ἔπειτα διαδέχεται τὴν θερινὴν ὥραν*. Significantius itaque dixiſſet interpres, Deinde æſtiuo ſuccedit tempori, ſcilicet autumnus. Qui nullo victu vtuntur.] Græcè, *τοῖς δ᾽ οὐκ ὀρθῶς διαιτωμένοις*, qui prauo vtũtur victu. Ex ſuperabundanti.] Græcè *ὡς ἐπιμέτρον* legitur, ſed falſò. Scribendum enim erat, *ὡς ἐπιμέτρου*, id eſt, tanquam auctarium accedunt. Eſt enim *ἐπίμετρον* Græcis nihil aliud quàm auctarium, quod iuſtæ menſuræ adiicitur, vt alibi etiam diximus. Fructus.] Adiiciendũ, molliores. quippe Græcè eſt, *τὸ κατὰ τὰς ὀπώρας*. Sunt enim *ὀπῶραι*, omnes herbacei & mollioris corticis fructus, quales ſunt mora, pruna, ceraſa, ficus, & id genus alij. His contrarij fructus, *ἀκρόδρυα* Græcis vocantur, vt in Annotationibus noſtris in tertium librum Galeni de Tuend. ſan. conſcriptis etiam monſtrauimus.

[Margin: Græc° Galeni codex emẽdatus. *ἐπίμετρον*.]

[Margin: *ὀπῶραι*.]

[Margin: *ἀκρόδρυα*.]

APHORISMVS X.

Τὸ φθινόπωρον τοῖσι φθίνουσι κακόν.

Autumnus tabidis malus.

φθίνοντες. DAmnat hoc loco Hipp. autumnũ ea de cauſa, ꝙ tabidis ac extrema conſumptis macie pernicioſus ſit. Neque enim φθίνοντας alios appellat Hippocr. Galeno & Philotheo authoribus, quàm τοὺς ἐπιποσῶν συντηκομένους. καὶ οἷς ἑλκοῦται ὁ πνεύμων, hoc eſt, qui quomodocunq; tabeſiunt, & quibus pulmo exulceratur. Verbum autem συντήκεσθαι bifariam accipitur apud Græcos medicos. Propriè pro eo quod eſt μαραίνειν, id eſt, extrema macie cõſumi & tabeſcere. Impropriè autẽ pro λεπτύνεσθαι, hoc eſt, attenuari & cõminui, vt ſuprà quoq; à nobis dictũ eſt, nempe ſect.2.Aph.28. Rectè igitur Leonicenus φθίνοντας tabidos vocauit, quandoquidem Cicero & Celſus lib.3.cap.22.tabis vocem generatim etiam pro omni corporis macie vſurparint.

συντήκεσθαι.

Autũnus tabidis cur malus. Quòd verò autumnus tabidis malus ſit, nulla alia de cauſa accidit, quàm ꝙ graciles & ex quacũq; occaſione extenuati à cauſis exterioribus facillimè lædãtur, quòd ſcilicet carnibus omniq; pinguitudine prorſus deſtituti, nullum omnino propugnaculum habeãt, quod illos ab iniuria externarum cauſarum vindicet. Quum verò autũnus ſit inæqualis ac varius, nihil mirũ ſi tabidi in eo plus obeſis & carne munitis offendantur. Quod magis accidere ſolet, vbi propter pulmonis exulcerationem tabidi ſunt. Quippe autumni frigus in profundum ſubiens, pulmonem potiſsimum, aliaſq; principes partes lędit ac infeſtat. 5.Aph.20. Siquidem frigidum, vt ait Hippocrates, vlceribus mordax eſt. Atqui non ſolum frigiditate ſua, quæ calorem, vt ſuprà dictum eſt, ſuperat: ſed & ſiccitate tabidis, vtpote anteà ſatis exiccatis, moleſtus eſt. Quanquàm iis, qui exulceratione pulmonis tabidi fiunt, vlcerum ratione, ſiccitas non aduerſatur, ſed potius iuuat. Hinc eſt quod Gal. lib.5.Therap.meth.cap.12. Tabiarum aërem, eò quòd ſiccus ſit, magnopere pulmonis exulcerationibus competere ſcribat. Reperitur hæc ſententia ab Hippocrate lib.6.Epidem.part.7.Aphor.13.

ANNOT. IN COMM. GAL.

φθινάδας. Vtrum verò illos ſolũ nominet tabidos.] Græcè eſt, φθίνοντας. Idem aũt ſcribit lib.1.Epid.Cõſtit.2.com.13.Gal. dicens:

φθιν

φθινώδεας καὶ φθινοντας, hoc eſt, tabidos quos dicat Hippocra-"
tes, parum conſtat. Nam eos quorum corpus quomodocunq; "
extenuatur & tabeſcit, ſic nominare conſueuit, nedum eos "
quibus ob pulmonis exulcerationem marceſcit. Tabefa-
ctos.] Græcè συντετηκομένους, impropriè vſurpata voce, pro omnibus ex quacunque occaſione extenuatis.

APHORISMVS XI.

Περὶ δὲ τῶν ὡρέων, ἢν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον, ἀνάγκη τοῦ θέρεος πυρετοὺς ὀξέας, καὶ ὀφθαλμίας, καὶ δυσεντερίας γίνεσθαι, μάλιστα τῇσι γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσι τοῖσιν ὑγροῖσι τὰς φύσιας.

Inter anni tempora ſi hyems plus iuſto ſiccior & frigidior fuerit, ver autem pluuium & auſtrinum, febres acutas fieri æſtate neceſſe eſt, & lippitudines, & difficultates inteſtinorum, præſertim mulieribus, & viris natura humidis.

SVprà ex Hippocratis in libro de Aere, aquis & locis ſententia didicimus, quòd is eſſet annus moderatus & ſalubris, in quo ſingula eiuſdē tempora ſuam retinerent temperaturam. Nunc ex eodem nobis diſcendum erit, quæ tempora ab iſta commoderatione deficiunt & recedunt, quidque tum malorum hominibus afferant. Nam cùm anteà generatim dixiſſet, mutationes temporum parere morbos, iam particulatim idipſum in mutationibus, quæ per plura anni tempora fiunt, oſtendere conatur. Orditur autem ab iis quæ non multùm à ſua naturali temperatura recedunt, hyeme nimirum ſicca & aquilonia, & vere plouioſo & auſtrino. Quod autem initio ait, περὶ δὲ τῶν ὡρέων, bifariam interpretari poteſt. Primùm quidem, vt hæc verba ſint veluti inſcriptio quædam eorum quę ſequuntur, atq; tum ſubaudiendum erit ἀλλοιώσιος, vt ſit ſenſus, De temporum mutatione. Secundò, vt prædicta verba ad ea quæ ſequũtur referantur, vt idem valeant, quòd inter anni tempora, vt nos interpretati ſumus, vel ex temporibus anni, ſi hyems fuerit αὐχμηρὸς, hoc eſt

1. Aph. huius ſect.

αὐχμηρὸς.

"eſt plus iuſto ſiccior, nõ tamẽ extremè. Id enim ꝓpriè hãc vo
"cem ſignificare, ex Galeno in enarratione ſeptimi aphor. hu
"ius ſectionis oſtendimus: & βόρειος, id eſt aquilonia, hoc eſt, pauloquàm ſuæ naturæ conueniat frigidor. Quippe borea ſeu aquilõe ſpirãte maxime friget aër, pluat interea vel ningat, vel ſerenũ ſit cœlũ, quod experientia ipſa eſt comprobatum. Quare hæc hyemis tempeſtas, quã nunc ob oculos ponit Hippocrates, planè naturali hyemis temperaturæ, cuius in libro de Aëre, aquis & locis meminit, opponitur. Siquidẽ vult ibidẽ Hipp. vt hyems moderata non ſit valde ſicca, neq; etiam ſupra id quod opportunum eſt frigida. Vt hinc etiam omnibus perſpicuum fiat, hæc verba, μή τι λίην αὐχμηρός. Neq; valde ſicca, interpretanda eſſe. Atq; hæc de hyeme. Ver vero ἐπομβρον, hoc eſt aſsiduè pluuioſum fuerit. Vt enim ſic interpretemur, nos primùm cogit Phauor. qui ait, ἐπομβρία λέγεται, ὅταν ἐπάλληλοι ὄμβροι ὦσιν. Epombria dicitur, vbi alii aliis ſine intermiſsione imbres ſuccedunt. Dein etiam res ipſa, ꝙ neceſſe ſit hanc veris conſtitutionẽ pugnare cũ naturali, quam Hipp. in lib. de Aëre, aquis & locis ait eſſe, vt ver habeat tempeſtiuas pluuias. Cùm verò hoc loco meminerit veris, quod aſsiduo eſt pluuium, vt moderato veri aduerſetur oportet. Et auſtrinum, hoc eſt calidũ. Hinc eſt quod Philot. ver ἐπομβρον καὶ νότιον, interpretetur ὑγρὸν καὶ θερμὸν, humidũ & calidum. Neceſſe autem erat vt Hip. vocem ἐπομβρον adiiceret, quod auſtrina conſtitutio non ſemper ſit pluuia, ſed interdũ etiam ſicca: Quod confirmat Hipp. qui libro 1. Epidem. Conſtit. 1. Aphoriſ. 8. disertè talem conſtitutionem deſcribit inquiens: Conſtitutio hæc auſtrina & ſicca cum eſſet, &c. Ex iis etiam ſatis liquet, has mutationes eſſe exiguas, quod Gale. quoque in ſuis Com. monet. Quippe hyems quæ natura frigida eſſe debet, in humiditate tantũ à naturali temperamẽto prorſus receſsit. Ver autẽ quod mediocriter natura eſt calidũ, vt ſuprà abunde mõſtrauimus, itidem per humiditatẽ à naturali tẽperamento declinauit. Cõſtat enim, auſtrũ non admodum eſſe calidũ, ſed potius tepidũ, atque adeò à temperato calore qualis eſt veris, non multum deficere. Quare non eſt vt hic

Muſa. Hippo. de valde calido vere loqui, vt Muſa cenſet, putemus. Prædictis itaq; conſtitutionibus anni exiſtẽtibus, neceſſe eſt in æſtate, modo ſcilicet ſuã ſeruet hæc ipſa naturam, fieri fe-

cit

bres acutas, lippitudines, & dyſenterias. Quorum quidem morborum cauſas cum in Commentariis ſuis abunde explicet Galenus, nõ eſt cur eas hic repetamus, ne præter neceſsitatem prolixiores ſimus. Quæ ad vocum explicationem attinent, ex Compendio noſtro petenda veniunt.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Sunt qui initio Comm. aliqua deeſſe cenſeant, quæ quum nõ admodum vtilia ſint, & in maxima Græcorũ & Latinorũ codicũ parte deſiderentur, cõſulto præteriuimus. Strangulatio.] Græce, πνῖγος, æſtus. Neq; enim hæc vox Græcis, Phauorino teſte, aliud ſignificat quã καῦμα. In ea ſignificatione vſurpauit etiam Hipp. lib. 3. Epide. conſti. 3. Aph. 6. inquiens, θέρος αἴθριον, θερμὸν, πνίγεα μεγάλα, æſtas ſerena, calida, magni æſtus. Non cõſtantibus.] Græcè, μὴ συνιστηκυιῶν, non adſtrictis, ſeu fluxilibus. Eſt enim συνεστηκὼς ſolidus, compactus, nõ fluxilis, participiũ à verbo συνίστημι, quod cogo, coeo, & concreſco Græcis ſignificat. Sic Hipp. 2. Progn. Apho. 13. διαχώρημα συνεστηκὸς nominat deiectionem cõpactam, ſolidam, & nõ fluxilem. Non inflammari.] Hippocratis exemplaria habent, μὴ ὑπλαδᾶν, id eſt, non humectari. Alia legunt συντήκεσθαι, ſed minus recte. Meliores vero codices habent, μὴ φλυδᾶν, quod Phauorino teſte, apud Hippocratẽ denotat ὑγραίνεσθαι, ἢ μυδᾶν. Eſt autem μυδάω Græcis, humecto & putreſco. Conuertendũ igitur pro inflammari, humectare & putreſcere. Vulgari.] Græce, ἐπιδημεῖν, populariter graſſari. Hinc ἐπιδήμιον νόσημα, Galeno lib. 1. Vict. acut. Comm. 9. autore, eſt morbus qui certo quodã tẽpore aliquo in loco abundat, aut multos inuadit. Atqui in ſecundo Epidimiôn.] ſectione ſcilicet prima. In ipſo tẽpore.] Græce, κατ' αὐτὴν ὥραν, in eodẽ tempore. Verba eius inibi hæc ſunt.] Omiſſæ ſunt ab interprete dictiones aliquæ, hæ nimirum, ἄνθρακες ἔβρεχε ἐν Κρανῶνι erant in Cranone carbunculi, pluebat, &c. Aqua ruente per totum.] Græce, ὕδατι λάβρῳ, largo imbri. Largus vero imber, vt autor eſt Galenus lib. 1. Epide. conſti. 2. Comment. 4. nihil aliud eſt, niſi repentinus, vehemens, & breuis. Per totum.] Græce, δι' ὅλου, aſsidue. Auſtro magis.] ſcilicet flante. Et hoc loco falſo Muſa Galenũ de memoriæ lapſu accuſat. Hippocratem enim auſtri meminiſſe tam apertum eſt, vt demonſtratione non egeat. ait enim, ἐγγίνοντο δὲ μᾶλλον νότῳ. Vt ipſe

[Margin notes: πνῖγος. — συνεστηκώς. — συνίστημι. — Hippocratis locus emaculat⁹ — μυδάω. — Ἐπιδήμιον νόσημα. — Largus imber. — δι' ὅλου. — Muſa Galenũ falſo de memoriæ lapſu accuſat.]

inquiet.] ſcilicet Apho.16.huius ſectionis, Adhuc autē magis in his quæ calidiſsima ſunt.] Græce, ἔτι δὲ μᾶλλον αὐτῶν αἱ θερμότητες, Iam verò his ipſis calores magis, ſcilicet morbos committunt. Diſpoſitionibus.] Hęc vox abundat, quum Græce ſit, οὕτως ἰσχυρῶν τε καὶ ἀμέτρων ὡς ἐν κεραυνῷ. Anticipat Græce, φθάνων, feſtinat. Afficerentur.] Græce λυπηθῆναι μὲν αὐτίκα τὰ σώματα τοιοῦτον, corpora quidē tali modo vexari poſ-

ἄν. ſibile eſſet, &c. Nam quando ἂν particula ſubiunctiuo vel optatiuo adiicitur, tūnc potentiam denotat. Adcreſcet,] Græce, συστήσεται, coaceruabitur. Sicciores temperaturæ.] Græce, αἱ ξηρότεραι τῶν καταστάσεων, ſicciores conſtitutiones, Ait.] ſcilicet Aphor.15.huius ſectionis. Rectis ſtantibus.] Græce, ὀρθοστάδην. Muſa hanc dictionem mauult interpretari è directo, vel ex oppoſito, ſed ſatis inepte. Leoniceni in-

Muſæ interpretatio inepta. terpretatio obſcurior eſt, quàm vt ab omnibus queat intelligi. Quare vt ſtudioſi huius vocis veram & legitimā ſignificationem teneant, neceſſe eſt nos Galeni verba ex lib.1. Epide.conſtit.1.Comment.10.proferre, quæ quid apud Hippocratem hæc vox ſignificet, plane explicant, ὥστε, inquit,

ὀρθοστάδην ὀρθοστάδην ὑπ᾽ αὐτῶν ἐνοχλεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ὅπερ ἐστὶ φέρειν αἰτίας ἀλύπως περιερχομένους καὶ, πράσσοντας τὰ συνήθη, καὶ, μὴ καταναγκαζομένους κλινήρεις γίνεσθαι, καθάπερ ἐν τοῖς σφοδροτέροις νοσήμασι. Orthoſtaden homines ab ipſis affligi & moleſtari, eſt cauſas citra moleſtiam obambulantes ac ſolita munera obeuntes ſuſtinere, neq; vt in grauioribus morbis coactos decumbere. Quare rectius verba Galeni in præſentis Aphoriſ. Comm. ſic interpretabuntur: Nocebit quidē adhuc obambulantibus hominibus propter tuſſes. ita enim verba εἰς βῆχας

εἰς. reddēda veniunt, quod εἰς interdū idem quod propter ſignificet. Vt ſit hæc verborū Galeni ſententia. Hyems aquilonia & ſicca offendet homines leuiter, ita vt adhuc obambulare, & ſolita munera obire queant. Hyēs frigida ac ſicca.] Gręce, ὁ χειμὼν ἱκανῶς ψυχρός τε καὶ ξηρός, hyems admodū frigida & ſicca. Ipſe vero dixerat.] libro videlicet 6.Epide.par.8. Aphor.7.Sed ex qualib.&c.] Græce, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐξ οἵων εἰς οἷα εἰσὶν αἱ μεταβολαὶ προσεπισκοπεῖσθαι, ſed & hoc quod conſiderare oporteat, ex qualibus in quales permutationes fiant.

Interpretis erratū. Exiccatum itaque corpus.] Hoc loco vniuerſam Galeni ſententiam turbauit interpres. Græca ſiquidem ita habent.

προ

προεξηρασμένον οὖν τὸ σῶμα κατὰ τὸν χειμῶνα, &c. Præexiccatum itaque corpus per hyemen, &c. reliqua enim ſe recte habēt.

Ducetur corpus conſtitutionē.] Poſt hæc verba inſerenda quædā veniunt, quæ interpres per incuriā omiſit, τῆς ἐμπροσθεν ὑπαρχούσης αὐτῷ τῆς ξηρᾶς, ſiccæ nimirum quæ ei prius inerat. Strangulationē.] Græcè, πνῖγος. æſtum igitur cõuertendum, vt antea meminimus. Eteſiis.] ἐτησίαι venti ſunt aquilones, ſic dicti ab anno, quaſi anni, quòd ſtatis & certis anni tēporib. ſpirent: vel, vt aliis placet, παρὰ τὸ ἔτος, id eſt, à vere, quòd ſcilicet nunquā dum illorū imminet tempus, mutetur. Hinc eſt quod Plinius lib. 2. cap. 47. dixerit, nullos vētorum magis ſtatos eſſe Eteſiis. Incipiunt ſpirare ab ortu canis matutino diebus quadraginta, vel de ſententia aliorū, ſexaginta. Sic Ariſtoteles lib. 2. Meteorol. cap. 5. ſcribit, Eteſias poſt ſolſtitium & caniculæ exortū ſpirare, idque interdiu, noctu vero deſiſtere, quando nimirū ſidus ſub terrra eſt. Aquilones autem qui caniculæ ortum præcedunt, Græcis πρόδρομοι, quaſi præcurſores dicuntur, Quod teſtatur etiā Plinius loco paulo antè citato, in eum ſcribens modum, Caniculæ exortum diebus fere octo aquilones antecedunt, quos prodromos appellant. Poſt biduū vero exortus conſtantius perflant. Idem, Aquilones diebus quadraginta, quos Eteſias vocant. Hinc recte Gal. lib. 3. Epid. ſect. 3. Comm. 6. ſcribit, Prodromos & Eteſias dirimere canis exortum. Difficultates vero inteſtinorum.] Adiiciendū, vt ipſe dixit. interpres enim in conuerſione ſua præteriit hæc verba, ὡς αὐτὸς εἴρηκε. Non ex aliqua obſeruatione.] Sicut Lycum, & huius preceptorē Quintum feciſſe conſtat: qui nulla habita ratione cauſæ, hæc omnia de anni temporibus ſola experientia eſſe perſpecta ac cognita tradiderunt, vt ſupra in præfatione etiam dictū eſt.

Eteſiæ.

πρόδρομοι venti.

Similiter Græce, ἐξ ἀνάγκης, neceſſario,

APHORISMVS XII.

Ἢν δὲ νότιος ὁ χειμὼν καὶ ἔπομβρος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, αἱ μὲν γυναῖκες ἦσι οἱ τόκοι πρὸς τὸ ἦρ, ἐκ πάσης προφάσιος ἐκτιτρώσκουσιν, αἱ δ' ἂν τέκωσιν, ἀκρατέα καὶ νοσώδεα τὰ παιδία τίκτουσιν, ὥστε ἢ παραυτίκα ἀπόλλυσθαι, ἢ λεπτὰ καὶ νοσώ-

διὰ ξηρὰ ἐόντα. τοῖσι δ᾽ ἄλλοισι δυσεντερίαι καὶ ὀφθαλμίαι ξηραὶ γίνονται. τοῖσι δ᾽ πρεσβυτέροισι κατάρροι συντόμως ἀπολλύντες.

Si vero hyems auſtrina & admodum pluuia fuerit, ver autem ſiccum & aquilonium, mulieres quibus partus vere imminent, ex quacunque occaſione abortiunt. Quæ vero pepererint, imbecilles & morboſos infantes edent, ita vt aut ſtatim pereant, aut inualidi & morboſi viuant. Cæteris vero difficultates inteſtinorum, & lippitudines ſiccæ accidunt. Senioribus autem fluxiones, breui interimentes.

IN hoc Aphoriſmo Hipp. alias duas temperaturas ſeu conſtitutiones temporũ non naturales, prioribus duabus oppoſitas refert: quarũ quidem prima hæc eſt, Si hyems, auſtrina, hoc eſt, calida & valde pluuia (id enim eſt ἔπομβρος, vt ſuprà dictũ eſt) fuerit. Eſſe autem hanc conſtitutionem præter naturã, clarũ fit ex Hippocratis loco, quẽ pręcedenti Aph. ex lib. de Aere, aquis & locis produximus. In eo enim palam aſſerit, hyemen mediocrem debere eſſe mediocriter frigidam & humidã: ait enim, Hyems frigore id quod opportunum eſt, non excedat. hoc eſt, ſit quidẽ frigida hyems, at non ſupra modũ ſibi conuenientem. Si itaque frigida eſſe debet hyems moderata, igitur auſtrina ſeu calida eſſe nequit. Pręterea ibidem inquit Hipp. Hyems moderata ſit, nõ valde ſicca, ſed mediocriter humida. Si mediocriter humida erit, vt nõ ſit valde pluuia neceſſe eſt. Cæterum quod in quibuſdam codicibus Gręcis poſt verba iam explicata inſertum eſt, ſcilicet, καὶ εὔδιος, hoc totum expungendum eſſe, cum Manardo, viro de re medica optime merito cenſeo: ídque propter rationes ſequentes, quas ille lib. 1. Epiſtol. 2. affert. Harum vero hæc prima eſt, Galenus initio Comment. diſerte dicit, hanc temperaturam eſſe duabus in præcedenti Aphoriſmo expoſitis plane contrariam. Si itaque plane contraria eſt, igitur ſatis erit vt dicamus, ſi hyems auſtrina & valde pluuia fuerit. Altera hæc eſt, In expoſitione Aphoriſmi ſequẽtis de eiſdẽ agens tẽperaturis, nil huic hyemi vltra auſtrinam

[Margin: καὶ εὔδιος expungendum è cõtextu. Manardus. 1 … 2]

&

& admodũ pluuiam addit. Tertia, Gal. lib. 1. Epid. Conſtit. 3
1. Comment. 1. citans hanc ſententiam, εὔδιος omittit dicens, εἰ μὲν ὁ χειμὼν ἔπομβρος καὶ νότιος γίνεται. Quanquam latinus interpres præter Græci codicis fidem adiecerit, ſerenáque. Quare hæc ipſa dictio è contextu, tanquam ſpuria, tollenda erit. Quarta, In libro de Aere, aquis & locis, vbi hæc ſen- 4
tentia repetitur, vox εὔδιος in emendatioribus codicibus Aldin. codex Gale. emédatus.
omiſſa eſt, Quod palàm fit ex antiquo interprete, qui hunc locum ita conuertit: Quod ſi contra hyems auſtrina, nimíſque pluuioſa fuerit, &c. Quocirca in Aldino codice, vbi perperam hæc dictio addita eſt, expungenda erit. Nec eam rectè Manardo Muſa opponit. Quinta, Ariſtoteles 5
lib. 1. Problem. 9. cauſam eorum quæ in hoc Aphoriſmo ab «
Hippocrate traduntur perquirens, non aliud hyemi epithe- «
ton apponit, quàm quod hanc ait eſſe pluuiam & auſtrinam. 6
Sexta, Celſus libr. 2. cap. 1. hunc Hippocratis Aphoriſmum ita ad verbum eſt interpretatus: Si vero auſtri pluuiæ'que hyemem occupauerint, ver autem frigidum & ſiccum eſt, grauidæ quidem fœminæ, &c. vbi iterum vocis εὔδιος nulla fit mentio. Hactenus breuiter rationes commemorauimus, propter quas hanc dictionem εὔδιος è contextu eſſe amouendam, tanquam ſuppoſititiam, iudicamus. Atqui inſtabit Obiectio.
hic fortè quiſpiam, hancque vocem εὔδιος minime ſuppoſititiam acriter contendet, quandoquidem ea etiam aliis in locis coniuncta cum νότιος voce vſus ſit Hippocrates, libro nimirum 2. Epidem. ſectio. 3. Aphor. 1. vbi ſic ſcriptum reliquit: ἐς Πέρινθον περὶ ἡλίου τροπὰς ὀλίγον τὰς θερινὰς ἤλθομεν, ἐγεγόνει δὲ ὁ χειμὼν εὔδιος καὶ νότιος, &c. circa ſolſtitiũ fere æſtiuũ Perinthum venimus, facta eſt autem hyems ſicca & auſtrina. Sic enim conuertendum, & non Serena, vt ſuprà demon- Reſpõſio.
ſtrauimus. Cui ita reſpondendum erit: nos quidem nõ negare, quin alibi Hippocrates has duas voces εὔδιος καὶ νότιος copulauerit, tamen fieri nõ poſſe, vt hoc loco εὔδιος cõmode cum νότιος καὶ ἔπομβρος vocibus coniungatur, niſi tranquillam ſignificet, adhuc conſtanter aſſerimus. Id quod ordine, ſingulas interpretum, qui in ea dictione interpretanda varij fuerunt, cõuerſiones excutientes, monſtrabimus. Trifariam autẽ hanc vocẽ εὔδιος interpretati ſunt, quippe Leonicenus Leonicenus
ſerena, Theodorus tepida, antiquus interpres trãquilla con-

conuerſio improbatur.

Serenum tempus.

uertit. Leoniceni vero interpretationẽ eſſe minus huic loco congruam, notius eſt quàm vt à me demonſtrari debeat. Neque enim fieri poteſt, vt hyems quæ eſt ἐπομβρος, hoc eſt, aſsiduè & ſine omni intercapedine pluuia, ſit etiã ſerena, quum conſtet tẽpus ſerenum non eſſe aliud, niſi quod nubibus nebulíſq; caret, atq; adeo pluuio contrarium exiſtit. Accedit, quod Hippocriti & Galeno ſerenum non εὔδιον ſed αἴθριον potius dicatur.

Theodori interpretatio exploſa.

Theodori cõuerſionem, qui tepida eſt interpretatus, ferri non poſſe, à nobis ſuprà in explicatione Com. Galeni. 8 huius ſectio. abundè eſt dictum. Siquidem nullus eſt ꝓbatus & idoneus autor, qui εὔδιος voce in ea ſit vſus ſignificatione. Præterea ſi εὔδιως vox tepidam ſignificaret hyemem, temere ab Hippocrate adiecta eſſet, quod ſatis fuiſſet illũ dixiſſe νότιος. Quippe auſtrina conſtitutio, vt antea etiã cõmemorauimus, quã non impenſe caleat, aut frigeat, tepida verè ſit neceſſe eſt.

Tepidum

Quid Theodoro errandi occaſionẽ præbuerit.

Tepidum enim Latini vocant, quod nec impenſe calet, vel friget. Sed mirabiť hic quiſpiã, quî factũ ſit, vt Theodorus vir vtriuſq; linguæ peritiſsimus, in hac voce εὔδιος interpretãda falſus fuerit? Reſpõdeo, nulla alia de cauſa, quã ꝙ illũ Galeni locus, qui eſt in huius Aph. Cõmẽtariis mire deprauatus, fefellerit, vt paulò pòſt in Annotatio. noſtris copioſè docebimus. Quocirca etſi ſe intellexerit deſtitutũ eſſe aliorũ autorũ exemplo, tamen Galeni ſibi ſufficere putauit autoritatẽ, vt mirũ non ſit in eum errorẽ tantũ incidiſſe virum. Nunc itaq; neutrã interpretationem vel Leoniceni vel Theodori, doctiſsimorum ſane hominum, conſtare poſſe, abunde indicauimus.

Antiqui interpretis conuerſio hoc loco cæteris eſt tolerabilior.

Reliqua eſt igitur tertia, antiqui nimirũ interpretis cõuerſio, qui εὔδιος trãquilla interpretari voluit. Quã ego quidẽ, tanquã cęteris meliorẽ ac tolerabiliorẽ; contra Manardi eruditiſsimi viri lib. 1. Epiſt. 2. & libr. 9. Epiſt. 1. ſententiam, præferendam cenſeo: ídq; ea potiſsimũ de cauſa, quòd crebro etiam in ea ſignificatione ab aliis autoribus εὔδιος vox ſit vſurpata. Quod è Phauorino omnium maximè colligi poteſt, qui ita ſcriptum reliquit, εὐδία καὶ εὔδιος ἡ τοῦ ἀέρος ἠρεμία, ἢ ἀβροχία, ἢ αἰθρία, aëris eſt tranquillitas, aut ſiccitas, aut ſerenitas. Quibus vtique verbis vniuerſas huius dictionis ſignificationes expreſsit. Quum vero in poſterioribus duabus hoc loco accipi nequeat: ex diametro enim cum pluuio ſiccum & ſerenum pugnant: neceſſe eſt vt

in alte

in altera vſurpetur. Neq; obſtat quod Manardus quærit ac obtrudit. Si hyems, inquiens, auſtrina eſt, quomodo trãquilla? Nã quo pacto fiat vt tranquilla & auſtrina ſit hyems, Gal. lib. 3. Epidem. ſect. 3. Commen. 1. exemplo totius anni, quem eiuſmodi fuiſſe Hippo. ait, luculenter oſtendit ita ſcribens. Sed vt tranquillus poteſt, ſimúlq; auſtrinus vniuerſus annus dici, ita accipiamus. Ad memoriam reuocemus, multas nos vidiſſe tempeſtates tranquillitate preditas, & ventis carẽtes, non tamen eodẽ inter ſe modo, verũ hanc lenẽ, mollémue & humidã, illã ſiccã & gelidã. Atq; hæc omnino eſt ſerena. Lenis autẽ ſeu mollis nebuloſam & turbidã cõſtitutionẽ parit, auſtrinámq;, & nonnunquã nubiũ plenam. Contrariam vero huic, aquilonia, & vbi prorſus nullus in aere apparet motus, ſed exquiſitè ſit, quam vocãt, trãquillitas efficit. Haud enim alius videtur aeris eſſe ſtatus, ac maris. nã vt illic ſemper eſt fluxus in alto vel maior vel minor, qui interim ob paruitatẽ nõ apparet, niſi anguſtus eũ exci piat locus, ita in aere quoq; omnimoda immobilitas ac quies haud videt̃ vnquã eſſe, tamẽ interdũ nos quia motus eſt exiguus latet, ac nubes per eas trãquillitates cõſpicim⁹, quę frequẽter nobis ſtare videntur, cũ reuera agitẽtur. Hæc ille. Cũ itaq; Galen. monſtrauerit iis verbis, fieri poſſe vt totus annus ſit auſtrin⁹ & trãquillus, nemo ſubinde miretur, cũ vnũ aliquod eiuſdẽ tẽpus, verbi gratia hyems, huiuſmodi eſſe queat. Neq; quempiã turbet quod Manardus lib. 9. Epiſt. 2. aduerſus Leonicenũ præceptorem acriter diſputans obiicit, nempe in hoc Galeni loco à nobis prolato non legi εὔδιος, ſed ἄπνοια καὶ νηνεμία. Nam quanquã non legatur εὔδιος, tamẽ Gal. alia vtitur voce, ſcilicet ἠρεμία, quæ vt ex Phauorino iam demonſtrauimus, idẽ quod εὐδία καὶ εὔδιος ſignificat. Galeni enĩ verba ſic habẽt, ἠρεμίαν καὶ νηνεμίαν ἐχούσας. Quare de induſtria vocẽ hanc quæ in Galeni eſt contextu præteriiſſe videt̃ Manardus. Non obſtat etiã quod idẽ ait verã tranquillitatẽ, quæ vt autor eſt Ariſt. ſect. 23. Problem. 4. nihil aliud eſt niſi quies aeris, cum auſtrina conſtitutione ſtare non poſſe, quod ſcilicet in ea aer moueat̃. Nã vt paulo ante è Gal. didicimus, aer nunquã non mouetur, atq; adeo de Manardi ſententia nulla prorſus erit vera tranquillitas, neceſſe igitur eſt vt Ariſt. & Gal. aliã intelligãt tranquillitatẽ, nã nimirum in qua nobis apparet ſtare ac quieſcere aer.

Reſpondetur Manardi obiectionibus.

Vera tranquillitas.

De qua tranquillitate Ariſt. & Gal. locuti fuerint.

Hæc quidem, vt antea Galenus docuit, cum auſtro conſiſtere poteſt. Et hanc eſſe Ariſtotelis ſentẽtiã ex eius verbis abundè liquet: non enim de vera, ſed de vẽti tranquillitate ipſum loqui teſtãtur. Porro poſſe cõſiſtere, imò fuiſſe non raro conſtitutionẽ auſtrinã, pluuiã & ſimul trãquillã, ſeu vẽtis carentem, Hipp. loco ſuprà citato teſtatur, vbi ita ſcriptũ reliquit, ἔτος νότιον, ἔπομβρον, ἄπνοια διὰ τέλεος, annus auſtrinus pluuius, trãquillus, ventíſq; carẽs aſsiduo erat. Et rurſus ibidẽ aphor. 3. ait, χειμὼν νότιος, ὑγρὸς, μαλακὸς, hyems auſtrina, humida, lenis, mollíſue. Quod vero νότος μαλακὸς, hoc eſt, auſter lenis, non ſit alius quàm qui ἀναίσθητον ἔχει τὴν κίνησιν ἐν τῷ περιέχοντι, καὶ κατὰ τὰ νέφη, motũ in aëre & nubibus inſenſilẽ obtinet, Galenus ibidem in Commen. indicauit. Itẽ Aphor. 5. eiuſdẽ libri Hippocrates ita ſcribit, ἦρ νότιον, ἄπνουν ὕδατα πολλὰ διὰ τέλεος, ver auſtrinũ erat tranquillum, & aſsiduè pluuiũ. Proinde omnibus perſpicuum eſſe cenſeo, Manardum non rectè aduerſus Leonicenum contẽdiſſe, quòd cum auſtris pluuiis non ſolũ vera tranquillitas ſtare haud poſsit, ſed nec ἄπνοια, quum diuerſum Galenus & Hippocrates clament. Hæc autẽ à me prolixius ſunt dicta, vt etiam ij haberent quo ſuã tuerentur ſententiam, qui mordicus retinere hic vocem εὔδιος conantur. Quanquam, vt antea ſum teſtatus, mea ſentẽtia, hæc dictio prorſus eſt è contextu tollenda & abradenda. Braſauol⁹ volẽs effugere ambiguitates ſuprà cõmemoratas, ita præſentem Hippocratis Aphoriſmum legit, ἢν ὁ νότιος ὁ χειμὼν καὶ ἔπομβρος ἢ εὔδιος. Atq; cur ita legat, rationẽ hãc eſſe ait, ꝙ in omnib⁹ exẽplarib⁹ quæ ille vnquã legit, εὔδιος ſcriptum ſit, & in Galeni etiam Com. hæc vox reperiatur. Denique hunc eſſe adiicit huius Apho. intellectum, Si hyems auſtralis & pluuioſa fuerit, vel auſtralis & ſerena, quia frequẽter auſtro flante pluit, eo etiam flante quandoque ſerenũ eſt. Hæc Muſa. Quaſi vero ſatis ſit ad ſerenitatẽ non pluere, & non potius ſerenum cœlum ab omnibus dicatur, quod nebulis ac nubibus, multóq; magis imbribus caret. Sic certè Phauorinus αἰθρίαν, id eſt, ſerenitatẽ eſſe tradit, ὅταν ἀνέφελος ὁ ἀὴρ ᾖ quando aër nubibus caruerit. Quum itaque talis ſerenitas cum auſtro ſtare non queat (ſuprà enim ex Cõmentario primo libro tertio Epidemiôn ſectione 3. Galen. abundè patuit, quod lenis etiam auſter nubes ac nebulas efficiat) planum fit,

Auſter lenis.

Muſæ explicatio improbatur.

Serenum cœlum. αἰθρία.

ſit, Muſę lectionem eſſe abſurdam admodum: nec opus fuiſſe vt probaret teſtimonio Hippoc. auſtrum ſine pluuiis ſpirare poſſe, ſed potius ſine nebulis & nubib⁹. Perridiculum etiam eſt, quod ſerenum idem quod trãquillum ſignificare, & cum aquoſo & pluuioſo conſiſtere poſſe aſſerat Muſa. Nã tantum abeſt ab imbribus ac pluuiis ſerenitas, vt poëtæ aliiq; autores ſerenum pro ſicco poſuerint. Quod Sipontinus etiam in ſuis Cornucopiis annotauit. In ea tamen hic ſignificatione accipi non poteſt, quod ſcilicet ad conſtitutionem ſiccam hi morbi, quos hic recenſet Hippocrates, ſequi non poſſent. Et quod Gal. in Commenta. ſcribat, contrario modo ſe habere hanc temperaturam prioribus duabus, quarum altera ſicca & aquilonia erat, vt neceſſe ſit hanc de qua hic agit, eſſe pluuiam & auſtrinam. Quocirca cum nec Muſa poſt Leonicenum & Manardum rectè hanc Hipp. ſententiam enarrarit, quando conſtet ἐπόμβρος vocẽ, quæ aſsiduas & intercapedine carentes pluuias ſignificet, εὔδιος dictionẽ ſecum ferre non poſſe, cõmodius eſt vt eam prorſus abiiciamus, aut tranquilla interpretemur. In enarrãda hac prima parte longiores fuimus, quod nemo, quod ſciamus, illã rectè expoſuerit. Altera pars ſic ſe habet. Si ver ſiccum & aquloniũ, hoc eſt, frigidũ fuerit, mulieres quib⁹ verno tempore (πρὸς τὸ ἔαρ dixit, vt πρὸς τὸ παρόν, id eſt in præſenti, ita vt Theodorus hoc loco non rectè conuerterit iuxta ver) partus imminet, ex quacunq; occaſione abortiunt. Cauſam copioſè in Comment. ſuis expoſuit Gal. Animuduertendum autẽ hoc loco erit verbum ἐκτιτρώσκειν propriè ab Hippo. eſſe vſurpatũ, quod tamẽ Muſę nõ videtur. Nihil enim aliud dicere voluit Hipp. quàm quod hæ mulieres quibus in vere partus imminet, legitimũ eius tempus nõ expectent, ſed paulo ante illud abortiant. Quod ſequẽtia etiã verba cõfirmãt. ſubiicit enim ſtatim. Quæ vero pepererint, hoc eſt ad legitimũ vſq; tẽpus in vtero geſtauerint, imbecillos (neq; enim ἀκρατεῖς, Phauorino teſte, aliud eſt quã ἀσθενεῖς) & morboſos infantes pariũt, ita vt aut ſtatim pereãt, aut λεπτὰ, hoc eſt inualidi (λεπτὸν enim, Phauorino autore interdũ idẽ eſt quod ἀσθενὲς) & morboſi ſubinde viuãt. Et ſciendum hęc verba ζῆν ἰόντα non eſſe referenda ad ſequenita tẽpora, quẽadmodũ Muſa putat. fieri enim poteſt, vt noxa quã cõtraxerunt in vtero, ſpatio tẽporis emẽdetur: ſed ad id potius

Serenum non idem quod tranquillum ſignificare vt Muſa cenſet.

πρὸς τὸ ἔαρ.

Theodori conuerſio non probatur.

ἐκτιτρώσκειν.

ἀκρατεῖς.

λεπτὸν.

Muſa.

Galenum noſtrum lib.1.de Tempe. c. 4.diſertè aſſerere, ver ſimpliciter, hoc eſt, ſuapte natura æſtimatū, non ex alterius cōparatione eſſe temperatū: ꝙ neq; ſicut in hyeme plus valet in eo frigidū quàm calidū, neq; ſicut in æſtate minus. Ad eundē modū ſiccitatis humiditatiſq; æquabilitatē in eo ſpectes. Neq; ſcilicet in eo ſicut in æſtate præualente ſicco, neq; ſicut in hyeme exuperātē humido. Præterea quo modo calidum & humidū, ſimúlq; temperatū, ad corpora noſtra collatum, quia illa parū alteret, dici queat, nō video. Si enim calidum & humidū eſt, tale non alia ratione erit, niſi quatenus corporibus noſtris collatū, ea calefacit & humectat. Si igitur calefacit & humectat, igitur tēperatū eſſe haud poteſt. Quippe calidū & humidū, vt anteà eſt demonſtratū, exceſſus ſunt nomina. Accedit, ꝙ ſi calidū & humidū eſſe ver cōcedamus, non erit certè, quod tamē hic palā affirmat Hipp. ſaluberrimum. Nam inter omnia aëris tēperamenta, Gal. noſtro lib. 1. de Temper. c. 4. teſte, calidū & humidum peſsimū exiſtit, vitæq; humanæ maximè aduerſatur. Quare ridiculū eſt quod Muſa hic aſſerit, caliditatē & humiditatē veris eſſe qualitates noſtræ vitę maximè propinquas, quia vita in caliditate & humiditate cōſiſtat. Quaſi verò externæ caliditatis & humiditatis eadē ſit actio quæ internæ, quum conſtet à calido & humido innatis corpus noſtrū cōſeruari, ab externis autē diſsipari & corrūpi. Cæterùm Hipp. ver etiam eſſe minimè morbiferùm, aut morbis exitioſis obnoxiū ait: idq; neceſſariò eſt adiectū, ne ſcilicet ſic ver eſſe ſaluberrimū quiſpiā putaret, vt nulli prorſus morbi in eo fierēt. Morbos enim in vere fieri paulò pòſt, in Aph. nimirū 20. manifeſtè docebit Hippoc. Vtcunque autem in vere accidere morbos contingat, tamen omnes eiuſmodi erūt, vt periculo vacēt. Quocirca nihil prohibet, quin ver dicatur ſaluberrimū, non obſtante ꝙ morbos ſuos habeat, quandoquidē minimè ſint exitioſi, ſed potiùs, vt ita dicam, ſalubres, quum per eos corpus noſtrū à vitioſis expurgetur humoribus, vt in explicatione iam citatæ ſentētiæ copioſius dicemus. Verùm hic ab aliquo quæri poſſet, ſi ver ſaluberrimū eſt, cur igitur verno tēpore ſanguinē eſſe mittendum, non ſolùm Hippo. verumetiam Gal. multis in locis ſuadent? Certè non alia ratione, quàm quòd metuant ne corpus plenum, humoribúſq; multis refertū hoc tempore, tanquam

Caliditas & humiditas aëris non ſunt qualitates vitæ noſtræ propinquæ.

Ver morbis exitioſis minime eſt obnoxium.

Cur verno tēpore vena ſit incidenda.

quam minus ſalubri, in morbos incidat. Reſpõdeo, fieri quidem poſſe, vt in hyeme mediocri & ſeruãte ſuam naturam, omnia in corpore animantis bene adminiſtrẽtur, atq; adeò plus ſanguinis boni generetur. Tamen quum ver quod ſubſequitur, ſit temperatũ, non aufertur is ſanguis; ꝙ metus ſit ne in vere morbos pariat: ſed ne æſtatis ſubſequẽtis calor illum extendens, ac diffundens, & quodammodo efferuere faciens, multorũ morborum cauſa exiſtat, quemadmodũ Gal. ſect. 1. Aph. Comm. 15. teſtatur ita ſcribens, Ante æſtatis ini- "
tium circa vltimam veris partem homines & ſibi & iumen- "
tis ſanguinẽ detrahunt: quoniam ad memoriã reuocant, qui- "
bus capiantur morbis, quãdo repentè calor æſtiuus ſuperue- "
nerit. Hic enim plus ſanguinẽ extẽdit atq; diffundit, & quo- "
dammodo efferuere facit, adeò vt qui hactenus mediocris "
fuerat, non poſsit amplius in venis contineri, ſed vel diſrum- "
pat ipſas, vel exedat. Et quando impetum fecerit ad aliquam "
corporis partem aliis imbecilliorem, vel in ipſa inflamma- "
tionem, vel eryſipelas, vel aliquod aliud eiuſmodi morbi ge- "
nus efficiat. Nam multo plures ac grauiores morbi, quibus "
plenitudo dedit occaſionem, ex humorum fiunt effuſione. "

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Vt quod bonam habet tẽperaturam.] Græcè, ὡς ἂν σύγκρατον ὄν, vt quod temperatum exiſtat. Quandoquidem ver temperiem habet.] Grçcè, ἐπειδὴ τὸ μὲν ἔαρ σύγκρατόν ἐστι, τῷ δὲ φθινοπώρῳ. Siquidem ver temperatũ eſt, autũno autem, &c. Deinde æſtiuum ſubſequitur tẽpus.] Græcè, ἔπειτα διαδέχεται τὴν θερινὴν ὥραν. Signficantius itaque dixiſſet interpres, Deinde æſtiuo ſuccedit tempori, ſcilicet autumnus. Qui nullo victu vtuntur.] Græcè, τοῖς δὲ οὐκ ὀρθῶς διαιτωμένοις, qui prauo vtũtur victu. Ex ſuperabundanti.] Græcè ὡς ἐπιμέτρον legitur, ſed falſò. Scribendum enim erat, ὡς ἐπιμέτρου, id eſt, tanquam auctarium accedunt. Eſt enim ἐπίμετρον Græcis nihil aliud quàm auctarium, quod iuſtæ menſuræ adiicitur, vt alibi etiam diximus. Fructus.] Adiiciendũ, molliores. quippe Græcè eſt, τὸ καὶ τὰς ὀπώρας. Sunt enim ὀπῶραι, omnes herbacei & mollioris corticis fructus, quales ſunt mora, pruna, ceraſa, ficus, & id genus alij. His contrarij fructus, ἀκρόδρυα Græcis vocantur, vt in Annotationibus noſtris in tertium librum Galeni de Tuend. ſan. conſcriptis etiam monſtrauimus.

Græc. Galeni codex emẽdatus. ἐπίμετρον.

ὀπῶραι.

ἀκρόδρυα.

APH

APHORISMVS X.

Τὸ φθινόπωρον τοῖσι φθίνουσι κακόν.

Autumnus tabidis malus.

φθίνοντες. DAmnat hoc loco Hipp. autumnũ ea de cauſa, ꝙ tabidis ac extrema conſumptis macie pernicioſus ſit. Neque enim φθίνοντας alios appellat Hippocr. Galeno & Philotheo authoribus, quàm τοὺς ἐπ᾽ ὁσονοῦν συντηκομένους. καὶ οἷς ἑλκῶται ὁ πνεύμων, hoc eſt, qui quomodocunq; tabeſiunt, & quibus pulmo exulceratur. Verbum autem συντήκεσθαι bifariam accipitur apud Græcos medicos. Propriè pro eo quod eſt μαραίνειν, id eſt, extrema macie cõſumi & tabeſcere. Impropriè autẽ pro λεπτύνεσθαι, hoc eſt, attenuari & cõminui, vt ſuprà quoq; à nobis dictũ eſt, nempe ſect. 2. Aph. 28. Rectè igitur Leonicenus φθίνοντας tabidos vocauit, quandoquidem Cicero & Celſus lib. 3. cap. 22. tabis vocem generatim etiam pro omni corporis macie vſurparint. Quòd verò autumnus tabidis malus ſit, nulla alia de cauſa accidit, quàm ꝙ graciles & ex quacũq; occaſione extenuati à cauſis exterioribus facillimè lædãtur, quòd ſcilicet carnibus omniq; pinguitudine prorſus deſtituti, nullum omnino propugnaculum habeãt, quod illos ab iniuria externarum cauſarum vindicet. Quum verò autũnus ſit inæqualis ac varius, nihil mirũ ſi tabidi in eo plus obeſis & carne munitis offendantur. Quod magis accidere ſolet, vbi propter pulmonis exulcerationem tabidi ſunt. Quippe autumni frigus in profundum ſubiens, pulmonem potiſſimum, aliáſq; principes partes lędit ac infeſtat. Siquidem frigidum, vt ait Hippocrates, vlceribus mordax eſt. Atqui non ſolũm frigiditate ſua, quæ calorem, vt ſuprà dictum eſt, ſuperat: ſed & ſiccitate tabidis, vtpote anteà ſatis exiccatis, moleſtus eſt. Quanquàm iis, qui exulceratione pulmonis tabidi fiunt, vlcerum ratione, ſiccitas non aduerſatur, ſed potius iuuat. Hinc eſt quod Gal. lib. 5. Therap. meth. cap. 12. Tabiarũm aërem, eò quòd ſiccus ſit, magnopere pulmonis exulcerationibus competere ſcribat. Reperitur hæc ſententia ab Hippocrate lib. 6. Epidem. part. 7. Aphor. 13.

Autũnus tabidis cur malus.

συντήκεσθαι.

5. Aph. 20.

ANNOT. IN COMM. GAL.

φθινώδεις. Vtrum verò illos ſolũ nominet tabidos.] Græcè eſt, φθίνοντας. Idem aũt ſcribit lib. 1. Epid. Cõſtit. 2. com. 13. Gal. dicens:

φθιν

φθινώδεας ϗ φθίνοντας, hoc eſt, tabidos quos dicat Hippocra-" tes, parum conſtat. Nam eos quorum corpus quomodocunq; " extenuatur & tabeſcit, ſic nominare conſueuit, nedum eos " quibus ob pulmonis exulcerationem marceſcit. Tabefa-ctos.] Grecè συντηκομένους, impropriè vſurpata voce, pro omnibus ex quacunque occaſione extenuatis.

APHORISMVS XI.

Περὶ δὲ τῶν ὡρέων, ἢν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον, ἀνάγκη τοῦ θέρεος πυρετὸς ὀξεῖς, καὶ ὀφθαλμίας, καὶ δυσεντερίας γίνεσθαι, μάλιστα τῇσι γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσι τοῖσιν ὑγροῖσι τὰς φύσιας.

Inter anni tempora ſi hyems plus iuſto ſiccior & frigidior fuerit, ver autem pluuium & auſtrinum, febres acutas fieri æſtate neceſſe eſt, & lippitudines, & difficultates inteſtinorum, præſertim mulieribus, & viris natura humidis.

SVprà ex Hippocratis in libro de Aere, aquis & locis ſententia didicimus, quòd is eſſet annus moderatus & ſalubris, in quo ſingula eiuſdē tempora ſuam retinerent temperaturam. Nunc ex eodem nobis diſcendum erit, quæ tempora ab iſta commoderatione deficiunt & recedunt, quidque tum malorum hominibus afferant. Nam cùm anteà generatim dixiſſet, mutationes temporum parere morbos, iam particulatim idipſum in mutationibus, quæ per plura anni tempora fiunt, oſtendere conatur. Orditur autem ab iis quæ non multùm à ſua naturali temperatura recedunt; hyeme nimirum ſicca & aquilonia, & vere pluuioſo & auſtrino. Quod autem initio ait, περὶ δὲ τῶν ὡρέων, bifariam interpretari poteſt. Primùm quidem, vt hæc verba ſint veluti inſcriptio quædam eorum quę ſequuntur, atq; tum ſubaudiendum erit ἀλλοιώσιος, vt ſit ſenſus, De temporum mutatione. Secundò, vt prædicta verba ad ea quæ ſequūtur referantur, vt idem valeant, quòd inter anni tempora, vt nos interpretati ſumus, vel ex temporibus anni, ſi hyems fuerit αὐχμηρὸς, hoc eſt

1. Aph. huius ſect.

αὐχμηρὸς.

"eſt plus iuſto ſiccior, nõ tamẽ extremè. Id enim ꝓpriè hác vocem ſignificare, ex Galeno in enarratione ſeptimi aphor. huius ſectionis oſtendimus: & βόρειος, id eſt aquilonia, hoc eſt, pauloquàm ſuæ naturæ conueniat frigidor. Quippe borea ſeu aquilõe ſpirãte maxime friget aër, pluat interea vel ningat, vel ſerenũ ſit cœlũ, quod experientia ipſa eſt comprobatum. Quare hæc hyemis tempeſtas, quã nunc ob oculos ponit Hippocrates, planè naturali hyemis temperaturę, cuius in libro de Aëre, aquis & locis meminit, opponitur. Siquidẽ vult ibidẽ Hipp. vt hyems moderata non ſit valde ſicca, neq; etiam ſupra id quod opportunum eſt frigida. Vt hinc etiam omnibus perſpicuum fiat, hæc verba, μή τι λίην αὐχμηρός. Neq; valde ſicca, interpretanda eſſe. Atq; hæc de hyeme. Ver vero ἐπομβρον, hoc eſt aſsiduè pluuioſum fuerit. Vt enim ſic interpretemur, nos primùm cogit Phauor. qui ait, ἐπομβρία λέγεται, ὅταν ἐπάλληλοι ὄμβροι ὦσιν. Epombria dicitur, vbi alii aliis ſine intermiſsione imbres ſuccedunt. Dein etiam res ipſa, ꝙ neceſſe ſit hanc veris conſtitutionẽ pugnare cũ naturali, quam Hipp. in lib. de Aëre, aquis & locis ait eſſe, vt ver habeat tempeſtiuas pluuias. Cùm verò hoc loco meminerit veris, quod aſsiduo eſt pluuium, vt moderato veri aduerſetur oportet. Et auſtrinum, hoc eſt calidũ. Hinc eſt quod Philot. ver ἐπομβρον καὶ νότιον, interpretetur ὑγρὸν καὶ θερμὸν, humidũ & calidum. Neceſſe autem erat vt Hip. vocem ἐπομβρον adiiceret, quod auſtrina conſtitutio non ſemper ſit pluuia, ſed interdũ etiam ſicca. Quod confirmat Hipp. qui libro 1. Epidem. Conſtit. 1. Aphoriſ. 8. diſertè talem conſtitutionem deſcrbit inquiens: Conſtitutio hæc auſtrina & ſicca cum eſſet, &c. Ex iis etiam ſatis liquet, has mutationes eſſe exiguas, quod Gale. quoque in ſuis Com. monet. Quippe hyems quæ natura frigida eſſe debet, in humiditate tantũ à naturali temperamẽto prorſus receſsit. Ver autẽ quod mediocriter natura eſt calidũ, vt ſuprà abunde mõſtrauimus, itidem per humiditatẽ à naturali tẽperamento declinauit. Cõſtat enim, auſtrũ non admodum eſſe calidũ, ſed potius tepidũ, atque adeò à temperato calore qualis eſt veris, non multum deficere. Quare non eſt vt hic

Muſa. Hippo. de valde calido vere loqui, vt Muſa cenſet, putemus. Prædictis itaq; conſtitutionibus anni exiſtẽtibus, neceſſe eſt in æſtate, modo ſcilicet ſuã ſeruet hæc ipſa naturãm, fieri fe-

bres acutas, lippitudines, & dyſenterias. Quorum quidem morborum cauſas cum in Commentariis ſuis abunde explicet Galenus, nõ eſt cur eas hic repetamus, ne præter neceſsitatem prolixiores ſimus. Quæ ad vocum explicationem attinent, ex Compendio noſtro petenda veniunt.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Sunt qui initio Comm. aliqua deeſſe cenſeant, quæ quum nõ admodum vtilia ſint, & in maxima Græcorũ & Latinorũ codicũ parte deſiderentur, cõſulto præteriuimus. Strangulatio.] Græce, πνῖγος, æſtus. Neq; enim hæc vox Græcis, Pha- πνῖγος, uorino teſte, aliud ſignificat quã καῦμα. In ea ſignificatione vſurpauit etiam Hipp. lib. 3. Epide. conſti. 3. Aph. 6. inquiens, θέρος αἴθριον, θερμὸν, πνίγεα μεγάλα, æſtas ſerena, calida, magni æſtus. Non cõſtantibus.] Græcè, μὴ συνιστηκυιῶν, non adſtrictis, ſeu fluxilibus. Eſt enim συνιστηκὼς ſolidus, compactus, nõ flu- συνιστηκώς, xilis, participiũ à verbo συνίστημι, quod cogo, coeo, & concreſco Græcis ſignificat. Sic Hipp. 2. Progn. Apho. 13. διαχώρημα συνίστημι, συνεστηκὸς nominat deiectionem cõpactam, ſolidam, & nõ fluxilem. Non inflammari.] Hippocratis exemplaria habent, Hippocratis locus emaculat. μὴ ὁ πλαδᾷν, id eſt, non humectari. Alia legunt συντήκεσθαι, ſed minus recte. Meliores vero codices habent, μὴ φλυδᾷν, quod Phauorino teſte, apud Hippocratẽ denotat ὑγραίνεσθαι, ἢ μυδᾷν. Eſt autem μυδάω Græcis, humecto & putreſco. Con- μυδάω. uertendũ igitur pro inflammari, humectare & putreſcere. Vulgari.] Græce, ἐπιδημεῖν, populariter graſſari. Hinc ἐπιδήμιον νόσημα, Galeno lib. 1. Vict. acut. Comm. 9. autore, eſt mor- ἐπιδήμιον νόσημα, bus qui certo quodã tẽpore aliquo in loco abundat, aut multos inuadit. Atqui in ſecundo Epidimiôn.] ſectione ſcilicet prima. In ipſo tẽpore.] Græce, κατ' αὐτὴν ὥραν, in eodẽ tempore. Verba eius inibi hæc ſunt.] Omiſſæ ſunt ab interprete dictiones aliquæ, hæ nimirum, ἄνθρακες θέρεος ἐν Κρανῶνι erant in Cranone carbunculi, pluebat, &c. Aqua ruente per Largus imber. totum.] Græce, ὕδατι λάβρῳ, largo imbri. Largus vero imber, διʼ ὅλου. vt autor eſt Galenus lib. 1. Epide. conſti. 2. Comment. 4. nihil aliud eſt, niſi repentinus, vehemens, & breuis. Per totum.] Muſa Galenũ falſo de memoriæ lapſu accuſat. Græce, δι' ὅλου, aſsidue. Auſtro magis.] ſcilicet flante. Et hoc loco falſo Muſa Galenũ de memoriæ lapſu accuſat. Hippocratem enim auſtri meminiſſe tam apertum eſt, vt demonſtratione non egeat. ait enim, ἐγγίνονται δὲ μᾶλλον νότῳ. Vt ipſe

inquiet.] ſcilicet Apho.16.huius ſectionis, Adhuc autē magis in his quæ calidiſsima ſunt.] Græce, ἔτι δὲ μᾶλλον αὐτῶν αἱ θερμότητες, Iam verò his ipſis calores magis, ſcilicet morbos committunt. Diſpoſitionibus.] Hęc vox abundat, quum Græce ſit, οὕτως ἰσχυρῶν τε καὶ ἀμέτρων ὡς ἐν οὐρανῷ. Anticipat Græce, φθάνων, feſtinat. Afficerentur.] Græce λυπειθῆν μὲν ἄντι τὰ σώματα τοιοῦτον, corpora quidē tali modo vexari poſ-
ἄν. ſibile eſſet, &c. Nam quando ἄν particula ſubiunctiuo vel optatiuo adiicitur, tunc potentiam denotat. Adcreſcet,] Græce, συστήσεται, coaceruabitur. Sicciores temperaturæ.] Græce, αἱ ξηρότεραι τῶν καταστάσεων, ſicciores conſtitutiones, Ait.] ſcilicet Aphor.15.huius ſectionis. Rectis ſtantibus.] Græce, ὀρθοστάδην. Muſa hanc dictionem mauult interpretari è directo, vel ex oppoſito, ſed ſatis inepte. Leoniceni in-
Muſæ in- terpretatio obſcurior eſt, quàm vt ab omnibus queat intel-
terpretatio ligi. Quare vt ſtudioſi huius vocis veram & legitimā ſigni-
inepta. ficationem teneant, neceſſe eſt nos Galeni verba ex lib.1. Epide.conſtit.1.Comment.10.proferre, quæ quid apud Hippocratem hæc vox ſignificet, plane explicant, ὥστε, inquit,
ὀρθοστάδην ὀρθοστάδην ὑπ' αὐτῶν ἐνοχλεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ὅπερ ἐστὶ φέρειν αἰτίας ἀλύπως περιερχομένους καὶ, πράσσοντας τὰ συνήθη, καὶ, μὴ καταναγκαζομένους κλινήρεις γίνεσθαι, καθάπερ ἐν τοῖς σφοδροτέροις νοσήμασι. Orthoſtaden homines ab ipſis affligi & moleſtari, eſt cauſas citra moleſtiam obambulantes ac ſolita munera obeuntes ſuſtinere, neq; vt in grauioribus morbis coactos decumbere. Quare rectius verba Galeni in præſentis Aphoriſ. Comm. ſic interpretabuntur: Nocebit quidē adhuc obambulantibus hominibus propter tuſſes. ita enim verba εἰς βῆχας
εἰς. reddēda veniunt, quod εἰς interdū idem quod propter ſignificet. Vt ſit hæc verborū Galeni ſententia. Hyems aquilonia & ſicca offendet homines leuiter, ita vt adhuc obambulare, & ſolita munera obire queant. Hyēs frigida ac ſicca.] Gręce, ὁ χειμὼν ἱκανῶς ψυχρός τι καὶ ξηρός, hyems admodū frigida & ſicca. Ipſe vero dixerat.] libro videlicet 6.Epide.par.8. Aphor.7. Sed ex qualib.&c.] Græce, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐξ οἵων εἰς οἵας εἰσὶν αἱ μεταβολαὶ προσεπισκοπεῖσθαι, ſed & hoc quod conſiderare oporteat, ex qualibus in quales permutationes fiant.

Interpre- Exiccatum itaque corpus.] Hoc loco vniuerſam Galeni
tis erratū. ſententiam turbauit interpres. Græca ſiquidem ita habent.

προεξηρασμένον οὖν τὸ σῶμα κατὰ τὸν χειμῶνα, &c. Præexiccatum itaque corpus per hyemen, &c. reliqua enim ſe recte habẽt.

Ducetur corpus conſtitutionẽ.] Poſt hæc verba inſerenda quædã veniunt, quæ interpres per incuriã omiſit, τῆς ἐμπροσθεν ὑπαρχούσης αὐτῷ τῆς ξηρᾶς, ſiccæ nimirum quæ ei prius inerat. Strangulationẽ.] Græcè, πνῖγος. æſtum igitur cõuertendum, vt antea meminimus. Eteſiis.] ἐτησίαι venti ſunt aquilones, ſic dicti ab anno, quaſi anni, quòd ſtatis & certis anni tẽporib. ſpirent: vel, vt aliis placet, παρὰ τὸ ἐτεὸν, id eſt, à vere, quòd ſcilicet nunquã dum illorũ imminet tempus, mutetur. Hinc eſt quod Plinius lib. 2. cap. 47. dixerit, nullos vẽtorum magis ſtatos eſſe Eteſiis. Incipiunt ſpirare ab ortu canis matutino diebus quadraginta, vel de ſententia aliorũ, ſexaginta. Sic Ariſtoteles lib. 2. Meteorol. cap. 5. ſcribit, Eteſias poſt ſolſtitium & caniculæ exortũ ſpirare, idque interdiu, noctu vero deſiſtere, quando nimirũ ſidus ſub terrra eſt. Aquilones autem qui caniculæ ortum præcedunt, Græcis πρόδρομοι, quaſi præcurſores dicuntur. Quod teſtatur etiã Plinius loco paulo antè citato, in eum ſcribens modum, "Caniculæ exortum diebus fere octo aquilones antecedunt, quos prodromos appellant. Poſt biduũ vero exortus conſtantius perflant. Idem, Aquilones diebus quadraginta, quos Eteſias vocant. Hinc recte Gal. lib. 3. Epid. ſect. 3. Comm. 6. ſcribit, Prodromos & Eteſias dirimere canis exortum. Difficultates vero inteſtinorum.] Adiiciendũ, vt ipſe dixit. interpres enim in conuerſione ſua præteriit hæc verba, ὡς αὐτὸς ἔρηκε. Non ex aliqua obſeruatione,] Sicut Lycum, & huius pręceptorẽ Quintum feciſſe conſtat: qui nulla habita ratione cauſæ, hæc omnia de anni temporibus ſola experientia eſſe perſpecta ac cognita tradiderunt, vt ſupra in præfatione etiam dictũ eſt. Similiter Græce, ἐξ ἀνάγκης, neceſſario.

Eteſiæ.

πρόδρομοι venti.

APHORISMVS XII.

Ἢν δὲ νότιος ὁ χειμὼν καὶ ἔπομβρος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, αἱ μὲν γυναῖκες ἧσι οἱ τόκοι πρὸς τὸ ἦρ, ἐκ πάσης προφάσιος ἐκτιτρώσκουσιν, αἳ δ' ἂν τέκωσιν, ἀκρατέα καὶ νοσώδεα τὰ παιδία τίκτουσιν, ὥστε ἢ παραυτίκα ἀπόλλυσθαι, ἢ λεπτὰ καὶ νοσώ-

δεα ζῆν ἐόντα. τοῖσι δὲ ἄλλοισι δυσεντερίαι καὶ ὀφθαλμίαι ξηραὶ γίνονται. τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι κατάρροι συντόμως ἀπολλύντες.

Si vero hyems auſtrina & admodum pluuia fuerit, ver autem ſiccum & aquilonium, mulieres quibus partus vere imminent, ex quacunque occaſione abortiunt. Quæ vero pepererint, imbecilles & morboſos infantes edent, ita vt aut ſtatim pereant, aut inualidi & morboſi viuant. Cæteris vero difficultates inteſtinorum, & lippitudines ſiccæ accidunt. Senioribus autem fluxiones, breui interimentes.

IN hoc Aphoriſmo Hipp. alias duas temperaturas ſeu conſtitutiones temporũ non naturales, prioribus duabus oppoſitas refert: quarũ quidem prima hæc eſt, Si hyems, auſtrina, hoc eſt, calida & valde pluuia (id enim eſt ἴσομβρος, vt ſuprà dictũ eſt) fuerit. Eſſe autem hanc conſtitutionem præter naturã, clarũ fit ex Hippocratis loco, quẽ præcedenti Aph. ex lib. de Aere, aquis & locis produximus. In eo enim palam aſſerit, hyemen mediocrem debere eſſe mediocriter frigidam & humidã: ait enim, Hyems frigore id quod opportunum eſt, non excedat. hoc eſt, ſit quidẽ frigida hyems, at non ſupra modũ ſibi conuenientem. Si itaque frigida eſſe debet hyems moderata, igitur auſtrina ſeu calida eſſe nequit. Præterea ibidem inquit Hipp. Hyems moderata ſit, nõ valde ſicca, ſed mediocriter humida. Si mediocriter humida erit, vt nõ ſit valde pluuia neceſſe eſt. Cæterum quod in quibuſdam codicibus Græcis poſt verba iam explicata inſertum eſt, ſcilicet, καὶ ἴδιος, hoc totum expungendum eſſe, cum Manardo, viro de re medica optime merito cenſeo: ídque propter rationes ſequentes, quas ille lib. 1. Epiſtol. 2. affert. Harum vero hæc prima eſt, Galenus initio Comment. diſerte dicit,
1 hanc temperaturam eſſe duabus in præcedenti Aphoriſmo expoſitis plane contrariam. Si itaque plane contraria eſt, igitur ſatis erit vt dicamus, ſi hyems auſtrina & valde plu-
2 uia fuerit. Altera hæc eſt, In expoſitione Aphoriſmi ſequẽtis de eiſdẽ agens tẽperaturis, nil huic hyemi vltra auſtrinam

καὶ ἴδιος expungendum è cõtextu. Manardus

&

& admodũ pluuiam addit. Tertia, Gal. lib. 1. Epid. Conſtit. 3
1. Comment. 1. citans hanc ſententiam, αἴθριος omittit dicens, εἰ μὲν ὁ χειμὼν ἔπομβρος καὶ νότιος γίνεται. Quanquam latinus interpres præter Græci codicis fidem adiecerit, ſerenáque. Quare hæc ipſa dictio è contextu, tanquam ſpuria, tollenda erit. Quarta, In libro de Aere, aquis & locis, vbi hæc ſen- 4
tentia repetitur, vox αἴθριος in emendatioribus codicibus omiſſa eſt, Quod palàm fit ex antiquo interprete, qui hunc locum ita conuertit: Quod ſi contra hyems auſtrina, nimíſque pluuioſa fuerit, &c. Quocirca in Aldino codice, vbi perperam hæc dictio addita eſt, expungenda erit. Nec eam rectè Manardo Muſa opponit. Quinta, Ariſtoteles 5
lib. 1. Problem. 9. cauſam eorum quæ in hoc Aphoriſmo ab « Hippocrate traduntur perquirens, non aliud hyemi epithe- « ton apponit, quàm quod hanc ait eſſe pluuiam & auſtrinam. 6
Sexta, Celſus libr. 2. cap. 1. hunc Hippocratis Aphoriſmum ita ad verbum eſt interpretatus: Si vero auſtri pluuiæ'que hyemem occupauerint, ver autem frigidum & ſiccum eſt, grauidæ quidem fœminæ, &c. vbi iterum vocis αἴθριος nulla fit mentio. Hactenus breuiter rationes commemorauimus, propter quas hanc dictionem αἴθριος è contextu eſſe amouendam, tanquam ſuppoſititiam, iudicamus. Atqui inſtabit hic fortè quiſpiam, háncque vocem αἴθριος minime ſuppoſititiam acriter contendet, quandoquidem ea etiam aliis in locis coniuncta cum νότιος voce vſus ſit Hippocrates, libro nimirum 2. Epidem. ſectio. 3. Aphor. 1. vbi ſic ſcriptum reliquit. ἐς πέρινθον περὶ ἡλίου τροπὰς ὀλίγον τὰς θερινὰς ἤλθομεν, ἐγένετο δὲ ὁ χειμὼν αἴθριος καὶ νότιος, &c. circa ſolſtitiũ fere æſtiuũ Perinthum venimus, facta eſt autem hyems ſicca & auſtrina. Sic enim conuertendum, & non Serena, vt ſuprà demonſtrauimus. Cui ita reſpondendum erit: nos quidem nõ negare, quin alibi Hippocrates has duas voces αἴθριος καὶ νότιος copulauerit, tamen fieri nõ poſſe, vt hoc loco αἴθριος cõmode cum νότιος καὶ ἔπομβρος vocibus coniungatur, niſi tranquillam ſignificet, adhuc conſtanter aſſerimus. Id quod ordine, ſingulas interpretum, qui in ea dictione interpretanda varij fuerunt, cõuerſiones excutientes, monſtrabimus. Trifariam autẽ hanc vocẽ αἴθριος interpretati ſunt, quippe Leonicenus ſerena, Theodorus tepida, antiquus interpres trãquilla con-

Aldin⁹ codex Gale. emẽdatus.

Obiectio.

Reſpõſio.

Leonicenus

conuerſio improbatur. Serenum tempus. Theodori interpretatio exploſa. Tepidum Quid Theodoro errandi occaſionẽ prębuerit. Antiqui interpretis conuerſio hoc loco cæteris eſt tolerabilior.

uertit. Leoniceni vero interpretationẽ eſſe minus huic loco congruam, notius eſt quàm vt à me demonſtrari debeat. Neque enim fieri poteſt, vt hyems quæ eſt ἐπομβρος, hoc eſt, aſsidue & ſine omni intercapedine pluuia, ſit etiã ſerena, quum conſtet tẽpus ſerenum non eſſe aliud, niſi quod nubibus nebulíſq; caret, atq; adeo pluuio contrarium exiſtit. Accedit, quod Hippocriti & Galeno ſerenum non εὔδιον ſed αἴθριον potius dicatur. Theodori cõuerſionem, qui tepida eſt interpretatus, ferri non poſſe, à nobis ſuprà in explicatione Com. Galeni. 8 huius ſectio. abundè eſt dictum. Siquidem nullus eſt ꝓbatus & idoneus autòr, qui εὔδιος voce in ea ſit vſus ſignificatione. Præterea ſi εὐδίως vox tepidam ſignificaret hyemem, temere ab Hippocrate adiecta eſſet, quod ſatis fuiſſet illũ dixiſſe νότιος. Quippe auſtrina conſtitutio, vt antea etiã cõmemorauimus, quã non impenſe caleat, aut frigeat, tepida verè ſit neceſſe eſt. Tepidum enim Latini vocant, quod nec impenſe calet, vel friget. Sed mirabit̃ hic quiſpiã, quî factũ ſit, vt Theodorus vir vtriuſq; linguæ peritiſsimus, in hac voce εὐδίως interpretãda falſus fuerit? Reſpõdeo, nulla alia de cauſa, quã ꝙ illũ Galeni locus, qui eſt in huius Aph. Cõmẽtariis mire deprauatus, fefellerit, vt paulò pòſt in Annnotatio. noſtris copioſè docebimus. Quocirca etſi ſe intellexerit deſtitutũ eſſe aliorũ autorũ exemplo, tamen Galeni ſibi ſufficere putauit autoritatẽ, vt mirũ non ſit in eum errorẽ tantũ incidiſſe virum. Nunc itaq; neutrã interpretationem vel Leoniceni vel Theodori, doctiſsimorum ſane hominum, conſtare poſſe, abunde indicauimus. Reliqua eſt igitur tertia, antiqui nimirũ interpretis cõuerſio, qui εὔδιος trãquilla interpretari voluit. Quã ego quidẽ, tanquã cęteris meliorẽ ac tolerabiliorẽ, contra Manardi eruditiſsimi viri lib. 1. Epiſt. 2. & libr. 9. Epiſt. 1. ſententiam, præferendam cenſeo: idq; ea potiſsimũ de cauſa, quòd crebro etiam in ea ſignificatione ab aliis autoribus εὔδιος vox ſit vſurpata. Quod è Phauorino omnium maximè colligi poteſt, qui ita ſcriptum reliquit, εὐδία καὶ εὔδιος ἡ τοῦ ἀέρος ἠρεμία, ἡ ἀβροχία, ἡ αἰθρία, aëris eſt tranquillitas, aut ſiccitas, aut ſerenitas. Quibus vtique verbis vniuerſas huius dictionis ſignificationes expreſsit. Quum vero in poſterioribus duabus hoc loco accipi nequeat: ex diametro enim cùm pluuio ſiccum & ſerenum pugnant: neceſſe eſt vt

in alte

in altera vſurpetur. Neq; obſtat quod Manardus quærit ac obtrudit. Si hyems, inquiens, auſtrina eſt, quomodo trãquilla? Nã quo pacto fiat vt tranquilla & auſtrina ſit hyems, Gal. lib. 3. Epidem. ſect. 3. Commen. 1. exemplo totius anni, quem eiuſmodi fuiſſe Hippo. ait, luculenter oſtendit ita ſcribens. Sed vt tranquillus poteſt, ſimúlq; auſtrinus vniuerſus annus dici, ita accipiamus. Ad memoriam reuocemus, multas nos vidiſſe tempeſtates tranquillitate preditas, & ventis carẽtes, non tamen eodẽ inter ſe modo, verũ hanc lenẽ, mollémue & humidã, illã ſiccã & gelidã. Atq; hæc omnino eſt ſerena. Lenis autẽ ſeu mollis nebuloſam & turbidã cõſtitutionẽ parit, auſtrinámq;, & nonnunquã nubiũ plenam. Contrariam vero huic, aquilonia, & vbi prorſus nullus in aere apparet motus, ſed exquiſitè ſit, quam vocãt, trãquillitas efficit. Haud enim alius videtur aeris eſſe ſtatus, ac maris. nã vt illic ſemper eſt fluxus in alto vel maior vel minor, qui interim ob paruitatẽ nõ apparet, niſi anguſtus eũ excipiat locus, ita in aere quoq; omnimoda immobilitas ac quies haud videt̃ vnquã eſſe, tamẽ interdũ nos quia motus eſt exiguus latet, ac nubes per eas trãquillitates cõſpicim⁹, quę frequẽter nobis ſtare videntur, cũ reuera agitẽtur. Hæc ille. Cũ itaq; Galen. monſtrauerit iis verbis, fieri poſſe vt totus annus ſit auſtrin⁹ & trãquillus, nemo ſubinde miretur, cũ vnũ aliquod eiuſdẽ tẽpus, verbi gratia hyems, huiuſmodi eſſe queat. Neq; quempiã turbet quod Manardus lib. 9. Epiſt. 2. aduerſus Leonicenũ præceptorem acriter diſputans obiicit, nempe in hoc Galeni loco à nobis prolato non legi εὔδιος, ſed ἄπνοια καὶ νηνεμία. Nam quanquã non legatur εὔδιος, tamẽ Gal. alia vtitur voce, ſcilicet ἠρεμία, quæ vt ex Phauorino iam demonſtrauimus, idẽ quod εὐδία καὶ εὔδιος ſignificat. Galeni enim verba ſic habẽt, ἠρεμίαν καὶ νηνεμίαν ἰσχούσας. Quare de induſtria vocẽ hanc quæ in Galeni eſt contextu præteriiſſe videt̃ Manardus. Non obſtat etiã quod idẽ ait verã tranquillitatẽ, quæ vt autor eſt Ariſt. ſect. 23. Problem. 4. nihl aliud eſt niſi quies aeris, cum auſtrina conſtitutione ſtare non poſſe, quod ſcilicet in ea aer moueat̃. Nã vt paulo ante è Gal. didicimus, aer nunquã non mouetur, atq; adeo de Manardi ſententia nulla prorſus erit vera tranquillitas, neceſſe igitur eſt vt Ariſt. & Gal. aliã intelligãt tranquillitatẽ, nã nimirum in qua nobis apparet ſtare ac quieſcere aer.

Reſpondetur Manardi obiectionibus.

Vera tranquillitas.

De qua tranquillitate Ariſt. & Gal. locuti fuerint.

it, Muſę lectionem eſſe abſurdam admodum: nec opus fuiſſe vt probaret teſtimonio Hippoc. auſtrum ſine pluuiis ſpirare poſſe, ſed potius ſine nebulis & nubib⁹. Perridiculum etiam eſt, quod ſerenum idem quod trãquillum ſignificare, & cum aquoſo & pluuioſo conſiſtere poſſe aſſerat Muſa. Nã tantum abeſt ab imbribus ac pluuiis ſerenitas, vt poëtæ aliiq; autores ſerenum pro ſicco poſuerint. Quod Sipontinus etiam in ſuis Cornucopiis annotauit. In ea tamen hic ſignificatione accipi non poteſt, quod ſcilicet ad conſtitutionem ſiccam hi morbi, quos hic recenſet Hippocrates, ſequi non poſſent. Et quod Gal. in Commenta. ſcribat, contrario modo ſe habere hanc temperaturam prioribus duabus, quarum altera ſicca & aquilonia erat, vt neceſſe ſit hanc de qua hic agit, eſſe pluuiam & auſtrinam. Quocirca cum nec Muſa poſt Leonicenum & Manardum rectè hanc Hipp. ſententiam enarrarit, quando conſtet ἐπομβρος vocẽ, quæ aſsiduas & intercapedine carentes pluuias ſignificet, εὔδιος dictionẽ ſecum ferre non poſſe, cõmodius eſt vt eam prorſus abiiciamus, aut tranquillã interpretemur. In enarrãda hac prima parte longiores fuimus, quod nemo, quod ſciamus, illã rectè expoſuerit. Altera pars ſic ſe habet. Si ver ſiccum & aquloniũ, hoc eſt, frigidũ fuerit, mulieres quib⁹ verno tempore (πρὸς τὸ ἔαρ dixit, vt πρὸς τὸ παρὸν, id eſt in præſenti, ita vt Theodorus hoc loco non rectè conuerterit iuxta ver) partus imminet, ex quacunq; occaſione abortiunt. Cauſam copioſè in Comment. ſuis expoſuit Gal. Animuduertendum autẽ hoc loco erit verbum ἐκτιτρώσκειν propriè ab Hippo. eſſe vſurpatũ, quod tamẽ Muſę nõ videtur. Nihil enim aliud dicere voluit Hipp. quàm quod hæ mulieres quibus in vere partus imminet, legitimũ eius tempus nõ expectent, ſed paulo ante illud abortiant. Quod ſequẽtia etiã verba cõfirmãt. ſubiicit enim ſtatim. Quæ vero pepererint, hoc eſt ad legitimũ vſq; tẽpus in vtero geſtauerint, imbecillos (neq; enim ἀκρατεῖς, Phauorino teſte, aliud eſt quã ἀδύνατοι) & morboſos infantes pariũt, ita vt aut ſtatim pereãt, aut λεπτὰ, hoc eſt inualidi (λεπτὸν enim, Phauorino autore interdũ idẽ eſt quod ἀδύνατος) & morboſi ſubinde viuãt. Et ſciendum hęc verba ζῆν ἐόντα non eſſe referenda ad ſequenita tẽpora, quẽadmodũ Muſa putat. fieri enim poteſt, vt noxa quã cõtraxerunt in vtero, ſpatio tẽporis emẽdetur: ſed ad id potius

Serenum non idem quod tranquillum ſignificare vt Muſa cenſet.

πρὸς τὸ ἔαρ. Theodori conuerſio non probatur.

ἐκτιτρώσκειν.

ἀκρατεῖς. λεπτὸν.

Muſa.

tempus,quod ſtatim natũ iã infantẽ excipit. Hoc itaq; tempore inualidi & morboſi viuunt.Nõ tamen it inficias Hippo. ſi illud tẽpus ſuperuixerint,quin recta victus ratione, aliiſq; cõmodis præſidiis vitiũ in vtero cõtractũ corrigi queat. Cæteris vero dyſenteriæ,&c.] Hic variant Græci Hip.codices. Alij enim habent,τοῖσι δ' ἄλλοισι βροτοῖσι, ali vero, τοῖσι ἢ νεωτέροισι,& hanc lectionem ſequitur Philoth.nec non antiquus interpres,qui conuertit iunioribus.Fragmentum lib.de aere, aquis,& locis legit τοῖσι ἢ λοιποῖσι. Sunt autem omnes hæ lectiones bonæ,& nihil inter ſe diſtant,ſed tantum Hippocra. mentem explanatiorem reddunt,quidq; ille per τοῖσιν ἄλλοισι intellexerit exponunt. Vult enim Hippocrat.docere,quæ genera malorum in prædictis conſtitutionibus cæteros homines affligere ſolent.Quare iunioribus hominibus dyſenterias & ſiccas lippitudines accidere ait, pituitoſis dyſenterias,bilioſis autem lippitudines ſiccas,ſenioribus autem fluxiones breui tempore interimentes. Cauſas omnium Gale. in Commen.affert,ita vt non ſit opus eas hoc loco referre.

Variæ lectiones in Hippocr.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Se habet tẽperatura.]Adiiciendũ,hęc,quippe correctiores codices hoc loco habẽt,ἤδη ἡ κρᾶσις. In illo.]Græcè, ἐπ' ἐκείνων, in illis,ſcilicet temporibus.Ad ver.] Græcè,πρὸς τὸ ἔαρ,in vere, vt antea eſt à nobis monſtratum,rectius conuertetur.Laxa.] Græcè,ἀραιὰ rara.Rarum vero,Galen.lib.1.de Tuen.val. autore,eſt,quod magnos per totũ obtinet meatus.Hyeme ſerena.] Græcè, ὑγρὰ γὰρ τὰ σώματα καὶ μαλακὰ καὶ ἀραιὰ γεγονότα κατὰ τὸν εὔδιον χειμῶνα, ῥαδίως εἰς τὸ βάθος αὐτῶν διαδίδωσι τὴν ἐκ τοῦ περιέχοντος ψύξιν. quod eſt : Humida enim ac mollia & rara facta hyeme ſerena corpora , facile ad intimas ſui partes ambiẽtis frigiditatẽ admittũt.Quibus quidẽ verbis qd à veritate ipſa lõgiꝰ abeſſe poſſit,nõ video. Nã hyemẽ ſerenã corpora potiꝰ dura,ſicca & dẽſa.quã mollia, humida & rara reddere,notiꝰ eſt q̃ vt demõſtratiõe egeat. Quare cũ Leonicenꝰ rei abſurditatẽ animaduertiſſet,ita locũ Gal.legere maluit, ὑγρὰ μὲν τὰ σώματα, &c. γεγονότα κατὰ τὸν εὔδιον χειμῶνα ῥαδίως,&c.Quẽ ſubinde ſic eſt interpretatus : Corpora ſiquidẽ humida,mollia& laxa facta,hyeme ſerena ad intimas ſui partes aeris ambiẽtis frigiditatẽ facile admittũt. Quaſi vero Hippo. & Galenus hic hyemẽ faciant ſerenam,atq; adeo frigid

Rarum. Locus Galeni emendatus.

Leoniceni interpretatio exploſa.

gidã, vt ſcilicet in ea frigus ad intimas partes penetrare eat,& nõ potius calidã & humidã.Fieri etiã non poteſt,vt ems quę calida eſt &humida,ſit ſerena,imò potius erit fri la & ſicca. Deniq; abſurdũ admodũ eſt, vt in vna eadémq; eme corpora humida,mollia & rara fiant,ſimúlq; intimæ orũ partes refrigerẽtur. Et Gal.quidẽ ipſe non hyeme re-igerari intimas corporis partes, ſed vere potius, qđ frigi-im & ſiccũ eſſe ſtatuit Hip.aſſerit. Abſurditatẽ itaq; vnam itare cupiẽs,vir bonus Leonicenus, in aliã maiorem inci-it.Quocirca quum Theod.ſatis perſpectum haberet, αὔδιον oc loco ſerenitatẽ ſignificare non poſſe, tepidam nullo pro-ati autoris,qđ ſciam,exẽplo,cõuertere maluit.Nã eã etiam ignificationem Galeni ſententiæ optimè quadrare, & nihil duerſari animaduertit. Verũ vt ſuprà ſatis copioſè demon-trauimus,hæc vox αὔδιος in cõtextu Hippocratis, niſi illum quem conſtat fuiſſe βραχύλογον, facere velimus ταυτόλογον καὶ βαττόλογον, in ea ſignificatione accipi non poteſt: igitur nec etiam in Gal.Comment. Proinde locũ Gal. eſſe deprauatum neceſſe eſt:quẽ reſtitues, ſi pro αὔδιον legas νότιον. Nam haud dubiè ita in melioribus Galeni codicibus primò ſcriptum fuit. Cui accedit,ꝙ hæc lectio Hippocratis mẽti ſit cõſenta-nea,vtpote qui hac quoq; ſit dictione vſus,dicens: ὁ νότιος χει-μών.Deniq; facilis eſt à νότιος in αὔδιος lapſus.Locus itaq; præ-ſens Galeni ita conuertendus erit: Corpora ſiquidẽ humida, ac mollia,& rara facta hyeme auſtrina,&c. Gręcè enim eſſe debet,κατὰ τὸν νότιον χειμῶνα.Ambientis frigiditatẽ.]Gal.hoc loco,vt Ariſt.etiam li.1.Probl.9.vniuerſam cauſam in veris frigiditatẽ refert.Cõtrà Muſa in humiditatẽ potius referẽ-dam exiſtimat,valde,mea quidẽ ſententia,ineptè,quum ver Hipp.ſtatuat eſſe ſiccũ.Frigiditatẽ autem non poſſe eſſe cau-ſam,aduerſus Ariſto.& Galenum,Scytharum & quorundam Germanorum inani exemplo,cuius lib.1.de tuen.ſan.cap.8. Galenus meminit, probare Muſa conatur, qui ſuos infantes ſtatim ab vtero prodeuntes ad Rhenum deferunt, in eóque mergunt,ídq; citra vllam infantium noxam faciunt. Atqui cogitare debuiſſet Braſauol.non eſſe mirũ infantes barbaro-rum iſtam in flumine frigido merſionem citra noxã tolera-re,quũ adhuc in materno vtero conſtituti frigus ac calorem ferre pulchrè didicerint.Incertis enim ſedibus, citráq; vlla domi

Theodori conuerſio improbatur.

Muſæ ſentẽtia refellitur.

domicilia gens illa,quam vulgus Cinganos vocat, oberrat. Contrà verò euenit iis qui in vtero materno exiſtentes crebras iſtas mutationes tolerare non ſunt aſſueti: ſicuti ſunt ij de quibus hoc loco Hippocr.Ariſtot. & Galenus loquuntur. Quare futilis hæc & inanis eſt Muſæ aduerſus tantos viros excogitata ratio. Longo tempore.] Græcè, ἤδη πολυχρόνιον ἔθος ἴσχειν ἀέρος ἀλέας ταῦτα πλητ͂όμενα σφοδρῶς,&c.Iam longo tempore calori aëris ſunt aſſueti, offenſi vehementer, &c. Exiles.]Græcè λεπτὰ, inualidi,vt ſuprà eſt dictũ. Quoniam cerebrum,&c.] Hunc locum non rectè conuertit interpres. Græcè enim eſt, ἐπειδὴ φλεγματικὰ περιττώματα πέφυκε γεννᾷν ὁ ἐγκέφαλος, ὅταν ψυχθεὶς ἀδυνατεῖ κρατεῖν τῆς τροφῆς. Quoniam cerebrũ naturâ aptũ eſt ad generanda pituitoſa excrementa, quum refrigeratum non poteſt alimentum ſuperare. Quæ enim à forti,&c.]De pituitæ ſpeciebus copioſè diſſerit Gal. lib.2.de Diffe.feb.c.6.Multa etiam de iis ca.10. noſtri Compendij diximus. Propter eam quę eſt in hyeme caliditatẽ.] Ex hoc loco Gal.etiam ſatis perſpicuũ fit,ſuprà nõ poſſe legi εὔδιον,id eſt,ſerenam,ſed νότιον,calidam ſeu auſtrinam.Quia ſi ſerena hyems eſt, frigida etiã erit. Vt enim illa quæ propter lentorem.]Et hic locus ab interprete non ſatis rectè eſt cõuerſus.Græcè enim ſic eſt ſcriptum: ἅτε γὰρ διὰ τὴν γλισχρότητα κατὰ τὴν διέξοδον ἐν τοῖς ἐντέροις ἰσχόμενόν τε καὶ βραδύνον, ἀεί τε δριμὺ ὂν αὐτὰ διὰ τὴν ποιότητα, τὴν δυσεντερίαν ἐργάζεται. nam propter lentorem inter exeundũ in inteſtinis retenta & immorans,ſempérq; ipſa propter qualitatem abradens,inteſtinorum difficultatem efficit. Hæc verò delata.] Græcè, φερομένη δ' αὕτη ἄλλοτε πρὸς ἄλλον τόπον, hæc verò delata aliâs ad alium locũ.Expungenda itaq; è contextu hæc verba, ab vno loco. Siccas pituitas.] Græcè,ὀφθαλμίας ξηρὰς,ſiccas lippitudines. Ita quòd repentè interimit.] Græcè,ὥς τε ἐξαπίνης ἀπόλλυσθαι, ita vt repentè interimi. Stupidos fieri.] Græcè, παραπλῆγας, reſolutos. Velociter terminantur.] Græcè, ταχεῖαν τὴν κρίσιν ποιοῦνται, celeriter iudicantur. Ita quòd repente.] Vt ſuprà,ita vt repentè intereant.

Interpretis lapſus.

Interpretis conuerſio improbata.

APHORISMVS XIII.

Ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν καὶ βόρειον γένηται, τὸ δὲ φθινόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον, κεφαλαλγίαι ἐς τὸν χειμῶ-

να

να γίνον), καὶ βῆχες καὶ βράγχοι, καὶ κόρυζαι, ἐνίοισι ἢ καὶ φθίσιες.

Si æſtas ſicca & aquilonia fuerit, autumnus vero pluuius admodum & auſtrinus, dolores capitis hyeme fiunt, & tuſſes, raucitates, atque grauedines: nonnullis etiam tabes accidit.

IN duobus qui hunc præcedunt aphoriſmis, Hippocrates de hyemis & veris conſtitutionibus egit: nunc itaque de ſequentium duorũ temporum, æſtatis ſcilicet atq; autumni, temperaturis à moderatione declinantibus ſermonem habet, inquiens: Si æſtas ſicca & aquilonia, hoc eſt frigida fuerit, atque adeò à ſua naturali temperatura quæ calida eſt declinauerit, autũnus verò valde pluuius & auſtrinus. Non autem temere dixit Hippocr. ἐπομβρον, id eſt, valde pluuius: niſi enim frequentes in eo pluuię fiant, à cõmoderatione ſua non receſsiſſe videtur, quandoquidem, vt ſuprà in aphor. 8. enarratione ex lib Hippoc. de Aëre, aquis & locis oſtenſum eſt, in commoderato autumno pluuiæ etiam fieri debent, ſed mediocres. Talibus igitur exiſtentibus æſtate & autumno, per hyemem capitis dolores accidũt. Quapropter mala quę prędictæ tempeſtates pariunt, non in ipſis vitioſis tẽporibus, ſed ſequenti potius hyeme, quæ natiuã ſuam ſeruat conſtitutionem, eueniunt. Cauſa huius rei eſt ſuprà in Comm. 11. à Gal. expoſita, neq; enim magnæ ſunt hæ, de quibus hoc loco agit Hippo. mutationes, quòd in vna duntaxat qualitate exceſſus fiat. Quippe æſtas naturalem cõmoderationem frigiditate ſuperat, autumnus autem humiditate tantúm. Non eſt enim naturâ frigidus, ꝙ hîc iterum contra Gal. ſentẽtiam aſſerere audet Muſa: ſed inæqualis, atq; adeò calidus etiam. Præterea in autumno morbi nulli propter præcedentẽ æſtatis intemperiem accidere poſſunt. Corpus enim in æſtate exiccatum refrigeratúmq;, in eo qui ſubſequitur autũno pluuio admodum & calido ad mediocritatẽ redit. Quum verò vniuerſus autũnus valde humidus ſit, propterea fit vt mediocritatem, quæ in medio eſt, tranſcendat, corpúſque noſtrum plus iuſto humectet: quare morborũ ita qui ſequenti hyeme accidunt, cauſa exiſtit. Siquidem humidus ſupra modum autumnus,

ἐπομβρον

Autumnus non eſt natura frigidus, vt Muſa cenſet.

cap

Dolores capitis. caput multa humiditate explet: vt mirũ non ſit, per hyemem frigidam, quæ humiditates illas in vnum cogit & compingit, capitis fieri dolores, quemadmodum latiùs in Commẽt. ſuis exponit Gal. Cauſam etiam refert Ariſt. lib. 1. Proble. 10. Tuſſes. Raucitas. Grauedo. Porrò fiunt quoq; per hyemem tuſſes, humoribus nimirum capitis expreſsis, & in thoracem defluentibus. Raucitates & grauedines fiunt ob eandẽ cauſam. Si enim ad nares deriuatur humor, grauedo: ſin ad fauces, raucitas accidit. Raucitatem verò potiùs quàm raucedinẽ hoc malũ eſſe appellandũ, Cornelius Celſus docet, qui lib. 2. c. 1. hũc Hippocratis aphoriſmum ita reddidit: At ſi ſicca æſtas aquilones habuerit, autumno verò imbres auſtriq; ſunt, tota hyeme quæ proxima eſt, tuſsis, deſtillatio, raucitas, in quibuſdã etiam tabes oriũtur. Tabes. Per tabem verò ſeu *φθίσιν*, eam quæ propriè ſic appellatur, nempe pulmonis exulcerationem, intelligas: quæ nonnullis, iis ſcilicet, qui ad eam apti ſunt, accidere ſolet.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Poſuit.] Græcè, *ἀνατίθησι*, attribuit. Vel ibi.] Græcè, *ἐκεῖ*, illic. Erit aliquis propter illam, &c. Græcè, *ἔσται τι καὶ δι' ἐκείνην ἕτερον ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις νοσήμασι τῆς δυσκρασίας οἰκεῖον*, erit aliquis propter illam (ſcilicet intemperiem) à prædictis morbis diuerſus intemperiei proprius. In præſenti.] Græcè, *ἐπὶ δὲ τῶν νῦν προκειμένοις*, de præſenti verò, &c. Conuerſionem.] Græcè, *τροπῆς*, mutationem. Si verò æſtas pluuioſa, &c.] Aldinus Græcus codex emendatur. In Aldino codice perperam ita ſcriptum eſt, *ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν καὶ βόρειον γίνηται*, &c. Quippe in lib. Hippocr. de Aëre, aquis & locis, vnde hæc citata eſt ſententia, ita legitur, *ἢν δὲ τὸ θέρος ἔπομβρον γένηται, καὶ νότιον, καὶ τὸ μετόπωρον ὡσαύτως, χειμῶνα ἀνάγκη νοσερὸν εἶναι*. Ibidem etiam de præſenti conſtitutione loquitur, ita ſcribens, *ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν γένηται καὶ βόρειον, τὸ δὲ μετόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον, κεφαλαλγίας ἐς τὸν χειμῶνα εἰκὸς γίγνεσθαι, καὶ προσέτι βράγχους καὶ κορύζας ἐνίοις καὶ φθίσιας*. Quæ tamen omnia videntur per aliũ libro Hippocratis de Aëre, aquis & locis eſſe inſerta: Hippocratis liber de Aëre aquis & locis, mirè deprauatus. ꝙ ſcilicet hîc disertè dicat Gal. de præſenti conſtitutione, in eo libello nihil dixiſſe Hippocratem. Mirè itaq; deprauatum nũc eſſe hunc librum cõſtat, eò ꝙ aliqua interdum deſint, interdum etiam nonnulla præter Hippocratis mentem acceſſerint. Seruare ipſam.] Legendum ipſum, videlicet Hippocratem. Græcè

enim

enim ita ſcriptum eſt, *φυλάττειν γὰρ εἰκὸς ὅσην αὐτῶν ὅμοιον τῷ κατὰ φύσιν τὸν χειμῶνα.* De quibus nos paulò pòſt, &c.] Omiſſa ſunt hoc loco quædam ab interprete. Græcè enim ita legitur, *ὑπὲρ ὧν ποιεῖται τὸν λόγον, ὧν ὀλίγον ὕστερον ὀνομαστὶ μνημονεύει*, de quibus ſermonem habet, quarum paulò pòſt nominatim mentionem faciemus, Commentar. ſcilicet 14. Fortior.] Græcè, *ἰσχυρὸν*, vehemens. Conſiſtit.] Gręcè, *συστήσεται*, conſiſtet. Accidentia.] *συμπτώματα.* Sufficienter ſupra modum.] Græcè eſt, *ἱκανώτερον τοῦ μετρίου*, plus iuſto, vel, vt interpres habet, ſupra modum. Abundat igitur dictio ſufficienter. Nuper dictos morbos.] Rectiùs, nuper dicta ſymptomata. Meliora enim exemplaria habent, *τὰ προειρημένα συμπτώματα.* Pectore.] Græcè, *οἱ κατὰ τὸν θώρακα στενοί*, qui anguſto ſunt thorace. Hos Hippoc. lib. 1. Epidem. aphor. 18. *φθινώδεας* appellat. Tales ibidem in Comment. Galenus eſſe ait, qui tam anguſto ſunt thorace & reſtricto, vt à tergo in morem alarum illis ſcapulæ promineãt: hinc eoſdem etiam Hippocrates multis in locis, potiſsimum verò lib. 6. Epide. part. 3. aphoriſ. 9. *πτερυγώδεας* nominat. Muſa Philothei locum conuertens, obſcurè, ne dicam ineptè hanc dictionem interpretatus eſt, in morem auium ſubtilis, Suſcipiente.] Græcè, *διαδεξαμένης*, excipiente. Materia inutilis.] Græcè, *περίττωσιν*, ſuperfluitas. Multa materia.] Græcè, *πλήθει*, plenitudine. Reliqua omnia ſunt plana.

Interpres quædam omiſit.

φθινώδεας.

πτερυγώδεας.

APHORISMVS XIIII.

*Ἢν δὲ βόρειον ᾖ καὶ ἄνυδρον, τοῖσι μὲν ὑγροῖσιν ἐοῦσι τὰς φύσιας, καὶ τῇσι γυναιξὶ ξύμφορον. τοῖσι δὲ λοιποῖσιν ὀφθαλμίαι ἔσονται, ξηραὶ, καὶ πυρετοὶ ὀξέες, καὶ * πολυχρόνιοι, ἐνίοισι δὲ καὶ μελαγχολίαι.*

Aliàs. κόρυζαι.

Si vero autumnus aquilonius & ſiccus fuerit, iis qui naturâ humidi ſunt, & mulieribus confert. Reliquis vero lippitudines ſiccæ accident, & acutæ febres, & longæ; nonnullis vero & melancholiæ.

HVnc Aphoriſmum non eſſe ab eo qui precedit ſeparandum, ſed connectendũ potiùs, in Comment. ſuis Gal. teſtatur. Quinetiam Hippocr. in lib. de Aëre, aquis & locis illum

lum priori planè copulauit, dũ ita ſcriptum reliquit, *ἢν δὲ βόρειόν τι καὶ ἄνυδρον ᾖ καὶ μήτε ὑπὸ κύνα ἔπομβρον, μήτε ἐπὶ τῷ ἀρκτούρῳ, τοῖσι μὲν φλεγματίοισι φύσει ξύμφορον.* Ariſtoteles quoque libro 1. Problem. 11. & 12. manifeſtè hunc cum ſuperiore coniungẽdum aſſerit. Ibidem enim primum quærit cur mulieribus & omnibus pituita redundantibus, ſecunda valetudo contingat, ſi æſtas ſicca autumnúſque ſiccus aquilones habuerint? Secundò, cur ſi ſicca æſtas & aquilonia, & autumnus ſiccus eiuſdem aquilonibus perflatus, bilioſos morbo infeſtet? Sed
,, & Celſus lib. 2. cap. 1. ſtatim poſt præcedentem aphoriſmum,
,, ita ſubiungit: Sin autumnus quoq; æquè ſiccus iiſdẽ aquiloni
,, bus perflatur, omnib⁹ quidem mollioribus corporib⁹, inter quæ muliebria eſſe propoſui, ſecũda valetudo cõtingit. Hęc ille. Quum itaq; ſuperiori ſit connectendus præſens aphoriſmus, vt iam demonſtrauimus, is certè verborũ Hippocratis ſenſus erit: Si verò autumnus perinde atq; æſtas aquilonius & ſiccus fuerit. Muſa tamen, neſcio quo conſilio, hîc ſe non tantùm Galeno, ſed & Ariſtoteli, Celſo, imò Hippocrati ipſi opponere audet, dũ Hippocratẽ hoc loco de æſtate autumno oppoſita, nẽpe humida & auſtrina, poſſe intelligi contendit: non animaduertens ea quæ in contextu aphoriſmi ſequũtur, huic abſurdę opinioni prorſus refragari. Qui enim fieret vt æſtas humida & auſtrina pituitoſis & mulieribus conferret? quod tamen, ſi de ea loqueretur Hipp. hîc & alibi, diſertè aſſereret. Accedit quod Gale. in Comm. palàm dicat, ambo tempora, æſtatem ſcilicet & autumnum, eſſe ſicca. Hipp. quoque in libro de Aẽre, aquis & locis inquit, *ταῦτα πάντα ἀρωγά ἐστιν.* Atqui non eget hæc Muſæ ſententia prolixa confutatione, quod eandẽ metipſe paulo pòſt recantet. Autũnus igitur vbi aquilonius & ſiccus fuerit, iis qui naturâ humidi ſunt cõferet, cuius cauſam Gal. in Comm. ex Hippocrate de Aere, aquis & locis copioſe recitat, vt non opus ſit eam hoc loco repetere. Celſus hic cõuertit, omnibus mollioribus corporibus nõ ineptè, quandoquidẽ Hipp. in libello iam citato dixerit, *τοῖσι μὲν φλεγματίῃσι, καὶ μάλιστα τοῖς ὑγροῖς τὰς φύσιας, καὶ τῇσι γυναιξίν.* Per reliquos vero quid intelligendum ſit, Celſus, quaſi explicat, dicens: Durioribus autem, &c. Hippocrates vero loco iam citato, vt etiam Ariſt. lib. 1. Problem. 12. bilioſis dixit. Quæ ſibi omnia pulchrè quadrant, quũ bilioſi

Muſæ abſurda opinio refutatur.

Celſi conuerſio probatur.

Quid per reliquos ſit intelligendum.

ſint

ſint duri,atq; adeo ſicci.Lippitudines ſiccæ,ob cauſam quam in Comm.Gal.refert,accidūt.Febres acutæ,quod nimirū tenuiſsima parte bilis reſoluta,maneat acerrima.Et grauedines.Hic locus Hipp.haud dubie deprauatus eſt,id quod primū è Galeni Comm.palàm fit, qui febriū rationē reddens, grauedinis ne quidē vno verbo meminit. Quare in cōtextu verborū quæ ex lib.de Aëre,aquis & locis citat,perperā ſcriptum eſt κόρυζαι,quod in Hipp.codicibus ita potius legatur, πυρετοὶ ὀξεῖς ἔσονται καὶ πολυχρόνιοι.Dein ex Ariſt.qui lib.1.Problem.12.hanc Hippo.ſententiam enarrans,nullam grauedinis facit mentionē,ſed febriū tantū & melancholiæ. Poſtremum nulla ratione oſtendi poteſt,quod grauedines biliosis accidant. Quocirca nihil certius eſt, quàm librariū errore quodā κόρυζαι ſcripſiſſe pro πολυχρόνιοι, quod ab vna in aliā dictione facilis ſit lapſus. Eſſe autem legendū πολυχρόνιοι, Celſus euidentiſsime teſtatur,qui hancHipp.partē ita eſt interpretatus:Et febres partim acutæ,partim longæ: grauedinis autē haud meminit.Quod vero longę febres accidūt,vt ſunt quartanæ,fit propterea quòd atra bilis,ex qua hæ naſcuntur, bifariā in hac conſtitutione generetur.Primum,quòd flaua bilis ſuperaſſetur.Secundò,quòd ſanguis craſſeſcat.Hinc eſt quod Hipp.in lib.de Aere, aquis & locis dicat:Et ſanguinis pariter eadē ratione tenuiſsima pars exiccatur, craſsiórque remanet.Cū itaque bilis in ea cōſtitutione pars humidiſsima exiccetur,remaneátq; acerrima & craſiſsima, nihil mirum ex acerrima eius parte acutas,ex craſsiſs,lōgas fieri febres.Nōnullis verò & melancholiæ accidunt.Non autē ſine cauſa dixit nōnullis, quia idipſum nō omnibus,vt Ariſt.loco citato ait,ſed iis tantū qui natura atra bile abūdant,accidere ſolet. Abundat autē in hac cōſtitutione temporis,in iis qui natura bilioſi ſunt,propter cauſas duas iam cōmemoratas.Celſus hanc partē ita cōmodiſsimè reddidiſſe videtur: Sed & hi morbi qui ex atra bile naſcūtur, nēpe febris quartana,& melācholia.Quippe melācholia eſt deſipientia,quæ fit ex melancholico humore mentē occupante, & temperaturam ſuā mutante.Maniā vero,ſeu furorem Ariſtoteles iis euenire tradit,quibus natura bilis ineſt. Nam vt etiā Gal. teſtatur lib.2.de Symptomatum cauſis,mania fit à mordacibus & calidis humoribus,qualis eſt flaua bilis.

Lippitudines ſiccæ.

Febres acutæ.

Grauedines.

Hippocr. locus deprauatus emēdatur.

Quare febres longæ accidant.

Nonnullis melancholiæ.

Melancholia.

Mania.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Nuper.]Græcè,ἄρτι,paulò antè. Diſpoſitione.]Græcè,ὑποθέσεως,hypotheſi. Siue ſiccum,&c.] Græcè,ξηρὸν ἢ αὐχμηρὸν ἢ ἄνυδρον. Laxi.]Græcè οἱ πλαδῶντες,humidi. Quippe Gal.lib.1. Epid.conſtitut.11.teſte,Hippocrates πλάδον, περιττὴν ὑγρότητα nominare cõſueuit. Quare πλαδῶντες,qui ſupra modũ humidi ſunt dicuntur,non laxi,vt interpres conuertit. Grauedines.]Locus hic eſt deprauatus, in codicib.enim Hippocratis legitur χρόνιοι, non κόρυζαι. Conuertendum itaque erit, atque longæ. Et acutiſsima.] Græcè δριμύτατον, acerrimà. Non autẽ temerè dixit,craſsiſsima & acerrima.Quia enim craſsiſsima relinquitur:ideo febres longæ naſcũtur:quia verò etiã acerrima,ideo febres acutæ generantur. Ex quibus.] Scilicet bile aſſata,exiccatáque,& ſanguine craſſo. Hi morbi,quartana videlicet,& melancholia. Paucos admodũ intemperaturarũ.] Sic etiã lib.1.Epid.conſtit.1.Com.1.aduerſus Quintum diſputans Gal.inquit,Hippocratem in Aphoriſmis quatuor tantũ differẽtias tempeſtatũ deſcripſiſſe,quãquam longe plures ſint. Plures autẽ quàm quatuor eum cognouiſſe,ex libris Epid.ſatis conſtat,vbi multas alias tempeſtates connumerat,quarum ordine ibidem Gal.meminit. Quatuor vero hoc in loco tantũ referre placuit,tanquã cæteris frequẽtiores,& vt eſſent veluti exemplũ reliquarũ. Quũ librũ de aquis.]Scripſit enim in hunc libellum Commentarios,vt metipſe in libro de propriis libris inſcripto teſtatur. atq; ibidẽ etiã cũ inſcribi ait περὶ οἰκήσεων καὶ ὑδάτων, καὶ ὡρῶν καὶ χωρίων,de habitationibus,& aquis,& tẽporibus,& regionibus. Nuſquã tamen,quod ſciam,hodie extant ij Cõmentarij,ſed cũ multis aliis huius optimi autoris ſcriptis iniuria temporũ perierunt. Paulo antea.] nempe Comm.13. Zona verò exquiſitã habens temperiem.] Quæ ad huius loci pleniſsimã explicationẽ attinent,offendẽt ſtudioſi in noſtris in ſecundũ Galeni librũ de Sanit.Tuend.annotationibus. Huc igitur eos ablegamus,vbi copioſe noſtram de hoc loco Gal. ſententiã expoſuimus. Sicuti hi qui,&c.] Græcè,ὥστ' ἄριστοι τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα δεινῶν ἔγραψαν, ſicuti optimi quique qui in hoc ſtudio excelluere, ſcripſerunt. Ortus Pleiadis. Eodem quo hic ordine digerit annum Gal.lib.1.Epid.conſtit.1.Comm. 1.& conſtit. 2. Comm.2. Pleiades autem ſeptem ſunt ſtellæ

[Margin notes:] πλαδῶντες πλάδος. — Quatequatuor tantũ hic tempeſtates referre voluit Hipp. — Zona exquiſitè tẽperata. — Pleiades.

in

in dorſo Tauri,quarum hæc nomina,Maia, Taygete, Celæno,Merope,Electra, Sterope, Alcyone.Nomen habent ἀπὸ τῦ πλεῖν, hoc eſt nauigãdo,quòd ortu ſuo nauigationis tempus oſtendant.Ver enim,ait Plinius lib.2.cap.47.aperit nauigantibus maria.Vel ἀπὸ πλειόνης τ̃ μητρὸς αὐτῶν,Phauorino teſte.Vocantur alio nomine Atlantides,quod ſcilicet Atlantis ſint filiæ.Latini Vergilias appellant,quòd vere,die videlicet 19.Aprilis,paulo pòſt quã ſol ingreditur Taurũ,oriantur. Oporam.] ὀπώρα Græcis,teſte Phauorino, duo ſignificat,τὸ θέρ☉,καὶ τὸ μετόπωρον, æſtatem & autumnum.Hic quidem,quod Galenus etiam manifeſtè in Comm. aſſerit,alteram æſtatis partem,eam nimirum quę autumnum attingit, ſignificat. Autumnus vero quia operam ſequitur, μετόπωρον dictus eſt,quanquã etiã,vt iam cõmemoratũ eſt, ὀπώρα Græcis nominatur. Arcturus.] De eo diximus multa in annotationibus noſtris in lib.4. Gale.de tuenda ſanit. Occaſus Pleiadum.] Qui fit autumno,in Octobre nimirum menſe. Atlãtides. Vergiliæ. ὀπώρα. μετόπωρον Arcturus.

APHORISMVS XV.

Τῶν δὲ καταστάσιων τῦ ἐνιαυτῦ, τὸ μὲν ὅλον οἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομβρίων εἰσὶν ὑγιεινότεροι, καὶ ἧσσον θανατώδεες.

Inter anni conſtitutiones, in ſumma, ſiccitates imbribus aſſiduis ſunt ſalubriores, & minus letales.

HActenus de cõpoſitis temporũ anni conſtitutionib. verba fecit Hipp.Nunc ordine minus iuſto,quòd Gal.etiã in Comm.monet,de ſimplici totius anni temperatura ſicca, quam aſsiduis imbribus tanquã ſalubriorem & minus letalem præfert.Cauſa eſt à Galeno in Comment.copioſe expoſita,vt nihil opus ſit eã à nobis referri.Vnum tantũ hic monebimus,καταστάσιων hoc loco,vt aliàs etiam,quemadmodum in enarratione quoque Aphor.12.ſect.1.diximus, Hippocrati nihil aliud ſignificare,niſi formam aut ſpeciem, conſtitutionémue.Reliqua è ſuperioribus patent.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Præ manibus habemus.] Græcè eſt προκεχειρίσμεθα,ſed perperam.Legendum enim erit, προκεχειρισάμεθα. Prius natura, &c.]Priora autem natura & doctrina ſunt,quæ cognitionis

ordine antecedunt,vt cap.11.libri Categoriar.Ariſto.docet.

Ponemus illũ.] Qui ſcilicet ordine eſt 17. Nã valde indigentibus.] Hic Galeni locus alta mente reponendus erit, cauendúmque vnicè ne animo noſtro excidat, vt ſtatim nobis occurrat quod vulgatiſsimo noſtri temporis medicorũ errori obtrudamus,qui quotidie propemodum propter crebra illa quæ tum ſanis tum ægris propinant medicamenta, aduerſus hoc ſacroſanctum Galeni præceptũ delinquunt.De quo ſanè errato multa diximus lib.2.noſtrorũ Paradox.ca.6.

Medicino ſtri téporis nimij ſunt in propinãdis medicamétis purgantibus.

Alimenti ſiquidẽ pars vna.] Duo eſſe alimenti excrementa,hoc loco Gal.oſtendit. Quod etiã ſuprà lib.1.cap.11.fecit, vbi ex eo ſucco vnde ſingulæ particulæ aluntur duo excrementorũ genera naſci dixit.Vnũ,quod diſtribuendi alimenti fuit vehiculum.Huic quidem excremento nullus certus à natura conditus eſt meatus.Expellitur tamẽ partim actum per ipſa molliora corpora , quæ fluentis eius violentiæ cedunt:potiſsimum quũ à ſpiritu maiore impetu irruẽte impellitur:partim etiam per exiguos omnes corporis meatus. Appellãnt vero quod ita excernitur,ſudorem.Alterũ excrementum eſt ceu ſemicoctæ quæpiam reliquiæ , quæ aſsimilari nutriendæ parti nequiuerunt.Huic nullum publicè nomen eſt,quòd videlicet nec vulgò ſit cognitum,vtpote quòd pre tenuitate conſpectũ effugiat. A medicis tamen Græcis ἄδηλος αἰσθήσει διαπνοὴ,id eſt,ſenſum latens trãſpiratio nuncupatur.Gal.hoc in loco fuliginoſum excrementum nominat.Annotandũ autem hic erit,quòd alimẽtum nũc Galeno vſurpetur propriiſsimè,pro eo nimirũ quod iam alit ac nutrit.Pars vna ſeorſa eſt.]Adiiciendũ,& humida.Græca enim ſic habent,τὸ μὲν οἷον ὀῤῥῶδες ἐστι,καὶ ὑγρὸν. Quæcunq; ſunt peiora.] Græce eſt, ἀλλὰ τὰ πλεῖστά γε τῶν σιτίων,ὅσα μοχθηρότερα καὶ διαφεύγει τὴν ἐργασίαν τῆς φύσεως. Quare ſic conuertendũ erit, Quæ in pluribus cibis quicunque peiores ſunt continetur, & naturæ,&c.quia cætera rectè ſe habent.

Alimenti duo excremétorum genera.

Sudores.

Senſum latés tranſpiratio.

APHORISMVS XVI.

Νοσήματα δὲ ἐν μὲν τῇσιν ἐπομβρίῃσιν ὡς τὰ πολλὰ γίνεται πυρετοί τε μακροὶ , καὶ κοιλίης ῥύσιες , καὶ σηπεδόνες , καὶ ἐπίληπτοι, καὶ ἀπόπληκτοι, καὶ κυνάγχαι. ἐν δὲ τοῖσιν αὐχμοῖσι φθινώδεες , ὀφθαλμίαι , ἀρθρίτιδες,

δεις, στραγγουρίαι, καὶ δυσεντερίαι.

Morbi per aſſiduos imbres magna ex parte fiunt, febres longæ, alui deiectiones, putredines, comitiales morbi, apoplexia, & angina. Per ſiccitates autem, tabes, lippitudines, articulorum dolores, ſtillicidia vrinæ, & difficultates inteſtinorum.

HIc aphoriſmus prioris veluti correctio quædã eſt. Nam imperitus quiſpiam ex eo colligere poſſet, ſiccam anni conſtitutionem ſic imbribus eſſe meliorem & ſalubriorem, vt nulli prorſus in ea morbi generentur. Coactus itaq; Hippocrates fuit vt præſentem Aphoriſmum ſubiiceret, in quo quidem quæ in vtriſque conſtitutionibus fiant morborũ genera dilucidè exponit, inquiens: Morbi per aſsiduos imbres (id enim ſignificat ἐπομβρίῃσι, vt in explicatione Aphoriſmi vndecimi huius ſectionis diximus) magna ex parte fiunt febres longæ. Cuius rei cauſam Gale. in Comm. refert. Non autem temerè adiectũ eſt, magna ex parte: quia in humida conſtitutione alij etiam morbi hoc loco ab Hippocrate non commemorati naſci poſſunt. Hi tamen quos recenſet, ſunt qui crebro & plurimum per imbres generantur. Alui deiectiones, ſic enim Celſus hæc verba, κοιλίης ῥύσιες, eſt interpretatus, & quidem rectiſsimè: κοιλία enim hoc loco inferiorem ventrem denotat, ῥύσις vero deiectionem vel fluxionem, non profluuiũ, quod Græcis διάῤῥοια dicitur. Neque enim hac voce aliud innuere voluit Hipp. quàm quòd homines in cõſtitutione humida crebrò per aluum egerãt. Cauſa in Comm. à Gal. eſt expoſita. Et putredines ſimpliciter, morbi comitiales & apoplexiæ: quòd hæc duo mala ex pituita, quæ per imbres generatur, naſci cõſueuerint, vt dictũ eſt Comm. 42. & 45. ſectio. 2. Anginæ denique in pluuia conſtitutione fiunt, propter cauſam à Gal. in Comm. allatam. Nihil autẽ refert ſiue κυνάγχαι, ſiue συνάγχαι apud Hippocratem ſcriptum ſit, vt aſibi diximus. Atque hæc quidem mala per aſsiduos imbres fiũt. In ſiccitatibus autem φθινώδεες, videlicet νόσοι, id eſt, morbi tabem afferentes accidunt. Quum autẽ Hippocrates φθινώδεας, vt in Comment. 10. huius ſectionis annotauimus, nõ ſolũ eos quibus ob pulmonem exulceratũ marceſcit cor-

Febres longæ. Alui deiectiones. κοιλία. ῥύσις. Anginæ. φθινώδεες.

pus,ſed & eos qui ex quacũque alia cauſa extenuantur,intelligat hic tamẽ exulceratio pulmonis excludẽda venit,vt quę in ſicciore tẽpore potius curetur quã irritetur.Reliquę autẽ cauſæ tabẽ afferẽtes,per ſiccitates valentiores redduntur.Lippitudines etiam ſiccæ nimirũ accidunt. Aut copulanda vox ὀφθαλμίαι cũ dictione φθινώδεες,vt Gale.in Cõm.etiam monet. Et articulorum dolores,non quidẽ omnes, ſed ij tantum qui ex humorum acrimonia procreantur:idq; accidit,ſi acceſſerit etiam ſiccitati caliditas,vt copioſius in Com. ſuis Gal.docet,ad quos ſtudioſos,ne temerè quę illic ſunt repetere neceſſe ſit,ablegamus.Vrinę etiam ſtillicidia,& difficultates inteſtinorum,iis de cauſis quas Galenus affert,eueniunt.

Articulorũ dolores

ANNOTAT. IN GALENI COMM.

Quare in tẽporibus.]Aliquid ab interprete pręteritũ eſt. Græca enim ita habẽt, ὥς τι καὶ κατὰ τοῦτο χρονιῶσι μὲν ἐν ταῖς ἐπομβρίαις, quare per hoc longiores erunt in aſsiduis imbribus, &c.Profluuia.]Gręcè ῥόοι,deiectiones.Ex pituita ortum habentes.]vt dictum eſt ſuprà Comm.42.Ad fauces.]Græcè eſt ἐν ἐχθέντος εἰς φάρυγγα,ad fauces vel guttur delata: φάρυγξ enim hoc loco abſolutè ponitur,nullo adiecto articulo,ideóque & ad guttur & ad fauces transferri poteſt. Quippe angina, vt alibi docuimus,nihil aliud eſt niſi inflammatio,quæ in gutture vel faucib⁹ fit.Ex qua nonnulla,&c.]Cuius rei teſtis eſt Hippocr.qui ſect.5.Aphoriſ.24.& li.6.Epid.par.3.Aphor.10. ita ſcriptum reliquit: Valde frigidũ,ſicut nix & glacies, venas rũpit,tuſſes mouet. Extenuati.]Græcè,ἀτροφοῦντες,alimẽti expertes.Si & caliditas vlla, &c.Græcè, ἐὰν καὶ θερμότης ἄμετρος προσγίνηται,ſi etiam calor immodicus acceſſerit. In ſiccitatibus.]Scilicet nudis citra calorem.Et ſiccitatem efficient.] Gręcè eſt, κατὰ ξηρότητα, per ſiccitatẽ,vt planè difficilẽ motũ in ſiccitatẽ articulorũ referamus.Eã paſsionẽ quæ arthritis, &c.Siquidẽ arthritis ꝓpriè eſt quãdo imbecillitas in omnibus corporis articulis cõſiſtit, humórq; à natura alienus ad eoſdẽ cõfluit.Quaproter ꝓprii loquẽdo,non omnis dolor articulorũ arthritis nominatur,ſed is tantum qui ob cauſas iã cõmemoratas in eis excitatur.Lib.2.Epide.]Sect.ſcilicet 4. Et repetitur in ſexto eiuſdẽ operis lib.Part. 4.Aphoriſ.9.

φάρυγξ.

Angina.

Arthritis quid propriè.

Sed ſi cui libeat.]Græcè, ἀλλ' ἐάν τις, ὡς ἔφην, ἐθέλῃ, ſed ſi, vt dixi,quis velit omnium,&c. Huius propoſitę.]Omiſſa eſt.

Nunc

Nũc,dictio.Græca enim habent, ἀυτ̃ τὸ νῦν προκειμένον,&c. Bene temperatis.] Græcè,εὐκράτοις. Satis itaque erat dicere,tẽperatis.Cõponẽtes.] Conuertendum erat, ſupponentes. Græcè enim eſt,σύνθετον ὑποθέσθαι.Quanquam & ſimplex vi debatur.] Græcè eſt, καὶ τοῦ γὰρ ἁπλοῦ ἀξιοῦν αὐ ἀυτὰ πῶς σύνθετον,quanquã vtiq; & ſimplex ipſa videatur quodã modo eſſe compoſita.Rationem ſtatim per ſequentia verba ſubiungit, quæ itidẽ vt præcedentia,nõ ſatis rectè ab interprete ſunt cõ uerſa.Græca enim in eũ habẽt modũ,ἐμίγνυτο γὰρ εὐκράτῳ κατα-στάσει μέσει τ̃ ἀμέτρων ἑκατέρων, permiſcebatur enim temperata forma media inter vtrãq; immoderatã.Vt is ſit verborum Gal ſenſus.Sicq; intemperaturæ ſimplici miſcebatur tẽperata forma.id enim κατάστασιν ſignificare,iã ſępe monuimus:ea quæ inter vtrãq;,caloris nimirũ & frigoris,intẽperiẽ media eſt.Quę quidẽ metipſe Gal.paulò poſt iis etiã ferè expreſsit verbis: Aer ambiens in altera oppoſitione intemperatus & ſiccus,permiſcetur ei qui eſt in altera oppoſitione,caloris ſcilicet & frigoris tẽperatus.Quare hæc Gal.verba εὐκράτῳ καταστάσει,per ablatiuũ reddenda ſunt, vt nos fecimus: & ante nos Theodorus, qui præſentẽ locũ ita eſt interpretatus. Permiſcetur modica modulatáq; conditione,quæ inter vtrãque caloris & frigoris intẽperiem media collocatur. Temperaturas,] Græcè eſt, δυσκρασίας intẽperaturas:Malè tẽperatus] Græcè δύσκρατον,id eſt intemperatum.Bene tẽperatus.]Satis erat dicere ſimpliciter temperatus. Nam ſtillicidia vrinæ] Gale.libr.3.de Symp.cauſis.cap.9.ſtranguriæ & difficultatis vrinæ eaſdẽ eſſe cauſas ſcribit,vrinã nimirũ acrẽ,& facultatis veſicæ imbecillitatem.Propter vis expulſiuæ.]Græcè eſt, ἀῤῥωστίαν τ̃ ἐν τῇ κύστει καθεκτικῆς δυνάμεως,propter facultatis expultricis, quæ eſt in veſica, imbecillitatem.Non adeo licet de Hippocrate. Græcè, ἔτι δ' οὐχ ὑπὲρ ἱπποκράτους ἀπορῆσαι δίκαιον ὅτι τηλικαύτην θεωρίαν. Nõ autem ita de Hippocrate perplexos eſſe conuenit, quod primus, &c.Diocle.] Qui Plinio lib.26.cap.2.autore,Caryſtius fuit,atque ſecundus ætate famáque poſt Hippocratem extitit.Mneſitheo.]Huius meminit Galenus libro 1.ad Glauconem, Athenienſẽmque fuiſſe tradit, virum tum in aliis omnibus quæ ad artem pertinent ſufficienter doctum, tum vero qua via & ratione medendi artem oporteat exercere,nemini peritia ſecundum.

Interpretis lapſus.

Cauſę ſtranguriæ & difficultates vrinæ

Caryſtius. Mneſitheo

APHORISMVS XVII.

Αἱ δὲ καθ᾽ ἡμέρην καταστάσιες αἱ μὲν βόρειοι τάτε σώματα ξυνιστῶσι καὶ εὔτονα, καὶ δυσκίνητα, καὶ εὔχροα, καὶ δυσηκοώτερα ποιέουσι, καὶ τὰς κοιλίας ξηραίνουσι, καὶ τὰ ὄμματα δάκνουσι, καὶ περὶ τὸν θώρακα ἄλγημα ἤν τι προϋπάρχει μᾶλλον πονέουσιν. αἱ δὲ νότιοι διαλύουσι τὰ σώματα, καὶ ὑγραίνουσιν, καὶ βαρηκοΐας, καὶ καρηβαρίας, καὶ ἰλίγγους ποιέουσιν. ἐν δὲ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν καὶ τοῖσι σώμασι δυσκινησίην, καὶ τὰς κοιλίας ὑγραίνουσι.

Conſtitutionũ quæ quotidie fiunt, aquiloniæ quidem corpora cogunt, robuſtiora reddunt, facile mobilia, bene colorata, & rectius audientia. Aluos præterea exiccant, oculos mordent: & ſi thoracis dolor aliquis præcedit, magis irritatur. Auſtrinæ autem corpora lãguida efficiunt, & humectãt, difficilẽ auditum, capitis grauitatem & vertiginem afferunt. In oculis & corporibus difficilem motum concitant, & aluos humectant.

IN ſuperioribus, Aphoriſm. nimirum 5. Hippocrates quæ mala afferant diuturnæ conſtitutiones aquiloniæ & auſtrinæ, expoſuit. Nunc quas noxas, quęq; commoda pariat quotidiana conſtitutio, aquilonia primum, & deinceps quæ mala auſtrina afferat docet, inquiens. Inter conſtitutiones quotidianas aquiloniæ quidem corpora ſua frigiditate cogunt ac denſant, robuſtiora etiã reddũt: id enim ſignificat εὔτονα, quippe τόνος latinis eſt robur. Hinc εὔτονον robuſtũ, validũ, & firmum, εὐτονία etiam Græcis eſt καρτερία, hoc eſt robur. Cauſam in Commenta. refert Galen. Facilè mobilia efficit, quòd ſcilicet ſuperuacuas corporis humiditates exhauriant ac diſsipent, atque adeò corpus leuius & ad motum promptius efficiant. Bene colorata reddunt, quòd omnes actiones naturales, iecorîſque, vt ſic dicam ſanguificationem adiuuent. Melius etiam vt audiant, aquiloniæ conſtitutiones in cauſa ſunt: omnes enim actiones animales firmant. Cur vero

εὔτονα. τόνος. εὐτονία.

ro auditus duntaxat fecerit mentionem, Galenus in Commen.exponit. Exemplo autem auditus, omnes reliquos vult intelligi ſenſus, qui ſinguli perinde atq; auditus in hac conſtitutione vigent. Nec obſtat quod hoc loco Braſauolus diuerſum aſſerat, nempe fieri poſſe vt viſus, odoratus & guſtus in aquilonia conſtitutione non vigeant, propterea quòd cerebrum humiditate plenum, veluti à manu ſpõgia, ab aquilone frigido exprimatur, & ad oculos ſubinde, nares & linguam humiditas ipſa deſtillet. Nam quod ſupponit, hoc falſiſsimum eſt. Neque enim in quotidiana conſtitutione aquilonia, quę frigida & ſicca eſt, fieri poteſt, vt ad inferiores corporis partes deſtillet humiditas, quod tum nulla in capite exiſtat. Secus autem eſſet, ſi tempeſtas aliqua humida anteceſsiſſet. Quum itaque Hippocrati ſit ſermo de quotidiana cõſtitutione aquilonia, excludit prorſus ſuppoſitio de pręcedẽte tẽpore humido, neq; Muſæ ratio ꝓcedit. Atq; hactenus commoda aquiloniæ cõſtitutionis explanauimus. Nunc igitur incommmoda quæ pariunt, proſequamur. Primum autẽ omnium aquiloniæ conſtitutiones quæ quotidie fiunt, aluos exiccant: quod ſupra quoque Aphor.5. dixit, aluos duras aquilonem efficere aſſerens. Cauſam ibidem etiam expoſuimus. Dein oculos mordent. Atqui propriè loquendo, calidum, Galen.lib.5. Aphoriſ. Commẽ.20. teſte, tantum mordax eſt. Senſus vero ſimilitudine, frigidum etiam. Quod quidem quomodo accidat, Gal.lib.4. Simpl.med.cap.1. luculenter oſtendit, ita ſcribens. „Quum frigidum quæcunq; contingit, eorũ „& contrahat ſubſtantiam, & condenſet, conſtringátq;, primũ „tenues excernantur himiditates neceſſe eſt, ſicut ex oculis la„chryma, poſtea vero etiam mordax appareat: ídque nõ ero„dendo, vt calidũ, ſed diuellendo continuum. Frigidum enim „meatus omnes in raris corporibus ſubiens, qualia ſunt vul„nerata omnia, oculíq; & nares ac os, vniuerſas refrigerando„rum corporũ partes arripit, & quodãmodo multis circũqua„que anſis eas contrahens atq; condẽſans, à cõtinuis ſibi partibus diuellit. Hęc ille. Quę quidẽ à nobis longius ſunt recitata propter Muſam, qui cauſam ipſam mordicationis partim in ſiccitatẽ, quam per ſe mordicationẽ efficere ait, referre ſatis inepte voluit: partim etiã in bilioſas materias ad oculos tranſmiſſas, quum tamen in hac conſtitutione nullæ in cor-

Cur auditus tãtum meminerit Hipp.: Muſæ interptatio refellitur.

Aquilonię conſtitutionis noxæ.

Frigidum mordax quomodo

Muſa perperã mordicationis cauſam in ſiccitatem retulit.

Aquilo thoracis dolores excitat.
5. aph. 18. & 24.

pore gigni queant. Præterea ſi aliquis thoracis dolor præceſſit, is per hanc conſtitutionē magis augebitur. Nihil autem mirū, augere dolorē qui præceſsit aquilones frigidos, quum eum etiam qui prius non affuit, excitēt. Quippe vt infrà ait, frigidum inimicum oſsibus & pectori exiſtit. Atq; hactenus de incommodis quę aquiloniam ſequuntur conſtitutionem, diximus. Nunc igitur quas noxas auſtrinæ afferant conſtitutiones, breuiter perſtringemus. Primum diſſoluere, hoc eſt, languida reddere corpora inquit. Cauſa ſuprà in Aphoriſ. 5. eſt expoſita. Dein humectare, difficilē auditū, capitiſq; grauitatem efficere. Cauſæ loco iam citato ſunt dictæ. Vertigines etiā ꝓpter cauſam à Galeno in Com. expoſitā faciunt. Nam ἴλιγξ ϗ ἴλιγγ⊙ Gręcis idem quod σκότωμα ſignificat. In oculis præterea & corporibus difficilem motum. Siquidem neruorum principio humectato, circa voluntarios motus pigritiam apparere neceſſe eſt, vt commemoratū eſt etiam ſuprà Aphor. 5. huius ſectionis. Et aluos humectant: hoc eſt, in cauſa ſunt vt liquida per inferiora excernantur. Quæ ſingula copioſius loco iam citato ſunt dicta.

Auſtrinæ conſtitutionis noxæ.
ἴλιγξ.
Difficiles motus.
Aluos humectant.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Secundum naturæ & animæ operationes]Græcè, κατά τε τὰς φυσικὰς καὶ τὰς ψυχικὰς ἐνεργείας, in naturalibus & animalibus actionibus. Et paulò poſt. Nā animales actiones, &c. Naturæ.]Græcè, τὰς δὲ φυσικὰς, naturales vero. Communis autem vtriſq; eſt quod contentū nominat.] Valde obſcura ſunt hæc interpretis verba: ſed Græca aperta admodū, quæ ſic habent, κοινὴν δ' ἀμφοῖν ἡ εὐτονία, cōmune autē vtriſq;, ſcilicet facultatibus eſt robur. Qui ſalubre corpus habēt.]Hęc non temere à Galeno ſunt adiecta. Quippe imbecillib⁹ aquilones nō proſunt. nec etiam ſiccis & tenuib⁹: hos enim magis exiccāt, ac eorundē principes partes, & quæ in profundo corporis ſunt ſitæ, ꝙ ſcilicet carniū propugnaculo deſtituti ſunt, prōptius lędūt. Dolores pectoris.]Gręcè eſt, κατὰ τὸν θώρακα παροξύνεσθαι, Dolores thoracis exacerbari. Noſcēs autem.]Addēdum, manifeſtius. Gręca enim ita habent, γνώσῃ δ' ἐναργέστερον. Siue animę ſit, ſiue ad vitam pertinens.]Græcè, ἐς ἅπαν τὴν ἔργον ζωτικήν τε καὶ ψυχικὴν, ad omnem actionem quæ vitalis ſit, ſiue animalis. Et iis quas apoplexias nominant.] Hoc loco per interpretem multa ſunt omiſſa, quæ in contextum ſunt reponenda

Imbecillibus ſiccis & tenuib⁹ aquilones non proſunt.
Per Inter-

nenda: hæc nimirum, ἴλιγγος γάρ ἐστιν ἡ σκοτοδινία ἥτις γίνεται ὑγρῶ μετὰ πνεύματος παχέος κινουμένου κατὰ τὴν κεφαλὴν, διὸ καὶ προηγεῖται ἐπιληψίας καὶ ἀποπληξίας, vertigo enim obtenebratio eſt, quæ fit quum humor ac craſſus ſpiritus mouetur in capite, quapropter præcedit epilepſiam & apoplexiam. pretermiſſa.

Parui autem ſunt, &c.] Græcè, μοχθηρὰ δὲ καὶ ταῦτα τὰ συμπτώματα, praua verò ſunt huiuſmodi ſymptomata. Reddit.] ἐργάζονται, reddunt.

APHORISMVS XVIII.

Κατὰ δὲ τὰς ὥρας τοῦ μὲν ἦρος, καὶ ἄκρου τοῦ θέρεος οἱ παῖδες, καὶ οἱ τούτων ἐχόμενοι τῇσιν ἡλικίῃσιν ἄριστά τε διάγουσι, καὶ ὑγιαίνουσι μάλιστα. τοῦ δὲ θέρεος καὶ τοῦ φθινοπώρου μέχρι μέν τινος οἱ γέροντες. τὸ δὲ λοιπὸν* τοῦ χειμῶνος οἱ μέσοι τῇσιν ἡλικίῃσι. *al. καὶ τοῦ

Per tempora vero anni vere quidem & principio æſtatis pueri, & qui eos ætate mox ſequuntur, optime degunt, maximéque valent. Aeſtate autem & autumno aliquantiſper ſenes. Reliquo hyemis tempore, qui inter has ætates medij ſunt.* * al. reliquo auté autũno & hyeme.

HOc in aphoriſmo Hippoc. docet, quæ tempora ætatibus ipſis ſint maximè commoda. Quippe vere & principio (ἄκρον enim hîc idem quod ἀρχὴ ſignificat) æſtatis pueros, & eos qui illis ætate vicini, proximi, vt Celſus conuertit, coniunctíve ſunt (id enim ἐχόμενοι vox, qua vſus eſt Hippocrates, hoc loco ſignificat, quũ ἔχομαι Græcis non aliud quàm nullo interueniente ſequor, iuxtà ſum, hæreo, & tango denotet) optimè degere, maximéque valere ait. Proximi autem pueris ſunt adoleſcentes, qui à Græcis μειράκια nominantur. Optimè verò degunt, potiſsimúmque iis temporibus valent pueri & adoleſcentes, propterea quòd eorũdem naturæ, temporum horum temperatura maximè conueniat. Tamen hoc loco diligenter cauendum erit, ne vtraque tempora vtriſque promiſcuè ætatibus conuenire putemus: ſed adhibenda planè verbis Hippocratis diſtinctio erit: quod in Commentariis etiam ſuis monet Galenus: vt ſcilicet dicamus adoleſcentes, quorum natura temperata eſt vere, quod itidem temper

ἐχόμενοι. ἔχομαι.

Quare vere principio æſtatis pueri & adoleſcentes optime degunt.

temperatum exiſtit, optimè degere: pueros autem æſtatis
principio, vtpote quod parum à mediocritate ad calorem &
ſiccitatem declinat: atque adeò puerorum naturæ, quæ cali-
da & humida eſt, magis conuenit. Quanquàm nulla etiam
adhibita diſtinctione, aphoriſmi veritas conſtare poteſt.
Nam cum puerorum natura maximè conſeruanda ſit, quod
in alio quàm hoc ipſo temperamento eorundem corpora in-
creſcere nequeant: certè hanc ipſam vernum tempus, quod
temperatum eſt, potiſsimum conſeruabit. Nam vt ſequenti
Commẽt. ait Gal. ex propria natura nihil nouat. Quum igi-
tur hoc tempore corpora illorum non alterentur, ſed conſer
uentur magis, vt optimè etiam valeant neceſſe eſt. Braſauo-
lus hoc loco aduerſus ea quæ diximus, ſic inſtat: Pueri ſunt
humidi, igitur vere magis læduntur. Quaſi verò ver humi-
dum ſit, & non temperatum. Ridicula verò planè etiam eius
eſt reſponſio, dum pueros humidos eſſe aſſerit, non quidem
ratione vitæ, ſeu propriæ naturæ, ſed collatione ad iuuenes.
Nemo enim eſt qui neſciat, pueros ſimpliciter & nulli col-
latos, eſſe humidos: quod ſcilicet idipſum multis argumen-
tis lib. 2. de Temper. cap. 2. Gal. demonſtrauerit. Sic perpetuò
vnus error alium parit. Si enim ver per ſe eſſe temperatum,
vt Gal. facit, Muſa quoq; concedere voluiſſet, in hæc abſurda
nunquam prolapſus fuiſſet. Aeſtate verò & autumno aliquã-
diu, vel aliquantiſper (id enim eſt μέχρι μὲν τινὸς) ſenes opti-
mè degunt. Celſus hæc verba καὶ τὸ φθινοπώρου μέχρι μὲν τινὸς,
rectiſsimè ita conuertit: Et autũni prima parte. Quippe hæc
ad naturam æſtatis, cui proxima eſt, nonnihil accedit. Nihil
autem mirum, ſenes qui natura frigidi ſunt, in calidis tẽpo-
ribus rectius valere. Vnius itaq; tantùm qualitatis ratione,
nempe caloris, non vtriuſque, ſenibus æſtas & autumni prin-
cipium conferunt. Siccitatis igitur ratione iis potius nocẽt.
Reliquo hyemis tempore bene degunt, qui medij ſunt inter
has ætates, adoleſcentiam ſcilicet & ſenectutem. Sunt verò
medij, qui Græcis dicuntur ἀκμάζοντες, hoc eſt, florentes æta-
te, ſeu iuuenes. Nam quum ij ſint calidi & ſicci, meritò hye-
me, quę contraria eſt, frigida nimirum & humida ſalubrius
degunt. Sunt etiam medij inter prædictas ætates, qui ętatem
καθεστηκυῖαν, hoc eſt, conſtantẽ, quæ alio nomine παρακμαστικὴ
nominatur, agunt. Illíſq; hyems etiam confert, ꝙ ſint per ſe
quid

Margin notes:

Ver ex propria natura nihil nouat.

Muſæ obiectio diluitur.

Pueri ſimpliciter humidi.

Aeſtas & autumni principiũ quomodo ſenibus cõferunt.

Medij inter adoleſcentiã & ſenectutẽ.

καθεστηκυῖα ætas.

quidem calidi adhuc,ſed minus quàm iuuenes, vt infrà aph. 30. huius ſect. latiùs dicemus, atque ſicci. Hinc Celſus aptiſſimè hāc partem ita eſt interpretatus, Iuuenes hyeme, quiq; inter iuuentam & ſenectutem ſunt. Citatur hæc ſententia à Galeno noſtro lib. 8. de Placitis Hippocratis & Platonis.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Bene temperatis.] Satis erat dicere temperatis: ſic enim vocant Latini quæ Græcis σύκρατα dicuntur, vt ſuprà etiā monuimus. Hæc enim omnium ætatum optima.] Complectitur enim adoleſcentia ſub pubertate, quæ itidem in medio atque optimo temperamento conſiſtit. In latum oſtendēs.] Legendum, extendens. Græcè enim eſt εἰς πλάτος ἐκτείνων. Hæ quidem bilioſiores.] Græcè, καὶ ἡ χολωδεστέραι, quæ quidem bilioſiores. Minus.] Adiiciendum, autem: quod Græcè ſit ἧττον δ' ἐν αὐταῖς τῶν ἄλλων, Minus autem quàm aliæ, ex ipſis ſcilicet ætatibus, naturis, & regionibus. Adoleſcentia ſub pubertate cō plectitur.

APHORISMVS XIX.

Νοσήματα δὲ πάντα μὲν ἐν πάσῃσι τῇσιν ὥρῃσι γίνεται. μᾶλλον δ' ἔνια κατ' ἐνίας αὐτέων καὶ γίνεται, καὶ παροξύνεται.

Morbi quidem omnis generis in omnibus temporibus fiunt. Nonnulli tamen in quibuſdam illorum magis & oriuntur, & irritantur.

QVum Hippocrates in ſequentibus aphoriſmis eſſet expoſiturus, qui morbi peculiariter in ſingulis anni temporibus naſcerentur, hunc præmittere voluit tanquam generalem, vtpote in quo monſtraret, quòd non tantùm ij morbi, qui naturæ temporum ſunt accommodati, ſed etiam omnes alij irruere poſſent. Idq; propter eos qui putare poſſent, nullos alios morbos æſtate accidere poſſe præter eos, quos Hippocrates commemorat. Quare morbi non ſic ſunt temporibus affigēdi, quaſi in aliis temporibus accidere nequeant: ſed quòd magna ex parte iis tēporibus magis quàm aliis oriantur. Sic tertiana quidem febris non eſt ita æſtati deſtinata, vt hyeme fieri nūquam poſſit, ſed quòd plurimum æſtate generetur. Hinc eſt quod hoc loco Hippocrates dicat, Nonnulli tamen morbi magis in quibuſdam temporibus Morbi tēporibus quomodo tribuendi.

& oriuntur & excitantur, propterea quòd hęc tempora morborum illorum naturæ ſint accommodata.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Tunc nos.] Addendum, omnes. Græcè enim eſt, ἅπαντες ἂρ ἐνοσοῦμεν, &c. tunc omnes quolibet tempore, &c. Affines.] Græcè, οἰκεῖαι accommodati. Proximi.] Græcè, οἰκεῖαι, vt ſuprá. Neque enim ſimiliter ab eadem cauſa, &c.] Hunc locum non ſatis rectè interpres conuertit. Græca enim ſic habent, οὐ γὰρ ὁμοίως ὑπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας ὁ θερμὸς τῷ ψυχρῷ βλάπτεσθαι πέφυκεν ἢ ὁ ὑγρὸς τῷ ξηρῷ, καθάπερ οὐδ' ὁ εὔκρατος ἑκάστῳ τούτων, οὔτε τοῖς κατὰ συζυγίαν τινὰ δυσκράτοις, Neque enim ſimiliter ab eadem cauſa calidus perinde atque frigidus offendi aptus eſt, aut humidus vt ſiccus. Quemadmodum neq; temperatus vt quiuis illorum, neque vt illi qui per coniugationem aliquam intemperati ſunt.

Interptis conuerſio notatur.

APHORISMVS XX.

Τοῦ μὲν γὰρ ἦρος τὰ μανικὰ, καὶ τὰ μελαγχολικὰ, καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ, καὶ αἵματος ῥύσιες, καὶ κυνάγχαι, καὶ κόρυζαι, καὶ βράγχοι, καὶ λέπραι, καὶ βῆχες, καὶ λειχῆνες, καὶ ἀλφοὶ, καὶ ἐξανθήσιες ἑλκώδεες πλεῖσται, καὶ φύματα, καὶ ἀρθριτικά.

Vere quidem furores, melancholiæ, morbi comitiales, ſanguinis profuſiones, anginæ, grauedines, raucitates, lepræ, tuſſes, impetigines, alphi, puſtulæ vlceroſæ plurimæ, tubercula, & articulorum dolores accidunt.

HOc in aphor. Hippocr. recenſet morbos qui magna ex parte vere, eò quòd eius naturæ accommodati ſunt, accidere ſolent. Primùm autem verno tempore fieri furores & melancholias ait, non quòd hoc tempore billioſi & melancholici humores generētur: ſed quòd aliis temporibus procreati ſint, ac hyeme in profundo corporis deliteſcentes, nunc tandem veris caliditate diffuſi ac commoti furorem ac melancholiam pariant. Dein morbi comitiales accidunt, propter pituitam hyeme in corpore natam, vere autem commotam & diffuſam. Proinde etſi prędicta mala vere

Furores & melancholiæ cur verno tēpore fiunt.

Morbi comitiales.

emerg

emergunt interdum, tamen quum humores ex quibus hæc ipſa oriuntur, autumno ſint procreati, ideo autũnalia magis dicuntur quàm verna. Cauſas etiã iſtorum malorum Gal. in Comm. huius ſect. expoſuit. Veris autem propria ſunt mala, quæ ſequuntur, ſanguinis nimirum profuſiones: ſic enim ῥύσεις dictionem conuertit Celſus, vel excretiones. Per profuſiones itaq; ſanguinis intelligẽdæ ſunt omnes ſanguinis excretiones mediocres, quæ à morbis corpus vindicãt ſiue per nares, ſiue per hæmorrhoidas, ſiue per vterum fiãt, id quod è Gal. Comm. perſpicuum exiſtit. Et quidem rationi cõſentaneum eſt, ſanguinis excretiones vere accidere, ꝙ hoc tẽpore, Hipp. in lib. de Nat. huma. teſte, ſanguis creſcat, ac quotidie incrementum ſuſcipiat. Anginæ etiam vere fiunt, ꝙ humores diffuſi ad fauces, aut guttur cõfluant, ibiq; inflammationem procreent. Generantur autẽ anginæ vernæ, vt Gal. Comment. 22. huius ſect. autor eſt, ex ſanguine pituitoſo. Grauedines & raucitates fiunt, propter pituitam hyeme in capite natam, vere autem diffuſam, & ad nares, aut fauces delatam. Tuſſes, vbi ad thoracem ac pulmonem humores à capite defluentes delati fuerint. Lepræ, quę ſcabiei quidẽ ſpecies ſunt, ab Arabum lepra diſtantes, vt lib. 2. Paradox. c. 16. demonſtrauimus, fiunt, ꝙ verno tempore praui humores à profundo corporis ad cutẽ ipſam deferantur. Impetigines, quas Hipp. & alij Græci λειχῆνας vocant, vere quoq; generantur. Eſt autem impetigo, cutis vitium, aſpredinem quandam in ea pariens, quod Germanicè flecht vocatur. Cornel. tamen Cel. lichenas papulas, & lepram impetiginẽ, vt diximus lib. 2. Paradox. c. 17. conuertit. Cæterũ impetigo, de qua Hippoc. & poſt hunc alij Græci medici locuti ſunt, non eſt Plinij mentagra, cuius meminit lib. 26. c. 1. & quã non modò Italiæ, verumetiã vniuerſæ propè Europę, ante Claudij Tiberij Cęſaris principatũ incognitam fuiſſe tradit. Quippe longè ante hæc tempora lichen, ſeu impetigo Græcis cognita fuit, malúmq; eſt multò, quàm ſit Plinij mentagra mitius. Accedit quod Gal. lib. 5. de Componendis medicam. κατὰ τόπους, cap. 7. euidentiſsimè doceat, lichenas à mentagra diuerſas fuiſſe, quum vtriuſque mali ſemper ibidem ſeorſum mentionem facit. Nec aliud ex Galeno colligi poteſt, quàm quòd hæc duo mala in curandi ratione aliquid commune habuerint,

Verni morbi
ῥύσεις.
profuſiones ſanguinis.
Anginæ.
Grauedines & raucitates.
Tuſſes.
Lepræ.
Impetigines.
Impetigo nõ eſt mẽtagra.

minime tamen eadem fuerint. Nec obſtat, quod loco paulo ante citato Plinius mentagram etiam lichenas vocari ſcribat. id enim factum eſt, non quod eadẽ cũ lichenibus fuerit, ſed quod ſimilitudinem quandam cũ iis habuerit. Quippe in ea furfures & ſquamulæ à cute prodibant, haud ſecus quàm in vera lichene. Quare cum mentagra non ſit lichen, ſeu impetigo, multo minus vt ſit morbus quem Gallicũ hodie appellant, concedendum erit. Quod nos etiam multis argumẽtis in Paradoxis noſtris loco antea citato demõſtrauimus. Euanuit enĩ è cõſpectu hominũ mentagra, vt nũc planè incognita ſit. Et vtinã cũ ea oẽs etiã reliqui morbi ſublati fuiſſent, & non nouum aliquod malũ mentagra longe deterius pro illa regiones noſtras irrepſiſſet, nẽpe ſcabies nominata Hiſpanica. De qua re nõnihil etiã ſcripſim⁹ lib. 2. aduerſus Montuũ, confutatione 2. Dialexeos. Alphi quoq; verno tempore fiunt. Sunt autem vitiliginis ſpecies, vt cap. 41. Compẽdij noſtri diximus. Eruptiones itẽ, ſeu puſtulę vlceroſæ. Quippe per ἐξανθήσιας, omne puſtularum & eruptionũ genus hoc loco intelligendum erit. Tubercula quoque, de quibus abundè ſuprà, ſect. 2. aphor. 15. dictum eſt. Cauſas omnium in Comm. Gale. expoſuit. Et articulorum dolores: nam per ἀρθρίτικὰ omnes dolores articulorum, qui propter humores à natura alienos, ad eos quidem imbecillos deferuntur, naſci ſolent. Cauſam Gal. refert, vt omnium aliorum malorum, in Commentar.

Impetigo non eſt morbus Gallicus.

Alphi.

ἐξανθήσεις

Tubercula.

Articulorũ dolores

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Et lepræ.] Hæc verba tũ in Græcis, tũ in Latinis codicib. prorſus expungenda erunt. Neq; enim lepra hyemalis eſt morbus, ſed vernus potius, vt ex iis etiã quæ ſtatim ſubiũgit Gale. palàm fit. Huc accedit, quod neque antiquus interpres, neq; etiã Theodorus in cõuerſionib. ſuis hæc verba habeãt, vt hinc omnibus perſpicuũ ſit, meliora & vetuſtiora exemplaria iis carere verbis. Præter alios morbos.] Græcè, παρὰ τὰς ἄλλας. Quare bifariam interpretari poſſunt hæc verba, eo quòd ἄλλας referre poteſt, vel νόσους, vel ὥρας. Melius tamen eſt vt ὥρας referat, ſicque interpretetur, Præter alia tempora, &c. Vitiligines] Græcè, ἀλφοὺς. Retinenda itaque vox alphos. Vitiligo enim genus eſt ad λεύκην καὶ ἀλφὸν, vt copioſe in compendio monſtrauimus. Nõ debet igitur generis vox pro ſpecie vſurpari. Ad loca viliora.] Græcè, εἰς τὰ ἄκρα μόρια,

Galeni codex emendatus.

Vitiligo.

, ad partes extremas. Quod autem & profluuia,&c.] ce, ὅτι ἢ καὶ αἱ ῥ αἱματ◌ ῥύσεις κωλῦσαι τὸ πλῆθ◌, καὶ τὴν χυμίαν κωλύουσι τὰς ἐπ᾽ αὐτοῖς νόσους αὔταρκες δῆλον, quòd autē uſiones ſanguinis plenitudinē,& vitium humorum vaido cohibeant morbos qui ex ipſis oriuntur, plane peruum exiſtit. Tale quid etiam.] Græce, παραπλήσιον δὲ μβαίνει.&c. Tale autem quid,&c. Dicebat Hipp.] Lib. icet 6.Epid.par.5.aph.33. Calor.]Hoc loco quū calidum at ver Gal.per calidum idem quod temperatum,aut cerd quod à temperato non multum abeſt,vt in enarratione .6.huius ſect.demonſtrauimus,intelligit. Opus.]Adiindum,eius.Græcè enim eſt,καὶ τοῦτο τὸ ἔργον αὐτοῦ. Cuius era.]Addendum,ſunt.Græca enim ita habent,ταύτης γοῦν ν ἔργα.

Ver quomodo calidum dicatur Galeno.

APHORISMVS XXI.

Τοῦ δὲ θέρε◌ ἔνιά τε τουτέων καὶ πυρετοὶ ξυχέες, καὶ καῦσοι, καὶ τριταῖοι πλεῖστοι, καὶ τεταρταῖοι, ἔμετοι, καὶ διάῤῥοιαι, καὶ ὀφθαλμίαι, ὤτων καὶ πόι, καὶ στομάτων ἑλκώσιες, καὶ σηπεδόνες αἰδοίων, καὶ ἱδρωα.

Aeſtate autem aliqui ex ijs,& febres continuæ c ardentes,& tertianæ plurimæ,& quartanæ,vomiiones,& alui profluuia,lippitudines,aurium dolores, ris exulcerationes,genitalium putredines,& ſudamina accidunt.

NVnc qui æſtate magna ex parte oriuntur morbi,Hipp. cōmemorat.Súntque hi partim cognati & proprij partim etiam alieni, De alienis ita inquit,Aeſtate autem ex iis nonnulli progignuntur. Ex iis qui ſcilicet vere accidunt. Quippe τουτέων Philotheus interpretatur τινὰ τῶν ἐν τῷ ἔαρι γινομένων νοσημάτων,Neque ij morbi quauis æſtatis parte accidunt ſed eius duntaxat initio,quod veri eſt propinquum,atque adeoquòd ad temperaturam attinet,valde ſimile.Porro cognati æſtatis morbi ſunt febres continuæ & ardentes, & tertianæ intermittentes plurimæ,quòd omnes ex flaua bile, quæ æſtate plurima in corpore aceruatur, naſcantur. Hæ

Alieni morbi.

τουτέων.

Cognati æſtati morbi.

quidem, cum extra vaſa bilis putreſcit, illæ verò quando intra generantur. Aeſtate itaque maxime fit febris tertiana cõtinua, quæ Græcis alio nomine καῦσος, id eſt, ardens dicitur, quemadmodũ lib. 4. Vict. acu. aph. 1. teſtatur Hipp. & tertiana etiam intermittens. Quartanæ quoque & hæ quidem in extrema æſtatis parte quæ ad autumnum vergit, eiúſque naturæ proxima eſt, accidunt. Meliora tamen exemplaria iis verbis, καὶ τεταρταῖοι, penitus carent: & rectè quidem, quòd quartana ſit morbus autumno peculiaris. Hinc eſt quòd neq; antiquus interpres, neq; Theodorus in ſuis conuerſionibus, neq; in Comm. ſuis Gale. neque etiã Celſus, dum hanc interpretantur ſententiã, quartanarũ meminerint. Vomitiones & alui profluuia, propter cauſas à Galeno expoſitas. Lippitudines, non quidẽ ſiccæ, vt Muſa putat, quod Galeno in Comm. teſte, capite oppleto fiãt. Capite autẽ oppleto nihil ex oculis effluere, non eſt veriſimile: præſertim æſtate, quæ calida eſt, & humores diſſoluit, meatúſque aperit. Secus in frigida tẽporis cõſtitutione, vt dictũ eſt ſuprà in explicatione aph. 12. huius ſect. accideret. Auriũ dolores eadẽ de cauſa fiũt: Oris exulcerationes, propter bilioſos humores ad os delatos. Genitaliũ putredines, ob cauſam à Galeno expoſitam. Et ſudamina, quæ ἱδρῶα Hippocrates vocat. Quod genus autem puſtularũ ſunt, Galenus abunde in Comm. docet, vt nihil opus ſit nos in explicatione huius ſententiæ eſſe longiores.

Quartanæ. Vomitiones. Lippitudines. Muſa notatur. Auriũ dolores. Oris exulcerationes. Genitaliũ putredines. Sudamina

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

In morborũ generatione.] Græce, καὶ τῇ τῶν παθῶν γενέσεως, in malorũ generatione. Tertio Epidemiarũ.] Sectione ſcilicet 3. vbi vniuerſum annũ auſtrinũ, pluuiũ, & tranquillũ fuiſſe, cúmque oris vlcera, tubercula pudendorum, lippitudines, & ſimilia alia mala accidiſſe ſcribit. Et in ſecũdo.] Sectione nimirũ 1. aph. 1. vbi ait, Pluebat per æſtum largo imbre. Quam quidem ſententiã ſuprà, Comm. ſcilicet 11. Galenus citauit. Euerſiones.] Græce, ἐκτροπαὶ, mutationes.

ἐκτροπαί.

APHORISMVS XXII.

Τοῦ δὲ φθινοπώρου καὶ τῶν θερινῶν τὰ πολλὰ, καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι, καὶ πλανῆτες, καὶ σπλῆνες, καὶ ὕδρωπες, καὶ φθίσιες, καὶ στραγγουρίαι, καὶ λιεντερίαι, καὶ

δυσεντερίαι, καὶ ἰσχιάδες, καὶ κυνάγχαι, καὶ ἄσθματα, καὶ εἰλεοὶ, καὶ ἐπιληψίαι, καὶ τὰ μανικὰ, καὶ τὰ μελαγχολικά.

Autumno vero plurimi æſtiui morbi fiunt, & febres quartanæ atq; erraticæ, lienes magni, aqua inter cutem, tabes, vrinæ ſtillicidia, leuitates & difficultates inteſtinorum, coxæ dolores, anginæ, aſthmata, ilei, morbi comitiales, furores, & melancholiæ.

QVi morbi autumno potiſsimũ fiunt, hoc in aphoriſmo Hipp. mõſtrat dicens, Autumno & plurimi æſtiuorum morborũ fiunt. propter cauſam à Galeno in Comm. expoſitam. Leonicenus tamen, vt obiter moneamus, hanc partem nõ ſatis recte ita eſt interpretatus. Autumno vero & plurimi vel æſtiui. Non enim Hippocrates alios, ſed æſtiuos tantum morbos autumni initio, quod æſtati propemodum ſimile & cognatũ eſt, fieri innuit, quales ſunt febres tertianæ cõtinuæ & intermittentes, aliique è flaua bile nati morbi. Autumno autẽ, vtpote illi peculiares, fiunt quartanę. Cuius, vt omnium aliorum, cauſam Galenus in Comm. diligenter explicauit. Erraticę febres, vel, vt Celſus cõuertit, incertæ, ſunt quę nullum ſtatũ tempus, neque vllum acceſsionũ & remiſsionum ordinem ſeruant. Cuius quidem rei nulla alia eſt cauſa, Gal. lib. 3. Progn. Comm. 29. teſte, quàm atra bilis, quæ in quibuſdam partibus mouetur, in quibuſdam immota manet, in aliis putreſcit, aut feruere incipit. Id certe quod autumno maxime propter eius inæqualitatem accidere ſolet, vt non mirum ſit hoc tempore abundare erraticas febres. Lienes magni, propter cauſam à Galeno expoſitã. Per lienes autem magnos, tumorem lienis intelligere oportet. Hippocrates autẽ ſimpliciter dixit, σπλῆνες, ſed quũ ita loquitur, Galeno in Comm. teſte, lienes magnos, vt nos ſumus interpretati, intelligit. Aquæ inter cutem ex liene accidunt. Nã, vt teſtatur Gal. lib. 2. Progn. Comm. 1. quum lien per lõgos morbos contraxerit duritiem, ad conſenſum ſubinde agit iecur, omniq; corpori iſta ratione aquã inter cutem cõciliat. Tabes etiam fiunt, vt diximus ſuprà in explicatione Apho. 10. & in

Leoniceni interpretatio notatur.

Erraticæ febres.

Lienes magni.

Aquæ inter cutem.

Tabes.

Vrinæ ſtillicidia. Difficultas inteſtinorum. Comm. etiã eius rei cauſam oſtẽdit Gal. Vrinæ ſtillicidia, & leuitates inteſtinorum ob cauſas à Gal. abunde dictas fiunt. Quod vero in quibuſdã eſt codicibus, καὶ δυσεντερίαι, id adiectum per alium videtur, cum neque antiquus interpres, neque Theodorus in ſuis cõuerſionibus difficultatis inteſtinorum meminerint. Accedit quod Celſus lib. 2. ca. 1. hanc ſententiã interpretans difficultates inteſtinorum prætererit. Neque illarũ etiam in Comm. ſuis Gale. meminit. Si tamen ita legendũ omnino erit, intelligamus oportet eas difficultates quæ ab atra bile fiunt, letaléſque ſunt, vt infra ſectione 4. Aphor. 24. teſtatur. Coxæ dolores, vel coxendices. Coxendicum enim appellatione Latini & malũ & locum, qui coxa vocatur, dicunt. Eſt autem coxa propriè os quod continet ſinus, in quos capita fœmorũ inſeruntur, vt autor eſt Gal. cap. 20. libri de oſsibus. Præterea autumno fiunt anginæ, aſthmata, ilei, morbi comitiales, furores, & melancholiæ: quorum omnium quidem malorum cauſas Galenus in commentariis exponit, ad quos lectorem ablegamus.

Coxendices. Coxa. Anginæ.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Cum ratione.] Græcè, εὐλόγως, merito. Exordinatis.] Græcè eſt ἀτάκτοις, inordinatis. Ad fauces.] Rectè ita conuertit interpres, quia Græce eſt εἰς τὴν φάρυγγα. Quanquã Muſa hic ſignificare guttur contendat, ſatis temere, volens inter συνάγχην καὶ κυνάγχην, præter Hipp. mentem diſtinguere. Frigido, ſicco, & inæquali.] Illa non pugnant inter ſe: frigidus enim & inæqualis ſimul autumnus, vt paulo poſt iterũ teſtatur Gale. & ſiccus exiſtit. Quod quomodo ſit intelligendum lib. 1. Epid. Comm. 1. diſertè explicat dicens: Autumnus inæqualis eſt, quod matutino tempore in eo vrgeat frigus, in meridie æſtus, rurſus veſperi iterum algor. Dominantur tamen in eo ſiccum humido, & frigidum calido. Bis enim die frigus, ſemel duntaxat calor vrget. Vltima parte] Addendum, ſit. Græcè enim eſt, ἐν τοῖς πρώτοις καὶ τελευταίοις γίνεται. Comitialis acceſsiones.] Græcè, τὰς ἐπιληπτικὰς παροξυσμούς, comitiales acceſsiones. Ob tenuem.] Græcè, διὰ τὴν ἐν τοῖς λεπτοῖς καὶ χολώδεσι χυμοῖς, ob tenuium ac biliosorum, &c.

Muſæ temeritas. Autumnus frigidus, ſiccus, & inæqualis.

APHORISMVS XXIII.

Τοῦ δὲ χειμῶνος πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, λή-

ἀργοὶ, κορύζαι, βράγχοι, βῆχες, πόνοι ςηθέων, πόνοι πλευρέων, ὀσφύος, κεφαλαλγίαι, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι.

Hyeme pleuritides, pulmonis inflammationes, lethargi, grauedines, raucitates, tuſſes, dolores pectoris, laterum, lumborũ, & capitis vertigines, & apoplexia.

Hippocrates hoc in loco morbos, qui magna ex parte hyeme, quæ extrema anni pars exiſtit, accidere ſolent, recenſet. Neque tamẽ quauis hyeme, ſed ea tantũ quæ naturam ſuã ſeruat: id quod de præcedentibus quoq; temporum morbis ſentiendũ erit. Hyeme itaque fieri ait pleuritides: melius enim eſt vt Græcã retineamus vocẽ, quò certa ſit inter has & laterũ dolores, quorũ paulo pòſt fit mẽtio, differentia. Inflãmationes etiã pulmonis, grauedines & raucitates, quorum malorũ omniũ cauſas, quũ à Galeno in Comm. ſint expoſitæ, præterire lubet. Lethargos quoque hoc tempore fieri tradit Hipp. Quanquã hæc vox λήθαργοι in quibuſdam codicibus Hippocratis deſideretur. Inſerendam autẽ eſſe, liquido conſtat ex iis quæ lib. 8. de placitis Hipp. & Platonis ſcribit Gal. vbi hanc citans ſententiã ita legit, κόρυζαι, λήθαργοι, βράγχοι, βῆχες, grauedines, lethargi, raucitates, tuſſes. Et quidem malum hoc merito ſibi vendicat hyems, vt quod ex pituita, quæ tempore hoc abundat, procreetur. Dolores pectoris, quandoquidem vt infrà ſect. 5. Aph. 24. teſtatur, frigida, qualis nix & glacies, pectori inimica. Laterũ dolores accidunt. Per eos autem intelligit dolores qui in carnoſis coſtarum partibus oriuntur, non eos qui in ſuccingente membrana fiunt: quos paulo antè pleuritides vocauit. Sunt autem laterum dolores minus vehementes quàm qui in pleuritide & ſuccingentis mẽbranæ inflãmatione excitantur, quemadmodum Gal. copioſe ſect. 6. Aph. Comm. 5. docet. Vel per laterum dolores Hipp. intelligit eos qui ex plurimis cruditatibus cibiſque craſsis ac pituitoſis crudos humores generantibus fiunt; qui quũ ſe repente in vacuũ thoracis locum, aut in ipſum pulmonem recipiũt, imaginationẽ factæ inflãmationis exhibẽt, quemadmodũ Aetius lib. 8. cap. 68. copioſius docet. Lumborũ denique dolores fiunt. Lumbi vero, qui Græcis ὀσφύες dicuntur, pars ſpinæ ſunt quæ dorſum excipit, è regione vẽtris ſita, finiturq;, Galeno cap. 7. de Oſsibus teſte,

Pleuritis.

Lethargi.

Dolores pectoris. Laterum dolores.

Lumbi.

ſacro oſſe. Capitis quoque dolores, vertigines, & apoplexiæ hyeme accidunt, propter cauſas à Galeno in Commenta. & à nobis ſuprà Aphoriſ. 13. & 17. expoſitas.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Neque quòd hyeme.] Rectè ita interpres conuertit. Græcè enim eſt, οὐδ' ὅτι ἐν χειμῶνι, &c. Sententia enim verborum Galeni hæc eſt, quòd Hippoc. non ſimiliter vt antea locutus eſt, quia hyems ſimpliciter hic morbos connumerauit, neque quòd multi ex autumnalibus hyeme fiant morbi, dixit. Atqui primas partes.] Quibus equidem verbis palam innuit Galenus, priorē rationem eſſe veram, alteram minimè. Nã quum prima hyemis pars in natura cũ vltima autumni parte communicet, conſequitur quòd Hippo. hoc loco ſubintelligere voluerit, quoſdã morbos autumnales initio hyemis fieri. Ipſe enim inquit.] Scilicet ſect. 2. Aphor. 25. Verum hęc verba non habentur in antiquo interprete, neque in Græco Aldino codice, vſque ad ea verba. Verum morbos, &c. Anhelitum.] Grecè eſt ἀναπνοήν, reſpirationem. Quum vero anhelitus propriè ſit ſpiritus emiſſio, interpres nõ rectè per eam vocem ἀναπνοήν eſt interpretatus, cum potius ſit reſpiratio, quæ quidem genus eſt ad inſpirationem & expiratione. Perperam igitur generis vocem per ſpeciem reddidit.

Anhelitus. Interpretis error.

APHORISMVS XXIIII.

Ἐν δὲ τῇσιν ἡλικίῃσι τοιάδε συμβαίνει. τοῖσι μὲν σμικροῖσι καὶ νεογνοῖσι παιδίοισι, ἄφθαι, ἔμετοι, βῆχες, ἀγρυπνίαι, φόβοι, ὀμφαλοῦ φλεγμοναί, ὤτων ὑγρότητες.

Per ætates hec accidũt: paruis quidem & recens natis puerulis, oris vlcera, vomitiones, tuſſes, vigiliæ, pauores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates.

ABſolutis morbis qui per quatuor anni tempora vt plurimũ accidũt, nunc qui in diuerſis ætatibus fiũt morbi, ab infantibus ſeu puerulis auſpicatus ordine recēſet, dicens. Per ætates hęc fiunt, paruis quidē & nuper natis puerulis oris vlcera, ob cauſam à Gal. in Com. enarratã. Vomitiones, propter lactis quod aſſumũt abundantiam, ventriculum grauãtē. Tuſſes, quarũ cauſas Gal. in Comment. non exponit, ita

Oris vlcera. Vomitiones. Tuſſes.

ita vt veriſimile ſit codices aliquos hoc malũ non habuiſſe. Quod è Celſo etiã colligi poteſt, qui idipſum in ſua conuerſione præteriit. Eius tamen mali mentionem facit Gal. li. 8. de Placitis Hipp. & Plat. vbi præſentẽ Hipp. ſententiã citat, & merito quidem, quandoquidem pueris facillimè propter cerebri humiditatem ad pulmonem, aſperámque arteriam defluentem tuſsis accidat. Vigiliæ fiunt, quando ſcilicet lac in vẽtriculo corrũpitur, acréſq; vapores ſurſum ad caput feruntur, cerebrũ exiccantes. Vel crebræ certæ vigiliæ iis accidunt propter mala alia quibus infeſtantur, nempe oris vlcera, vomitiones, vmbilici inflammationes, quæ quidem vtpotè dolorem excitantia, vt minus dormiant efficiunt. Pauores, ob alimẽta in ventriculo corrupta, quæ ſubinde propter vapores ab iis ſurſum latos terribilia ſomnia excitant. Hinc rectè Philot. hos pauores μετὰ τὸν ὕπνον, i. poſt ſomnũ accidere tradit. Prĝterea vmbilici inflammationes, auriũq; humiditates puerulis eueniunt, propter cauſas abundè à Galeno expoſitas.

Vigiliæ.

Pauores.

Vmbilici inflammationes.

ANNOTAT. IN GAL. COM.

Facta in minores partes diuiſione.] Græcè, εἰς μικρὰ μόρια τέμνων αὐτὰς, ipſas in minores diuidens partes. Neq; tactum, &c.] Grĝcè, μὴ φερόντων μήτε τὴν ἀφὴν, μήτε τὴν ποιότητα τοῦ γάλακτος, neque tactum, neque qualitatem lactis ferentium. Vim habet abſtergendi.] Vt lib. 19. de Simpli. medicamen. facult. Galen. copioſè oſtendit. Sed imbecilla exiſtant.] Addendum, natura. Græcè enim eſt, ἀσθενῆ δ' ὑπάρχει φύσει. Morbis annumerat.] Græcè eſt, ἐν παθήμασι τίθησι, inter mala recenſet. Quare nõ abſq; ratione, &c.] Horũ verborũ ſenſum nõ ſatis rectè interpres expreſsit. Grĝca enim ita habent, ὥστε εὐλόγως αὐτοῖς, ἅτε δὴ πλῆθος ὄντι τῶν περιττῶν, διὰ πάντων ἐκκρίνεσθαι τῶν πόρων. Quare non abſque ratione in puerulis, quum illis ſit ſuperuacuorum copia, per omnes meatus excernuntur. Reliqua rectè ſe habent.

Interpretis conuerſio notatur.

APHORISMVS XXV.

Πρὸς δὲ τὸ ὀδοντοφυεῖν προσάγουσιν οὔλων ὀδαξυσμοὶ, πυρετοὶ, σπασμοὶ, διάῤῥοιαι, καὶ μάλιστα ὅταν ἀνάγωσι τοὺς κυνόδοντας, καὶ τοῖσι παχυτάτοισι τῶν παιδίων, καὶ τοῖσι τὰς κοιλίας σκληρὰς ἔχουσι.

His qui ad dentitionis tempus accedunt, gingiuarum pruritus fiunt, febres, conuulſiones, alui profluuia, maxime quum caninos edunt, & his pueris qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent.

QVum ſuperiori ſententia monſtraſſet, qui morbi recẽs natos puerulos corripiant, nunc eos commemorat, qui his qui iam ad tempus dentiendi accedunt accidere ſolent. Quanquam vero nullum certum & definitum tempus dentiendi ſit, Gal. libe. 1. & 6. de Tuẽd. ſan. teſte, quòd hic citius, ille tardius dentiat, tamen Paulo lib. 1. cap. 9. & Aetio lib. 4. capi. 9. autoribus, pueri magna ex parte ſeptimo menſe dentiunt. Hoc itaque tempore, Hipocrates ait pueris accidere pruritus gingiuarum. Cauſam Gal. in Commen. exponit. Febres, propter dolorem gingiuarum inflammationẽ. Conuulſiones, ob cauſam quã Galenus retulit. Alui profluuia, quod experientia quoque quotidiana confirmat, & Galen. eius rei cauſam etiam expoſuit. Hoc autem tum potiſsimum accidit, quando caninos vocatos dentes, quòd ſcilicet canũ dẽtibus exertis ſimiles exiſtant, edunt. Quum enim acutiores cæteris ſint dentibus, nihil mirũ ſi plus etiam doloris, maioréſque febres & inflammationes excitent. Conuulſiones vero iis potiſsimũ accidũt, qui craſsiſsimi ſunt, & aluum aſtrictam habent, quemadmodum fuſius Galenus in Cõmen. ſuis docet.

Dentiendi tempus.

Febres.

Conuulſiones.

Alui profluuia.

Canini dẽtes.

ANNOTAT. IN COMMEN. GAL.

Quum dentes pullulare incipiunt.] Græcè, ὅταν δὲ ὀδόντες φύειν μέλλωσι, quando dentes prodituri ſunt. Pauco dolore.] Græcè, μετὰ βραχείας τινὸς ἀνίας, cum exigua moleſtia. Qui iam dentire incipiunt.] Grecè, ὀδοντοφυοῦσιν ἤδη, καὶ μηκέτι μέλλουσιν, qui iam dentes edunt, & non amplius morantur. Stimulus.] Græcè, ὁ σκόλοψ, palus. Propter ætates.] Græcè, διά τι τὰς ὀδύνας, propter dolores. Plenum.] Græcè, πληθωρικὸν. plethoricum igitur potius conuertendum erat.

APHORISMVS XXVI.

Πρεσβυτέροισι δὲ γινομένοισι παρίσθμια, σπονδύλου τοῦ κατὰ τὸ ἰνίον εἴσω ὤσιες, ἄσθματα, λιθιάσιες, ἕλμινθες, στρογγύλαι, ἀσκαρίδες, ἀκροχόρδονες, σατυριασμοί. χοιράδες,

καὶ

καὶ τ᾽ ἄλλα φύματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα.

Vbi ætate paulum proceſſerint tonſillæ, vertebræ quæ in occipitio eſt ad interiora luxationes, aſthmata, calculi, lumbrici rotundi, aſcarides, verrucæ penſiles, ſatyriaſmi, ſtrumæ, & alia tubercula, præcipuè vero prædicta.

HOc in Aphoriſmo Hippocrates docet, qui morbi eos inuadunt, qui mediam agunt ætatem, inter eos qui dentes iam ediderunt, & qui pubertati proximi ſunt. Ideóque inquit, vbi ætate paulùm proceſſerint: ſic enim Celſus conuertit, vel ſenioribus adultioribúſue factis pueris. reſpicit enim Hippocrates ad præcedentem ætatem, ita vt nihil opus fuerit Muſæ hoc loco ἀκριβολογεῖν, & pueros non dici poſſe ſenes, anxius contendere. Tonſillæ ſeu pariſthmia fiunt. Sunt autem παρίσθμια Græcis, glandulæ vtrinque ad radicem linguæ appoſitæ, quas Plinius libro 11. capi. 37. tonſillas, Barbari amygdalas vocant. Sic ſunt dictæ, Phauorino etiam teſte, διὰ τὸ παρακεῖσθαι τῷ ἰσθμῷ, quod iſthmo adiacent. Iſthmus autem, vt autor eſt in Commenta. Galen. pars eſt quę os & gulā interiacet. Phauorinus, ἰσθμός ἐστι στενὸς, ait, τόπος, δι᾽ οὗ ἰόντα τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα locus eſt anguſtus, per quem ea quæ comeduntur & bibuntur tranſire ſolent. Dicuntur hæ glandulæ Græcis alio nomine ἀντιάδες, ἀπὸ τοῦ ἀντικεῖσθαι ἀλλήλοις, quòd inuicem oppoſitæ ſint. Hoc autem in loco paríſthmia non pro loco, ſed malo potius quod in eo loco naſcitur, nempe inflammatione locorum quæ iuxta iſthmum ſunt, accipitur. Vertebræ quoque quæ in occipitio aut ceruice eſt, ad interiora luxationes vel inclinationes huic ætati accidunt. ὦσις enim à verbo eſt ὠθῶ, quod impello ſignificat. Aſthmata, calculi, lumbrici rotundi, & verrucæ penſiles hanc ætatem etiam exercent. Quorum quidem malorum omnium cauſas Galenus in Commentariis abundè expoſuit. Ratio & explicatio nominum petenda eſt è noſtro Compendio, vbi omina copioſè à nobis ſunt explanata. Quod ad Satyriaſmum attinet, hic prolixiores nos eſſe oportet, quòd Galenus de hoc malo nihil in ſuis Commentariis habeat. Quum vero vox il-

Muſa.

παρίσθμια Tonſillæ.

Iſthmus.

ὦσις

Aſthmata Calculi,

Satyriaſmus quid

la Satyriaſmus multa apud Græcos medicos ſignificet, dili-
genter admodum animaduertẽdum erit, qua in ſignificatio-
1 ne hoc loco ab Hippocrate vſurpetur. Principio enim ſaty-
riaſmus idem ſignificat, quod elephantia. Sic autẽ dici cœpit
malum hoc, quod eo laborantes Satyris ſint ſimiles, quemad
,, modum teſtatur Gal. cap. 5. libri de cauſis morborum, vbi ita
ſcriptum reliquit: In elephantia naſus ſimus, labra craſſa, au
,, res extenuatæ, atq; in totum qui ſic laborant Satyris ſimiles
ſunt. Quod clarius etiã in fine libri quẽ de Tumorib⁹ prẹter
,, naturam inſcripſit, iis verbis ſignificauit: Hoc malum quum
incipit, ſatyriaſmum vocãt, quia Satyris ſimiles facie reddũ-
tur. Loquitur autem de elephantia, quæ cũ ſit omnibus ætati
bus communis, de ea hic intelligi Hippo. non poteſt. Quare
Muſæ erratum. non parum errat hoc loco Muſa, dum per ſatyriaſmum Hip.
elephantiã intelligere tradit. Satyriaſmus, Galeno loco iã ci
2 tato teſte, ſignificat etiam pudendi tenſionẽ haud remitten-
tem. Hoc malum, vt præcedens, à Satyris in Venerem pronis
nomen ſuum obtinuit. Et cum hoc omnibus ætatibus com-
mune ſit, conſtat inde in præſentia de hoc malo non loqui
3 Hipp. Prẹterea Satyriaſmus veteribus, Galeno ibidẽ autore,
oſſiũ circa tẽpora dictus eſt exceſſus ac eminẽtia. Cui malo
cũ reliquæ etiam ætates obnoxiæ ſint, Hipp. de eo poſſe intel
ligi non videtur veriſimile. Reliquum igitur eſt vt dicam,
Hippo. per ſatyriaſmos hoc in Aphoriſmo non aliud intelli-
gere, quã prominentes iuxta aures glandularum tumores.
Eos enim per hanc vocem interdum apud Hippoc. ſignifica-
ri teſtatur Gal. in lib. de interpretatione antiquarum vocum
Hippocr. ita ſcribens σατυριασμοὶ οἱ περὶ τὰ ὦτα προμήκεις ὄγκοι
τῶν ἀδένων. Et quidem de hoc malo in præſentia loqui Hippo-
cratem, res ipſa ſatis docet. De tumoribus enim præter natu
ram, è quorum numero eſt ſatyriaſmus, hanc ætatem maxi-
me corripientes, agit. Niſi quis malit dicere, locũ hunc Hip
pocratis eſſe deprauatum, & pro σατυριασμοὶ, vel vt in 8. lib. de
Placitis Hippocratis & Platonis legitur, σατυριάσεις, ſcriben
dum fore, σειριάσεις, quod ab vna dictione in aliam facilis ſit la
pſus. Eſt autem ſiriaſis, Paulo lib. 1. cap. 13. autore, malum pue
rorum, nempe phlegmone earum partium quæ iuxta cere-
brum & eius mẽbranas ſunt. Verũ prior ſentẽtia haud dubie
melior & verior exiſtit. Porro in hac ætate accidũt ſtrumæ,
&

& alia tubercula. Quæ vox vel generatim pro omni tumore præter naturam, vel ſpeciatim ſumitur pro inflammatione glandularũ, vt diximus in enarratione aph.15.ſect.2. Præcipuè verò antedicta tubercula, verrucæ ſcilicet penſiles, ſatyriaſmi, & ſtrumæ, in hac ætate degentibus accidunt. Tubercula.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Solius tunicæ.] Intelligit internam ventriculi tunicam, quę, Galeno lib.4. de Vſu part. teſte, communis eſt ori, ſtomacho, ſeu gulæ, & ventriculo. Molliſsimas.] Græcè eſt μαλακὰ, molles. Crebrum anhelitum.] Græcè πυκνὴν ἀναπνοὴν, crebram reſpirationem. Lapis propria eſt paſsio puerorum.] Plura ad huius loci pleniorem intellectum facientia, diximus in explicatione aphoriſmi 11. part.3. libri ſexti Epidem. Ad eum itaque locum lectores amandamus. Qui ex materia.] Gręcè, ὁ τὴν παχεῖαν ὕλην ἐξικμάζων ἀπεργάζεται τοὺς λίθους, qui craſſam materiam exiccans lapides generat. Subitò factæ. Græcè, τάχιστα μὲν γενόμεναι, celerrimè factæ. Horum.] Addendum, ad enum. Græcè enim eſt, τούτων τῶν ἀδένων.

APHORISMVS XXVII.

Τοῖσι δὲ ἔτι πρεσβυτέροισι, καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσι, τουτέων τε τὰ πολλὰ, καὶ πυρετοὶ χρόνιοι μᾶλλον, καὶ ἐκ ῥινῶν αἵματος ῥύσιες.

Grandioribus autem, & ad pubertatẽ accedentibus, præcedentium ætatum multi accidunt morbi, & febres magis diuturnæ, & ſanguinis è naribus profluuia.

HOc in aphoriſmo Hippocrates recenſet morbos, qui inuadunt eos, qui iam ad pubertatem accedunt, hoc eſt, Galeno in Commentariis interprete, qui annum duodecimum, decimumtertium, aut decimumquartum agunt, inquiens: Senioribus pueris, & iam ad pubertatem accedentibus, harũ, hoc eſt, vt nos intrepretati ſumus, præcedentium ætatum morbi multi accidunt, vt ſunt lumbrici, & calculi. Sic locum hunc etiam Philotheus exponit, dicens: τουτέων τε τὰ πολλὰ, τουτέστι τῶν προειλαβουσῶν ἡλικιῶν, ἅτινα εἰσὶν ἕλμινθες, καὶ λιθιάσεις. Galenus τουτέων, interpretatur τῶν ἤδη προειρημένων, iam prædictorum. Cauſam quoque eius rei exponit. Febres etiam magis, quàm prioribus, ſcilicet diuturnæ. Quibus quid

τουτέων. Febres diuturnę magis.

quidem verbis, vt etiam Galenus ait, manifeſtè innuit, prioris ætatis febres eſſe acutas. Cauſam Philotheus refert in materiam, quæ nunc maior exiſtit, & in vires paulò quàm antea robuſtiores. Materia verò maior, viréſque robuſtiores ſunt propterea, quòd in hac ætate minus eſt corporis augmentum quàm in præcedenti, vt in Commentariis etiam ſuis teſtatur Galenus: minus itaque abſumitur. Quum igitur in hac ætate plus ſit materiæ, vnde febres procreantur, & virium, nihil mirum febres ipſas ex ea materia eſſe diuturniores. Cur verò hæc ætas ſanguinis è naribus profluuiis laborat, Galenus in Comment. oſtendit.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Illi eſſent.] Græcè, ἐὰν ὦσιν, illi fuerint. Aut legendum εἰσὶν, ſunt. Neque enim vnus eſt omnium, &c.] Quod etiam libro ſexto de Tuend. ſanit. docet, vbi ſic ſcriptum reliquit: Non eſt ætates annorum numero circumſcribere, quemadmodum nonnulli fecerunt, niſi fortè in latitudine. Pubeſcere enim incipiunt aliqui, vbi quartumdecimum annum expleuerunt: quidam verò vno pòſt anno, aut etiam amplius. Illa ætate.] Tertia ſcilicet, quę media eſt inter eos qui iam dẽtes ediderũt, & qui pubertati proximi ſunt. Nam ibidem febrium nullam fecit mentionem. Diſertè tamen hic eas fore acutas è contrario innuit: quandoquidem dicat febres eius ætatis, de qua in hoc aphoriſmo loquitur, eſſe magis diuturnas.

Aetates certo annorũ numero circunſcribi non poſſunt.

APHORISMVS XXVIII.

Τὰ δὲ πλεῖστα τοῖσι παιδίοισι πάθεα κρίνεται, τὰ μὲν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ μησὶ, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ ἔτεσι, τὰ δὲ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσιν. ὅσα δ' ἂν διαμείνῃ τοῖσι παιδίοισι, καὶ μὴ ἀπολυθῇ περὶ τὸ ἡβάσκειν, ἢ τῇσι θήλεσι περὶ τὰς τῶν καταμηνίων ῥήξιας, χρονίζειν εἴωθεν.

Plurimi verò morbi puerulis iudicãtur; hi quidem in quadraginta diebus, illi verò in ſeptem menſibus, aliqui in ſeptem annis, nonnulli quum ad pubertatem accedunt. Quicunque autem puerulis perdurarint, nec

prope pubertatem deſierint; aut fœminis quum menſtrua eruperint, hi conſeneſcere conſueuerunt.

IN hac ſententia Hippocrates monſtrat, qua ratione morbi puerorum iudicētur. Inquit enim, plurimi morbi (πάθος nanque Hippocrates per abuſionem pro morbo vſurpat, quemadmodum diximus in explicatione aphor. 24. 1. ſect.) nempe diuturni: de iis enim intelligendus venit Hipp. Galeno & Philotheo teſtibus, quum omnibus perſpicuum ſit, nullum ſimpliciter acutum morbũ quartumdecimum diem transgredi poſſe, pueruſis hoc eſt iis, qui in tribus prædictis ætatibus conſtituti ſunt, iudicantur in quadraginta diebus. Quadrageſimus nanq; dies diuturnorum primus eſt decretorius dies, & finis acutorum ex mutatione ſeu degeneratione, quemadmodum in Comment. etiam ſuis Gal. ſcribit. Illi in ſeptem menſibus, aliqui in ſeptem annis: ſic perpetuò in iudiciis morborum ſeptenarius numerus plurimum momenti habet. Nonnulli iudicātur, quum ad pubertatem accedũt, veluti morbus comitialis. Cuius rei teſtis eſt metipſe Hipp. qui aphor. 7. ſect. 5. ita inquit: Quibuſcunq; morbi comitiales fiunt, ante pubertatem mutationem accipiũt. Quibuſcunq; autem vigeſimoquinto cōmoriuntur. Ea de re nōnulla quoq; in enarratione aphor. 45. ſect. 2. diximus. Et ſtatim etiam hoc loco ſubiungit Hippo. Quicunq; verò morbi permāſerint, durauerintve, nec prope pubertatem deſierint, aut fœminis vbi menſtrua erumpunt, hi longo tēpore durāt. Quippe tum excremētis malorũ humorum expurgatis, nihil mirũ eſt morbos muliebres finiri. Porrò aliqui codices pro χρονίζειν habent συγγηράσκειν; nullo ſenſus diſcrimine.

πάθος.

Pueruli.

Septenarius numerus in iudiciis morborũ plurimum momenti habet.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Intelligere.] Græcè, λέγειν, dicere. Primus eorum eſt ex quibus, &c.] πρώτη μὲν τῶν χρονιζόντων ἐστὶ κρίσιμος, ἐσχάτη δὲ τῶν ἐκ μεταπτώσεως ὀξέων, primus quidem eſt diuturnorum iudicatorius, vltimus autem inter illos qui acutos ex decidentia iudicant. Suprà.] Nempe aph. 23. ſect. 2. Ad quartumdecimum annum.] Græcè, εἰς τὴν τεσσάρτην ἡλικίαν, vſq; ad quartam ætatem. Atqui interpres maluit quartumdecimum annum conuertere, quòd ſcilicet quarta ætas hoc tempore incipiat. Quippe in Comm. 26. tertiam ætatem vſq; ad duodecimum

&

&decimumtertium extrahi ſcripſit. Quare nihil refert ſiue vſque ad quartam ætatem dicas, peruenire, ſiue ad quartumdecimum annum, eadem enim vtrobique ſententia eſt.

APHORISMVS XXIX.

Τοῖσι δὲ νεανίσκοισιν αἵματος πτύσιες, φθίσιες, πυρετοὶ ὀξέες, ἐπιληψίαι, καὶ τ᾽ ἄλλα νοσήματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα.

Iuuenibus ſanguinis ſpuitiones, tabes, febres acutæ, morbi comitiales, & alij morbi, ſed præcipuè prædicti accidunt.

HIppocrates, præterita adoleſcentium ætate, propter cauſam à Galeno in Comment. expoſitam, nunc iuuenum morbos recenſet. Perperam itaque interpres hoc loco adoleſcentibus eſt interpretatus, vbi Hipp habet τοῖσι νεανίσκοισι, quum Græcis νεανίσκος nihil aliud ſit quàm iuuenis. Et quidem hanc vocem non ſignificare adoleſcẽtem, è Gal. euidentiſsimum fit, qui in ſuis Comment. disertè adoleſcentũ ætatem Hippoc. prætermiſiſſe ſcribit, quod etiam Philot. teſtatur. Morbi autem qui accidunt iuuenibus, ſunt ſanguinis ſpuitiones. Cauſam Gal. copioſè exponit. Tabes quoq; iuuenes infeſtat, quemadmodum apho. 9. ſect. 5. etiam teſtatur, dicens: Tabes fiunt maximè ætatibus à decimooctauo vſq; ad vigeſimumquintum. Quibus ſanè verbis tam adoleſcentes quàm iuuenes tabe corripi innuit. Adoleſcẽtium enim ætas, vt alibi demõſtrauimus, à decimooctauo anno incipit, & ad 25. durat. Quo quidem tempore iuuentus incipit, & ad triceſimumquintum extrahitur. Febres acutæ ob cauſas à Gal. in Com. adductas, hac ætate fiunt. Morbi comitiales, vt primogenia quidẽ mala, ex praua victus ratione, vt in Com. oſtendit Gal. iuuenibus accidunt. Per conſenſum verò à flaua bile os ventriculi infeſtante, atq; adeò propter temperaturam iuuenum, quæ planè biliosa eſt; morbus is etiam accidit. Alij quoq; morbi, præter ſcilicet iam dictos, vt ſunt, Gal. in Com. ſequenti, teſte, quicunque ex flaua bile naſcuntur, phrenitis nimirum, ardẽs febris, cholera, & inteſtinorum difficultas. Præcipuè autem in hac ætate prædicti morbi fiunt.

Interpretis lapſus. νεανίσκος.

Sanguinis ſpuitiones. Tabes.

Adoleſcentia. Iuuentus. Febres acutæ. Morbi comitiales.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Illos qui conſiſtentis ætatis vigorem habent.] Græcè eſt

ἀκμάζοντ

ἀκμαζόντων. Quas tetigit.] Græcè, τῶν εἰρημένων, quas dixit. Licet.] Adiiciendum, tibi. Græcè enim eſt, ἔνεστί σοι. Circunſtant ipſam.] Addendum, ætatibus. Græcè enim legitur, περιεχούσαις αὐτὴν ἑκατέρωθεν ἡλικίαις. Subſiſtit.] Græcè, ὑφίησιν, remittit. Quæ eſt adoleſcẽtum.] Græcè, ἐπὶ τὴν τῶν νεανίσκων, quæ eſt iuuenum. Nam rem ita ſe habere.] Græcè, ἔοικε γὰρ οὕτως ἔχειν, nam res ita ſe habere videtur. De morbis acutis.] Græcè περὶ τῶν ὀξέων πυρετῶν, de febribus acutis. Acutos, qui.] Conuertendũ acutas, quia refert febres, καὶ οἷον παισίν, vt quæ in pueris, &c. Et multis adoleſcẽtibus, &c.] Græcè, καὶ πλεῖστοι τοῖς νεανίσκοις γίνονται, & plurimæ iuuenibus accidunt. In qua.] Græcè, ἐφ' ἧς, à qua, ſcilicet flaua bile. Sed ſecundum aliquid quod ei, &c.] Græcè, ἀλλὰ κατά τι τῶν συμβεβηκότων αὐτῇ, ſecundum aliquid eorum, quæ accidunt ei, ſcilicet ætati. Anteà.] Nempe aphor. 39. 2. ſect. Adoleſcentibus profluuia ſanguinis.] Græcè, καὶ τοῖς νεανίσκοις αἱ τοῦ αἵματος πτύσιες, iuuenibus ſanguinis ſputa. Quia franguntur.] Græcè, διὰ θλασθῆναι, quia colliduntur. Eſt autem colliſio, quæ θλάσις Græcis dicitur, Gal. cap. vlt. lib. de Cau. mor. teſte, quando externa facies partis malæ affectæ integra permanet, & in profundo ſunt multæ & paruæ diuiſiones. Quia refrigerantur.] Siquidem frigidum, vt nix & glacies, venas rumpit, & ſanguinem mouet, Hipp. lib. 6. Epid. part. 3. aph. 10. & 5. aph. 24. teſte. Humi cubant.] Quapropter parum capiti proſpicientes, promptè à terræ noctiſque frigore læduntur. Caput itaq; hac ratione deſtillationibus in pulmonem obnoxium redditur. Quæ ſi acres fuerint, facilè ſanguinis ſputum venas erodendo excitant. Aut replentur.] Græcè, ἢ πλησμονὴν, aut ob ſatietatem. Ex accidenti.] Hoc eſt ſecundò, Gal. cap. 2. lib. de Sympt. cau. teſte. Quibus adoleſcentibus.] Græcè, τινὶ τῶν νεανίσκων, quibuſdam iuuenibus. Imbribus.] Græcè, χειμῶσι, tempeſtatibus. Hi morbi.] Scilicet comitiales. Adoleſcentibus.] Græcè, τοῖς νεανίσκοις. Iuuenibus autem fiunt & omnes ferè morbi.] γίνεται καὶ τ' ἄλλα σχεδὸν ἅπαντα. Ardores.] Græcè, καῦσοι, ardentes.

Colliſio. (margin, beside "quia colliduntur")

Frigidum. (margin, beside "ſanguinem mouet")

APHORISMVS XXX.

Τοῖσι δὲ ὑπὲρ τὴν ἡλικίην ταύτην ἄσθματα, πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, λήθαργοι, φρενίτιδες, καῦσοι,

Διάῤ-

διάῤῥοιαι χρόνιαι, χολέραι, δυσεντερίαι, λυεντερίαι αἱμοῤῥοΐδες.

Qui hanc ætatem exceſſerint, his aſthmata, pleuritides, pulmonis inflammationes, lethargi, phrenitides, ardentes febres, diuturna alui profluuia, cholera, difficultates inteſtinorum, leuitatéſque eorundem, & hemorrhoides accidunt.

Aetas conſtãs & media.

NVunc ad eam ętatẽ quæ iuuentutem ſeu vigorem ſequitur, & à Gręcis καθεστηκῦα, à Latinis vero conſtans & media, ſcilicet inter iuuentutem & ſenectutem, appellatur, vt diximus in explicatione Aph.13. primæ ſectionis Hippocra, progreditur, quíq; in ea morbi accidant docet, inquiẽs: Qui hanc ætatẽ, iuuentutem intelligit, exceſſerint, iis accidunt aſthmata, ídq; non ætatis ratione, ſed quia in victus ratione perinde atq; iuuenes peccant. Pleuritides, pulmoníſque inflammationes, eadem de cauſa fiunt. Lethargi verò cur hanc ætatem exerceant, Galenus in Commentaris exponit. Prenitides, ob flauam bilem in præcedente ætate generatam, necdum planè extinctam & expulſam. Qua de cauſa etiam ardentes febres, cholerǽque fiunt: Cur autem diuturna alui profluuia, itémque difficultates & leuitates inteſtinorum, ac hæmorrhoides in ea ætate accidant, Galenus in Commentariis docet, vt nihil ſit opus à nobis referri. Annotandum tamen hoc loco erit, Theodorum, quemadmodum etiam alios quoſdam, hoc loco non rectè αἱμοῤῥοΐδας interpretatum fuiſſe mariſcas, quum mariſca nihil aliud ſit niſi tuberculum in ano, quod Græcis σῦκον, latinis ficus dicitur, vt alibi monſtrauimus.

Aſthmata pleuritides.

Mariſca.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Adoleſcentum.] Græcè, τῶν νεανίσκων, iuuenum. In Prognoſticis.] Tertio nimirum Prognoſt.14. Adoleſcentibus.] iuuenibus, vt ſupra. Ad duas ſequentes ſeptimanas.] Hoc eſt, ad annum 49. Repletione] Græce, πλησμονῆς, ſatietate.

Horum temperatura plus atræ bilis,] vnde colligitur, hac ætate corpus non perinde vt in iuuentute, eſſe calidum: ita vt rectiſsime Hippocr. libr.1. de victus ratione ſic ſcriptum reliquerit: Vir vbi iam corpus eius conſtiterit, frigidus & ſiccus

ſiccus eſt, quod nimirum exceſſus impetúſue caloris nō amplius præpolleat, corpúſque quieſcens augeri deſinat, ac frigidius factū ſit. Siccitas etiā prioris ætatis ineſt. Frigidus itaque vir, non quidem ſimpliciter, ſed collatione ad iuuenes. Hinc eſt quod infrà in Comm. ſuis ſic ſcribat de declinantibus: Neque enim corpus ſimiliter calidum exiſtit, vt anteà, nempe in iuuentute. Rufam.] Græcè, ὠχρὰν, id eſt, pallidam, nō rufam, vt conuertit interpres. Rufum enim eſt quod Græci πυῤῥὸν vocāt, vt in annotationib. noſtris in quartum librum Gal. de Tuenda ſanitate latius diximus. Ex tabe.] Græcè, τῶν φθινόντων πολλοὶ, tabidorum multi. Prætermiſit.] Aphor. ſcilicet. 29. Paucis indiget.] Græcè, βραχυτάτων δεῖ ται τῶν ἀναλαμβανομένων, paucisſimis indige ad corporis refectionem. Quicquam abſumitur.] Adiiciendum, in ea. Græcè enim eſt, ὅτι εἰς αὔξησιν ἔτι δαπανᾶται κατ' αὐτὴν. Satis.] Græcè, ἱκανῶς, admodum. Febres lethargicæ.] Non temere Gal. dixit febres lethargicæ. Lethargum enim lenta comitatur febris. Quippe putreſcit in hoc malo pituitoſus humor Galeno lib. 13. Terap. method. teſte, cùm profunda in ſomnū delatione. Oſtenſæ ſunt.] Suprà ſcilicet Comm. 22. huius ſectionis. Et cap. 6. libri de Cauſis morborum. Infrà etiam Comment. 1. ſect. 6. Quæ autem.] Græcè, αἱ δ' ὑπὸ τινος ἑλκώδους διαθέσεως, quædam autem ab vlceroſo affectu, καὶ ταῦτα πλεονάζει, & hæc omnia, &c. Vere ætatis eſt paſsio.] Græcè, ὄντως εἰσὶ τῆς ἡλικίας ταύτης πάθος, vere eſt huius ætatis malum. Scientia autem cum horum.] Græcis, τὸ δ' ἐπιστημονικὸν τῆς πίστεως αὐτῶν ὑπάρξει τοῖς ἀναλεξομένοις, ſcientia vero demonſtrationis ipſarum, ſcilicet cauſarum dictarum, iis aderit qui legerint, &c. Quippe πίστις Græcis interdum, vt in hoc loco, idem quòd ἀπόδειξις, demonſtratio ſignificat. Quam doceant.] Addendum, ſingulæ, Græcè enim eſt, καὶ ἤν τινα θεωρίαν διδάσκωνται ἑκάστη.

Interpretis erratū.

Febres lethargicæ.

πίστις.

APHORISMVS XXXI.

Τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι δύσπνοιαι, κατάῤῥοι βηχώδεες, στραγγουρίαι, δυσουρίαι, ἄρθρων πόνοι, νεφρίτιδες, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι, καχεξίαι, ξυσμοὶ τοῦ σώματος ὅλου, ἀγρυπνίαι, κοιλίης καὶ ὀφθαλμῶν καὶ ῥινῶν ὑγρότητες, ἀμβλυωπίαι, γλαυ-

κώσιδες, βαρηκοΐαι.

Senibus accidunt difficultates ſpirandi, deſtillationes tuſſim afferentes, ſtillicidia vrinæ, difficultates vrinæ, articulorum dolores, renum mala, vertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus vniuerſi corporis, vigiliæ, ventris, oculorum & narium humiditates, hebetudines oculorum, glaucedines, & graues auditus.

QVi morbi in vltima ætate quæ ſenectus appellatur, accidunt, hoc in Aphoriſmo docet Hippocrates, inquiẽs: Senibus accidunt difficultates ſpirandi, propter humoris pituitoſi in thoracem, & pulmonis bronchia delationem. Deſtillationes tuſsim afferentes, propter cauſam à Galeno in Commentaris adductam. In nonnullis tamen codicibus Græcis eſt *κατάῤῥοι, βῆχες*, deſtillationes, tuſſes, nullo ſenſus diſcrimine. Stillicidia vrinæ, ob expultricis aut retentricis veſicæ facultatis imbecillitatem, quæ frigidam eiuſdem intemperaturam conſequitur, vt dictum eſt ſuprà Comm. 16. & 22. huius ſectionis. Difficultates vrinæ propter pituitæ meatum veſicæ obſtruentis, teſte Philotheo, copiam. Articulorum dolores, renum vitia, vt renum obſtructio & calculi, atque vertigines, in ſenectute eueniunt, ob cauſas à Galeno in Commentariis expoſitas. Apoplexiæ, quibus ſenes vltima hyemis parte, quæ ad veris naturam nonnihil accedit, maximè corripiuntur, quod tum à calore qui incipit creſcere, pituita in cerebro diffundatur, adeò vt quæ hactenus exiguũ locum occupauit, nunc propter fuſionem omnes cerebri ventriculos oppleat ac obſtruat. Quocirca ad hoc malũ, ſanè horrendum, euitandum, conuenit ſtatim veris initio vniuerſum corpus, & caput ipſum purgare. Idem de ſanguine hoc tempore mittendo diximus ſect. 1. Comm. 15. Mali habitus, propter alimentum quod ob alteratricis facultatis imbecillitatem non concoquitur, ſed corrumpitur, crudúmque in totum diſtribuitur corpus. Pruritus vniuerſi corporis, neque enim *ξυσμὸς*, Phauorino etiam teſte, aliud Græcis eſt quàm *κνῆσις καὶ κνησμός*. Idq́ue ob ſalſæ pituitæ ad corporis ſuperficiem delatæ redundantiam. Galenus tamen in Commentariis aliam cauſam affert. Quod ad vigilias, alui,

Difficultas ſpirãdi
Deſtillatio.
Stillicidia vrinæ.
Difficultates vrinæ.
Dolores articulorũ
Apoplexiæ.
Mali habitus.
Pruritus corporis.
ξυσμὸς.

alui,oculorum & narium humiditates: item oculorum ſeu viſus hebetudinem attinet, hoc abunde in Comm.explicat Galenus,vt nihil à nobis addendum eſſe cenſeam.Glaucedines autem,quæ Græcis γλαυκώσεις καὶ γλαυκώματα dicuntur, Aetio lib.7.cap.50.teſte,bifariam accipiuntur.Proprie quidem,& tum nihil aliud glaucedo eſt,niſi cryſtallini humoris ad glaucum colorem tranſmutatio, arefactio, & concretio.Improprie vero, glaucedo eſt quæ ex præcedenti fit ſuffuſione,humore ſcilicet in pupilla vehementiſsimè concreto & arefacto.Et inſanabilis quidem eſt.fit enim, vt teſtatur in Comment.Gal.ex ſiccitate.Quinetiam libro decimo de Vſu part.Galenus glaucedinem,ſiccitatem & concretionem immodicam cryſtallini humoris eſſe tradit. Auditus autem graues cur ſenibus accidant in Commentariis refert Galenus. Glaucedo.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Ad ipſos,]Græcè, ἐν αὐτοῖς, in ipſis, Cerebri.]Græcè, τὰ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον, ea quæ circa cerebrum ſunt. Similem callo.] Græcè πωρώδη λαβῇ σύστασιν, lapideam acceperit concretionem. Viriū imbecillitate.]Nam ſenibus calor natiuus imbecillus eſt,naturaléſque actiones debiles. Quapropter fit, vt humorum craſsities non fundatur, nec deorſum in veſicam pellatur:ſed coacta in renibus maneat,atque in lapidis conſiſtentiam abeat, quemadmodum copioſius libro ſexto Epid.part.3.Comm.10.diximus. Quod prurigines appellant.]Græcè, ὅπερ ὠνόμασε ξυσμὸς: quod pruritus appellauit. Plures aggregantur.]Adiiciendum, in cerebro. Græca enim ita habent, ἀθροισθῇ πλείω κατὰ τὸν ἐγκέφαλον, Peruigilant.]Græce, ἀγρυπνητικοί, vigilantes.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΦΟΡΙΣΜΩΝ
τμῆμα τέταρτον.

HIPPOCRATIS APHOriſmorum Sectio Quarta.

APHORISMVS PRIMVS.

Τὰς κυούσας φαρμακεύειν ἢν ὀργᾷ, τετράμηνα καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν, ἧσσον δὲ ταύτας. τὰ δὲ νήπια καὶ πρεσβύτερα εὐλαβεῖσθαι χρή.

Vtero gerentes mulieres medicamentis purgare conuenit, ſi materia turget, quadrimeſtres, & ad ſeptimum menſem vſque, ſed eas minus. Iuniores vero & ſeniores cauere oportet.

QVVM Hippocrates in hac ſectione quarta per multos Aphoriſmos de purgatione eſſet acturus, non temerè ab ea quæ omnium difficillima & periculorum plena eſt, nempe vtero gerentium ac grauidarum, orditur. Docet autem in hoc Aphoriſmo, quibus in morbis, quóque tempore vtero gerentes ſint purgantibus medicamentis euacuandæ. Neque enim in quouis morbo, quod nonnulli faciunt, iis danda ſunt medicamenta purgãtia, ſed in illis duntaxat in quibus materia turget, hoc eſt, Gal. in Comm. interprete, quum ab vna parte in aliam mouetur. De huius autem verbi ſignificatione multa diximus ſuprà in explicatione Aphor. 22 ſect. 1. Purgandæ vero tum ſunt eam ob cauſam, ne in hoc motu planè inordinato materia in principem aliquã partem, aut vterum ipſum decumbat fœtuíque noxam inferat. Quare ſi materia ipſa non turget, ſed in parte aliqua corporis firmata eſt, grauidis purgationes non ſunt exhibendæ. Humores enim qui in parte aliqua firmati ſunt, vt in Comm. teſtatur Gal. ne mouere quidem oportet, tantum abeſt vt purgantibus medicamentis exagitandi veniant. Quod ſi itaque grauidam mulierem morbo aliquo conflictari accidat diligenter à medico cõſiderandum erit, num materia ipſa turgeat,

In quibus morbis grauidæ purgãdæ.

Turgere.

nec

necne? Si turget, de Hipp. Galeni, & omnium veterũ ſententia eas purgabit: idque faciet medicamẽto aliquo verè purgante. Eſt autem tale, Gal. lib. 5. de ſimpl. medicamen. facult. ca. 19. autore, quod aut per vomitum, aut per vẽtris deiectionem purgat. Quodcũque autem hac ratione purgatoriũ dicitur, id etiam trahendi facultatẽ obtinet, aliud vnũ quempiam humorẽ, aliud duos, aut etiã plures. Eius generis ſunt colocynthis, ſcãmonia, turpetum, aloë, & id genus alia multa, quæ turgente materia vterũ ferentibus exhiberi poſſunt. Quippe humores inordinatè moti, & ab vna ad aliã decurrentes partem, indigent aliquo manũ porrigente, & eorundem impetum ad aluũ dirigente ac deducente. Quanquam autem prædicta medicamenta vix citra fœtus noxã ſumuntur, quum Galeno noſtro li. 2. de victu acut. morb. Comm. 12. teſte, purgantiũ omnium medicamentorũ natura, corporum quæ expurgantur naturis cõtraria, atque vt quiſpiã dixerit letalis & deleteria ſit: tamen præſtat hunc ſolũ iſta ratione lædi, quàm vt nullo prorſus dato, & matrem & fœtũ de vita periclitari patiamur. Quum itaque duo nunc mala immineant, maiore euitato minus eligendũ ei it. Hactenus, quibus in morbis grauidas purgare liceat, demõſtrauimus. Reliquũ igitur eſt, vt quo tempore idipſum ſit faciendũ indicemus. Hippocrates certe hoc in loco dicit, eas eſſe purgandas τετράμηνα, hoc eſt quadrimeſtres, aut quarto menſe, & ad ſeptimũ vſq;. Quibus verbis diſerte innuit, grauidas eſſe purgãdas quarto, quinto, & ſexto impregnationis menſibus. Septimũ itaque menſem excludit Hipp. nõ autem quartũ, vt è recẽtioribus Foriliuienſis Vgo, & alij quidã tradũt. Sed illorum errori occaſionẽ dedit antiquus interpres, qui cõuertit à quarto menſe, quũ Hippo. dicat τετράμηνα, id eſt, quadrimeſtres, ſeu eas quæ quartũ impregnationis mẽſem attigerunt. Cur autẽ mẽſibus iis qui inter tertiũ & ſeptimũ medij ſunt, vterũ ferẽtes magis purgare conueniat, nulla alia eſt ratio, niſi ꝙ hoc tẽpore ligamenta quibus fœtus vtero cõnectitur, robuſtiora & craſsiora ſunt, adeóq; nõ facilè à medicamenti purgãtis cõmotione rũpuntur, quemadmodũ in Comm. ſuis Gal. fuſius docet. Septimũ autem menſem excludit Hippo. tẽpore eũ qui partui ſit proximior, imò in quo nõ raro partus fit: quemadmodum copioſe idipſum lib. 6. Epid. part. 7.

Medicamentũ verè purgãs.

Grauidæ quo tẽpore purgandæ.

Septimum menſem excludit Hippocr.

Cur quarto, quinto, & ſexto menſibus purgandæ grauidæ.

Muſæ error. Com.21.& 27.demonſtrauimus. Errat itaq; hoc loco Muſa, qui ſeptimũ menſem ab Hippocrate non excludi contendit, quum diſerto dicat ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν, vſq; ad ſeptimũ menſem. Si enim hunc excludere non voluiſſet, ad octauum vſq; menſem illi dicendum erat: quod tamẽ dicere abſurdum fuiſſet, quũ ſæpe hunc mẽſem partus anteuertat. Quod vero ait, ſed eas minus, hanc ſententiã habet: Eas mulieres grauidas, quæ

Sed eas minus. ad ſeptimũ vſq; mẽſem peruenerũt, minus quã illas quę quartũ, quintum & ſextum menſes attigerunt, purgare conuenit. Permittit itaq; iis verbis medico, vt tutò etiam purget circa initia ſexti menſis, at minus tutò circa eiuſdẽ finẽ: ꝙ ſcilicet ſeptimus menſis, vt iã dictum eſt, partui etiam deſtinatus ſit.

Iuniores & ſeniores cauere oportet. Quod clarius iis verbis expreſsit, Iuniores & ſeniores cauere oportet, quaſi dicat, eas quæ quartũ menſem imprægnationis nondũ attigerunt, aut vltra ſextum, aut certè ſexti initia progreſſæ ſunt, purgare haud decet. In primis enim tribus menſibus retinacula & ligamenta fœtus ſunt parum robuſta, atq; adeò fœtus ipſe in vtero haud ſatis firmatus eſt. Ob purgantis itaq; medicamenti motũ, promptè rũpuntur. In vltimis mẽſibus qui partui ſunt proximi, aut partui deſtinati, fœtus grauior ac ponderoſior exiſtit, quã vt citra ligamentorũ ruptionẽ purgationẽ tutò exhibere liceat. In mediis vero menſibus, ꝙ tũ validiora ſint ligamenta, nec fœtus admodũ adhuc grauius ſit, tutius, ac minori periculo purgantur grauidę. Vniuerſum igitur tẽpus, quo mulier vterũ gerit, in tria Hipp. digeſſit, in iuniora, media, & ſeniora. Iuniora vocat id tempus, quod à primo mẽſe ad quartũ vſq; extẽditur: Media quod à quarto mẽſe ad ſeptimũ vſq; extrahitur. Seniora, vſq; ad nonum, ita vt à ſeptimo vſq; ad nonum, cauendæ prorſus ſint purgationes. Si quidem Philotheus etiam hęc ipſa interpretatur, inquiens: νήπια καλεῖ τὰ ἀπὸ τοῦ πρώτου μηνὸς ἕως τοῦ τετάρτου· μέσα δὲ τὰ ἀπὸ τεσσάρων ἕως ἑπτὰ· πρεσβύτερα δὲ τὰ μέχρι τῶν ἐννέα. Vnde iterum palam fit, ſeptimum excludi ab Hip. menſem. Cæterum quum hic ſit verbum quo vſus eſt Hipp. ambiguũ,

εὐλαβεῖσθαι. εὐλαβεῖσθαι, quod nõ ſolũ cauere, & vitare, ſed & vereri ſignificat: ideo ſunt qui contendãt, iuniores & ſeniores nõ prorſus ab Hippocrate excludi. Quapropter turgente materia in primis & vltimis etiã mẽſib⁹ purgãdas eſſe vtero gerẽtes, haud ſecus q̃ mediis ſtatuũt, licet minus tutò. Hinc eſſe

quod

quod Hippo.dixerit vereri oportere, non cauere. Hanc quidem ſententiam Muſa quoq; tãquã verioſẽ arripit. Atqui cogitare debuiſſent iſtius abſurdę interpretatiõis autores, Hippocriti prorſus aduerſari quod aſſerunt. Is enim antea diſerte dixit, Sed eas minus, hoc eſt, eas quæ ad ſeptimũ vſq; menſem peruenerũt, aut ſexti finẽ attigerunt, minus quã eas quæ ad quartũ, quintũq; mẽſem venerũt, purgare licebit. Vt vere ri quidẽ iis verbis manifeſte innuat oportere eas quæ iuxta ſeptimũ ſunt mẽſem, ſeniores autẽ & iuniores prorſus cauere. Eã qdẽ eſſe verborũ Hipp. ſentẽtiã, res ipſa manifeſte docet. Eſtq; hæc ipſa explicatio ratiõi cõſentanea & omnis abſurditatis expers. Quod ſi vero accidat vt turgente materia primis & vltimis mẽſib⁹ aliquod medicamẽtũ quod aluũ ducat, ſit ꝓpinandũ grauidis, dandũ quidẽ etiã tũ erit, ſed tale quod idipſum ſine periculo faciet. Eius autẽ generis duo tantũ hodie vſitata medicamẽta ſunt: Caſia nimirum fiſtularis, & Manna, mel aẽreum Galen. vocat. Teſtis eius rei inter Græcos eſt Actuarius, qui in libr. de Compoſitione medicamentorũ ita ſcriptũ reliquit, Caſiam & mannã, quib⁹ potentius medicamẽtum dari non poteſt, nẽpe pueris, & fœminis vtero ferentibus, commoditate quadam & neceſsitate vrgente exhibemus. Rhabarbarum autem, quod Meſue, Muſa, & alij complures prægnantibus etiã tutò dari poſſe cenſent, in horum numero eſſe non patimur. Nã hoc ipſum vt pluribus conſtat experimentis, & Arabũ etiam teſtimoniis, mire humores, eóſq; in venis exiſtẽtes, attrahit & educit, quapropter ſua illa agitatione non modo grauidis, ſed interdum etiam aliis tũ viris tũ mulieribus moleſtũ exiſtit. Taceo quod ex deſidendi frequentia, quæ huius ſumptionẽ ſequitur, nõnunquã febris etiam excitetur. Neq; obſtat quod Muſa pro tuenda Meſues & ſua ſentẽtia, Paulũ Aeginetam citat, qui lib. 1. capi. 1. Rha ponticum vtero gerentibus præbet. Quippe ibidem Paulus de eo Rha pontico loquitur, quod Dioſcoridi, Galeno & aliis veteribus cognitũ fuit, cui nulla prorſus purgandi vis ineſt, vt abunde ſatis in Apologia noſtra aduerſus Puteanum demonſtrauimus. Paulum vero eo loci Rha pontico non fuiſſe vſum tanquam purgante medicamenta, ſed potius adſtringente, ex ipſo malo, cuius ibidem curationem tradit, aliiſq; medicamẽtis quib⁹ ad huius mali amolitionẽ

Muſæ ſententia improbatur.

Rhabarbarũ prægnãtibus haud dandum.

Pauli locus explicatur.

vtitur,palàm fit.Quippe quo pacto vomitus qui grauidas in feſtat,ſit cōpeſcendus,hoc loco docet Paulus:idq; per medicamenta ſiccantia & aſtringētia, qualia ſunt ab eo cōmemorata,polygonum,anethum, & Rha Ponticū . Polygonū autem eſſe eiuſmodi,nemo eſt qui dubitet. Anethū vero ſiccare, & crudos humores concoquere,Gal.lib.6.Simplicium teſtatur. Nec alia de cauſa à Paulo exhibetur, quā vt vitioſos humores,quibus vtero gerentes redūdant,cōcoquat,exiccet ac diſcutiat.Rha Pontificū autē veterū adſtrictoria fuiſſe facultate prēditum,ex Dioſcoride & Gale.ſatis liquet.Quod autem Paulus Rha Pontico tanquā purgatorio medicamēto in grauidis non ſit vſus,ſequētia ibidem eius verba palā docēt. inquit enim, ταῦτα καὶ ἅμα τῷ σίτῳ, καὶ πρὸ τοῦ σίτου λαμβάνειν: hæc medicamenta tū ante,tum poſt cibum aſſumere licet.Si poſt cibum Rha Ponticum aſſumere licebit,igitur non erit purgatorium medicamentum.Nam infrà lib.7.ca.4.Paulus diſertis verbis prohibet,ne à cibo purgantia medicamenta exhibeantur,eiúſq; rei rationē ſubiungit dicens, διαφθορὰν γὰρ τῶν τροφῶν: ſiquidē cibū corrumpunt.Si cibū iſta ratione ſumptū Rha Ponticum corrumpit, igitur vitioſos grauidarum humores potius auget quàm imminuit. Quod ſi vero quiſpiā iſta ratione effugere velit,vt dicat,Rha Pontico ſimul purgatoriam & adſtrictoriam vim ineſſe: quare à Paulo potius vt adſtringat,quàm vt purget,eſſe exhibitū,meminerit velim, etiam ſi cōſideremus antiquorum Rha ponticū purgatoriū eſſe:tamē hanc rationē haud procedere, eò ꝙ hæ facultates, quæ medicamentis à tota ſubſtantia inſunt, qualis etiam eſt purgatoria,ſemp eſſe validiores illis, quæ ab vna aliqua manifeſta qualitate,aut duabus ineſſe ſolent.Si itaq; Rha,quod Paulus grauidis exhibendū eſſe docuit, purgatoria ſimul & adſtrictoria facultate præditū fuiſſet,potius eas purgaſſet,q̄ vt vim adſtrictoriā exeruiſſet.Quare fieri nō poteſt,vt ab eo dicatur eſſe vſurpatū potius vt aſtringat,q̄ vt purget:quando quidē purgatoria facultatē, vtpote ea quæ à tota ineſt eſſentia,adſtrictoriā,quæ vnā aliquā duntaxat qualitatem ſequit robore & viribus ſuperet.Cæterum cū Dioſcorides manifeſtiſsimis verbis aſſerat, in Rha Pontico ἀνωτάτην δύναμιν εἶναι στυπτικὴν, ſupremam au maximā facultatē eſſe adſtrictoriam,omnibus perſpicuum fit,non eſſe veterum Rha Ponticum

Polygonū

Anethum.

Rha ponticū veterū adſtringit.

A cibo purgātia medicaméta non exhibenda.

Obiectio diluitur.

Facultates quę medicamētis à tota ſubſtātia inſunt, ſemper validiores.

cum purgatorium. Reliquū igitur eſt, vt fateamur Paulum loco ſuprà citato, Rha Pontico tanquā adſtrictorio tantū, & non ſimul purgatorio medicamento vſum fuiſſe. Quòd ſi tamē quiſpiā hic iſta ratione euadere cupiat, vt dicat Paulū in eo loco minime de veterū Rha pontico locutū eſſe, ſed de illo potius, quod hodie paſsim in officinis proſtat, quóque ad ſubducēdā nobilium maxime aluum vtūtur medici, idq; ex alio eiuſdē autoris loco, qui eſt in capite 43. lib. 1. oſtēdere conetur, vbi ex profeſſo qua ratione ſanis aluus ſoluenda ſit, docens, ſic reliquit ſcriptum, μᾶλλον ἢ ὑπάγειν βουλόμενοι, ῥίου βραχὺ κατὰ μίξομεν, id eſt, quum magis ſubducere voluerimus, parū Rhei miſcebimus. Huic reſpondendum erit. Paulum in hoc capite de alia radice fuiſſe locutū, q̄ in primo: ideóq; factū, vt alia q̄ ſuprà fecerit, voce vſus ſit. Hic em̄ ῥίου appellauit, capite autē 1. ποντικὴν ῥίζαν, vt ſcilicet hac ratione diſerte quidē hoc quod purgat, ab eo quod purgatoria deſtituitur facultate, diſtingueret. Veterum itaq; quod purgādi facultate caret Paulus li. 7. vbi ex ꝓfeſſo de ſimplicibus tractat medicamētis, ῥῆον καὶ ῥᾶ ſimpliciter, id eſt, Rheum & Rha: lib. 1. vt cōmemoratum eſt, radicē ponticā, aut Rha ponticū, perinde atq; Dioſcorides & Galenus appellat. Noſtrū quod purgat, veteribúſq; Grçcis ignotū fuit, lib. 1. cap. 43. ῥίου ſimpliciter nominat, & lib. 7. cap. 11. in compoſitionibus διὰ κοραλλίου, ἀγαπώτου, καὶ ἄτακτος cum adiectione ῥίου βαρβαρικοῦ, vſitata hodie etiā voce, appellat. Id autem non Paulum tantū feciſſe, & diligenter etiam obſeruaſſe, ſed & Actuarium, virum apud Græcos magnæ autoritatis, conſtat. Is enim veterū Rha in compoſitione paſtilli διὰ κοραλλιῶν ῥῆον ποντικὸν, in Antidoto Eſdræ ῥίζαν ποντικὴν & ῥῆον ſimpliciter vocat. Alterum autē ῥίου βαρβαρικὸν, & ῥίου ἰνδικὸν nominat. Quod autem indicum habeat bilē educēdi facultatē, teſtatur in primis Actuarius, qui ſcribit præter Rheum indicium nihil æque domare bilis flauæ impetus, atq; oxyphœnicum. Neq; enim ea ratione bilē domare dixit, quia frigidū. Quomodo ergo frigidū erit Rheū indicium, quod purgare experiētia ipſa teſtatur, quū omnia purgantia medicamēta, Gal. ſect. 1. Apho. Comm. 24. teſte, facultate calida ſint? Reliquū igitur eſt, vt domare flauæ bilis impetum ideo dicamus, quia hanc potēter per aluū vacuat, Indicū autē eſt dictū, ꝙ ex India, aut locis Indiç ꝓximis, nē-

Obiectio alia diluitur.

Paulus diſerte Rha purgans à non purgante diſtinxit.

Rha non purgantis nomina Rhea purgantis appellatiões.

Actuarius

Rheon indicum.

pe à Scenitis, Stephano de vrbibus autore, populis Perſidis afferatur. Hinc Sceniticũ etiã eſt appellatũ. Barbaricũ verò, quod ex Barbaria deportetur. Cuius quidẽ generis fuit, quod ſuperiorib' annis ſecũ attulerũt milites, qui cũ inuictiſsimo noſtro Imperatore Tuniſam, vel, vt nunc vocãt, Tunetum expugnauerunt, regiq; ſuo reſtituerunt. Diſtant itaq; prædictæ duæ radices nominibus ſuis & natalibus. Veterũ enim Rha, è riguis ad Rha fluuium ſupra Pontum & Boſphorum ſitis ſeptentrionali tractus adfertur, vnde etiam Ponticę radicis appellationẽ obtinuit. Recẽtiorũ, ex calidiorib' Indiæ & Arabiæ regionibus in Europã maximo quęſtu cõuehitur. Cæterũ, quemadmodũ poſteriores Græci duorũ Rha meminerũt, ita etiam Arabes ipſi. Primum enim Ponticum, alterum Indicum, & Raued Sceni, vt legentibus Meſuem conſtat, nominauerunt. Peccat tamen inſigniter Meſue, quod vtrunq; miſcet, neq; vt Grçci fecerunt, eorũdem facultates diſcernit. Cũ itaq; duo ſint Rha, vt iã à nobis demõſtratũ eſt diligentèr ad medicũ cauẽdũ erit, ne vnũ pro altero, magno ægrotãtiũ diſpẽdio, vſurpemus. Prius eñ purgandi facultate cũ ſit deſtitutũ, tutò vterũ ferẽtibus, neceſsitate exigẽte dari poteſt. Alterum minime, quod purgãdi quidẽ facultatẽ nõ leuẽ habeat. Hæc longius à nobis cõmemorata ſunt, vt ſtudioſi legitimũ loci Paulini intellectũ hinc conſequerentur. Porrò cur nõ tã tum grauidas, ſed & alios omnes acutis morbis laborantes, ſi materia nõ turgeat, haud pũrgare conueniat, abũde ſuprà in explanatione Aphõ. 24. ſect. 1. monſtrauimus, ita vt non ſit opus illa hoc loco repetere. Grauidis vero hoc potiſsimum nomine non ſunt propinanda purgantia medicamẽta, quod ab iis, propter venenoſam qua ſunt prædita qualitatẽ, ac turbationẽ quã in corpore efficiũt abortus periculũ immineat. Nauſeã prçterea, quæ anteà ſatis grauidas exercet, tetro ſuo tũ odore tum ſapore augent. Atqui inquiet aliquis, quid igitur faciendũ, vbi mulier in vtero ferens acuto corripiat morbo? Primum præſcribenda victus ratio erit. Quæ qualis eſſe debeat, in explicatione Aphor. 30. quintæ ſectionis dicemus. Dein vbi aluus adſtrictã fuerit, mollire hãc molliſsimis clyſteribus oportet, quales ſunt, qui ex aqua, oleo & melle parãtur. Valẽtioribus vero clyſteribus & medicamẽtis neutiquã vtendũ, tum quia, vt iã cõprehenſum eſt, hæc ipſa fœtui ſint pernicio

Rha Sceniticum, & Barbaricũ

Arabes pinde atque poſteriores Græci, duorum Rha meminerunt.

Meſues erratum.

Grauidis cur nõ ſint danda purgãtia medicamẽta.

Quid faciendum ſi grauida morbo acuto corripiatur.

pernicioſa: tum quia ante concoctionem dimouere ſuccos, Galeno in Commentariis teſte, noxium exiſtat, & quia non ſatis adhuc cõſtet quò natura vergat. Quod ſi paulò largius deiicere expediat, veluti quum per aluum putrida excremẽta natura quotidie excernere tentat, tum detergere ac deiicere conuenit ea, quæ in ventriculo & primis venis collecta ſunt, per ea quæ in cenſum ciborum potius quàm medicamentorum veniunt. Talia verò apud veteres, quos quaſi duces cœlitus nobis demiſſos non modo in methodo quam nobis indicât, verumetiam in auxiliorum materia imitari expedit, ſunt ptiſana & mulſa. Ea enim vt lib. 8. The. meth. teſtatur Galenus, bilioſis excremẽtis, & mediocri pituita tum ventriculum, tum primas venas expurgare valent. Si valentiore aliquo remedio opus erit, oxymeli ſat fuerit. Poſſunt tamen re ipſa exigente, Caſsia quoque fiſtularis, & Manna, prægnantibus acuto affectis morbo dari: minimè tamen, vt ſupra monſtratum eſt, Rha barbaricum. An autem tum illis etiam vena ſit incidenda, & ſanguis mittendus, in enarratione aphor. 31. ſect. 5. luculenter oſtendemus. Ibi enim ex profeſſo rem hanc agit Hippocrates.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Difficilem habent.] Græcè, δύσλυτον, ſolutu difficilem. Diſſolutionem.] Græcè, κοινωνίαν, communionem. Hoc eſt, cogat accelerare.] Græcè, τοῦτ᾽ ἐστιν ἐπείγηται, hoc eſt, vrget, impellit. Accelerare itaque verbum in conuerſione abundat. Illud dictum eſt.] Nempe 4. Vict. acut. aphoriſ. 19. Inflammationes.[Græcè, τὰ φλεγμαίνοντα, partes inflammatione obſeſſas. Paulò pòſt.] Græcè ὡς ὀλίγον ὕστερον ἔσται δῆλον, vt paulò pòſt, &c.

APHORISMVS II.

Ἐν τῇσι φαρμακείῃσι τοιαῦτα ἄγειν ἐκ τοῦ σώματος, ὁκόσα καὶ αὐτόματα ἰόντα χρήσιμα· τὰ δὲ ἐναντίως ἰόντα, παύειν.

In vſu medicamentorum purgantium talia è corpore educere oportet, qualia etiam ſi ſponte prodirent, vtilia eſſent. Quæ vero contrario exeunt modo, cohibere.

Qualis humor per purgantia medicamenta vacuandus.

Musæ ſententia improbatur.

χρήσιμα.

IN hoc aphoriſmo, quemadmodum in ſecundo 1. ſect. docet Hippoc. qualis humor per purgantia medicamenta ſit educendus, dicens, In vſu medicamentorum purgantium: id enim eſt ἐν τῇσι φαρμακείῃσι, talia è corpore ſunt educenda, qualia vbi ſponte prodirent, vtilia eſſent: id eſt, qualia à natura ipſa vtiliter vacuarentur. χρήσιμα itaq;, & non χρύσιμα, vt putat Muſa, legendum. χρήσιμα verò ſunt dicta, Philotheo autore, ὅτι ἐκκενοῦται τὸ περιττὸν, vtilia dicuntur, quia id quod ſuperuacuum eſt, educitur. αὐτόματα δ' ὅτι χωρὶς τοῦ πρᾶξαί τι τὸν ἰατρὸν ἐκκρίνονται, ſpontanea verò, quia citra medici operam excernuntur. Quæ autem contrario modo exeunt in medicamentorum purgantium vſu, hoc eſt, vbi talia per purgantia medicamenta vacuantur, qualia natura ipſa non vtiliter educeret, cohibere oportet. Quæ omnia copioſiſsimè in Côment. docet Gal. vbi duabus rationib. nempe ex notis redundantium humorum, & tolerantiæ facilitate, qui humores vtiliter per purgantia medicamenta educantur, & qui minus, monſtrat. Quare quum hanc ſententiam prolixè Galenus enarret, non eſt cur longiores in ea explicanda ſimus.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Sine aliqua medicatione.] Græcè, χωρὶς τοῦ πρᾶξαί τι τὸν ἰατρόν, ſine aliqua medici opera. Ipſum.] Legendum ipſa, quippe Græcè eſt αὐτά. Prius itaq; dictum eſt.] Nempe 1. aphor. 2. De omni euacuatione, &c.] Non ſatis rectè hęc interpres cõuertit. Græcè enim ita legitur, εἴρηται περὶ πάσης κενώσεως αὐτῶν γενικώτερον. οὕτω δὲ καὶ κενεαγγείην, ἢν ᾗ οἵην δεῖ γίνεσθαι γίνηται, ξυμφέρειν, de omni vacuatione ipſorum dictũ eſt generalius. Sic & vaſorum inanitionem, ſi quidem talis fiat, qualem fieri oportet, conferre, &c. Et per vomitus, &c.] Grecè, ἐμετηρίων τε καὶ ὑπηλάτων, vomitoria & deiectoria. In pectore.] Græcè, κατὰ θώρακα, in thorace. Aequaliter euacuans.] Græcè, μὴ κενούντων ὁμοτίμως ὅλον τὸ σῶμα καθάπερ ἡ τῆς φλεβοτομίας κένωσις πεπίστευται, non æqualiter vacuans, quemadmodum venæ ſectio vacuare credita eſt. Interpres itaq; legitimam Galeni ſententiam non expreſsit. Et omnino ſanguinis miſsio, &c.] Grecè, καὶ ὅλως ἀφαίρεσις αἵματος πᾶσα καθ' ὁντινοῦν γιγνομένη τρόπον, & in ſumma, omnis ſanguinis ablatio quouis modo facta. Non igitur rectè interpres ſanguinis miſsio dixit. Quippe Gal. generatim de omni ablatione ſanguinis loquitur, quouis

uis modo facta:non curãdo num per venę ſectionem,ſcarificationẽ,aut alia ratione accidat, eã totũ corpus ęqualiter vacuare dicẽs: Per ſanguinis enim oblationẽ omnes humores vacuantur.Siue per exercitia.] Græcè, ἤ τι ὡδὶ τοῖς γυμνασίοις, & quę per exercitia,&c. Ex accidenti inedia.] Id qđ abundè ſuprà ſect.2.com. 17.demonſtrauit. Non æqualiter inuenietur euacuare.] Græcè ἀνεύσει μὴ κοινοῦ ὁμοτίμως, inueniet non æqualiter vacuare. Qualitatem & quantitatem.] In Aldino codice eſt duntaxat,κατὰ τὴν ποιότητα. Speciem euacuationis faciunt differentẽ.] Purgantia enim medicamẽta peculiares ſibi tantũ humores trahũt & vacuãt.Priora verò omnes.Cuius notitia perquirenda,&c.] vt dictũ eſt etiam ſuprà, ſect.1. Comm 2.Induſtria.Græcè, ἐπιτηδευμάτων,ſtudia,vitæ genera,artes quas quiſq; exercet, quemadmodũ liquet ex iis quæ lib.3.de Sympt.cauſ.cap.1. ſcribi. Gal. Colore rufo.]Græcè, χρόας ὠχροτέρας,colore pallidiore. De hac re multa in Annot. noſtris in 4.librum Gal.de Tuen.ſani.diximus. Per ſedem.] Perperam itaque in Aldino codice legitur, δι᾽ ἰσχίας, pro δι᾽ ἕδρας. Puſtulis.]Græcè,ἐξανθημάτων,papulas Plinius vocat,vt alibi diximus.Sunt autem duplices,nempe ſublimes & latę. Hîc quidem de ſublimibus,quæ à noſtris Morbilli vocãtur, loquitur,paulò pòſt de latioribus,quæ variolæ noſtris hodiè appellantur,verba faciet.Faſtidium.]Græcè,ἄσην.Græcis autem ἄση vtrunq;,& cibi faſtidium,& inquietudinem,quę ob oris vẽtriculi potiſsimũ malitiã,atq; cibi multitudinẽ excitatur,ſignificat. Ore ventriculi.]Expungenda vox ventriculi.Græcè enim eſt,ἐκ πληρώσιός τι τοῦ στόματος. Superfluitatum ſua qualitate infeſtantium.] Græcè, τῶν λυπούντων κατὰ ποιότητα,eorum quæ qualitate infeſtant. Qualitas autem hoc loco nihil aliud, quàm vacuandi humoris ſpeciem, ſeu vitioſum ſuccum,κακοχυμίαν Gręci nominant,ſignificat,quemadmodum ſuprà ſect.1.aph.2. copioſè demonſtrauimus. Similitudines vt ipſe inquit.]lib.ſcilicet 6.Epid.par. 8.aphor.39. Quicunque morbi.]Græcè,ὅσα δὲ πάθη,quæcunq; mala. Germina paſsiones.]Græcè,ἐγγονα πάθη,cognata mala. Temeritas.]Græcè,θρασύτης,audacia.De mulieribus.]Gręcè περὶ γυναικῶν,de muliebribus. Tumores veluti inflatos.]Græcè,οἰδηματώδεις,œdematodes.Somnos profundos.]Græcè, καταφορὰς ὑπνώδεις, inclinationes in ſomnum. Superfluitas aderit.]

ἐπιτηδεύματα.

Aldin' codex emendatus.

ἐξανθήματα.

Morbilli,

Variolæ.

ἄση.

Qualitas.

Græ

Græcè ὅταν ἐν τῇ γαστρὶ πλεονάζῃ, quando in ventriculo abundauerit, ſcilicet pituita. Dixi.] Græcè, ὥσπερ, vt dixi. Hunc.] Græcè, τοῦτο, iſtud. Purgationes. Græcè, κενώσεις, vacuationes. Perperam itaque interpres ſpeciem pro genere conuertit. Qui ſequitur. Græcè, διὰ τὸ μετ' αὐτὸν, qui illum ſequitur. Exemplum.] Græcè, παραδείγματα, exempla. Neque enim vnum tantùm, ſed multa exempla profert. Quem aqua inter cutem.] ſcilicet 6. Aphor. Si lippitudo.] Nempe 6. apho. 18. Quibus bilioſæ.] 4. aphor. 28.

Interpretis lapſus.

APHORISMVS III.

Ἢν μὲν οἷα δέει, καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρουσι. τὰ δὲ ἐναντία, δυσχερῶς.

Si talia purgentur qualia purgari oportet, confert, & facile ferunt. Cõtraria vero ſi purgentur, grauiter.

HIc Hippocratis aphoriſmus, quum anteà bis à nobis ſit enarratus, vlteriore explicatione non eget. Enarratus autem eſt in ſect. 1. aphor. 2. & 25.

APHORISMVS IIII.

Φαρμακεύειν θέρεος μὲν μᾶλλον τὰς ἄνω, χειμῶνος δὲ τὰς κάτω.

Aeſtate quidem ſuperiores magis ventres, hyeme autem inferiores medicamentis purgare oportet.

Aeſtate per ſuperiora, hyeme per inferiora vacuandũ.

HOc in aphoriſmo Hippocrates docet, æſtate, vtpote in qua generentur bilioſi humores per vomitum magis eſſe vacuandum: hyeme verò, in qua pituita procreatur, per inferiora potius eſſe purgandum. Hunc autem eſſe verborum Hippocratis ſenſum, ex aphoriſ. 6. & 7. huius ſectionis colligitur; in quibus itidem æſtate ſuperiora, hyeme verò inferiora eſſe purganda hortatur. Præterea ex Philotheo, qui ſcribit Hippocratem τὰς ἄνω κοιλίας λέγειν τὸν στόμαχον καὶ γαστέρα, τὰς κάτω δὲ, τὰ ἔντερα, ſuperiores cauitates, ſeu ventres, vocare os ventriculi, & ipſum ventriculum: inferiores verò, inteſtina. Id quod multo clarius iis ſubinde verbis ſignificauit, ἐν μὲν, inquiens, τῷ θέρει μᾶλλον τοῖς ἐμετικοῖς χρῶνται, ἥττον δὲ τοῖς ὑπηλάτοις, ἐν χειμῶνι δὲ τοὐναντίον, in æſtate quidẽ vomitoriis magis vtuntur, minus verò ſubductoriis: in hyeme,

me, contrà. Quare mirari hoc loco ſatis nõ poſſum, cur Muſæ alienum planè ab eo quem iam diximus, & à mente Hippocratis abhorrentem ſenſum fingere placuerit, hunc nimirum: æſtate ſuperiores vētres hoc eſt, caput & thoracem eſſe purgandas, Si purgandæ hoc tempore erunt, certè per vomitum de Hippoc. ſententia vacuandæ erunt. Non poſſe autem eas partes per vomitũ purgari, notius eſt quàm vt à me demõſtrari debeat. Abſurdã itaq; eſſe Muſę interpretationem, omnibus perſpicuũ eſt, maximè cùm Galeni quoq; ſententię aduerſetur, qui in Comment. non ſolùm æſtate per ſuperiora, hyeme verò per inferiora eſſe vacuandum aſſerit, ſed & eius rei cauſam exponit. Verùm obtrudet hîc nobis quiſpiam locum Hippo. qui eſt in lib. de Vict. rat. ſalubri, in quo contrariũ ei quod diximus, adſtruere videtur, dum ita ſcribit, Sex hybernis menſibus vomere vtile eſt. nam & pituitæ “ plus, & capitis grauitas ſubeſt. In æſtate verò clyſmatum ſit “ vſus, & ſuperiores corporis partes per inferiores purgandæ. “ Quam ſententiam Hippocratis Corn. Celſus. lib. 1. cap. 3. iis “ verbis expreſsit, Vomitus vtilior eſt hyeme quàm æſtate: nam tum & pituitę plus, & capitis grauitas maior ſubeſt. Ad “ quam quidem obiectionem facilis eſſet reſponſio, ſi hunc li- “ bellum non Hippo. ſed Polybi potius eſſe, in eóq; non pauca haberi, quæ commoda interpretatione egẽt, diceremus. Sed omiſſa hac reſponſione, cum Gal. qui hunc locum diligenter explicauit, dicamus: Hippocratem in prædictis verbis loqui de vacuationibus, quæ citra purgantia fiunt medicamenta, atq; adeò de iis quæ totum corpus non euacuant, qualia certe ſunt cataclyſmata, hoc eſt, ablutiones. Neq; enim hæc ipſa niſi ventriculum & inteſtina ipſa abluunt, pituitámq; & bilem ipſorum detergent. In præſenti verò aphor. de medicamẽtis, quæ purgant, diſſerit, id quod ex verbo, φαρμακεύειν, quo vtitur, ſit manifeſtiſsimum. Verùm præſtat Gal. proferre verba, quæ ita ſe habent, Quæ cataclyſmata, id eſt, ablu- “ tiones vocet in iis quæ ſequuntur, indicauit ipſe: nempe quæ “ ex lacte conficiuntur, & cicerum decoctorum aquam, mu- “ riam, & aquam marinam. Diuerſa enim ab iis ſunt purgan “ tia medicamenta, quæ vniuerſum corpus vacuant. Quemad “ modum igitur balneatores purgare ſe balnea dicunt, quum “ ab illorũ lapidibus lutum & ſordes abſtergũt: ita ventriculi “

&

Muſæ interpretatio inepta.

Obiectio diluitur. Aph. 5.

,, & inteſtinorũ cataclyſmata,pituitã & bilem ipſorũ abluunt.
,, Quando itaq; hyeme generatur in ventre pituita, vacuari
,, ipſam vomitu conſulit. Aeſtate aũt bilẽ ſurſum conſcendẽtẽ,
,, deorſum reuellere. Verumtamen vniuerſum vbi purgare vo
,, lueris, æſtate per ſuperiorem, hyeme vero per inferiorẽ ven
,, trem medicãdũ erit, vt eſt in aphoriſmis relatum. Nã quę in
,, pręſenti abundant, iis purgatio medetur. At quibꝰ ne augeã-
,, tur velis obſiſtere, per contraria loca retrahere conducit.
,, Hæc ille. Quæ nunc diximus, Gal. etiam confirmat in libello cui titulũ fecit, De iis quos purgare oporteat, ca. 4. vbi ita ſcriptum reliquit: Decet bilioſum humorem partibus vacuare ſupernis, ſicuti pituitoſũ infernis. Quanquã vice verſa ſit nonnunquam faciendum, vbi videlicet, in ventriculo pituoſus humor, in inteſtinis verò bilioſus coaceruatur.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Humor melancholicus.] Aldinus codex habet φλεγματικὸς, id eſt pituitoſus, & rectè quidem. Quippe loquitur Gale. de æſtate & hyeme temporibus, in quorũ altero bilis, altero autẽ pituita, minimè verò melancholia redundat. Hęc enim vt Gal. in lib. ſuprà citato de iis quos purgare oportet teſtatᷣ, nunquam per vomitũ expurganda erit. Ait enim diſertis verbis, Perpetuò melancholicũ humorẽ inferne purgare cõuenit. Senſus itaq; verborum Galeni in Commẽ. is erit. Accidit interdum, vt æſtate pituita, humor certè ab eius natura alienus, in corpore abundet: ideóque tum non per ſuperiora, ſed inferiora potius purganda venit. Contrà contingit nonnunquã, vt in hyeme bilis præter illius tẽporis naturã redũdet: quare non per inferiora, ſed ſuperiora magis vacuanda erit,
2.aph.21. quia eò natura is humor repit. Quę vero educẽda ſunt, vt ait Hipp. eò duci per cõferẽtia loca debent, quò maximè natura tendit. Quid multa? ſi æſtas & hyems naturas ac tẽperaturas ſuas ſeruant, in æſtate quidẽ bilis, in hyeme vero pituita naſcitur, & abundat in corpore. Quapropter meritò æſtate per vomitum, hyeme autem per aluum magis vacuandum erit.

APHORISMVS V.

Ὑπὸ κύνα, καὶ πρὸ κυνὸς, ἐργώδεες αἱ φαρμακεῖαι.

Sub cane, & ante canem, medicamentorum purgantium vſus moleſtus atque difficilis eſt.

Anni

ANni tempora, quæ ortu & occaſu ſiderũ diſtinguuntur, à medico diligenter eſſe obſeruanda, hoc in Aph. Hipp. docet, dum ſcilicet ſub cane & ante canem moleſtas & laborioſas eſſe purgationes tradit. Vt hinc etiã omnibus perſpicuum fiat, quod ea Aſtronomiæ pars quæ ortus & occaſus ſiderum docet, medico ſit cognitu neceſſaria. Cæterum ſidus quod Hippocrati aliiſque Græcis κύων dici ſolet, Latinis appellatur canis. Stella vero quæ poſt hoc ſidus oritur, Græcis σείριος nominatur, ἀπὸ τοῦ σειραίνω, quod iiſdem ξηραίνω, hoc eſt, exicco ſignificat. Quippe ea horis matutinis oriẽte, ingens ſit æſtus, ac magna ſiccitas. Eſt autẽ σείριος ſtella in ore canis, quæ vetuſtioribus Latinis Canicula dici cõſueuit. Cernitur quidẽ in medio quoq; diei, ſpeculo aquis aduerſus ſolẽ impoſito. Hæc alio nomine Græcis προκύων, hoc eſt, anticanis, Latinis vero Canis minor appellatur. Ita enim eam vocat Plinius lib. 2. cap. 47. & lib. 18. cap. 28. quemadmodum etiam Higinius. Canis autem totũ ſidus veteribus eſt dictũ. Cuius rei grauiſsimus teſtis eſt Gal. qui lib. 1. Epidem. conſtitut. 1. Comment. 1. ita ſcriptum reliquit, σείριον ὀνομάζουσιν ἔνιοι καὶ κύνα, καταχρώμενοι τῇ τοῦ παντὸς ἄστρου προσηγορίᾳ. κύων μὲν γὰρ τὸ σύμπαν ἄστρον. ὁ δ' ἐπὶ τοῦ γένυος αὐτοῦ, σείριος, ὃν ὀρθῶς ἄν τις ὀνομάζει τὸν προκύνα, οὐ τὸν κύνα, Sirium nonnulli nominant etiam canem, totius ſideris abutentes appellatione. Canis enim vniuerſum eſt ſidus. Quæ vero intra eius eſt maxillas ſtella, Syrios; quam vtique recte quis nominat Anticanem, non canem. Idem Aratus, vbi de cane in ſuis φαινομένοις agit, iis verſibus indicauit, dicens.

Astronomia cogni-tu neceſſaria. Canis. σείριος. Canicula. προκύων. Canis minor. Canis. Anticanis

Τοῖος καὶ φρουρὸς ἀειρομένῳ ὑπὸ νώτῳ
 Φαίνεται ἀμφοτέροισι κύων ὑπὸ ποσσὶ βεβηκὼς
Ποικίλος, ἀλλ' οὐ πάντα πεφασμένος, ἀλλὰ κατ' αὐτὴν
 Γαστέρα κυάνεος περιτέλλεται, ἡ δὲ οἱ ἄκρη
Ἀστέρι βέβληται δεινῷ γενύς, ὅς ῥα μάλιστα
 Ὀξέα σειριάει, καὶ μιν καλέουσ' ἄνθρωποι
Σείριον. Quos quidem Cicero ita reddidit:

Namque pedes ſubter rutilo cum lumine claret,
Feruidus ille canis ſtellarum luce refulgens.
Hunc tegit obſcurus ſubter præcordia veſper,
Ver toto ſpirans rabido de corpore flammam,
Aeſtiferos validis erumpit flatibus ignes,

Totus ab ore micans iacitur mortalibus ardor.

Diſertis autẽ verbis Aratus, inquit, ſummã canis maxillã feruida ſtella eſſe inſignitã, quæ quidẽ vehementer admodũ exiccat, quámq; homines Siriũ appellant. Ex iis vero quæ iã

Sirius quæ ſtella veteribus dicta.

diximus, palã fit, veteribus eã ſtellã quę in maxilla eſt canis, priuatim dictã eſſe ſiriũ: quod Arati etiã interpres cõfirmat, qui in explanatione iam citati loci ſic ſcriptũ reliquit, *ἀκό-τος ἐν ποικίλος ὄφιν, διὰ τ᾽ ἐπ᾽ ἄκρας αὐτῆς τῆς γένυος ἀστέρα, ὃς ἰδία σείριος καλεῖται.* Dicitur quoque canis minor, canicula, & procyon, hoc eſt, anticanis. Quod idem teſtatur interpres, qui inter cætera ita ſcribit, *πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ μικροῦ κυνὸς ὃς καλεῖται προκύων, διὰ τὸ καὶ πρὸ τοῦ σειρίου ἀνατέλλειν.* Quibus equidem verbis cauſam etiã affert, quapropter canis minor ſeu

Procyon vnde dicta ſtella.

canicula ſit dicta procyon: quòd ſcilicet in anteriore parte canis, hoc eſt, maxilla, ſit ſita. & quia ante eundẽ oriatur. Hęc copioſius dixi, quòd recentiores aliter de canis nominibus loqui cõſtet. Canem enim maiorem, contra omniũ veterum

Canis minoris ort⁹.

morem, caniculam vocant. Quod ad ortum vtriuſque canis attinet ſciendũ canem minorem, vt Higinius autor eſt, cum Leone ſidere oriri. Plinius libr. 2. cap. 47. diem planè ſignificauit inquiens. Ardentiſsimo æſtatis tempore exoritur ca-
" niculæ ſidus, ſole primam partem Leonis ingrediente. Qui
" dies 15. ante Auguſti Calendas, hoc eſt, die 17. Iulij oritur ca-
" nicula. Quod clarius fecit lib. 18. cap. 28. vbi ita ſcriptũ reliquit, Decimoſexto Calend. Auguſti procyon exoritur. dein-
" de poſtridie fere vbique confeſſum inter omnes ſidus indi-
" cans, quod canis ortũ vocamus, ſole primam partem Leonis
" ingreſſo. Hoc fit poſt ſolſtitiũ vigeſimotertio die. Hæc ille.

Solſtitium æſtiuum quo olim fuit tempore.

Vnde colligi poteſt, ſolſtitiũ tum fuiſſe 24. Iunij die, qui hodie Diuo Ioãni Baptiſtę ſacer eſt, quod tamẽ hodie die eiuſdem menſis 12. eſſe ſolet. Caniculam hoc tẽpore oriri, Ptolemæus quoq; in libello de Inerrantiũ ſtellarũ ſignificationibus teſtatur. & Philotheus, qui inquit, *γίνεται δὲ ἡ ἐπιτολὴ τοῦ κυνὸς ἀπὸ δεκαενάτης τοῦ ἰουλίου μηνός.* Ortus vero canis accidit die

Canis maioris ortus.

Iulij mẽſis 19. Canis maior cũ cancro oritur, id quod fit ſexto Calend. Auguſti, hoc eſt, die 27. Iulij. Sub cane itaq;, ait Hip.

Sub cane & ante canẽ cur mo

hoc eſt, orto iam cane, & ante canem, minore nimirum cane exoriente (neque enim audiendi ſunt hoc loco, qui ſub cane interpretantur in oppoſito canis, hoc eſt, ſub hyberno ſolſti-

tio

tio, quòd ſcilicet nõ tantũ inepta ſit eiuſmodi interpretatio, ſed etiã Galeni enarrationi aduerſetur) vſus medicamentorum eſt moleſtus, quòd ſcilicet tum æſtus maximus, & facultas ipſa corporis imbecilla. Calor enim aeris ambientis è corpore foras euocatum ſpiritũ digerit, reſiccátque corporis habitum, ac imbecilliorem reddit. Facultas itaq; imbecilla prompte admodum à purgante à medicamento diſſoluitur. Aeſtus vero corpora ipſa incendit, febréſque excitat. Accedit medicamentũ purgans, quod cũ ſit natura calidum, corpus magis excalfacit. Quinetiã medicamenti purgantis, & aeris ambientis actiones ſibi pugnant: quippe ille ad exteriora euocat, hoc contrà ab externis, vt in Comm. etiam ait Gal. ad interiora trahit. Periculũ igitur eſt, ne ambobus inter ſe pugnantibus natura diſtrahatur, aut prorſus diſsipetur. Quanta vero ſit huius ſideris vis nõ tantum in humanis corporibus, ſed etiam aliis in rebus, teſtatur Plinius lib. 2. cap. 40. vbi in eum ſcribit modum: Nam caniculæ exortu, accendi ſolis vapores, quis ignorat? cuius ſideris effectus amplisſimi in terra ſentiũtur. Feruent maria exoriente eo, fluctuant in cellis vina, mouentur ſtagna. Canes etiam toto eo ſpacio maxime in rabiem aguntur. Merito itaque Hippocrates, ob immenſum æſtum qui cane exoriente exiſtit, purgationes ipſas moleſtas atq; difficiles eſſe dixit. Porro in Comment. nihil eſt quod annotatione dignũ ſit, niſi quod ſtatim initio ſic legẽdum erit: Exuſta enim tunc natura noſtra. Græcè enim eſt, ἐκπεπυρωμένη γὰρ ἡμῶν ἡ φύσις. Quare tituli inſcriptione hic nihil opus erat. *Leſtæ ſunt purgationes.*

APHORISMVS VI.

Τοὺς ἰσχνοὺς καὶ ῥηϊδίως ἐμέοντας ἄνω φαρμακεύειν, ὑποστελλομένους χειμῶνα.

Graciles & ad vomendum faciles, per ſuperiora purgare conuenit, cauendo hyemem.

QVa ratione graciles ſeu macilenti & ad vomendũ faciles ſint purgãdi, hoc in Apho. docet, nẽpe per ſuperiora, hoc eſt, vomitum. De iis autẽ loquitur, qui natura graciles ſunt nõ vi morbi. Hi enim cum natura ſint calidi, & ſicci, atq; adeo biliosi per ſuperiora, quo nimirũ is humor natura ſua tendit, ſunt purgãdi: idque faciendũ, ſi ad vomẽdum

faciles fuerint. Qui enim difficulter vomunt, iis ruptionis venarũ, quæ ſunt in thorace, periculũ imminet. Excluduntur igitur hac lege tabidi, quòd ſcilicet ob thoracis anguſtiam, non facile vomant, vt infrà, Apho. nimirũ 8. huius ſect. dicemus. Adiicienda vero, vt in Comm. etiã ſuis meminit Gale. vox Magis, perinde atq; 4. aph. fecit Hipp. erit. Nam magna ex parte graciles ſunt bilioſi, vbi ſcilicet venarũ latitudo acceſſerit, vt dictũ eſt in explanatione Aph. 44. 2. ſect. Quod ſi vero venarum latitudo non aderit, tum neceſſe eſt, vt gracilitas iſta nõ ſit naturalis, aut erunt melancholici. Magis etiã vox ideo adiicienda venit, quod nonnunquam ex accidente, hoc eſt, praua victus ratione cõtingat, vt in gracilibus procreetur pituita: & tum, quòd huc natura tendat, per inferiora magis quã ſuperiora purganda erit. Sed hic obtrudet nobis quiſpiam Celſum qui lib. 1. cap. 3. ſcribit, vomitũ inutilem eſſe gracilibus, & imbecillum ſtomachum habentibus quod plane Hippo. ſententiæ aduerſari videtur. Illi vero reſpondendũ erit, Celſum hic graciles eos vocare, qui vi morbi ſunt extenuati, ventriculúmque excrementis vacuũ obtinent, pleníſque oppoſiti ſunt. Id quod ſequentia ſtatim verba monſtrant, inquit enim, vomitus vtilis eſt plenis & bilioſis omnibus. Quare ſi recte hęc Celſi verba expẽdas, nihil Hippocratis ſentẽtiæ aduerſantur, quũ nihil aliud doceãt, quàm quòd illi qui exhauſti, graciles, viribúſque ſunt parum validis, nõ ſint vomitu vacuandi. Non autem ab re dixit, cauẽtes aut formidantes hyemem: in ea nanque, vt Apho. 4. eſt comprehenſum per inferiora potius purgandum erit.

Magis. Magna ex parte graciles bilioſi.

Obiectio diluitur.

Celſi locus enarratur.

APHORISMVS VII.

Τοὺς δὲ δυσημέας, καὶ μέσως σαρκώδεας, κάτω, ὑποστελλομένους θέρος.

Qui vero ad vomendum difficiles ſunt, & mediocriter carnoſi, hos per inferiora purgare conuenit, cauendo æſtatem.

Qvòd eos qui ad vomendum difficiles, minúſque idonei ſunt, & mediocriter carnoſi, per inferiora vacuare cõuenit, hoc Apho. docet Hippo. Nam ſæpe accidit, vt humor quidẽ ipſe redundans ſuperiora petat, tamẽ per ea loca non erit vacuandus, eo quòd laborans hoc malo ad vomendũ ſit plane

Difficiles ad vomendũ & mediocriter carnoſi p inferiora purganda.

plane ineptus ac difficilis. Qui enim difficulter vomunt, iis vbi eos ad vomẽdũ vrſeris, ruptionis venarũ quæ in thorace ſunt periculũ imminet. Non autẽ temere adiectum eſt *μέσως εὐσάρκους*, hoc eſt mediocriter carnoſos, *εὔσαρκος* enim vox apud Græcos medicos bifariã accipitur. Interdũ enim idem quod *σύμμετρος*, hoc eſt tẽperatus, moderatus, mediocri corporis habitu præditus, vel vt Celſi verbo vtamur, quadratus ſignificat. Sic accipitur apud Hipp. 5. aph. 21. & Galenũ lib. 1. de Temp. ca. 5. Et lib. 2. cap. 5. Et lib. 1. de Tuend. ſanit. ca. 5. vt diximus ſuprà in enarratione Aph. 44. ſect. 2. Cũ itaque eius temperamentũ nulli vitio ſit obnoxium, conſeruandũ plane erit, nulliſque medicamentis alterandũ, vt copioſe Gal. lib. 1. & 2. de Tuend. ſanit. docet, tantũ abeſt vt purgatione egeat. Hinc eſt quod ſuprà Hippo. dixerit: qui corpore ſunt moderato, ſeu temperato, hos purgare periculoſum eſt. Cauſam ibidẽ expoſuimus. Philoth. ita temperatum ex omni parte, *ἀκριβῶς εὔσαρκον*, hoc eſt exquiſite temperatum vocat, inquiẽs, *ἀκριβῶς εὔσαρκος οὐ δεῖται καθάρσεως διὰ τὸ ἐν συμμετρίᾳ εἶναι παντί*, exquiſite temperatus purgatione nõ eget, quod omnino ſit cõmoderatus, *εὔσαρκος*, etiam interdũ idem ſignificat quod bene carnoſus, ſeu pinguis, atq; adeo plane opponitur ei qui gracilis eſt. Qua in ſignificatione ſumitur apud Gal. li. 6. de Tuẽ. ſanit. c. 10. vbi in eũ modũ ſcriptũ reliquit: *πίνοντες γοῦν κἀκεῖνοι τὰς ἀρθριτικάς τε καὶ ποδαγρικὰς ἀντιδότους, οἱ μὲν εὔσαρκοι καὶ παχεῖς καὶ πιμελώδεις, οὐδὲν βλάπτονται, λεπτοὶ δὲ ὑπάρχοντες*, &c. Quippe ipſi quoq; medicamentis arthriticis podagriciſque ebibitis, ſi carnoſi & craſsi & pingues ſunt, nihil lędũtur. Sin graciles, &c. E quibus verbis, omnib. perſpicuũ fit, hoc loco *εὔσαρκον* prorſus opponi *τῷ λεπτῷ*, hoc eſt gracili. Sic etiã accipitur à Gal. in lib. de Curandi ratione per ſanguinis miſſionẽ. ca. 11. vbi ait, *εὐσάρκοις δὲ καὶ λευκοῖς σμικρότης τῶν φλεβῶν*, pinguibus autẽ & candidis paruæ inſunt venę. Pingues vero mulieres intelligere Gal. per *εὐσάρκους*, euidentiſsimũ eſt, eas enim planè *ἰσχναῖς*, id eſt gracilibus opponit, quas ibidem amplas venas habere ſcribit. Cũ itaq; hoc in Aph. de neutro loquatur, primus enim nulla prorſus vacuatione, alter vero venę ſectione magis quã purgatione indiget, inſtar athletarũ. ideo vt certo ſignificaret, ſe de iis q nõ valde craſsi & pingues ſunt loqui, dixit *μέσως εὐσάρκους*. i. mediocriter carnoſos.

εὔσαρκος (margin)

2. aphor. 37. (margin)

Hi enim quum pituitoſi ſint, ad inferiores purgationes eſſe magis aptos conſtat. Rectè igitur hūc locum Philotheus ita interpretatur, dicens, εἰ γὰρ ὅλως μέσως εὔσαρκος καὶ δυσεμὴς, οὐ μὲν τι ἀκριβῶς, τούτῳ φλεγματικὸς χυμὸς ἢ μελαγχολικὸς περιττεύει, καὶ διὰ τοῦτο κάτω κενοῦσθαι χρή. Si enim mediocriter carnoſus eſt, & ad vomendum difficilis, non autem exquiſite, huic ſanè pituitoſus aut melancholicus humor redūdat, ideóque per inferiora vacuari eos oportet. Cauere autē oportet æſtatē, quòd hoc tempus per ſuperiora purgationem magis requirat.

APHORISMVS VIII.

Τοὺς δὲ φθινώδεας ὑποστελλόμενος, καὶ τὰς ἄνω φαρμακείας οὐδέποτ' ἄξεις.

Tabidos cauendo, nunquam ad ſupernas purgationes ducas.

QVum paulò ante, Aphor. videlicet 6. huius ſectionis, dictum ſit, graciles per ſuperiora eſſe purgandos, ne quis per graciles omnes eos qui ex quacunq; occaſione ſunt extenuati intelligeret, hanc ſubiicere ſententiam voluit, in qua docet, tabidos nunquam ducendos eſſe ad ſupernas purgationes. Videtur autem in multis exemplaribus hic Aphor. eſſe deprauatus ac decurtatus. aliquot enim ex eo verba in Gale. Comm. rapta eſſe apparet, illa ſcilicet, ἐπὶ τὰς ἄνω φαρμακείας οὐδέποτ' ἄξεις. Prætereà ὑποστελλόμενος potius quàm ὑποστελλομένους legendum eſſe cēſemus. Per φθινώδεας autem, quos tabidos Latini vocant, hoc loco nō intelligit eos qui ex quacunque occaſione extenuati ſunt, vt aliàs: ſed eos duntaxat, vt teſtis eſt in Comment. Galenus, qui ob pulmonis exulcerationem maciem corporis, ſeu phthiſim contrahunt: aut ad eam proni ſunt. Cauere autem in ſupernis purgationib' tabidos ideo oportet, quòd ſcilicet pulmonis vlcera propter commotionem illam quam vomitus excitat, mirificè irritentur & augeantur: & quòd inſtrumenta reſpirationi inſeruiētia in tabidis ſint imbecilla. Quod ſi vero ad tabem duntaxat proni ſunt, anguſtum quidem thoracē habebunt, atq; adeo ad venarum quæ in eodem ſunt fracturam idonei admodum erunt. In Galeni Commenta. nihil eſt quod annotationem requirat, niſi quòd ſententia quam ex 2. Epide. citat, eſt in conſtitutio. 1. Aphor. 18. ideo inſcriptionem conſilio omiſimus.

Tabidi p ſuperiora non purgandi.

φθινώδεες.

APHOR.

APHORISMVS IX.

Τὺς δὲ μελαγχολικὺς ἁδρωτέρως τὰς κάτω, τῷ αὐτῷ λογισμῷ τἀναντία προστιθείς.

Melancholicos autem vehementius per inferiora purgabis, eadem ratione contraria adhibens.

QVum in ſuperioribus aliquot ſententiis docuerit, quomodo bilioſi & pituitoſi purgandi ſint, nec etiam qua ratione melancholicos purgare conueniat, exponit. Per melancholicos vero intelligit illos, qui natura ſunt melâcholici, aut ex longa conſuetudine tales facti. Siquidem duplex eſſe temperamentum conſtat, naturale & acquiſititium. Hos itaq; monet Hipp. ἁδροτέρως, hoc eſt, vehemẽtius (idem enim quod σφοδροτέρως, Galeno in Commẽ. teſte, ſignificat) eſſe purgandos. quippe quum melancholicus humor ſuapte natura piger, terreus, & craſſus ſit, vehementiora etiam cæteris humoribus requirat medicamenta purgatoria neceſſe eſt. Cuius rei teſtis eſt Gal. qui lib. 14. Ther. meth. capit. 18. ita reliquit ſcriptum, Flauæ quidem bilis vacuatio eſt facilis, pituitæ vero, ac potiſsimum eius quę craſsior ac glutinoſior eſt, itémque nigræ bilis difficilior. Libro quoque 2. Prog. Commenta. 46. idem Gal. melancholicum humorem ſolutu difficilia committere mala ſcribit. Purgandi autem ſunt melancholici per inferiora. Cuius rei cauſam Galenus in Comm. affert, & ſequentibus verbis Hippocrates, inquiens, Eadem ratione contraria adhibens: quaſi dicat. Quemadmodum flaua bilis quę leuis admodum eſt, ſpontéque ſurſum repit, per vomitum vacuâda eſt: ita melâcholicus humor, quia craſſus ac grauis, deorſúmque vergit, per inferiora purgandus erit.

Melâcholici. Duplex tẽperamẽtũ. Melancholicus humor vehementiora purgantia medicamenta requirit.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Ventres autem.] Abundat vox, autem. Grϛcè enim eſt, φαρμακεύειν τὰς κοιλίας, δηλονότι τὰς κάτω τῶν μελαγχολικῶν ἁδροτέρως χρὴ, ventres ſcilicet inferiores melancholicorum vehementius medicamentis purgare oportet. Sic etiam in contextu redundant hæ voces duæ, Ratiocinari debere, quare expungendæ erunt. Fortius.] Græcè, σφοδρῶς, vehementer. Fluitet.] Græcè, ἐπιπολάζοντα, ſupernatet, aut in ſuperficie fluitet. Alterius.] Adiiciendum, quidem. Græcè enim eſt, ἰδίαν δὲ τῶν μὲν ἑτέρων τῶν χυμῶν. Secundum communem rationem.] Vt ſcilicet

quiſque illorum quò repit', ducatur. Apponentes.] Græcè, προστιθέις, apponens.

APHORISMVS X.

Φαρμακεύειν ἐν τοῖσι λίαν ὀξέσιν, ἢν ὀργᾷ, αὐθήμερον. χρονίζειν γὰρ ἐν τοῖσι τοιούτοισι κακόν.

In valde acutis morbis, ſi materia turget, medicamento purgante vtendum eſt eadē die. Cunctari enim in talibus malum eſt.

IN valde acutis morbis, vbi turget materia, eadē die purgandū eſſe, hoc Aphor. docet Hippoc. Valde autem acutos morbos vocat, quos ſuprà ſect. 1. Aphor. 7 κατοξέα, id eſt, peracutos nominauit, qui ſcilicet in quarto aut ſeptimo iudicantur. Vt autem certa quadam ratione medici hos morbos diſcriminarent, eos quidem qui in quarto finiuntur, exquiſite peracutos appellarunt. Eos vero qui ad ſeptimum vſq; protrahuntur, non exquiſite peracutos, vt in enarratione Aphor. 4. primæ ſect. diximus. Quinetiam Philotheus, perinde atq; Galen⁹, λίαν ὀξέα interpretatur, τὰ κατοξέα νοσήματα ὧν ἔσχατος καιρὸς ἐστι ἡ ἑβδόμη ἡ μοῖρα. In peracutis itaq; morbis, ſi materia turget, eadem die, αὐθήμερον, τουτέστιν, Philotheo interprete, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ, μὴ ἀναμένοντας δευτέραν ἢ τρίτην ἡ μοῖραν, hoc eſt, ſtatim in principio, non expectantes ſecundū aut tertium diē, medicamento purgante vtēdum erit. Eiúſq; rei cauſam ſubiungit dicens. Quippe in eiuſmodi morbis malum eſt cunctari, idq; tribus de cauſis, quas Gal. in Commen. refert. Non autem ab re dictum eſt ab Hippocrate, ſi materia turget. In acutis enim morbis, niſi turgeant humores, purgante medicamento nunquàm vtendum erit, vt demonſtrauimus in explicatione Aphor. 24. primæ ſect. Quid autem ſit apud Hippocratem ὀργᾷν, hoc eſt, turgere, diximus ſect. 1. Aphoriſ. 22. Philotheus breuiſsimè hæc verba ἢν ὀργᾷ, ſic eſt interpretatus, τουτέστιν ὁρμᾷ καὶ κινεῖται ὧδε κἀκεῖσε περιπλανώμενη, hoc eſt, ſi huc atque illuc concitatur & mouetur errans.

Valde acuti morbi. Peracuti morbi.

λίαν ὀξέα.

αὐθήμερον

In acutis morbis nō purgandū niſi turgeant humores.

ANNOTAT. IN GAL. COMMEN.

Dictum eſt à me prius.] Sectione nimirum 1. Commen. 22. & Commen. 1. huius ſectionis 4. Properant.] Græcè, ἐπειγομένων χρῆσθαι συνουσίᾳ, concitatur ad coitum. Naturali.] Addendum, quadā. Græcè enim eſt, φυσικήν τινα. Principalioribus.]

Grecè

Græcè, κατὰ τὰ κυριώτατα μέρη, principaliſsimis. Fœmina etiam in coitu ſemen excernit.] Quod Galenus multis argumentis demonſtrat contra Athenæum & Ariſtotelem lib. 2. de Semine: ad eum quidem locum ſtudioſos ablegamus. Nõnulla etiam diximus de hac re in annotationibus noſtris in lib. 1. de Tuend. valetud. Prius.] Sect. 1. Aphor. 7. Horũ.] Adiiciendum, iudicationis. Græcè enim eſt, ὅτι ἡ τούτων κρίσιος, quod horum iudicationis terminus, &c. Prius.] Vbi ſuprà. Fœmina in coitu ſemẽ excernit.

APHORISMVS XI.

Ὁκόσοισι στρόφοι, καὶ περὶ τὸν ὀμφαλὸν, πόνοι, καὶ ὀσφύος ἄλγημα μὴ λυόμενον, μήτε ὑπὸ φαρμακίης, μήτ᾽ ἄλλως εἰς ὕδρωπα ξηρὸν ὑδρύεται.

Quos inteſtinorum dolores, & iuxta vmbilicum labores, lumborúmque dolor infeſtat, qui neque à medicamento purgante, neque per alia præſidia ſoluitur iis in aquam inter cutem ſiccam firmatur.

HIc Aphoriſmus ad artem quæ futura prędicit, pertinet, quippe quando aqua inter cutem ſicca, quam Tympaniten vocant, futura ſit, certis ſignis edocet, inquiens: Quibus τρόφοι, hoc eſt inteſtinorum dolores, Cornelio Celſo lib. 1. ca. 6. interprete, ὀδύναι κατὰ τ᾽ ἔντερα, & iuxta vmbilicum cruciatus, lumborúmque accidit, ob nimirum flatuum copiam prædictas partes diſtendentium, atque adeò vnitatem ſoluẽtium quemadmodum copioſè libr. 12. Ther. meth. Galen. demonſtrat. De dolorum quoque cauſis non nihil ſuprà in enarratione Aphoriſm. 6. ſectione 2. dictum eſt: qui neque à medicamentis purgantibus humores frigidos, ac flatulentos ſpiritus educẽtibus, neq; ἄλλως, hoc eſt, Philotheo interprete διὰ ἄλλων βοηθημάτων, per alia auxilia, vt ſunt clyſteres, fomenta, inunctiones diſcutientes, & id genus alia, in hydropen ſiccam & tympaniam tranſit. Quum enim haud ſoluitur, ſignum eſt in illis partibus eſſe intemperiem quæ amoueri non poteſt. Philotheus quidem hunc Hippocratis locum enarrans, putat iſtam intemperiem eſſe frigidam. Sed referamus eius verba, quæ ſic habent, τὴν δυσκρασίαν ἧ ταύτην ὑφ᾽ ἧς ὁ τοιοῦτος ὕδρωψ γίνεται ἀποτελεῖ ψῦξις μεγάλη, τίκτουσα πάχυτατα πνεύματα, hanc intemperiem vnde aqua inter cutem

Aqua inter cutem ſicca. στρόφοι.

Philothei ſentẽtia refutatur.

eiuſmodi fit,magna efficit frigiditas, craſsiſsimos generās flatus.Atqui Gale. in Commẽ.tympaniam non à magna frigiditate, ſed exigua procreari tradit:idque rectiſsimè.Neq; enim abſolutum frigus, neque vehemens calor flatus generare poteſt.hic enim vincẽs ea quę complectitur,cibum extenuat, miniméque ad flatuum procreationem idoneos efficit,illud vero neque extenuat, neque conficit, neque diſſoluit cibum.Calor autem parum validus,vt cibos quodammodo diſſoluit, ita non exquiſite conficit, quare ſubinde flatus neceſſariò exoritur.Quod in externis etiam reb⁹ videmus. Frigidiſsima enim cõſtitutio, ac calidiſsima,aërem purum & ſerenum efficiunt,media vero nebulas parit, vt copioſius Gale.lib.3.de Sympt.cauſis,ca.7.oſtendit. Aquam vero inter cutem ſiccam,vt quæ ex flatibus potiſsimum generetur tum fieri nõ eſt mirũ. ANNOTAT. IN CAL. COMM.

Flatuũ generationis cauſa.

Tormina.]Grĉcè,στρόφοι,inteſtinorum dolores rectius conuertes,ne quis dyſenteriam,Celſum ſecutus,intelligat.Solet enim is dyſenteriam interpretari tormina.Sed inteſtinorũ.] Græcè,ἀλλ' ἐν τοῖς τῶν ἐντέρων ἕλιξιν ἐναπειλημμένον,ſed inteſtinorum anfractibus ſeu inuolucris interceptus. Neque à medicamentis.] Græcè, ἔπειτα μήτε ὑπὸ φαρμακείας, deinceps neque è medicamentis.Summus venter.] Græcè, τὸ ὑπογάστριον, imus venter, de quo multa diximus in explicatione Aphor. 35.ſectionis primę.Quod vero & hoc modo,&c.]Græcè,ὅτι δ' ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν ὄγκον ὁμοιότητος ὕδρωπα, &c. quod vero à tumoris ſimilitudine hydropem,&c.Non tamen humidum eſt.]Grĉcè,οὐ μὴν ὑγρόν γε καθάπερ τὸν ἀσκίτην,Non autem humidi ſicuti aſcitẽ.Vt ſit ſenſus:Hippocrates nominauit hoc morbi genus hydropen à tumoris ſimilitudine,non tamen humidi tumoris vt aſciten.in tympania enim tumor eſt à flatu lento ſpiritu,in aſcite ab humoris aquoſi copia. Membrana abdominis interiore.]Græcè,τῷ περιτοναίῳ.Eſt autem peritonæum membrana abdomine diſtincta,tenuiſsima,latis & cõtinuis araneorũ telis ſimillima,muſculis abdominis ſubſtrata.Arabes Siphac vocant. Non rectè igitur interpres conuertit in membrana abdominis interiore: cum ſimpliciter dicẽdum fuiſſet,in peritonæo. APHORISMVS XII.

Tormina.

Interpretis lapſus.

Peritonęũ

Siphac.

Interpretis erratũ.

Ὁκόσοισι κοιλίαι λιεντεριώδεες, χειμῶνος φαρμακεύειν, ἄνω, κακόν.

Quorũ

Quorum alui leuitate inteſtinorum infeſtantur, hos hyberno tempore per ſuperiora purgare malum eſt.

DOcet in hoc aphoriſmo Hipp. ꝙ ij qui lienteria ſeu leuitate inteſtinorũ laborant, hyeme non ſint ſuprà purgandi. Siue igitur à pituita acida, ſiue ab humore acri & tenui, hoc eſt bilioſo, fiat inteſtinorum leuitas, in ea tamen hyberno tẽpore, vt ſuprà aphor. 4. dictũ eſt, per vomitũ purgandus æger nõ erit. Quippe tũ humores, vt loco iam citato cõmemoratũ eſt, in vniuerſo abũdantes corpore, ſunt pituitoſi, ideóq; ad inferiora magis repũt quàm ſuperiora. Per purgationem autẽ Hipp. eã quæ vniuerſum corpus purgat, intelligit. In particulari enim diuerſum facere licebit. Verbi gratia, vbi ventriculũ tantum leuare pituita conamur, vbi nihil aliud obſtiterit, licebit eã hyberno etiã tẽpore per vomitũ educere. Pari ratione, ſi flaua bilis in inteſtinis tãtũ hæſerit, per inferiora, ęſtate etiã ipſa, purgare non abſurdum erit, vt in enarratione quarti aphoriſmi huius ſection. fuſius docuimus, & in Comment. ſuis in hunc aphoriſmum Gal. tradit.

Hyeme totũ corpus per inferiora purgandum.

Purgatio.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Deiiciũtur.] Adiiciendũ, qualia ſunt ingeſta. Gręcè enim eſt, *ἡ διαχώρησις γίγνεται τοιούτων οἷα κατεπόθη*. Intemperaturas.] frigidas ſcilicet. Nam, vt Gal. ſect. 6. apho. Comm. 1. teſtatur, leuitas inteſtinorũ ex frigore interdũ oritur, propter quod nulla fit ciborũ in ventriculo immutatio. Humidas etiam, quæ nimirũ retentricẽ inteſtinorũ facultatẽ mirificè impediunt. Eorũ verò quę continẽtur in inteſtinis, nihil poteſt per vomitus vacuari. Hoc quidẽ dictũ pugnare videtur cum eo quod ſcribit alibi Gal. Quippe in ſect. 7. aph. Com. 10. tradit, in ileo ſtercus vomi. Stercus autem gigni in inteſtinis ſatis conſtat ex iis quæ diximus lib. 3. Paradox. ca. 6. Item lib. 3. de Sympt. cau. c. 3. diſertis verbis aſſerit, nõnullis clyſteres adeò aſcendiſſe, vt vomitione reiecti ſint. Reſpondendũ nihil eorum quę in inteſtinis cõtinẽtur, naturali ratione per vomitũ vacuari. Quod autem interdum ſtercus aut clyſteres per letalem voluulum vomitu reiiciantur, idipſum quidẽ accidit, quòd violenter ſurſum ferantur, idq; proptereà quòd ventriculus & inteſtina iam non ſe habeant ſecundum naturam, vt eleganter admodum loco iam citato Galen. docet, vbi inter

Leuitatis inteſtinorũ cauſæ.

Nũ ea quę cõtinẽtur in inteſtinis per vomitum vacuari queant.

cætera

„ cętera in eum ſcribit modum: Quum ſecundum naturam ſe
„ habuerit ventriculus, è ſupernis partibus per gulam ad ſe
„ trahit, atq; per inferiores deiicit. Quum verò præter natu-
„ ram affectus eſt, etiam ab infernis aliquid aſſumit. Quippe
„ nonnullis clyſteres adeò aſcenderũt, vt vomitione reiiceren-
„ tur, quemadmodum & ſtercus per letales voluulos. Atqui ſa-
„ tius fuerit per huiuſmodi affectus, vt dicamus ventriculum
„ non trahere, ſed ſuſcipere duntaxat ea quę ob inteſtina com-
„ primentia violenter ſurſum feruntur. Nam quòd inteſtina
„ conſtringuntur, id ipſis ſecundum naturam conuenit, atque
„ cõſtrictionis auxilio adiuta, cibum ad infernas partes deii-
„ ciunt. Verùm per affectus quoſdam quum contractrix motio
„ inceperit fieri deorſum, latio eorum quæ in iis continentur ſurſum fit. Hæc ille. Quibus ſanè verbis Gal. diſertè docet, cur interdum violenter & præter naturam ea quæ in inteſtinis continentur, ſurſum ferantur, ac vomitu reiiciantur.

APHORISMVS XIII.

Πρὸς τοὺς ἐλεβόρους τοῖσι μὴ ῥηϊδίως ἄνω καθαιρομένοισι πρὸ τοῦ πόσιος, προϋγραίνειν τὰ σώματα πλείονι τροφῇ, καὶ ἀναπαύσει.

Qui ad veratri ſumptionem non facilè ſurſum purgantur, horum corpora ante potionem prahumectanda ſunt vberiore cibo atque quiete.

DOcet in hoc aphor. Hippo. per veratra non quoſuis eſſe vacuandos, ſed eos tantũ qui facilè nullóq; negotio vomunt. Contrà eos qui difficulter vomere ſolent, non eſſe vacuandos hortatur, niſi eorum corpora prius cibo pleniore & quiete præparẽtur. Veratri autem, quod duplex eſt, album & nigrũ, meminit, ꝙ eo crebrò ad vomitiones vſa ſit antiquitas. Fuerunt enim olim multò quàm hodie ſint frequentiores vomitus, ita vt non temere Aſclepiades, vt autor eſt lib. 26. c. 3. Plinius, vomitiones tunc ſupra modum crebras damnauerit. Quod hodie ſub nomine veratri nigri vendũt officinæ, non eſt legitimum, vt in noſtris de Stirpium hiſtoria Comm. demõſtrauimus, neq; exquiſita admodũ præparatione eget, & de eo drachma integra ſine omni diſcrimine dari poteſt. Album, ꝙ eius ſumptio periculo haud vacet, non niſi

Veratrum duplex.

Vomitus olim frequentes.

Elebori albi exhibẽdi pondus

exig

exigua quantitate exhiberi debet. Datur de non præparato ſcrup.1. De præparato autẽ drachma ſemis, aut ad ſummum, ſcrupuli 2. Præparatur verò & corrigitur eius malitia variis modis: aut enim in paſtã impoſitus, perinde atq; ſcammonia torreſit, torrefactúſq; ſubinde exhibetur. Qui ſanè modus eſt Dioſcoridis, qui lib.4. de eo ſic ſcriptũ reliquit: Panis etiam compinſitur, & torreſit. Poteſt verò & panis is, in quo elebo-rus coctus eſt dari, qui itidẽ ſine omni periculo purgat. Præparatur etiã aliis multis modis, vt videre licet legẽti Aetiũ lib.3.c.124. & ſequentibus. Et Pau. lib.7.c.21. Infigitur etiam integris die & nocte raphano, dein poſtridie vbi in raphanũ elebori vires migrauerint, verato amoto, raphanus minutiſ-ſimè diſſectus in oxymelite, maceratur propinatúrque oxy-mel. Hícq; modus dandi veratrũ eſt Galeni, quem tradit in cap.3. lib. cui titulum fecit, Quos purg. opor. Et vbi in oxy-melite exhibetur veratrũ, facilius Gal. etiã teſte, & celerius exit. Cæterũ difficulter vomunt, quibus thórax eſt anguſtus ac depreſſus, vt ſuprà in enarratione aphor.8. huius ſect. dictum eſt. Promptè enim iis vaſa pulmonis & reſpirationis inſtrumentis ſeruientia rũpuntur. His itaq; veratrum dandũ non eſt, niſi illorũ corpora pleniore cibo & quiete humectẽtur, vt ſcilicet ex eorundẽ humectatione fluxile corpus fiat, meatúſq; reſerentur & laxentur. Vberiore verò cibo vtendũ, non quidem in quantitate, ſed in qualitate. Nam, vt Gale. in Com. ait, nõ cibus ſimpliciter plenior aptus eſt, vt natura humectet, ſed quicunq; nullã vehementẽ trãquillitatẽ obtinet. Sic Philot. etiã hũc Hip. locũ interpretatur dicẽs, τὸ γὰρ πολλῇ τροφῇ οὐ ποσότητι ληπτέον, ἀλλὰ ποιότητι, quod Hipp. dixit, multo cibo, non de quãtitate intelligendũ eſt, ſed qualitate. Humectante itaq; cibo vberiore vtendum & quiete. Hæc autẽ qua ratione humectet, Gal. in Com. abundè docet. Humectatione autem illa ideo opus eſt, quia niſi pręhumectentur nerui, ligamenta, aliæque partes corporis ſicciores cibo & quiete, conuulſionem haud dubiè concitabit veratrum, quod in tertio ordine calidum & ſiccum, maximáq; trahendi facultate præditum eſſe cõnſtat. Facilè itaque iis partibus inanitis & exiccatis cõuulſionem afferet, quæ letalis erit, Hip. teſte, qui ait, Conuulſio ex veratro letalis eſt. Cæterùm ad ſententiam nunc enarratam alludit lib.6. Epidem. part.5. aph. 28. Hipp. vbi

Præparatio.

Qui difficulter vomant.

Vberiore cibo vtendum quo modo.

Humectatione cur in acceptione veratri opus.

vbi ita ſcriptum reliquit: Quòd ſi volueris vt is qui bibit veratrum celerius purgetur, vt lauet aut comedat iube.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Aqua verò neq; pota.] Soli cibo ſimpliciter dictio ineſt, Gal in Comm.teſte, vt ex natura ſolidas corporis partes nutriat. Quũ verò aqua nõ nutriat, Gal.lib.3.Vic.acu. Com.17. teſte, igitur neq; ſolidas corporis partes (quanquàm vt idem Gal.lib.1.de Simpl.med.fac.c.33.ait, omnium ſit humidiſsima) humectabit. Extrinſecus quidem occurſans aqua carneas corporis partes humectare poteſt, at non ſolidas. Solidarum enim partium ariditas, Gal.ca.vlt.de maraſmo teſte, alimentis reparatur, non extrinſecus occurſantibus. Hinc eſt quòd lib.1.Vic.acut.Commen.22. aquam minus humectare, quàm mulſam & vinum, tradit idem Gal. quòd ſcilicet hæc ipſa ſolidas corporis partes humectent, aqua verò minimé.

Cur aqua ſolidas corporis partes nõ humectet.

APHORISMVS XIIII.

Ἐπὴν πίῃ τὶς ἐλέβορον πρὸς μὲν τὰς κινήσιας τῶν σωμάτων μᾶλλον, ἄγειν, πρὸς δὲ τοὺς ὕπνους καὶ μὴ κινήσιας ἧσσον. δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ναυτιλία, ὅτι κίνησις τὰ σώματα ταράσσει.

Eum qui veratrum biberit, ad corporis motus magis, ad ſomnos vero & quietem minus ducere oportet. Corpora autem motu turbari, nauigatio indicio eſt.

IN eo qui præcedit aphoriſmo, Hipp.de Præparatione quę ante veratri ſumptionem eſt neceſſaria, diſſeruit. In præſenti, quid ab eiuſdem ſumptione ſit agendum monſtrat, inquiens: Eum qui veratrũ biberit. E quibus ſanèverbis abundè liquet, veteres veratrum in potione, nẽpe oxymelite propinaſſe. Hoc enim modo datũ minus nocet, Hipp. in libello de Veratri vſu teſte, nec ſuffocat. Debet autẽ, vt ibidem Hip. docet, potionis eſſe tertia pars. Quod verò de veratro dixit Hipp.id ad quoduis aliud medicamentum vehementer purgans transferendum erit. Ab horum enim ſumptione motu potius quàm quiete & ſomno vtendũ, quòd is nimirum corpora turbet, ac medicamenti actionem iuuet. Motus enim Philot.autore, facultatem medicamenti ad iecur, venas, cerebrum, thoracẽ, aliáſq; corporis partes defert, ſicq; humores attr

Veratri veteribus in potione vſus.

A purgatione cur motu vtendum.

attrahit. Motus prætereà humores fundit, fluxiléſq; facit. Per motum verò non intelligere oportet vehementes motiones, eas enim Hipp. πόνυς non κινήσιας appellare ſolet, vt videre licet lib. 2. de Tuen. ſan. c. 2. Galeni. Tantum itaq; motum eſſe conuenit, vt humores agitet, ac facultatē expultricem quaſi excitet. Cæterùm in ſomno & quiete, ait Philot. naturales facultates magis agunt, ac purgans medicamentū concoquūt, eiúſq; actionem frangunt. Quare purgatorio medicamento epoto, dormiendū nō eſt, quòd ſcilicet hac ratione actio medicamenti frangatur & impediatur. Neq; obſtant Muſæ rationes, quibus hoc loco ſomnum à medicamenti purgantis ſumptione conferre potius quàm nocere, temere admodum oſtendere conatur, quarū quidem hæc vna & præcipua eſt, ꝙ ſomnus materias ad ventriculū trahit: altera, ꝙ per ſomnum medicamentum in fumos reſoluatur, & per venas ad trahendas materias quæ vacuari debēt, penetrat: tertia, ꝙ in ſomno id quod bonū eſt à malo ſegregatur, & coctio quædā quodam modo fit: quarta, per ſomnū corporis vires ſimul cum medicamento ad paruas materias per ſuas conuenientes vias expellendas, impetuoſius concurrunt. Nam, vt ordine has ipſas diluamus, primum minimè verū eſt, ꝙ ſcilicet ſomnus materias ad ventriculum trahat, cū, vt paulò antè dictum eſt, in ſomno medicamentū cōcoquatur ferè, atq; eius vis diſſoluatur, frangatúrq;, vt à remotiorib. partib. trahere ſubinde nō queat. Magis igitur tractionem medicamēti impedit, quàm iuuat ſomnus. Dein vtcunq; cōcedamus per ſomnū in fumos reſolui medicamentū, tamen cū autore Hipp. in ſomno ſanguis, & cū eo ſpiritus intrò magis repat, nō poteſt fieri vt venas penetrēt fumi illi, quin potius cū ſanguine ad interiora remeabunt. Tertiò, concedimus quidem in ſomno, ſi nihil aliud impediat, bonū à malo ſeparari, & coctionem fieri: ſed hoc nomine minus eſſe dādū illo tēpore medicamētū cōtendimus, ídq; duplici de cauſa, ne ſcilicet naturę actionē & coctionē ipſam impediamus, & coctū atq; alteratū ſubinde etiā à naturali calore medicamentū vim ſuā amittat. Quartò nō poteſt virtus cū medicamēto ipſo impetuoſius ad expellēda noxia concurrere, quod ſomnus medicamenti, vt iam ſæpe monuimus, actionem frangat & impediat. Quod etiam hîc à contrario innuere voluit Hippoc. dum ait, motum corpora turb

Motus.

A purgatione non dormiēdū

v. Epid. part. 5. Aphor. 29.

turbare. Si enim motus turbat, igitur ſomnus & quies non turbant: atq; adeò vtraq; immodicã purgationẽ, vt ſequenti aphor. Hip. & experiẽtia quoq; ipſa cõfirmãt, reprimũt. Nullius itaq; momenti Muſæ rationes eſſe conſtat.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Quum igitur talis motus fuerit, &c.] Gręcè, *ἐπεὶ τοίνυν ἡ τοιαύτη κίνησις ἱκανὴ καὶ μόνη παρασκευάσαι τὸ σῶμα πρὸς ἔμετον*. Quũ igitur talis motus ſufficiens ſit etiam ſolus, corpus ad vomitum præparare. Vt ſi medicamento coniungatur.] Omiſſa ſunt hoc loco duo verba. Græcè enim ita legitur, *εἰκὸς δὲ προσελθοῦσαν αὐτὴν ἐμετικῷ φαρμάκῳ μικρῷ τινι γενέσθαι δραστικωτέραν*, par eſt vt ſi ipſe vomitorio alicui medicamẽto leuiori coniungatur, fiat efficacior. Vt ſit ſenſus verborum Galen. eiuſmodi: Si ſe ſolo motus poteſt corpori concitare vomitũ, multò magis concitabit, ſi medicamentum vomitorium, quantumuis leue, acceſſerit.

APHORISMVS XV.

Ἐπὴν βούλῃ μᾶλλον ἄγειν τὸν ἐλλέβορον, κίνει τὸ σῶμα. ἐπὴν δὲ παῦσαι, ὕπνον ποίει, καὶ μὴ κίνει.

Quum volueris vt veratrum magis ducat, corpus moue. Vbi vero ſiſtendum eſſe cenſueris, ſomnum conciliato, & haud moueto.

PRæcedenti aphoriſmo docuit Hipp. quòd medicamenti purgãtis iam aſſumpti vis per corporis motum ſit excitanda. Nunc idem quod anteà docet, ſimúlq; qua ratione immodicam eiuſdem purgationẽ ſiſtere ac cohibere oporteat monſtrat, inquiens: Vbi volueris vt veratrũ, aut aliud quoduis medicamentũ purgans magis ducat, efficaciúſq; vacuet, moue corpus, propter cauſas in præcedenti aphoriſmo expoſitas. Quũ vero ſiſtere, ac ſedare immodicã purgationẽ volueris, ſomnũ facito, nec moueto corpus. Quippe, Philot. teſte, ſomnus animaliũ & vitalium facultatũ quietẽ affert, atq; adeò eaſdẽ corroborat, quæ ſubinde robuſtiores factæ aſſumptum medicamentũ, attractóſq; ab iis humores cõcoquunt.

Somnus actionem purgantis medicaméti ſiſtit.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Quj veratrũ ſumpſit.] Rectè ita interpres conuertit hunc Gal. locum. Græcè enim eſt, *τὸν ἐλλέβορον εἰληφότα*, id eſt eum

Comm.

qui ſumpſit,non ſumpturus eſt, vt Braſauolus perperã eſt interpretatus, veratrũ. Quã certè interpretationem cõtrà interpretum omniũ mentem confinxiſſe Muſam cẽſeo,vt haberet anſam Galenũ temerè vellicandi, quaſi is minus rectè Aphoriſmũ Hippocratis introduxerit. Tamen omnibus cõſtat non Galenũ,ſed Muſam potius Hipp.ſententiam nõ rectè intellexiſſe.Vellem itaq; vt deinceps diſceret Muſa,cautius tantum virum reprehẽdere. Non eſt autem abſque ratione,&c.]Græcè, σύμφορον δὲ τἀναντία τοῖς ποιοῦσι τὸν ἔμετον, πχύειν τὴν κάθαρσιν. Rationi vero conſonum eſt,vt ea quæ cõtraria ſunt iis quæ cient vomitum,ſedent purgationẽ. In quo motus animales.]Græcè, ἠρεμίαν ἐργαζόμενον τῶν ψυχικῶν ἐνεργειῶν, in quo actiones animales ociantur, quieſcúntue.Simile eſt quod lib.1.de Sym,cau.ca.9 ſcribit Gal.inquiens:Neminem latet,ſenſus per ſomnos aut ocioſos omnino eſſe,aut debiliter agere.Et paulò pòſt iterũ,Itaque toto hoc tempore, ait, quo quis dormit animalis facultas quieſcere,naturalis vero validius agere videtur.Qui & per ſenſum fiũt.]Quæ legendum, refert enim actiones. Intelligit itaque actiones animales ſenſificas,quæ numero quinque ſunt, videndi,odorandi,guſtandi,audiendi,& tangendi. In motibus qui fiunt ex appetitu.]Grçcè, ἐν ταῖς καθ' ὁρμὴν κινήσεσιν, in motibus qui voluntate ſuſcipiuntur, aut voluntariis ſimpliciter, intelligit autem motrices actiones.

Muſæ interpretatio improbatur.

Actiones animales ſenſificæ.

APHORISMVS XVI.

Ἐλλέβορος ἐπικίνδυνος τοῖσι σάρκας ὑγιέας ἔχουσι. σπασμὸν γὰρ ἐμποιέει.

Veratrum ijs qui ſano ſunt corpore periculoſum eſt, quippe conuulſionem efficit.

QVod ſuprà generatim de omnibus purgantibus medicamentis dixit Hipp.idipſum nunc ſpeciatim de ſolo veratro aſſerit,nẽpe quòd illud ſit periculoſum iis qui ſano ſunt corpore,quandoquidẽ conuulſionem ex inanitione,quæ vt antea dictũ eſt,letalis eſt, afferat.Idque nõ alia de cauſa, niſi quòd nihil excrementorũ in corpore inueniẽs,ſanas partes ſolidas,neruos potiſsimũ,depaſcatur,& earundẽ humiditatẽ diſsipet atque exiccet:quemadmodũ in iam citatorum Aphoriſmorum explicatione copioſe à nobis eſt dictum.

Sectio. 2. apho. 36. & 37.

Veratrum cur cõuulſionem afferat.

APHORISMVS XVII.

Ἀπυρέτῳ ἐόντι ἀποσιτίη, καὶ καρδιωγμὸς, καὶ σκοτόδινος, καὶ ϛόμα ἐκπικρούμενον, ἄνω φαρμακίης δεῖσθαι σημαίνει.

Si ei qui febre vacat,cibi inappetentia,& cordis dolor,& vertigo accidit,óſq; amarum fuerit, quòd medicamento purgante, per ſuperiora indigeat, ſignificant.

SEctione prima monuit Hippo.vt medicus humores per cõferentia,& ad quę natura ipſa tenderet loca vacuaret. Vt autem ſciret quorſum hæc ipſa vergeret, voluit etiã certa quædã ſigna commemorare,quibus naturæ motus deprehendi poſſet. In hoc autẽ aphoriſmo notas quaſdam tradit, quibus naturæ motus ad ſuperiora cognoſcitur,inquiens,Si ei qui febre vacat cibi inappetẽtia (idẽ enim ſignificat ἀποσιτίη,Gal.teſte,quòd ἀνορεξία)accidat,primũ ſignum erit vnde colligi poteſt,laborantem purgatione per ſuperiora egere. Neque enim hæc inappetentia aliunde procreatur,quàm ab ipſa bile quæ appetendi facultatẽ deiicit:idque per ſeipſam, & quia calefacit ventriculũ.Calor enim præter naturã quẽ excitat,ſolida corpora laxando diſſoluit , & ad attractionis functionem reddit imbecilliora.Hinc eſt quod Gal.lib.1.de Sympt. cauſis.cap.7.ſcribat,inter potiſsimas cõtinentéſque cauſas quibus fames impeditur,calorẽ numerari.Et cap.62. Artis medicæ tradit,quòd calidior natura ventriculus , melius quidẽ concoquat , quàm appetat. Quare ſuprà Comm. 2.huius ſect.inter cætera ſigna bilioſi humoris,cibi appetẽtiæ defectũ recenſet Non autẽ temerè adiectũ eſt ab Hipp.ſi febre vacat:vbi enim ęger febre ſimul correptus fuerit,tum inappetentia hæc nõ ob bilis abundantiã,ſed febrem potius accidit.Reſpuunt enim ægri in omnibus febribus,potiſsimum autẽ vehemẽtibus & cõtinuis cibũ.Muſa locũ hunc in ſuis Comm.non videtur intellexiſſe:putat enim febriũ ideo mentionẽ feciſſe Hippocratẽ,ꝙ in illis,etiamſi adeſt cibi inappetẽtia,nõ neceſſariũ ſit per ſuperiora purgare, ꝙ ſcilicet vomitũ eliciẽtia medicamẽta calidiſsima ſint.Quaſi vero ea quæ per inferiora purgãt,nõ ſint etiã calida.Cõſtat tamen, vtraq; interdũ medicamenta in febribus,nõ quidã ob igneã febris vt ait Gal.ſect.1.Aphor.Comm.24.caliditatem:hanc enim

Notę quibus naturæ motus ad ſuperiora cognoſcitur.

Muſæ interpretatio damnatur.

enim ſcimus ſui ratione nociturã,ſed propter humores illã efficientes adhiberi. Quapropter febrium non ideo facta eſt mentio,quòd in illis purgare aut vomitũ elicere interdicat Hippocrates:ſed vt certi eſſemus,febre nõ præſente,inappetentiæ cauſam eſſe humores bilioſos ſurſum impetum facientes. Quibus quidẽ humoribus in febribus inappetentiã acceptam referre certò haud licebit,cùm etiam febres reliquæ haud bilioſæ appetentiam,vt iam dictum eſt,deiiciant. Aliam etiam priore magis abſurdã rationem affert, quam qui volet in eiuſdem Comm.legat. Alterũ ſignum quo eos qui per ſuperiora purgandi ſunt,cognoſcimus,eſt cordis dolor, καρδιωγμὸν vocat. Per cordis autẽ dolorẽ nihil aliud intelligit,niſi ὀδύνην τοῦ στομάχου,id eſt,oris vẽtriculi dolorẽ,Philot. etiã teſte,quod veteres,vt Gale.multis in locis teſtatur, καρδίαν,hoc eſt cor nominauerũt, quemadmodũ alibi copioſius demõſtrauimus. Hic itaq; dolor cũ fiat à flaua bile os vẽtriculi infeſtãte,manifeſtũ eſt, quòd per ſuperiora purgationẽ monſtret. Et nullũ ſanè eius doloris præſentius remediũ vomitu reperiri poteſt. Tertiũ indiciũ eſt vertigo,quæ ſcilicet fit per cõſenſum à ventriculo ſurſum delatis humorib.& vaporib. Quartũ,oris amaritudo,quę itidẽ in toto corpore prę ſe fert redundantiã. Cauſam eius rei explicat Gal.lib.2.Vict. acut.Comm.29.vbi inter cætera ſic ſcribit,Os amaricat,non quod malũ in ore magis fiat,ſed quod ſentiẽdi eã partẽ natura generis humorũ diſcretoriã fecit. Quare rectiſsimè Hip. dixit,lingua quale ſit humorũ ſerũ indicat. De iis vero hoc in loco Hipp.potiſsimũ loquitur,quibus flaua bilis in ventriculum effuſa ſupernatat. Hæc enim per membranã ſubiungentem gulã ſurſum delata os amareſcere facit,ait Philothe. Cũ itaque quatuor iam cõmemorata ſymptomata non accidant niſi à flaua bile in vẽtriculo ſupernatante,& ſuapte natura ſuperiora petẽte,igitur per ſuperiora eſſe purgãdos eos quibus hæc ipſa eueniunt,recte ſignificare dixit Hipp.

Cordis dolor.

Vertigo.

Oris amaritudo.

9. Epide. par.3.aph. 14.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Cordis autem morſus,&c.] Græcè, ὁ δὲ καρδιωγμὸς δῆξίς ἐστι καρδίας, τουτέστι τοῦ στομάχου τῆς γαστρός. Cardiogmos autẽ morſus eſt cordis,hoc eſt oris ventriculi. Circumuolui,hoc eſt,circunſtantia moueri.] Græcè eſt, ἡνίκα ἂν ἅμα περιδινεῖσθαι δοκῇ τὰ βλεπόμενα, quando ſimul videntur circũuolui ea quæ vi-

dentur. Abũdant itaque in cõuerſione hæc verba: hoc eſt circunſtantia moueri. Quũ tenebræ videãtur] Adiiciendum, ipſis, Græce enim eſt, δοκέντων αὐτῶν σκότος περικεχῦσθαι. Neruorũ magnitudinẽ.] Quippe neruorũ haud exilium par ex cerebri cõiugatione ſexta ad ventriculum defertur, diſpargitur, implicat, cõtexitq; maxime os eius, & partes ipſi vicinas ac cõtinuas, inque alias iã partes ad fundũ vſq; ipſius vẽtriculi protẽditur; per quos veluti riuos & ductus aliquos facultas animalis ad ipſum à cerebro defluit, qua indigẽtiam ſentit. Soli itaque vẽtriculo, pręſertim iis partibus quę ad os eius pertinẽt, natura ſenſum indigẽtię, & inanitionis excitãtem, & pungentẽ animal, afferre cibaria tradidit. Teſtis Gal. li. 4. de Vſu part. qui hãc rem copioſius proſequitur. Rufa.] Græcè, ὠχρᾶς, pallida, vt ſupra, & alibi à nobis dictum eſt.

Neruiad ventriculũ delati.

APHORISMVS XVIII.

Τὰ ὑπὲρ τῶν φρενῶν ὀδυνήματα, ὁκόσα καθάρσεως δέονται, ἄνω φαρμακείας σημαίνει δεῖσθαι· ὁκόσα δὲ κάτω, κάτω.

Dolores ſupra ſeptum tranſuerſum, qui purgatione egent, medicamento quod per ſuperiora purgat, opus eſſe ſignificant. Qui vero infra, per inferiora.

QVod in eo qui pręceſsit aphoriſmo Hipp. particulatim de vno oris ventriculi dolore docuit, hoc in præſenti ad omnes qui ſuprà & infrà ſeptũ tranſuerſum cõſiſtũt dolores extẽdit, eóſque qui ſuprą illud ſunt, purgatione per ſuperiora: illos autẽ qui infrà, per inferiora, & aluũ purgatione egere aſſerit. Partẽ autem corporis quã Latini ſeptũ trãſuerſum, Hipp. & alij veteres Græci φρένας, Gal. lib. 5. de Male affect. loc. ca. 3. teſte, appellarũt ideo, vel quod ſimpliciter illis in mentẽ venerit, vel, vt nonnulli putant, quia ea parte inflãmatione laborante, mens lædatur; poſteriores Græci priſco neglecto nomine, διάφραγμα vocarunt, quòd ſcilicet inſtrumenta reſpirationis ab alimẽti inſtrumentis diſtinguat. Inter Latinos Plinius, quẽ in ſua cõuerſione Leonicenus ſecutus eſt, partem hanc corporis præcordia nominauit. Cornel. Celſus, & alij, præcordiorũ voce hypochondria intelligunt. Proinde quum præcordiorũ vox ſit ambigua, præſtat pro ea

Septum tranſuerſum. φρήν, διάφραγμα.

vti Græca, aut Latina ſeptum tranſuerſum, vt nos fecimus. Non autẽ ab re dixit Hipp. qui purgatione indigent, ne ſcilicet imperitus quiſpiã omnes dolores ſupra ſeptũ tranſuerſum cõſiſtentes, per vomitũ curandos eſſe putaret. In pleuritide enim ſæpe dolor eſt ſupra ſeptũ tranſuerſum, neque tamen purgatione, ſed venæ potius ſectione, vt metipſe Hipp. lib. 2. Vict. acut. Aph. 10. teſtatur indiget. Nonnunquã etiam à flatibus ea in parte dolores naſcuntur, neque tamen vacuatione per ſuperiora egẽt. Qui vero dolores infra ſeptũ trãſuerſum conſiſtunt per inferiora purgationẽ requirunt. Quò enim natura maximè repit, eò ducere per conferentia loca noxios humores oportet, Hipp. autore. In Gal. Comm. nihil eſt quod annotationẽ requirat, niſi quòd ab initio pro antea conuertendum erit prior. Græcè enim eſt ἡ πρόσθεν. Paſſim etiam pro præcordiis, dicendum erat ſeptum tranſuerſum.

Qui purgatione indigẽt, &c.

APHORISMVS XIX.

Ὁκόσοι ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσιν μὴ διψῶσι καθαιρόμενοι, οὐ παύονται πρὶν ἢ διψήσωσιν.

Qui in medicamentorũ potionibus quum purgantur haud ſitiunt, ij non deſinunt priuſquam ſitiant.

Hippocrates in hoc Aphoriſmo peractę iam purgationis ſignũ eſſe tradit, ſitim, ꝙ ſcilicet hæc ipſa in medicamentorũ potionibus facta humiditatis indigentiã nunciet. Quod Philotheus etiã iis verbis cõfirmat, γίνεται γὰρ δίψα γόνῳ κενώσεως τῶν περιττωμάτων, δι' ἧς λέγεται τῷ Ἱπποκράτει, ἣν καὶ ὅρον τῆς κενώσεως τίθησι, Sitis enim de qua Hippocrati ſermo eſt, fit ratione vacuationis excrementorũ, quã etiã ſtatuit vacuationis finẽ. Quippe vacuatis excrementis neceſſe eſt os ventriculi exiccari, atque adeò ſitim excitari. Si vero quũ purgantur, nõ ſitiũt ægrotãtes, nondũ perfectè eſſe vacuatos noxios humores inde coniicimus. Proinde rectè Philot. dixit, ὅτι ἡ δίψα γινομένη ἐν ταῖς φαρμακοποσίαις ἀγγέλλει ἔνδειαν τῆς ὑγρότητος. (Perperam autẽ hic aliqua exẽplaria habent ξηρότητος.) τὸ δὲ ἄδιψον δηλοῖ μὴ ἐκκενοῦσθαι τελέως τοὺς χυμούς. Quia ſitis ipſa in medicamẽtorũ potionibus facta, humiditatis indigẽtiã nũciat. Siti autẽ vacare, nõ perfectè vacuatos eſſe humores denotat. Quare nõ temere dixit Hipp. qui in medicamentorũ purgantiũ potionibus, quũ purgãtur nõ ſitiunt, ij nõ deſinũt,

Sitis, ſignũ peractæ purgationis.

ſcilicet excernere,aut vacuari,priuſquàm ſitiāt.Neque enim tum medicamentum vniuerſam ſuam actionem exeruit,ſed reliqui ſunt adhuc humores aliqui quos vacuare oportet,do nec ex vacuatione ſiccitas fiat,quæ ſitim efficere poteſt.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Humoris vacuati naturam.] Græcè, καὶ τὴν ἰδέαν τοῦ κενουμένου χυμοῦ,& propter humoris vacuati ſpeciem.Acutum.] Græcè, δριμύ,acre.De cauſa ſitis plura videre licet lib.1.Simpli.capi. 30.apud Galenū.

APHORISMVS XX.

Ἀπυρέτοισιν ἐοῦσιν ἢν γένηται στρόφος, καὶ γονάτων βάρος, καὶ ὀσφύος ἄλγημα,κάτω φαρμακίης δεῖσθαι σημαίνει.

Si dolores circa vmbilicum,& genuum grauitas,& lumborū cruciatus iis qui febre vacant acciderint, medicamento purgante per inferiora opus eſſe ſignificant.

Notæ per inferna eſſe purgandum deno tantes. στρόφος.

IN hac ſententia Hippo.tradit ſigna,quibus cognoſcere licet,quando per inferiora purgatio ſit moliēda, inquiens: Si cruciatus iuxta vmbiculum inteſtina torquentes:id enim στρόφος ſignificat, vt ſuprà dictum eſt: & genuum grauitas, lumborumq; dolores iis qui non febricitant acciderint:medicamento quod per inferiora purgat opus eſſe ſignificant, propterea quod omnia hæc ſymptomata humoris noxij motum atque impetum ad inferiora fieri denotent. Quare hic Aphoriſmus planè eſt contrarius ei qui ſuprà ordine eſt decimusſeptimus,in quo Hippocr.ſigna receſuit,quæ humorum motum ad ſuperiora ſignificant.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Paulò antè. ſcilicet Aphor. 17. Caſibus.] Græcè, συμπτώμασι,ſymptomatis,vt ſæpe iam monuimus.Pro motione noxiorum humorum.]Grecè,κατὰ τὰς ῥοπὰς τῶν λυπούντων,pro inclinatione eorum quæ infeſtant.

APHORISMVS XXI.

Ὑποχωρήματα μέλανα οἱονεὶ αἷμα μέλαν ἀπ' αὐτομάτου ἰόντα, καὶ ξὺν πυρετῷ καὶ ἄνευ πυρετοῦ, κάκιστα. καὶ ὁκόσῳ ἂν τὰ χρώματα πλείω πονηρότερα ᾖ μᾶλλον κάκιον. σὺν φαρμάκῳ δὲ, ἄμεινον, καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείω χρώματα, οὐ πονηρά.

Nigræ

Nigræ deiectiones veluti ſanguis niger ſua ſponte exeuntes, & cum febre & ſine febre, peſſimæ: & quo plures deteriores fuerint colores, eo peius. A medicamento autem ſi tales egeruntur, melius eſt: & quo plures colores fuerint, eo minus mali erunt.

De nigris egeſtionibus ſuā ſponte exeuntibus, hoc in Aphoriſmo agit Hipp. eáſq; ſiue cū febre, ſiue citra febrem fiant, ſemper eſſe peſsimas ait. Differunt autem deiectiones nigræ ab atra bile, vt Galen. copioſè admodum in Commen. docet, aliiſque multis locis quæ citauimus in noſtris annotationibus in 4. Galen. librum de Tuend. ſanit. Sed quam hic deiectionem nigram, quòd ſcilicet ſola ſit prædita nigredine, vocat, alibi, & in ſequentis etiam Aphoriſ. Comment. humorem melancholicum appellat. Non eſt itaque alia nigra deiectio, quàm atra bilis, naturalis nominata, quæ eſt veluti fæx ſanguinis. Quaproper & hoc in loco eius colorem eſſe inſtar ſanguinis nigri; qui ſcilicet diu extra vaſa moratus eſt, & per inteſtina defertur. Philotheus deiectiones nigras tales eſſe tradit, *ὁποῖον τὸ ἐξ ἀναστομώσεως ἀγγείων πρὸς ἔντερα φερόμενον αἷμα πηκτὸν μελανθέν*, qualis eſt ſanguis concretus niger ex apertione oris vaſis alicuius ad inteſtina delatus. Cauſam vero nigrarum deiectionum Galenus in Commentar. expoſuit. Cæterum prædictæ deiectiones ſua ſponte, hoc eſt ſine medicamento quod purgandi facultatem obtinet, Galen. in Commenta. teſte, exeuntes, per vniuerſum morbum ſcilicet, aut ſaltem pro longo ipſius tempore: verbum enim *ἰόντα*, quo vtitur Hippocrat. temporis ſpatium ſignificat, vt teſtatur etiam in Commenta. Galen. Diſertè itaque innuit, non tantum iuxta morbi vigorem, ſed etiā eiuſdem initium, fieri debere nigras deiectiones. Et cum febre & ſine febre, peſsimæ: quod ſcilicet nunquàm non à cauſa mala vel frigida, vel calida proficiſcantur. Quippe calor ſanguinem in iecore adurit. Frigus vero calorem natiuum extinguit, ideóque fit vt ſubinde ſanguis nigreſcat. Et quo plures deiectionum colores deteriores fuerint, eo peius: multorum enim & prauorum in corpore affectuum ſunt ſigna. Mali autem ſunt colores nigri & liuentes, quíque colliquationem aut putredinem præ ſe ferunt,

Deiectiones nigræ. Deiectio nigra. Humor melancholicus. *ἰόντα.* Sponte. Deiectionū colores deteriores

vt diximus in enarratione Aphoniſm.14.ſectione 2.Non au-
2.aph.11. tem temere dixit Hippocra.πονηρότερα,hoc eſt deteriores. Bo
ni enim ſi fuerint colores illi deiectionum, nihil mali portendunt.Hinc ſuprà dixit. In profluuiis ventris mutationes excrementorum iuuant, niſi in praua commutentur. Siquidem bonę excremētorum mutationes,corpus exquiſitius expurgari ſignificant, vt in eius ſententiæ enarratione copioſius à nobis eſt dictum.Cęterum à medicamento ſumpto melius eſt tales,hoc eſt plures & deteriores etiam eſſe deiectionum colores: & quo plures colores fuerint, eo minus mali. Plures enim prauorum humorum ſpecies vacuari, naturáq; infeſtantes malos humores ſuperaſſe iam ſignificant. Sunt qui aliter hunc Hippoc.locum exponant, ita nimirum:Quo plures colores excrementorum à ſumpto medicamento fuerint,modo non praui ſint,eò melius erit.Sed iſta interpretatio primum Hippocr.reluctatur,qui ait,ἀπὸ φαρμάκου δὲ, ἀκλογίστι τὰ χρώματα πονηρότερα ἢ,ἄμεινον,à medicamento autē ſumpto,ſcilicet colores excrementorum ſi praui fuerint, melius eſt.Dein quoque Gale.aduerſatur, qui in Comment.ait,à medicamento purgāte plures humorum ſpecies vacuari, nihil abſurdū aut malum ſignificare. Accedit quod aliqua exemplaria legunt ὁ πονηρὸν,quę lectio euidenter monſtrat,plures excrementorum colores in purgationibus à medicamento factis, non fore malum. Proinde vbi plures excremētorum colores à medicamento vacuatorū etiam mali fuerint, quia vtique naturam humores vitioſos debellaſſe ac ſuperaſſe ſignificant, nihil mali portendere poſſunt. Ideoque rectè ab Hippoc.dictum eſt,quo plures fuerint praui colores,eo melius.plures enim colores vitioſos vtique humores, quos illi colores præ ſe ferunt, vacuatos eſſe demonſtrant. Secus accidit,ſi in ſpontinis vacuationibus vētris colores illi praui apparuerint, vt ex ſententia Hippo. paulò antè citata conſtat.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

A priſcis quidem.]Addendum,medicis nigrę.Gręcè enim eſt ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἰατρῶν μέλαινα. Nam acre & corrodēs.] Hūc
Nigra bilis. locum planè luculentum reddunt atque explanant quæ lib.
,, 2.de Natur.facul.ſcribuntur à Gale.in hunc modum,Nigra
,, bilis malignior,quàm quę naturalis eſt,redditur.Nomen tamen tali ſucco nullum eſt inditū,niſi quod aliqui vel radentem

tem

tem eum, vel acidum appellarunt, quoniam ſcilicet acris in modum aceti fit, & corpus animantis radit, etiam terram ſi ſupra eam ſit effuſus, quandámq; cum bullis velut fermentationem ebullitionémq; excitat, vbi ſcilicet adſcititia putredo nigro illi ſucco naturaliter ſe habenti acceſsit. Mihíque videntur veterum medicorum plerique id quod eſt, tali ſucco naturaliter ſe habente, quod & infrà deiicitur, & ſæpe ſupra fluitat, atrum vocare ſuccum, non atram bilem. Quod vero ex vſtione quapiam ac putreſcentia in acidam migrauit qualitatem, id atram nũcupare bilem. In terram effuſa.] Legendum effuſæ. refert enim διαχωρήματα, hoc eſt, deiectiones. Sicuti quis. Græcè, ὥσπερ ἄν τις, ſicuti ſi quis, &c.

Qualis.] Addendum, etiam. Græcè enim eſt, οἷα καὶ τοῖς παχυτέροις οἴνοις, qualis etiam vinis craſsioribus. Commentariis de facul. natur.] Loco paulò antè citato. Quantam ipſe.] Adiiciendum, rurſus. quippe Gręcè eſt, ὅσον δ᾽ αὖ πάλιν. Ad ventrem.] Græcè, εἰς τὴν γαστέρα. Per ventrem autẽ intelligit totam capacitatem in qua ventriculus, inteſtina, & lien continetur. Fient enim.] Græcè, γενόσθη, forent. Impoſsibile eſt, &c.] Græcè, καίτοι γε ἀδύνατον ἅμα ταυτὸν ἐρυθρόν τε καὶ μέλαν ὑπάρχειν, atqui impoſsibile eſt idem ſimul & rubrum & nigrum eſſe. Ventes.

Mox apparebant.] Græcè, τὰ δ᾽ ὕστερον ἐπιφαινόμενα, poſtea apparebant. Alibi.] Nimirum lib. 2. Epid. ſectione 1. Venientes.] Gręcè, ἰόντα, exeuntes.

APHORISMVS XXII.

Νοσημάτων ὁκόσων ἀρχομένων, ἢν χολὴ μέλαινα ἢ ἄνω ἢ κάτω ὑπέλθῃ, θανάσιμον.

Si atra bilis in quocunque morbo incipiente, vel ſuprà vel infrà exierit, letale eſt.

IN eo qui hunc præcedit Aphoriſmo, Hippocrates de melancholico ſeu nigro humore verba fecit. In præſenti de atra bile loquitur, cuius excretionem in morborum quorunlibet initiis ſiue per inferna, ſiue ſuperna fiat, ſemper eſſe malam ait. Per principium autẽ morborum intelligit vniuerſale, in quo ſcilicet nulla adhuc apparet coctio. In eo itaque ſi atra bilis non naturalis, de qua in explicatione præcedentis ſententiæ diximus, ſuprà vel infrà exierit, letale eſt. Significat enim naturam male eſſe affectam, vtpote quam conſtat

nunquam vacuare ſuperuacua niſi concocta fuerint. Quum itaque nunc in principio morbi atra bilis vacuetur, certum eſt eam non naturæ lege, ſed propria malitia vacuari. Letalem vero eſſe atræ bilis vacuationem, hinc ſciri poteſt. Generatur enim atri bilis non niſi ex melancholico humore putrefacto, aut è flaua bile immodicè exuſta. Quapropter ſi deorſum per inteſtina feratur, abradit ea, & exedit, dyſenteriáſque letales efficit. Hinc eſt quod infrà dicat, Dyſenteriæ ſi ab atra bile inceperit, letalis: ſi vero ſurſum impetum fecerit, radit & exulcerat ventriculum ac gulam, & in conſenſum cerebrum, aliáſque corporis partes rapit.

Bilis atræ generatio

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

In primo libro Epid.] Sect. ſcilicet 2. conſtitutio 2. Coctiones iudicij.] Adiiciendum, celeritatem. Græcè enim eſt, πεπασμοὶ ταχύτητα κρίσεως. Ad malos abſceſſus.] Legẽdum, & ad malos abſceſſus conuerſa. Græcè enim ſcribitur, καὶ ἐς κακὰς ἀποστασίας τρεπόμενα. Reliqua ſunt plana.

APHORISMVS XXIII.

Ὁκόσοισιν ἐκ νουσημάτων ὀξέων, ἢ ἐκ πολυχρονίων, ἢ ἐκ τρωμάτων, ἢ ἄλλως πῶς λεπτυνομένων χολὴ μέλαινα ἢ ὁκοῖον αἷμα μέλαν ἐπέλθῃ, τῇ ὑστεραίῃ ἀποθνήσκουσι.

Quibus à morbis acutis, aut diuturnis, aut à vulneribus, aut alio quouis modo vehementer debilitatis, atra bilis, aut veluti ſanguis niger exierit, poſtridie moriuntur.

SVperiore ſententia de atra bile tantum Hippocrates egit, in præſenti vero de atra bile, & nigro ſeu melancholico humore, ſimul tractat inquiens: Quibus à morbis acutis, vel poſt morbos acutos, id enim ſignificat ἐκ νουσημάτων. Quippe non raro ἐκ Græcis idem quod μετὰ denotat. Quale eſt illud, ἐκ νυκτῶν δ' ἄνεμοι χαλεποί. τουτέστι μετὰ τὰς νύκτας, aut à vulneribus, aut alio quouis modo debilitatis: neque enim per λελεπτυσμένους alios quàm eos qui ad extremam venerunt imbecillitatem, intelligere oportet. Græcis enim, Phauorino teſte, λεπτύνω idem interdum quód ἀσθενῶ, καὶ λεπτὴ idem quod ἀσθενὴς ſignificat, ídque ideo, quòd ſumma debilitas raro citra corporis

ἐκ.

λελεπτυσμένοι.

λεπτύνω.

poris gracilitatem eueniat. Atra bilis, hoc eſt, non naturalis: aut veluti ſanguis niger, id eſt naturalis atra bilis exierit, hoc eſt, vel per ſuperiora vel inferiora excreta fuerit: poſtridie moriũtur, propter nimirũ imbecillam facultatẽ, & morbi magnitudinem, vt in Comm. Gal. latius explicat. Aliqua exemplaria habent ὑπέλθῃ, id eſt, ſubter exierit. Sed prior lectio melior eſt, vt ſcilicet legamus ἐπέλθῃ, quemadmodum in eo qui hunc aphoriſmum præcedit.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Prior.] Græcè, προκείμενος, qui illum præcedit, vigeſimus ſcilicet primus. Quę ſenſum alia exemplaria clarius exprimunt, quę habent ὁ πρὸ ἐκείνου, qui eſt ante illum, ſcilicet antecedentem, qui ordine eſt 22. Vt non poſsint cõcoquere.] Græcè, ὡς μή τι πέψαι δύνασθαι, vt non poſsit, ſcilicet imbecilla natura, concoquere. Quæ ita parua.] Græcè, τὰ οὕτω μοχθηρὰ, quæ ita praua, Typographi erratum. Et idcirco ſunt difficilia. Mortem autem.] Græcè, καὶ ταύτῃ χαλεπὸν τὸν θάνατον οὐκ ἐν ὑστέρῳ φέρει, idcirco mortem moleſtam non longo pòſt tẽpore afferunt: quod nimirũ propter ſummam imbecillitatẽ natura humoribus prauis diutius repugnare haud poſsit, ſed cogitur poſtero & ſequenti die ſuccũbere. Hanc eſſe verborũ Galeni ſentẽtiam, antiquus etiã interpres confirmat, qui locum hunc ita conuertit: Vnde neceſſe eſt vt illi humores præualeant, & extrà effluant, cũ natura non ſit talis, quę eis reſiſtere valeat. Quod cũ ita ſit, non cõſequitur, ſicut in aliis morbis, ſic & in hoc mortem morari. Quare cũ ait Gal. ἐν ὑστέρῳ, ſubaudiendum erit χρόνῳ, vt ſit ſenſus, non longo pòſt tempore, id eſt, in vigore, vt in aliis cõtingit morbis: quippe Gal. lib. 3. de Iudiciis cap. 5. teſte, nemo vnquam vi morbi in declinatione mortuus eſt: ſed ſtatim poſtridie noxij illi humores mortem afferunt. Hæc itaq; verba, καθάπερ ἐν ἄλλοις νοσήμασι, manifeſtè oſtendunt, eos in principio vel augmento morbi, & minimè poſt, hoc eſt in vigore, quemadmodũ in aliis morbis accidit, mori. Neq; enim natura ita proſtrata & viribus deſtituta, Gal. lib. 3. de Iudic. c. 9. teſte, ad pugnam cõtra morbum excitatur, atq; adeò ſtatim mors ſine iudicio ſubſequitur, in principio nimirũ, vel augmento. Vis nanq; imbecilla ad vigorem morbi durare nõ poteſt. Robuſtiore verò natura ipſa exiſtente, ad vigorem durare poteſt, quo tamen tẽpore,

Gal. locus enarratus.

quia à morbo ſuperatur, mors accidit. Interpretis verba, non in poſtremis afferunt mortem, idem præ ſe ferunt. Nam in poſtremis morbi temporib. minimè afferre mortem volunt, ſed primis potius, nempe principio vel augmẽto. Aliqua exemplaria Gal. habent, τ̃ θανάτων ἐν ὑστέρῳ φέρει. Eámq; lectionem Muſa probat, atqui perperam. ſequentia enim verba, καθάπερ ἐν ἄλλοις νοσήμασιν, huic lectioni prorſus aduerſantur. Quippe alij morbi non poſtero die, ſed longiore tẽpore mortem afferunt. Vel qualis ſanguis niger.] Abũdat, vel. Græcè enim eſt, ὑποχωρήματα μέλανα οἷον αἷμα μέλαν. Hæc enim.] Quæ ſcilicet deiiciuntur. Vt ille.] Videlicet ſanguis niger.

Muſæ ſententia improbatur.

APHORISMVS XXIIII.

Δυσεντερίη ἢν ἀπὸ χολῆς μελαίνης ἄρξηται, θανάσιμον.

Difficultas inteſtinorum ſi ab atra bile incœperit, letalis.

Dyſenteriæ ſpecies.

QVum quatuor ſint dyſenteriæ, Gal. lib. 3. de ſymp. cau. c. 8. teſte, ſpecies, hîc de vltima, quæ inteſtinorum eſt exulceratio, & in qua paulatim & breuibus interuallis deiectio fieri ſolet, Hippoc. loquitur, eámq; ſi ab atra bile incœperit, eſſe letalem ait. quod, vt Gal. in Comm. ſuis tradit, à cancro vlcerato nihil differat. Accedit ꝙ medicamenta ipſa inteſtinis, vt externis partibus, imponi nõ queant, neq; illis tantiſper donec facultatem ſuam exerant, adhærere. Prӕtereà inteſtina ipſa malè affecta ab alimenti excrementis ſemper irritantur. Sunt enim inteſtina, Galeno lib. 1. de Tuen. ſani. teſte, excrementorum primi generis receptacula.

Dyſenteria ab atra bile facta cur letalis.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Quæ à quibuſdam rufa.] Grӕcè, ὑπὸ τ̃ ὠχρᾶς μὲν, quæ à nonnullis pallida. Eius cõuerſionis rationẽ iam ſӕpe hîc, & alibi mõſtrauimus. Abraſis prius in ſumma ſuperficie.] Grӕcè, ξυομένων μὲν τὰ πρῶτα τῇ τοῦ χυμοῦ δριμύτητι τ̃ ἐντέρων, abraſis quidẽ primùm ob bilioſi humoris acrimoniam inteſtinis. Poſteà verò exeſis, &c. Hîc quædã ab interprete omiſſa ſunt. Græca enim ita habent, ἀναβιβρωσκομένων δ' ὕστερον, ὡς ἑλκοῦσθαι καὶ γίνεσθαι δυσεντερίην, exeſis verò ſubinde vt exulcerentur, & fiat inteſtinorum difficultas. Vbi igitur hic cancer, &c.] Græcè, ὅπου τοίνυν ἐπιπολῆς συνιστάμενος ὁ τοιοῦτος καρκίνος, ἤτοι δυσίατος

Interpretis oſcitantia.

ἢ παντ

ἢ παντάπασιν ἀνίατός ἐστι. Cùm itaq; hic cancer in corporis ſuperficie conſiſtens, aut difficulter ſanetur, aut omnino ſanari non poſsit, &c. Inſidentem.] Græcè, ἐπικείμενον, impoſitam inhærentem, incumbẽtem. Quia nihil illi continuo, &c.] Græcè, ᾧ μηδὲν ἔχει δύνασθαι διαπαντὸς ὁμιλεῖν φάρμακον ἑαυτῷ, quia nullum illi medicamentum aſsiduo adhærere poſsit.

APHORISMVS XXV.

Αἷμα ἄνωθεν μὲν ὁκοῖον ἂν ᾖ κακὸν, κάτω δὲ τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα ἀγαθόν.

Sanguis qualiſcunque fuerit ſuprà emiſſus, malus eſt: infra vero, ſi nigra ſubeunt, bonum eſt.

IN iis qui præceſſerunt aphoriſmis, Hippoc. de iis egit qui nigra deiiciunt: nunc de iis illi ſermo eſt, qui ſanguinem vel per os, vel per inferiora excernũt. Inquit autem ſanguinem ſuprà, hoc eſt, Gal. interprete, per os qualiſcunq; fuerit, id eſt, ſiue rubicundus, ſiue ſpumoſus, ſiue flauus, ſiue niger, hoc eſt ſiue purus ſyncerúsve, ſiue pituitoſus, ſiue bilioſus, ſiue melancholicus fuerit, malum eſſe, id eſt malum aliquod portendere. Nam aut apertionem, aut exeſionem, aut rupturam alicuius vaſis in ſuperiorib. partib. cõſiſtentis ſignificat, idq; in viris maximè. Quod adiiciendũ neceſſariò erat propter mulieres, quibus nonnunquam ſanguinis vomitus, teſte Hipp. accidit, nõ quidẽ propter cauſas paulò antè dictas, ſed ob ſuppreſſa potius monſtra. Malũ autem is quoque vomitus portendit, vteri nimirũ obſtructionem: qua quidẽ ſublata, & ipſe ſanguinis vomitus ceſſat. quod Hipp. loco iam citato iis verbis teſtatur: Mulieri, inquit, ſanguinẽ euomẽti, menſtruis erumpentibus, ſolutio fit. Cæterũ dictionem ſuprà, neceſſariò, vt dictũ eſt, per os interpretamur, vt nimirum hac ratione ſanguinis è naribus profluuiũ excludamus, quod magna ex parte eſt iudicatorium, atq; adeò bonum, & minimè malum. Hinc eſt quod Hipp. infrà, ſect. ſcilicet 5. aph. 33. dixerit: Menſtruis deficientibus ſanguis è naribus promanans, bonum. Quòd ſi verò nigra infrà deiiciuntur, bonum eſt. Sic enim, vt in contextu Græcorum eſt verborum, legendum vel in eum modum, κάτω δὲ τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα ἀγαθόν, Non autem ſimpliciter, κάτω δὲ ἀγαθόν. Infrà autem Galenus & Philotheus interpretantur, per hæmorrhoidas. Bonum verò,

Sanguis ſuprà emiſſus cur malũ portendat.

5. aph. 32.

" "

Suprà.

Infra.

Bonum.

ἄμεινον

ἄμεινον, id eſt, melius. Per hæmorrhoidũ enim profluuiũ melancholicus humor quem hominis natura coaceruauit, vacuatur. Quod Hipp. etiam infrà iis ſignificare verbis voluit, 6. aph. 11. Atra bile vexatis, hęmorrhoides ſuperuenientes, bonũ. Huic lectioni Galenus in Comm. ſubſcribit. Sunt exemplaria in quibus ita legitur, κάτω δὲ ἀγαθόν, καὶ τὰ μέλανα διαχωρήματα κακόν, infrà autem bonũ: hoc eſt per hæmorrhoidas, melius. Et nigræ deiectiones, malum, vt dictum eſt ſuprà, nempe aph. 21. ſignificant. Atque hæc quidem lectio manifeſtè hæmorrhoidas à nigris per aluum deiectionibus diſtinguit. Alia lectio.

ANNOT. IN COMM. GAL.

De nigris deiectionibus ſermo, &c.] Rectè ſanè hunc in modum Galeni verba eſt interpretatus Leonic. non obſtante quòd in Aldino codice locus ille ſit deprauatus. Aldinus codex emẽdatus. Deſiderantur enim illic aliqua, hæc nimirum verba, διαχωρημάτων μελάνων. νῦν δὲ περὶ τῶν. Proinde Gal. verba ita legenda erunt, ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀφορισμοῖς ὁ λόγος αὐτῷ γέγονε περὶ τῶν διαχωρημάτων μελάνων. νῦν δὲ περὶ τῶν διὰ τοῦ στόματος, &c. Diſrupti ſanguinis.] Græcè, τρόπον αἱμαῤῥαγικὸν, per modum copioſi & cum impetu fluentis ſanguinis. Eſt enim αἱμοῤῥαγία, vt teſtis eſt Definitionum libri autor, αἵματος λάβρος ἔκχυσις, copioſa ſanguinis effuſio. αἱμοῤῥαγία. Malum. Græcè, κάκιστον, peſſimum. In Epidemiis.] Libro nimirum 6. part. 5. aphor. 25. vbi ita ſcriptum reliquit:

» Ab atra bile liberant, quia ſimile per eas profluit, hæmor-
» rhoides. De ſanguine ex venis quod hæmorrhoidas.] Græcè, ὑπὲρ τῶν αἱμοῤῥοΐδων, de hæmorrhoidibus. Tanquam ſanante melanchol.] Græcè, ὡς ἰωμένων τὰ μελαγχολικὰ πάθη, tanquam ſanantibus melancholica mala. Quod libro 6. Epide. part. 3.
» aph. 29. etiam monſtrauit Hippocrates, ita ſcribens, Hemor-
» rhoides habentes neq; laterum doloribus, neque pulmonis
» inflammatione, neq; depaſcenti vlcere, neq; furunculis, neq;
» terminthis, neq; lepra, neque alphis corripiuntur. Et ſect. 5.
» aph. 11. Atra bile vexatis, & renum malis, hæmorrhoides ſuperuenientes bonum. Per hæmorrhoidem.] Græcè, διὰ αἱμοῤῥοΐδων, per hæmorrhoides. Siue ſupra modum.] Si enim plus quàm oporteat ſanguis per hęmorrhoidas pròfluxerit, iecur refrigeratur, atq; adeò hydrops ſubſequitur. Si verò ex toto ſupprimantur, itidem hydrops, aut tabes conſequitur: quemadmodum teſtatur Hippocrates, qui ita ſcriptum reliquit:

quit: A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus, ſi vna non ſerua- 6. aph. 12.
tur, periculum eſt aquam inter cutem vel tabem aduenire.

APHORISMVS XXVI.

Ἢν ὑπὸ δυσεντερίης ἐχομένῳ, οἷον σάρκες ὑποχωρήσωσι, θανάσιμον.

Si ei qui difficultate inteſtinorum affligitur, veluti carnes per inferiora exierint, letale.

Difficultas inteſtinorum letalis qua ratione cognoſci queat, hoc in aphoriſmo docet, inquiens: Si ei qui inteſtinorum difficultate laborat, partes inteſtinorum adeò magnæ excernuntur, vt carnis effigiem præ ſe ferant, letale eſt. Tanta enim tum erit exulceratio, vt neque caro coaleſcere, neque cicatrix, vt Galenus ait, obduci poſsit. *Dyſenteriæ letalis ſigna.*

ANNOT. IN COMM. GAL.

Adhuc conſtituuntur.] Græcè, ἔτι μὲν συνισταμένας, quum iam fiunt. Abiecta.] Græcè eſt, ἀπεῤῥιπτομένης, abraſa. Horum ſuperficie interiore.] Inteſtina enim, vt teſtatur Galenus libro 4. de Vſu par. corp. huma. duabus conſtant tunicis, externa carnoſiore, & interna membranoſiore. Duplices autem factæ ſunt, partim vt excretoria facultas ipſorum eſſet validior, partim vt hæc ipſa inſtrumenta minus afficerentur. Nam aliquando interior per dyſenteriam, aliáque pathemata diuturna putreſcit, interiore ſalua. ideóque tum accidit, vt interdum ægroti mortis periculum euadant. Rectè igitur Hippocrates dixit, carunculas in dyſenteria excretas, letale eſſe ſignum. Quippe alteram, adeóque externam quoque tunicam eſſe læſam & corruptam ſignificant. *Tunicæ inteſtinorum duæ.*

APHORISMVS XXVII.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν αἱμοῤῥαγεῖ πλῆθος ὁκοθενοῦν, ἐν τῇσιν ἀναλήψεσι τουτέοισιν αἱ κοιλίαι καθυγραίνονται.

Quibus per febres ſanguis alicunde large & impetu eruperit, ij quum reficiuntur, alui humectantur.

Poſt ſanguinis copioſi per febres eruptionẽ, interdũ aluos humectari hac ſententia docet Hipp. Fit autem idipſum non tantũ in febribus, ſed & aliis morbis. Febri ũerò

petiſs

potiſsimum mentionem facit Hippoc.quòd hæ ipſæ magna ex parte, præſertim vbi ardentes fuerint, Galeno libr.3.de Iudiciis capi.3.teſte,per ſanguinis è naribus eruptionem iudicentur.Non autem temere inquit πλῆθ@,hoc eſt,multitudo ſanguinis:quippe ſi exiguus eſt ſanguis qui profluxit,nō
2.aph.7. eſt neceſſe, vt ſubinde aluus humectetur. Neque enim tum calor naturalis imbecillus fit,vt ſi ſanguis large & cum impetu effluxerit. Quia vt paulatim profluit, ita etiam virtus ipſa paulatim refici poteſt, quemadmodum Hippocrat.ipſe ſuprà docuit, dicens; Quæ longiore ſpatio temporis extenuata ſunt corpora, lente reficere oportet, Quæ vero breui, celeriter.In Commen.itaque Galenus vbi Græcè eſt, διὰ τὴν αἱμοῤῥαγίαν,conuertēdū erit, ex copioſo ſanguinis profluuio, & nō ſimpliciter,vt interpres fecit,ſanguinis profluuio.Alicunde,ſiue id è naribus, vt in febribus magna ex parte accidit,ſiue per vterū,ſiue hæmorrhoidas fiat, quum reficiuntur jam è morbo conualeſcentes,iis alui humectantur, propter alimēta quæ minus bene concocta in ventre morantur, neq; in corpus diſtribuuntur. Quod quidem accidere ſolet, vbi plus ciborū aſſumptum fuerit,quàm natura euincere queat. Vbiverò ſenſim reficiuntur,neq; plus quàm natura cōcoquere & diſtribuere poſsit,ingerūt,non eſt neceſſe,vt tum aluus humectetur.Repetitur hæc ſententia lib.3.Prorr. aphor.40. iis verbis, Quibus ſanguinis eruptio multa fuerit, procedente tēpore aluus malè afficitur,ſi nō vrina cōcocta fuerit. Nam verbo πονηρεύεται,id eſt,malè afficitur, complectitur,& humectatur,& quæcunq; in ventre perperā fiunt: aliis quidem morſis, aliis inflatis,vel ructu acido correptis,vel prorſus non concoquentibus. Omnia enim hæc caloris natiui inopiam conſequuntur,ob quā & vrina aquoſa eſſe apparet.

APHORISMVS XXVIII.

Ὁκόσοισι χολώδεα τὰ διαχωρήματα, κωφώσι@ γιγνομένης παύεται. καὶ ὁκόσοισι κώφωσις, χολωδέων γινομένων παύε).

Quibus biliosæ deiectiones ſunt, ijs ſurditate ſuperueniente deſinunt. Et quibus ſurditas præcedit, ijs bilioſis deiectionibus ſuperuenientibus, finitur.

Hipp.

Hippocrates hoc in Aphor.de ſurditate quæ facile ſoluitur,agit;docétque hanc fieri ob retentas biliosas deiectiones:& viciſsim ſolui, vbi illæ ſuperuenerint. Loqui autẽ illum de ſurditate quæ nõ eſt ſtabilis,facile è verbo ἐπιγινομένης colligitur.Fit autem à flaua bile quæ ad cerebrum recurrit,quòd humor ſit facile mobilis. A pituita enim generata ſurditas ſtabilior eſt,quòd is humor craſſus & tenax ſit. Nihil itaque mirum,ſurditate ex recurſu bilis ad cerebrum facta,bilioſas deiectiones deſinere.Quòd ſi vero bilioſæ deiectiones ſurditatẽ ſequantur,neceſſe erit vt bilioſa materia è ſupernis ad inferiora tranſlata, ſurditas ceſſet. Porro etſi magna ex parte accidit,vt ſurditas in febribus orta per bilioſas deiectiones ceſſet,tamen ſoluitur etiam aliis nonnunquã modis,quemadmodum in libello cui titulus eſt, De morborũ decretorio,teſtatur Hipp.inquiens, "Quibus in febribus aures ſurdeſcunt,ij neceſſario febre nõ diſcuſſa delirant:quod quidẽ deliriũ ſanguis è naribus fluens ſoluit,vel ſi venter ſolutus bilioſa demittat,vel ſi difficultas inteſtinorum ſuperueniat,vel coxendicum,vel genuum dolor. — *Surditas facile ſolubilis.*

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Non de ea quæ habitu diffic.Græcè, ὁ περὶ τῆς ἐν ἕξει δυσλύτου, non de ea quæ ſtabilis eſt,& difficulter ſoluitur. Sunt enim duplices affectus corporis, Quidã leuiter in corpore noſtro hærẽt,& facile ſoluũtur,Græciſq; ἐν σχέσει διαθέσεις dicuntur, Quidã in habitũ abeunt,& difficulter ſoluuntur,iiſdémque ἐν ἕξει, καὶ καθ' ἕξιν vocantur,Hinc febres,quæ nõ niſi difficulter ſoluuntur illis ἑκτικοὶ, ſicuti contrà quæ facile,σχετικοὶ nominantur.Teſtis Gal.lib.8.The,meth,cap.1. — *Affectus ἐν σχέσει ἐν ἕξει, Febres hecticæ.*

APHORISMVS XXIX.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἑκταίοισιν ἐοῦσι ῥίγεα γίνονται, δύσκριτα.

Quibus in febribus ſexto die rigores fiunt, ij difficile iudicium afferunt.

Rigorem ſexto die in febribus ortũ, hoc in Aphoriſmo, veluti eum qui morbũ non iudicat,dãnat,Per rigorem autem hic intelligere oportet,inæqualem vniuerſi corporis cõcuſsionẽ & quaſſationẽ:ſic enim rigorẽ Gal,li.1,de Sympt. cauſis cap.vltimo definit.Quod vt moneamus hoc loco,pro- — *Rigores ſexto die orti malũ portẽdũt.*

Rigor. pter Corn. Celſum neceſſe eſt. Is enim rigoris voce in alia ſignificatione vtitur, nẽpe pro ea cõuulſionis ſpecie, quæ Græcis τέτανος, & interpretib. Latinis diſtenſio dicitur. Quod autẽ Hipp. ῥῖγος appellare ſolet, hoc ille horrorẽ algorémq; interpretatur. Sed oportet nos à Celſi interpretatione recedere duplici de cauſa. Primo propter diutinã cõſuetudinem ſcholarũ, quæ hac in ſignificatione voce rigoris multis iam annis vſæ ſunt. Dein. quia niſi idipſum faciamus, latina vo-

ῥῖγος & φρίκη differunt. ce, qua Græcorũ exprimamus, φρίκην, deſtituemur. Differre autẽ ῥῖγος & φρίκην, manifeſtiſsimũ fit ex iis quæ ſcribit Gal. li. 10. Ther. meth. ca. 4. & li. 2. de Symp. cauſ. ca. 7. nõ obſtante

ῥῖγος. quòd ex eadẽ cauſa, nẽpe mordacibus & acrib. excrementis generẽtur. ῥῖγος enim, rigórue Latinis, fit, vbi eorundẽ acrimonia & impetus celeritas intenduntur, tũ copia maior, &

φρίκη. laborantis viriũ infirmitas eſt. φρίκη autẽ, ſeu horror, oritur. vbi & qualitas prædictorũ, & impetus velocitas remiſsior, tum copia minor, & robur triſtãti obſiſtit. Cauſas vero rigoris copioſe docet loco iam citato Gal. & lib. 2. de Iudic. ca. 3. Quib. itaq;, inquit Hipp. in febribus, & iis quidẽ continuis, ſextũ diẽ attingẽtibus rigores accidũt, δύσκριτα ſunt hoc eſt, χαλεπὴν ἐπιφέρει κρίσιν, difficile afferũt iudiciũ, aut ſunt mali iudicij. Sed quæ ad huius dictionis dieíque ſexti rationẽ attinent, in Com. Gal. abũde explicantur. Non autem temere à nobis antea dictũ eſt, rigores ſextanos in cõtinuis febribus malum portendere iudiciũ: in intermittentibus enim quotidianis quanuis rigores ſexto die fiunt, nihilominus, tamen

Aph. 63. huius ſect. morbum ſoluunt. Hinc eſt quod infrà dixerit: Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſoluuntur.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

In 1. lib. Epidemiôn.] Sect. ſcilicet 2. conſtit. 2. Paulo antè.] Nempe Comm. 22. In prognoſtico.] Scilicet lib. 3. Aph. 4. In hoc ipſo aphoriſmorũ lib.] Sect. 2. Aph. 24. In 1. Epid.] Sect. 3. in fine. Vel non firmiter, &c.] Græcè, ἢ οὐ βεβαίαν κρίσιν δηλοῦντι, ἐπιφέροντα, ἀλλὰ ὥστε ῥᾳδίως ὑποστροφιάζειν, ἢ εἰς μακρὸν ἐμπίπτοντα χρόνον, vel non firmum iudicium afferre, ſed vt facile ſit, fieri recidiuam: vel in longũ tempus incidẽs: non autẽ incidentes, vt Muſa cõuertit. Neque enim ἐμπίπτον-

Muſa notatur. τα refert ῥίγεα, ſed κρίσιν, vt ſit accuſatiuus ſingularis. Cæte-

Iudicium rum notandũ hoc loco erit, firmã, fidã, certámue iudicationẽ

eſſe,

eſſe,quæ nunquam redit.Et contrà infirmam,infidam ac incertam,quæ cum morbi recidiua fit. Teſtis Gal.qui lib.1.de Diebus iudicatoriis ita ſcriptũ reliquit: πιστὴ καὶ βεβαία καὶ ἀσφαλὴς, ἡ μηκέτι ἐπανερχομένη. ἄπιστος ἢ, ἔτι χρὴ ὑποστροπιάζει: Cum caſibus.] Græcè, καὶ μετὰ συμπτωμάτων δ᾽ ἔστιν ὅτε χαλεπῶν, εἰ ἐκταῖα γίνεται. accidit vero interdum cum difficilibus ſymptomatis,ſi prorogetur.Quæ duo extrema verba non rectè prçteriit interpres,vt ex Græcis liquet, & alio quodam Galeni loco,lib.nimirũ 3.Prog.Comm.1.hunc planè explicante,vbi ita inquit:Intercidit quãdoque ſextus,qui malè iudicat,propterea quod ſymptomatis difficilioribus interdũ faciat excidere iudicationẽ in ὑπέκκρισιν nominatam:quia iudicatio vltra debitũ progetur tẽpus Nõ enim integre diſcutit morbum,ſed imperfecte.Et ſi quando integrè,prorſus efficit recidiuã.Quapropter rectiſsime diem ſextũ Gal.li.1.de Dieb. decretoriis tyrãno comparat,dicẽs:Nullus enim in hoc die iudicatur morbus,niſi cũ difficilib.ſymptomatis,& periculo maximo,ad hæc abſque fide, imperfectè, obſcurè,ſine ſignis,& ad malum.Cæterũ quæ ſit infida iudicatio,paulo antè diximus.Imperfecta quidẽ eſt, quæ ex morbo aliquid relinquit.Obſcura,quæ citra excretionẽ vel abſceſſum fit. Sine ſignis,quæ à nullo priore die eſt indicata. Mala, quæ in ægri perniciem omnino deſinit.Ipſorũ autem cauſas.] Nam quũ omnes iudicationes in dies intercidentes tranſlatæ nobis ſuſpectæ eſſe debeant,quod ſcilicet idipſum non fiat niſi propter errata quædã interueniẽtia:maximè certe diei ſexti iudicatio nobis ſuſpecta ſit oportet: quod is,vt ait lib. 1. de Dieb.iudicatoriis Gal.pernicie illius quẽ iudicandũ ſuſcepit,lætetur, de ſalute vero eiuſdem triſtetur,malè denique ægrũ tractet,& longa punitione exerceat. Quapropter quũ iudicationes in diebus intercidentibus nõ fiant naturæ motu,ſed morbi potius malitia,aut errore aliquo interueniente,malæ vt ſint neceſſe eſt,quemadmodum ſuprà in explicatione Aphor.23.ſect.2.diximus paulo copioſius. De iudicatoriis diebus.] In Aldino codice legitur, ἐν τῷ τρίτῳ τῶν περὶ κρίσεων, in tertio de iudiciis.Verũ cum illic nullam fieri dierum iudicatoriorũ mentionẽ conſtet,cenſeo cum interprete eſſe potius legendũ ἐν τῷ τρίτῳ περὶ τῶν κρισίμων ἡμερῶν.Quum autem in 1,etiã lib.Dierũ iudicatoriorũ plura de diebus de-

ὑπέκκρισις.

Dies ſextus tyrãno collatus.

Imperfecta iudicatio. Obſcura. Sine ſignis. Mala.

Diei ſexta iudicatio ſuſpecta.

Iudicationes intercidentium dierũ malæ.

cretoriis habeat Galen.præſtat vt ſimpliciter legamus ἐν τῷ περὶ τῶν κρισίμων ἡμέρων, in lib.de diebus iudicatoriis.

APHORISMVS XXX.

Ὁκόσοισι παροξυσμοὶ γίνονται, ἣν ἂν ὥρην ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ἐς τὴν αὔριον τὴν αὐτὴν ὥρην ἢν λάβῃ, δύσκριτα.

Quibus acceſſiones fiunt, ſi febris, quacũque hora dimiſerit, eadẽ poſtero die inuaſerit, iis difficulter ſoluitur.

Initiũ acceſsionis conſiderandum.

δύσκριτον

HIc Aphor.ad artem quæ futura prædicit,pertinet;quippe quæ febres futuræ ſint longæ,quæ itẽ breues,ex hora qua acceſsio ipſa inuadit,oſtendit. Initiũ itaque acceſsionis,non finẽ Hipp,cõſiderandũ eſſe monet. Si enim eandem ſemper horã initiũ eiuſdẽ ſeruauerit,tum febrẽ illã difficulter ſolutã iri cenſendũ,δύσκριτον enim hoc loco, Gal,in Com. teſte,nõ ſignificat niſi δύσλυτον.Quã interpretationem etiam Philotheus ſequitur, dum inquit, δύσκριτον τουτέστι μηκύνεται τὸ νόσημα. Cauſam Gal.in Comm. exponit, vt non ſit neceſſe nos in huius Aph.enarratione eſſe longiores.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Interpretis lapſus.

Horã habentibus initij acceſsionis,&c,]Græcè, τῶν ἄτακτον ἐχόντων τὴν ὥραν τῆς ἀρχῆς τοῦ παροξυσμοῦ, iis qui habent inordinatam initij acceſsionis horã. Oſtendere,non tamen.]Non recte hanc ſententiam interpres cõuertit. Quippe poſt verbum oſtendere, finiens ſententiam colon eſſe debet, vt ſubinde noua ſequatur,hæc ſcilicet, οὐ μὴν οὐδὲ τὸ δύσλυτον οἷον δεῖ, &c.neque etiã hanc vocem dyſcriton aliter poſſumus interpretari,&c, Vim demolientem.]Græcè μοχλείας γὰρ ὡς ἂν εἴποι τις ἰσχυρᾶς δεῖ τοῖς ἐστηριγμένοις,validiore enim,vt ſic dixerim, commotione iis quæ ſtabilia ſunt,opus eſt.

APHORISMVS XXXI.

Τοῖς κοπιώδεσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐς ἄρθρα,καὶ παρὰ τὰς γνάθους μάλιστα, ἀποστάσιες γίνονται.

In febribus in quibus laſſitudinis ſenſus eſt, in articulis,& in buccis præcipue, abſceſſus fiunt.

κοπιώδεσιν,

HIppocrates in hoc Apho.docet,quibus potiſsimũ in febribus abſceſſus fieri ſolent,nempe in iis quibus laſsitudinis ſenſus ineſt.Sic enim vocẽ κοπιώδεσιν lib.2.cap.7.interpretatus eſt Celſus,dicens,Si laſsitudinis ſenſus in febre

eſt

eſt vel in maxillis, vel in articulis aliquid abſcedit. Nec aliter infrà Comm.33. exponit Gal. inquiens, ὅταν ἐν πυρετοῖσι κοπιώδης αἴσθησις ᾖ, quando in febribus laſsitudinis ſenſus fuerit. Cæterũ ſenſus is laſsitudinis, eſt eius quæ vel ex pluribus motibus qui præceſſerunt, eſt generata, vel eius quæ citrá hos accidit. Siue autẽ ab externo aliquo, atq; adeô manifeſto motu, quẽ quis initio febris ſuſtinuit: ſiue ſponte & citra laborẽ aut motũ aliquẽ acciderit laſsitudo in febrib. abſceſſus neceſſe eſt fieri in articulis, hoc eſt iuncturis totius corporis, nõ tantum manuũ & pedum. In ſpontanea enim laſsitudine latiora articulorũ ſpacia prompte in ſe vitioſorũ humorũ redundantiã ſuſcipiunt. In non ſpontanea autẽ laſsitudine fiunt ideo abſceſſus in articulis, quòd lata ſint ſpacia, & motu excalefacti excrementa corporis attrahant. Præcipue vero in iis febribus abſceſſus ſunt in buccis maliſue, triplici de cauſa. Primò propter calorẽ febrilem, quæ multitudinem humorũ ſecum ſurſum defert. Dein propter materiam, quæ magna ex parte tenuis eſt, adeo vt & vi caloris ſuáque ſponte própte ſuperiora petat. Tertiò, ꝙ malæ bucceuæ ſint admodũ imbecilles, nequeántq; ad alias corporis partes excremẽta ipſa propellere. Buccę autẽ, quas Hipp. aliiq; Græci γνάθους nominãt, ſunt latera óris vtrinq; quæ ſpiritu retento inflantur. Latinis malæ etiã dicũtur. Hæ bellè coloratis & ingenuis, pudore perfuſis, rubẽt. Quare interpres γνάθους perperã maxillas cõuertit. Sunt enim maxillę partes infra buccas, oſſa nimirũ quibus dentes infiguntur, Græcis σιαγόνες & γένυες appellantur. Quid autem abſceſſus Latinis ſignificet, in cap.41. Compendij noſtri expoſuimus.

Senſus laſſitudinis.

Articuli. Abſceſſuũ cauſę in laſſitudinibus.

Cur abſceſſus in buccis maximè.

γνάθοι, Buccæ. Malæ. Maxillæ.

σιαγόνες

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Dictum prius.] Sectionis 2. Comm.5. Propriè labores nominantur.] Græcè κόποι, laſsitudines. Sicq; paſsim in huius Aphoriſmi Comm. pro laboribus dicendũ erat laſsitudines.

Ex motibus.] Adiiciendum pluribus. Græcè enim eſt, ἐπὶ κινήσεσι πλείοσι. Proprium peculiare.] Græcè, ἴδιον καὶ ἐξαίρετον, proprium & peculiare. Rariores in illis abſceſſus ſunt.] Quibus ſcilicet laboris ſenſus non ineſt febribus. Circa maxillas.] Græce περὶ τὰς γνάθους, circa malas.

APHORISMVS XXXII.

Ὁκόσοισιν ἀνισταμένοισιν ἐκ τῶν νούσων τὶ πονέσῃ, ἐνταῦ-

ϑα αἱ ἀποστάσιες γίνονται).

Quibus conualeſcentibus è morbis pars aliqua laborauerit, illic abſceſſus fiunt.

HAec Hipp.ſententia ad præſagiendi artẽ pertinet.quid enĩ futurũ ſit iis q vbi iã è morbo cõualeſcũt,aliqua parte laborauerint,aut doluerint, docet. Fient autẽ abſceſſus in ea parte quę laborauit,aut dolet:vtrunq; enim πονέω verbum hoc loco,Gal.in Comm.teſte,ſignificat.Cauſam eius rei Galenus itidem in Commen.ſuis exponit,vt non ſit opus nos in enarratione huius ſententiæ eſſe prolixiores.

πονέω.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Sicuti prius dictũ.]Sect.ſcilicet 2.Comm.1.6.& 16.

Illuc morbũ decũbere.]Gręcè, ἐκεῖσε κατασκήπτειν ἀποστήματα, illuc abſceſſum decumbere.Sicuti & caliditas maior.]Sicuti vox abundat.Græcè enĩ legitur, καὶ θερμασία πλείων ἀνάπτεται. Quomodo autẽ caliditas natura apta eſt fluxiones attrahere,aut eaſdem recipere,Gale.peculiariter lib. 2. de Diff.feb. cap.11.oſtendit,vbi ex profeſſo fluxionum cauſas exponit.

Caliditas fluxiones attrahit.

Hoc,]ſcilicet dolore.Atq; imbecillitas.]Quomodo imbecillitas ad laborantem partem trãſuehat ſuperuacua,luculẽter Gal.monſtrat lib.3.de Natur.facult.cap.13.vbi ita ſcriptũ reliquit.Sicut inter ſe particulę altera nutrimentum trahit, ita altera in alteram quod ſuperuacuum eſt à ſe deponit. Et „ ſicut trahẽtiũ ea vicit quæ erat valentior,ſic & à ſe deponen„ tium. Eſtque hæc vocatarum fluxionum cauſa. Habet enim „ particula quęque natiuum quoddam robur,quo quod ſuper„ uacuum eſt, perſequitur : Vbi igitur earum aliqua affectus „ cuiuſpiam occaſione imbecillior eſt reddita, ex omnibus „ in illam confluere quæ ſuperuacua ſunt, eſt neceſſe.Ea namque quæcunque pars valentiſsi. eſt, in vicinas omnes reponit. Earum rurſus ſingulæ in alias quæ ipſis ſunt imbecilliores: dein rurſus illarum ſingulæ in alias: ídque eatenus longiſsime procedit,quoad ex omnib⁹ fugatum ſuperuacuum in vnam quampiam maxime imbecillarũ procumbat.Hinc namq; in aliam transfluere nequit, vtpote nec valentiorum aliqua id recipiente,nec laborante ipſa à ſe repellere valente.Idem docet libro ſexto de Tuend. ſanit. capit. 11.

Imbecillitas ſuperuacuorum cauſa.

Vtroque modo.] Pro laborare videlicet,ac dolere.

APHORISMVS XXXIII.

Ἀτὰρ ἢν καὶ πϱοπεπονηκώς τι ᾖ πϱὸ τοῦ νοσεῖν, ἐνταῦθα ςηρίζει ἡ νόσος.

Quin & ſi priuſquam aliquis ægrotet, pars quædam perdoluerit, aut labore fatigata fuerit, in ea morbus firmatur.

IN hoc Aphoriſ. de dolore & laſsitudine, quæ morbum antecedunt, agit Hipp. eáque eſſe in cauſa, cur in partem aliquam ſuperuacua decumbant, dicet, inquiens. Quin etſi antequã aliquis febri aut alio morbo affligi cœperit, pars quæpiam corporis perdoluerit, aut labore laſſata fuerit: vtrũq; enim, Galeno teſte, verbum πϱοπεπονηκὼς ſignificat: in eã morbus decumbet, hoc eſt, in ea futurus eſt abſceſſus, per quem morbus ipſe iudicabitur: idque propter cauſas præcedenti Aphor. expoſitas. Cęterum quod dixit Hipp. haud dubiè accidet, niſi per aliquam excretionem, eam nimirum quæ fit vel per vrinam, aut ſanguinis è naribus profluuium, humores craſsi facientes abſceſſum vacuati fuerint. Cuius rei teſtis eſt Hippocrates, qui infrà ſic ſcriptum reliquit. Quibus ſpes eſt abſceſſum ad articulos futurum eſſe, liberat ab abſceſſu vrina multa craſſa & alba facta, qualis in febribus laborioſis quarto die quibuſdam fieri incipit. Si vero etiam ex naribus profluxerit ſanguis, breui admodum ſolutio fit. Generalis huius ſententiæ exemplum habes in Amphigenis famulo, libr. 6. Epidem. part. 4. Aphoriſ. 2.

[Margin: πϱοπεπονηκώς. — Aph. 74. huius ſect.]

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Præpoſito.] Græcè, πϱοειϱημένῳ, prædicto. Expectare oportet.] Addendum, ægrotanti. Græcè eſt, τῷ κάμνοντι πϱοσδοκᾶσθαι χρὴ, &c. Iuxta maxillas.] Græcè, πεϱὶ τὰς γνάθους, iuxta buccas, vt ſuprà. Ex morbo relatus] Græcè, ἀνακομιζόμενος ἐκ νόσου, è morbo conualeſcens. In quibus, &c.] Græcè, ἐφ' ὧν ἐλπὶς ἐστὶ ἀπόστασιν γενέσθαι, καὶ μὴ πϱοκϱιθῆναι τὸ νόσημα δι' ἐκκϱίσεως, in quibus ſpes eſt abſceſſum fore, neq; morbum antea iudicari per excretionem. In præcedentibus.] Commenta. 29. huius ſectionis, & 31. & 32.

APHORISMVS XXXIIII.

Ἢν ὑπὸ πυϱετοῦ ἐχομένῳ οἴδημα τος μὴ ἐόντος ἐν τῇ

φάρυγγι πνὶξ ἐξαίφνης ἐπιστῇ, θανάσιμον.

Si febricitanti, nullo existente in faucibus tumore, ſtrangulatio ſubito accidat, letale eſt.

Angina periculoſiſsima.

HIc Aphoriſmus ex eorũ eſt numero, q̃ ad prędicẽdi artẽ pertinent. Iñ ea eñ de periculoſiſsima agit angina quę nimirũ ex gutturis inflammatione oritur, quá quidem confeſtim ſtrãgulare trádit, inquiẽs. Si febricitãti (ſic enim Celſus li. 2. cap. 6. hęc Hippocratis verba, ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, eſt interpretatus) aut ei quem febris vel exigua, vel vehemens corripuit, tumore) hoc enim loco οἴδημα, vt multis aliis in locis Hipp. generatim accipitur, idémque quod ὄγκος, vt alibi quoq; mõſtrauimus, hoc eſt, tumor ſignificat) nullo exiſtente in faucib⁹. i. ſi aperto ore tumor nullus appareat in faucib⁹, ſtrãgulatio ſubito fiat, letale eſt ſignũ. Cauſã expoſuit in cõ. Gal. qui quũ ſatis ꝓlixi ſint, non eſt cur noſtrã enarrationem extẽdamus. Speciẽ eius anginæ de qua hic ſermo eſt, clarius pingit Hipp. lib. 3. Prog. Aph. 18. vbi ita ſcriptũ reliquit. Angina periculoſiſsima eſt, celeritérq; enecat, vbi neq; in faucibus, neq; in ceruice q̃cquã apparet, doloréſq; vehemẽtes fuerint, & ſpiritus non niſi recta ceruice trahitur. Hęc enim eodẽ die ſtangulat, & interdum ſecundo, aut tertio, aut quarto. Quam quidem Hippocratis ſententiam ideo citare placuit, quód non parum lucis huic noſtro Aphoriſ. afferat. Plura ad huius Aphor. intelligentiam habet Gal. Comm. 60. ſectio. 7.

οἴδημα.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Anhelitus Spiratio.

De difficili anhelitu.] Græcè, περὶ δυσπνοίας, de difficili ſpiratione non anhelitu, ſicut interpres cõuertit. Quippe anhelitus eſt ſpiritus tãtũ emiſsio, vt alibi etiã diximus. Spiratio autẽ eiuſdẽ ingreſſus & egreſſus. Loc⁹ autẽ quẽ citat Gal. eſt in lib. 1. vbi ita ſcriptũ reliquit. Vbi caliditas abũdat, veloces & magnas & dẽſas videre eſt fieri inſpirationes. Defectũ inſpirationis.] Gręcè, ἐνδείας ἀναπνοῆς, defectũ ſpirationis. Nam talis anguſtia ipſorũ. &c.] Gręcè, ἡ γὰρ τοι στενοχωρία ἐκ αὐτῶν χωρὶς τῶν δι ἀναπνοῆς ἐστι γινομένη. Nam ipſa anguſtia non eſt facta ſine iis quę reſpirationi ſeruiunt inſtrumentis. Legitur autẽ in Aldino codice perperam γιγνομένης pro γιγνομένη. Reſpirationis autem inſtrumenta, vt in libro de cauſis reſpirationis teſtaturGal. ſunt, os, nares, aſpera arteria, pulmo, muſculi thoracis,

Reſpirationis inſtrumẽta.

facis, ſeptímq; tranuerſum. Per fauces autem,&c.] Locus eſt in 1.Odyſſeę, vbi ait, φάρυγγος δ' ἐξέσσυτο οἶνος, ψωμοί τ' ἀνδρόμεοι, faucibus vinũ eructabatur, fruſtráq; humana, non vt Muſa cõuertit, cibíq; percurrebãt. ψωμοὶ enim, Phauorino interprete, ſunt μικρὰ, τὰ λεπτὰ κόμματα, fruſtra, partes exiguę. ἀνδρόμεοι autẽ idẽ ſignificat quod ἀνθρώπειοι, vel κρέα ἀνθρώπου, humana, vel carnes humanas. Spacium illud laxius.] Haud aliter φάρυγγα, deſcribit lib.4.de Male affect. loc.capit.5.inquiens: Fauces voco internum oris locum, vbi ſimul conueniunt & gulæ & gutturis partes extremæ. Libro quoque Prognoſt.3. Commen.18.præiacentem gulæ & gutturi locum fauces appellat. Quod commemorare hoc loco volui, vt quæ eſſet propria τοῦ φάρυγγος apud Galenum ſignificatio, ſtudioſi ſcirent.

Muſæ interpretatio inepta. ψωμοί.

Fauces.

οἴδημα.

Priſci enim per tumorẽ.] Græcè eſt, ὥσαύτως ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ τό τε οἴδημα καὶ τὸν ὄγκον. Priſci eodem modo & œdema & tumorem nominabant. Abſque dolore duri.] Legendum & duri. Græcè enim eſt, καὶ σκληροί. Oedemata, id eſt inflationes.] Expungenda eſt dictio inflationes. Neque inflationes, Græcis οἰδήματα, ſed ἐμπνευματώσεις vocantur. Sub vocabulo inflationis] Græcè, οἰδήματα προσαγορεύειν, ſub vocabulo œdematis. Tunicę tenuitatem.] interioris nimirum. Sunt enim duę aſperæ arteriæ tunicæ, interior & exterior. Interior eſt orbicularis, omnia ſubiungens, denſa, tenuis, modice ſicca. De qua plura Galen lib.7.de Vſu par.corp. Muſculi anteriores] Græcè eſt, εἴτ' ἔνδον αὐτῆς μύες. ſic enim legendum, nõ αὐτῶν, vt habet Aldinus codex, muſculi interiores, de quibus vide Gale.loco iam citato. Quando adiacentium faucibus partium] Gręcè, ἐπικειμένων τῇ φάρυγγι μυῶν, incumbẽtiũ faucibus muſcorum. De quibus in ſequentis Comm. annota.dicemus plura. In lib.prænunciatiuo.] Græcè ἐν τῷ προῤῥητικῷ, in protrrhetico lib.ſ.2.Aphor.54. Per fauces autem tenues, Gal.in Comm. teſte, Hippo.intelligit eas quæ ſunt ſine tumore. Et talibus] Græcè, ἐπ' αἰτίας ἴσαι, ex talibus cauſis. Fieri abſque dolore.] Adiiciendũ, in eo. Græcè nanque eſt, γενέσθαι τὸν ὄγκον ἀνώδυνον ἐν αὐτῷ. Reſolutis.] Aldinus codex legit παχυνθέντων, craſsioribus redditis. Alij habent παραλυθέντων, quos interpres eſt ſecutus. Vtraque autem lectio tolerari poteſt. Quia coincidentibus propter reſolutionem tunicis anguſtia fit, perinde atque vbi craſsiores redduntur. Muſculi gutturis intrinſeci.]

Interpretis error.

Aſperę arteriæ tunicæ.

Aldinus codex emẽdatus.

Fauces tenues.

quia à morbo ſuperatur, mors accidit. Interpretis verba, non in poſtremis afferunt mortem, idem præ ſe ferunt. Nam in poſtremis morbi temporib. minimè afferre mortem volunt, ſed primis potius, nempe principio vel augmẽto. Aliqua exemplaria Gal. habent, τῇ θανάτῳ ἐν ὑστέρῳ φέρει. Eámq; lectionem Muſa probat, atqui perperam. ſequentia enim verba, καθάπερ ἐν ἄλλοις νοσήμασιν, huic lectioni prorſus aduerſantur. Quippe alij morbi non poſtero die, ſed longiore tẽpore mortem afferunt. Vel qualis ſanguis niger.] Abũdat, vel. Græcè enim eſt, ὑποχωρήματα μέλανα οἷον αἷμα μέλαν. Hæc enim.] Quæ ſcilicet deiiciuntur. Vt ille.] Videlicet ſanguis niger.

Muſæ ſententia improbatur.

APHORISMVS XXIIII.

Δυσεντερίη ἢν ἀπὸ χολῆς μελαίνης ἄρξηται, θανάσιμον.

Difficultas inteſtinorum ſi ab atra bile incœperit, letalis.

Qvum quatuor ſint dyſenteriæ, Gal. lib. 3. de ſymp. cau. c. 8. teſte, ſpecies, hîc de vltima, quæ inteſtinorum eſt exulceratio, & in qua paulatim & breuibus interuallis deiectio fieri ſolet, Hippoc. loquitur, eámq; ſi ab atra bile incœperit, eſſe letalem ait. quod, vt Gal. in Comm. ſuis tradit, à cancro vlcerato nihil differat. Accedit ꝙ medicamenta ipſa inteſtinis, vt externis partibus, imponi nõ queant, neq; illis tantiſper donec facultatem ſuam exerant, adhærere. Præterea inteſtina ipſa malè affecta ab alimenti excrementis ſemper irritantur. Sunt enim inteſtina, Galeno lib. 1. de Tuen. ſani. teſte, excrementorum primi generis receptacula.

Dyſenteriæ ſpecies.

Dyſenteria ab atra bile facta cur letalis.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Quæ à quibuſdam rufa.] Græcè, ὑπὸ τῶν ὠχρᾶς μὲν, quæ à nonnullis pallida. Eius cõuerſionis rationẽ iam ſæpe hîc, & alibi mõſtrauimus. Abraſis prius in ſumma ſuperficie.] Græcè, ξυομένων μὲν τὰ πρῶτα τῇ τοῦ χυμοῦ δριμύτητι τῶν ἐντέρων, abraſis quidẽ primùm ob billioſi humoris acrimoniam inteſtinis. Poſteà verò exeſis, &c. Hîc quædã ab interprete omiſſa ſunt. Græca enim ita habent, ἀναβιβρωσκομένων δ' ὕστερον, ὡς ἑλκοῦσθαι καὶ γίνεσθαι δυσεντερίαν, exeſis verò ſubinde vt exulcerentur, & fiat inteſtinorum difficultas. Vbi igitur hic cancer, &c.] Græcè, ὅπου τοίνυν ἐπιπολῆς συνιστάμενος ὁ τοιοῦτος καρκίνος, ἤτοι δυσίατος

Interpretis oſcitantia.

ἢ παντάπασιν ἀνίατός ἐστι. Cùm itaq; hic cancer in corporis ſuperficie conſiſtens, aut difficulter ſanetur, aut omnino ſanari non poſsit, &c. Inſidentem.] Græcè, ἐπικείμενον, impoſitam inhærentem, incumbẽtem. Quia nihil illi continuo, &c.] Græcè, ὡ μηδὲν ἔχειν δύνασθαι διαπαντὸς ὁμιλοῦν φάρμακον ἑαυτῷ, quia nullum illi medicamentum aſsiduo adhærere poſsit.

APHORISMVS XXV.

Αἷμα ἄνωθεν μὲν ὁκοῖον ἂν ᾖ κακὸν, κάτω δὲ τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα ἀγαθόν.

Sanguis qualiſcunque fuerit ſuprà emiſſus, malus eſt: infra vero, ſi nigra ſubeunt, bonum eſt.

IN iis qui præceſſerunt aphoriſmis, Hippoc. de iis egit qui
nigra deiiciunt: nunc de iis illi ſermo eſt, qui ſanguinem — *Sanguis ſuprà emiſſus cur malũ portendat.*
vel per os, vel per inferiora excernũt. Inquit autem ſanguinem ſuprà, hoc eſt, Gal. interprete, per os qualiſcunq; fuerit, id eſt, ſiue rubicundus, ſiue ſpumoſus, ſiue flauus, ſiue niger, hoc eſt ſiue purus ſyncerúsve, ſiue pituitoſus, ſiue bilioſus, ſiue melancholicus fuerit, malum eſſe, id eſt malum aliquod portendere. Nam aut apertionem, aut exeſionem, aut rupturam alicuius vaſis in ſuperiorib. partib. cõſiſtentis ſignificat, idq; in viris maximé. Quod adiiciendũ neceſſariò erat pro- — 5.aph.32.
pter mulieres, quibus nonnunquam ſanguinis vomitus, teſte Hipp. accidit, nõ quidẽ propter cauſas paulò antè dictas, ſed ob ſuppreſſa potius monſtra. Malũ autem is quoque vomitus portendit, vteri nimirũ obſtructionem: qua quidẽ ſublata, & ipſe ſanguinis vomitus ceſſat. quod Hipp. loco iam citato iis
verbisteſtatur: Mulieri, inquit, ſanguinẽ euomẽti, menſtruis “
erumpentibus, ſolutio fit. Cæterũ dictionem ſuprà, neceſſa- “
riò, vt dictũ eſt, per os interpretamur, vt nimirum hac ratio- — *Supra.*
ne ſanguinis è naribus profluuiũ excludamus, quod magna ex parte eſt iudicatorium, atq; adeò bonum, & minimè malum. Hinc eſt quod Hipp. infrà, ſect. ſcilicet 5. aph. 33. dixerit: Menſtruis deficientibus ſanguis è naribus promanans, bonum. Quòd ſi verò nigra infrà deiiciuntur, bonum eſt. Sic enim, vt in contextu Grecorum eſt verborum, legendum vel in eum modum, κάτω δὲ τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα ἀγαθόν, Non au-
tem ſimpliciter, κάτω δὲ ἀγαθόν. Infrà autem Galenus & Phi- — *Infra.*
lotheus interpretantur, per hæmorrhoidas. Bonum verò, — *Bonum.*

ἄμεινον, id eſt, melius. Per hæmorrhoidũ enim profluuiũ melancholicus humor quem hominis natura coaceruauit, vacuatur. Quod Hipp. etiam infrà iis ſignificare verbis voluit,
6. aph. 11. Atra bile vexatis, hęmorrhoides ſuperuenientes, bonũ. Huic lectioni Galenus in Comm. ſubſcribit. Sunt exemplaria in quibus ita legitur, κάτω δὲ ἀγαθὸν, καὶ τὰ μέλανα διαχωρήματα κακόν, infrà autem bonũ: hoc eſt per hæmorrhoidas, melius. Et nigræ deiectiones, malum, vt dictum eſt ſuprà, nempe aph.
Alia lectio. 21. ſignificant. Atque hæc quidem lectio manifeſtè hæmorrhoidas à nigris per aluum deiectionibus diſtinguit.

ANNOT. IN COMM. GAL.

De nigris deiectionibus ſermo, &c.] Rectè ſanè hunc in
Aldinus codex emẽdatus. modum Galeni verba eſt interpretatus Leonic. non obſtante quòd in Aldino codice locus ille ſit deprauatus. Deſiderantur enim illic aliqua, hæc nimirum verba, διαχωρημάτων μελάνων. νῦν δὲ περὶ τῶν. Proinde Gal. verba ita legenda erunt, ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀφορισμοῖς ὁ λόγος αὐτῷ γέγονε περὶ τῶν διαχωρημάτων μελάνων. νῦν δὲ περὶ τῶν διὰ τοῦ στόματος, &c. Diſrupti ſanguinis.] Græcè, τρόπον αἱμοῤῥαγικὸν, per modum copioſi & cum impe-
αἱμοῤῥαγία. tu fluentis ſanguinis. Eſt enim αἱμοῤῥαγία, vt teſtis eſt Definitionum libri autor, αἵματος λάβρος ἔκχυσις, copioſa ſanguinis effuſio. Malum. Græcè, κάκιστον, peſſimum. In Epidemiis.] Libro nimirum 6. part. 5. aphor. 25. vbi ita ſcriptum reliquit:
» Ab atra bile liberant, quia ſimile per eas profluit, hæmor-
» rhoides. De ſanguine ex venis quod hæmorrhoidas.] Græcè, ὑπὲρ τῶν αἱμοῤῥοΐδων, de hæmorrhoidibus. Tanquam ſanante melanchol.] Græcè, ὡς ἰωμένων τὰ μελαγχολικὰ πάθη, tanquam ſanantibus melancholica mala. Quod libro 6. Epide. part. 3.
» aph. 19. etiam monſtrauit Hippocrates, ita ſcribens, Hęmor-
» rhoides habentes neq; laterum doloribus, neque pulmonis
» inflammatione, neq; depaſcenti vlcere, neq; furunculis, neq;
» terminthis, neq; lepra, neque alphis corripiuntur. Et ſect. 5.
» aph. 11. Atra bile vexatis, & renum malis, hæmorrhoides ſuperuenientes bonum. Per hæmorrhoidem.] Græcè, διὰ αἱμοῤῥοΐδων, per hæmorrhoides. Siue ſupra modum.] Si enim plus quàm oporteat ſanguis per hęmorrhoidas profluxerit, iecur refrigeratur, atq; adeò hydrops ſubſequitur. Si verò ex toto ſupprimantur, itidem hydrops, aut tabes conſequitur: quemadmodum teſtatur Hippocrates, qui ita ſcriptum reliquit:

quit: A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus, ſi vna non ſerua- 6 aph. 12.
tur, periculum eſt aquam inter cutem vel tabem aduenire.

APHORISMVS XXVI.

Ἢν ὑπὸ δυσεντερίης ἐχομένῳ, οἷον ἂν σάρκες ὑποχωρήσωσι, θανάσιμον.

Si ei qui difficultate inteſtinorum affligitur, veluti carnes per inferiora exierint, letale.

Difficultas inteſtinorum letalis qua ratione cognoſci queat, hoc in aphoriſmo docet, inquiens: Si ei qui inteſtinorum difficultate laborat, partes inteſtinorum adeò magnæ excernuntur, vt carnis effigiem præ ſe ferant, letale eſt. Tanta enim tum erit exulceratio, vt neque caro coaleſcere, neque cicatrix, vt Galenus ait, obduci poſsit. Dyſenteriæ letalis ſigna.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Adhuc conſtituuntur.] Græcè, ἔτι μὲν συνισταμένας, quum iam fiunt. Abiecta.] Græcè eſt, ἀπορριπτομένης, abraſa. Horum ſuperficie interiore.] Inteſtina enim, vt teſtatur Galenus libro 4. de Vſu par. corp. huma. duabus conſtant tunicis, externa carnoſiore, & interna membranoſiore. Duplices autem factæ ſunt, partim vt excretoria facultas ipſorum eſſet validior, partim vt hæc ipſa inſtrumenta minus afficerentur. Nam aliquando interior per dyſenteriam, aliáque pathemata diuturna putreſcit, interiore ſalua. ideóque tum accidit, vt interdum ægroti mortis periculum euadant. Rectè igitur Hippocrates dixit, carunculas in dyſenteria excretas, letale eſſe ſignum. Quippe alteram, adeóque externam quoque tunicam eſſe læſam & corruptam ſignificant. Tunicæ inteſtinorum duæ.

APHORISMVS XXVII.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν αἱμοῤῥαγέει πλῆθος ὁκοθενοῦν, ἐν τῇσιν ἀναλήψεσι τουτέοισιν αἱ κοιλίαι καθυγραίνονται.

Quibus per febres ſanguis alicunde large & impetu eruperit, ij quum reficiuntur, alui humectantur.

Poſt ſanguinis copioſi per febres eruptionẽ, interdũ aluos humectari hac ſententia docet Hipp. Fit autem idipſum non tantũ in febribus, ſed & aliis morbis. Febriũ verò

potiſsimum mentionem facit Hippoc.quòd hæ ipſæ magna ex parte, præſertim vbi ardentes fuerint, Galeno libr.3.de Iudiciis capi.3.teſte,per ſanguinis è naribus eruptionem iudicentur.Non autem temerè inquit πλῆθος,hoc eſt,multitudo ſanguinis:quippe ſi exiguus eſt ſanguis qui profluxit,nõ
2.aph.7. eſt neceſſe, vt ſubinde aluus humectetur. Neque enim tum calor naturalis imbecillus fit,vt ſi ſanguis large & cum impetu effluxerit. Quia vt paulatim profluit, ita etiam virtus ipſa paulatim refici poteſt, quemadmodum Hippocrat.ipſe ſuprà docuit, dicens; Quæ longiore ſpatio tempóris extenuata ſunt corpora, lente reficere oportet. Quæ vero breui, celeriter.In Commen.itaque Galenus vbi Græcè eſt, διὰ τὴν αἱμοῤῥαγίαν,conuertẽdũ erit, ex copioſo ſauguinis profluuio, & nõ ſimpliciter,vt interpres fecit,ſanguinis profluuio.Alicunde,ſiue id è naribus, vt in febribus magna ex parte accidit,ſiue per vterũ,ſiue hæmorrhoidas fiat, quum reficiuntur jam è morbo conualeſcentes,iis alui humectantur, propter alimẽta quæ minus bene concocta in ventre morantur, neq; in corpus diſtribuuntur. Quod quidem accidere ſolet, vbi plus ciborũ aſſumptum fuerit,quàm natura euincere queat. Vbiverò ſenſim reficiuntur,neq; plus quàm natura cõcoquere & diſtribuere poſsit,ingerũt,non eſt neceſſe,vt tum aluus humectetur. Repetitur hæc ſententia lib.3.Prorr. aphor.40. iis verbis, Quibus ſanguinis eruptio multa fuerit, proce-
" dente tẽpore aluus malè afficitur,ſi nõ vrina cõcocta fuerit.
" Nam verbo πονηρεύεται,id eſt,malè afficitur, complectitur,&
" humectatur,& quæcunq; in ventre perperã fiunt: aliis quidem morſis, aliis inflatis,vel ructu acido correptis,vel prorſus non concoquentibus. Omnia enim hæc caloris natiui inopiam conſequuntur,ob quã & vrina aquoſa eſſe apparet.

APHORISMVS XXVIII.

Ὁκόσοισι χολώδεα τὰ διαχωρήματα, κωφώσιος γινομένης παύεται. καὶ ὁκόσοισι κώφωσις, χολωδέων γινομένων παύεται.

Quibus bilioſæ deiectiones ſunt, ijs ſurditate ſuperueniente deſinunt. Et quibus ſurditas præcedit, ijs bilioſis deiectionibus ſuperuenientibus, finitur.

Hipp.

Hippocrates hoc in Aphor.de ſurditate quæ facile ſolui-tur,agit;docétque hanc fieri ob retentas bilioſas deie-ctiones:& viciſsim ſolui, vbi illæ ſuperuenerint. Loqui autē illum de ſurditate quæ nō eſt ſtabilis,facile è verbo ἐπιγιγνομένης colligitur.Fit autem à flaua bile quæ ad cerebrum recurrit,quòd humor ſit facile mobilis. A pituita enim generata ſurditas ſtabilior eſt,quòd is humor craſſus & tenax ſit. Nihil itaque mirum,ſurditate ex recurſu bilis ad cerebrum facta,bilioſas deiectiones deſinere.Quòd ſi vero bilioſæ deiectiones ſurditatē ſequantur,neceſſe erit vt bilioſa materia è ſupernis ad inferiora tranſlata,ſurditas ceſſet. Porro etſi magna ex parte accidit,vt ſurditas in febribus orta per bilioſas deiectiones ceſſet,tamen ſoluitur etiam aliis nonnunquā modis,quemadmodum in libello cui titulus eſt, De morborū decretorio,teſtatur Hipp.inquiens, Quibus in febribus aures ſurdeſcunt,ij neceſſario febre nō diſcuſſa delirant:quod quidē deliriū ſanguis è naribus fluens ſoluit,vel ſi venter ſolutus bilioſa demittat,vel ſi difficultas inteſtinorum ſuperueniat,vel coxendicum,vel genuum dolor. *Surditas facile ſolubilis.*

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Non de ea quæ habitu diffic.Græcè, οὐ περὶ τῆς ἐν ἕξει δυσλύτου, non de ea quæ ſtabilis eſt,& difficulter ſoluitur. Sunt enim duplices affectus corporis, Quidā leuiter in corpore noſtro hærēt,& facile ſoluūtur,Græciſq; ἐν σχέσει διαθέσεις dicuntur, Quidā in habitū abeunt,& difficulter ſoluuntur,iiſdémque ἐν ἕξει, καὶ καθ' ἕξιν vocantur,Hinc febres,quæ nō niſi difficulter ſoluuntur illis ἑκτικοὶ, ſicuti contrà quæ facile,σχετικοὶ nominantur,Teſtis Gal.lib.8.The,meth,cap.1. *Affectus ἐν σχέσει ἐν ἕξει, Febres hecticæ,*

APHORISMVS XXIX.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἑκταίοισιν ἐοῦσι ῥίγεα γίνονται, δύσκριτα.

Quibus in febribus ſexto die rigores fiunt, ij difficile iudicium afferunt.

Rigorem ſexto die in febribus ortū, hoc in Aphoriſmo, veluti eum qui morbū non iudicat,dānat,Per rigorem autem hic intelligere oportet,inæqualem vniuerſi corporis cōcuſsionē & quaſſationē:ſic enim rigorē Gal,li.1,de Sympt. cauſis cap.vltimo definit.Quod vt moneamus hoc loco,pro- *Rigores ſexto die orti malū portēdūt,*

Rigor. pter Corn.Celſum neceſſe eſt.Is enim rigoris voce in alia ſignificatione vtitur,nẽpe pro ea cõuulſionis ſpecie,quæ Græcis τέτανος,& interpretib.Latinis diſtenſio dicitur. Quod autẽ Hipp.ῥῖγος appellare ſolet,hoc ille horrorẽ algorẽmq; interpretatur.Sed oportet nos à Celſi interpretatione recedere duplici de cauſa. Primo propter diutinã cõſuetudinem ſcholarũ, quæ hac in ſignificatione voce rigoris multis iam annis vſæ ſunt.Dein.quia niſi idipſum faciamus,latina voce,qua Græcorũ exprimamus,φρίκην,deſtituemur. Differre autẽ ῥῖγος & φρίκην,manifeſtiſsimũ fit ex iis quæ ſcribit Gal. li.10.Ther.meth.ca.4.& li.2.de Symp.cauſ.ca.7.nõ obſtante quòd ex eadẽ cauſa,nẽpe mordacibus & acrib. excrementis generẽtur.ῥῖγος enim,rigórue Latinis,fit,vbi eorundẽ acrimonia & impetus celeritas intenduntur,tũ copia maior,& laborantis viriũ infirmitas eſt.φρίκη autẽ, ſeu horror,oritur. vbi & qualitas prædictorũ, & impetus velocitas remiſsior, tum copia minor,& robur triſtãti obſiſtit.Cauſas vero rigoris copioſe docet loco iam citato Gal.& lib.2.de Iudic.ca.3. Quib.itaq;,inquit Hipp.in febribus,& iis quidẽ continuis, ſextũ diẽ attingẽtibus rigores accidũt,δύσκριτα ſunt hoc eſt, ἐκκλὴν ἐπιφέρει κρίσιν,difficile afferũt iudiciũ,aut ſunt mali iudicij.Sed quæ ad huius dictionis dieique ſexti rationẽ attinent,in Com. Gal.abũde explicantur. Non autem temere à nobis antea dictũ eſt, rigores ſextanos in cõtinuis febribus malum portendere iudiciũ:in intermittentibus enim quotidianis quanuis rigores ſexto die fiunt,nihilominus tamen morbum ſoluunt.Hinc eſt quod infrà dixerit:Quibus in febribus quotidie rigores fiunt,quotidie febres ſoluuntur.

ῥῖγος & φρίκη differunt.

ῥῖγος.

φρίκη.

Aph.63. huius ſect.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

In 1.lib.Epidemiôn.]Sect.ſcilicet 2,conſtit.2. Paulo antè.]Nempe Comm.22. In prognoſtico.]Scilicet lib.3. Aph. 4. In hoc ipſo aphoriſmorũ lib.]Sect. 2.Aph.24.In 1.Epid.] Sect.3.in fine. Vel non firmiter,&c.]Græcè, ἢ οὐ βεβαίαν κρίσιν δηλονότι ἐπιφέροντα, ἀλλὰ ὥστε ῥᾳδίως ὑποστροπιάζειν, ἢ εἰς μακρὸν ἐμπίπτοντα χρόνον, vel non firmum iudicium afferre, ſed vt facile ſit,fieri recidiuam:vel in longũ tempus incidẽs: non autẽ incidentes,vt Muſa cõuertit.Neque enim ἐμπίπτοντα refert ῥίγεα,ſed κρίσιν,vt ſit accuſatiuus ſingularis.Cæterum notandũ hoc loco erit,firmã,fidã,certámue iudicationẽ eſſe,

Muſa notatur.

Iudicium

eſſe,quæ nunquam redit. Et contrà infirmam,infidam ac incertam,quæ cum morbi recidiua fit. Teſtis Gal.qui lib.1.de Diebus iudicatoriis ita ſcriptũ reliquit: πιστὴ καὶ βεβαία καὶ ἀσφαλὴς,ἡ μηκέτι ἐπανερχομένου.ἄπιστ☉ ἡ,ἔτι χρ ὑποτροπιάζει:Cum caſibus.] Græcè,καὶ μετὰ συμπτωμάτων δ' ἐστιν ὅτε χαλεπῶν, ἐκπίπτεια γίνεται.accidit vero interdum cum difficilibus ſymptomatis,ſi prorogetur. Quæ duo extrema verba non rectè prӕteriit interpres,vt ex Græcis liquet, & alio quodam Galeni loco,lib.nimirũ 3.Prog.Comm.1.hunc planè explicante,vbi ita inquit:Intercidit quãdoque ſextus,qui malè iudicat,propterea quod ſymptomatis difficilioribus interdũ faciat excidere iudicationẽ in ὑπέκκρισιν nominatam:quia iudicatio vltra debitũ progetur tẽpus Nõ enim integre diſcutit morbum,ſed imperfecte. Et ſi quando integrè,prorſus efficit recidiuã. Quapropter rectiſsime diem ſextũ Gal.li.1.de Dieb. decretoriis tyrãno comparat,dicẽs:Nullus enim in hoc die iudicatur morbus,niſi cũ difficilib.ſymptomatis,& periculo maximo,ad hæc abſque fide, imperfectè, obſcurè,ſine ſignis,& ad malum. Cæterũ quæ ſit infida iudicatio,paulo antè diximus. Imperfecta quidẽ eſt, quæ ex morbo aliquid relinquit. Obſcura,quæ citra excretionẽ vel abſceſſum fit. Sine ſignis,quæ à nullo priore die eſt indicata. Mala, quæ in ægri perniciem omnino deſinit. Ipſorũ autem cauſas.] Nam quũ omnes iudicationes in dies intercidentes tranſlatæ nobis ſuſpectæ eſſe debeant,quod ſcilicet idipſum non fiat niſi propter errata quædã interueniẽtia: maximè certe diei ſexti iudicatio nobis ſuſpecta ſit oportet: quod is,vt ait lib. 1. de Dieb. iudicatoriis Gal. pernicie illius quẽ iudicandũ ſuſcepit,lætetur, de ſalute vero eiuſdem triſtetur,malè denique ægrũ tractet,& longa punitione exerceat. Quapropter quũ iudicationes in diebus intercidentibus nõ fiant naturæ motu,ſed morbi potius malitia,aut errore aliquo interueniente,malæ vt ſint neceſſe eſt,quemadmodum ſuprà in explicatione Aphor.23.ſect.2.diximus paulo copioſius. De iudicatoriis diebus.] In Aldino codice legitur,ἐν τῷ τρίτῳ τῶν περὶ κρίσεων;in tertio de iudiciis. Verũ cum illic nullam fieri dierum iudicatoriorũ mentionẽ conſtet,cenſeo cum interprete eſſe potius legendũ ἐν τῷ τρίτῳ περὶ τῶν κρισίμων ἡμερῶν. Quum autem in 1.etiã lib. Dierũ iudicatoriorũ plura de diebus de-

ὑπέκκρισις.

Dies ſextus tyrãno collatus.

Imperfecta iudicatio. Obſcura. Sine ſignis. Mala.

Diei ſexta iudicatio ſuſpecta.

Iudicationes intercidentium dierũ malæ.

cretoriis habeat Galen.præſtat vt ſimpliciter legamus ἐν τῷ περὶ τῶν κρισίμων ἡμέρων, in lib.de diebus iudicatoriis.

APHORISMVS XXX.

Ὁκόσοισι παροξυσμοὶ γίνονται, ἣν ἂν ὥρην ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ἐς τὴν αὔριον τὴν αὐτὴν ὥρην ἢν λάβῃ, δύσκριτα.

Quibus acceſſiones fiunt, ſi febris, quacũque hora dimiſerit, eadẽ poſtero die inuaſerit, ijs difficulter ſoluitur.

Initiũ acceſsionis conſiderandum. δύσκριτον

HIc Aphor.ad artem quæ futura prædicit,pertinet:quippe quæ febres futuræ ſint longæ,quæ itẽ breues,ex hora qua acceſsio ipſa inuadit,oſtendit. Initiũ itaque acceſsionis,non finẽ Hipp,cõſiderandũ eſſe monet. Si enim eandem ſemper horã initiũ eiuſdẽ ſeruauerit,tum febrẽ illã difficulter ſolutã iri cenſendũ,δύσκριτον enim hoc loco, Gal,in Com. teſte,nõ ſignificat niſi δύσλυτον.Quã interpretationem etiam Philotheus ſequitur, dum inquit, δύσκριτον τουτέστι μακρόνοτον τὸ νόσημα. Cauſam Gal.in Comm. exponit, vt non ſit neceſſe nos in huius Aph,enarratione eſſe longiores.

ANNOTAT. IN GAL, COMM.

Horã habentibus initij acceſsionis,&c,]Græcè, τῶν ἄτακτον ἐχόντων τὴν ὥραν τῆς ἀρχῆς τοῦ παροξυσμοῦ, iis qui habent inordinatam initij acceſsionis horã. Oſtendere,non tamen.]Non recte hanc ſententiam interpres cõuertit. Quippe poſt verbum oſtendere, finiens ſententiam colon eſſe debet, vt ſubinde noua ſequatur,hæc ſcilicet, ὃ μὲν οὐδὲ τὸ δύσκριτον οἷον ἐστι, &c.neque etiã hanc vocem dyſcriton aliter poſſumus interpretari,&c, Vim demolientem,]Græcè μοχλείας γὰρ ὡς ἂν εἴποι τις ἰσχυρᾶς δεῖ τοῖς ἐστηριγμένοις, validiore enim,vt ſic dixerim, commotione iis quæ ſtabilia ſunt,opus eſt.

Interpretis lapſus.

APHORISMVS XXXI.

Τοῖς κοπιώδεσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐς ἄρθρα, καὶ παρὰ τὰς γνάθους μάλιστα, ἀποστάσιες γίνονται.

In febribus in quibus laſſitudinis ſenſus eſt, in articulis, & in buccis præcipue, abſceſſus fiunt.

HIppocrates in hoc Apho.docet,quibus potiſsimũ in febribus abſceſſus fieri ſolent,nempe in iis quibus laſsitudinis ſenſus ineſt.Sic enim vocẽ κοπιώδεσιν lib.2.cap.7.interpretatus eſt Celſus,dicens,Si laſsitudinis ſenſus in febre

κοπιώδεσιν, „

eſt

eſt vel in maxillis, vel in articulis aliquid abſcedit. Nec aliter infrà Comm.33.exponit Gal.inquiens, ὅταν ἐν πυρετοῖσι κοπιώδης αἴσθησις ᾖ, quando in febribus laſsitudinis ſenſus fuerit. Cæterũ ſenſus is laſsitudinis, eſt eius quæ vel ex pluribus motibus qui præceſſerunt, eſt generata, vel eius quæ citrá hos accidit. Siue autẽ ab externo aliquo, atq; adeò manifeſto motu, quẽ quis initio febris ſuſtinuit: ſiue ſponte & citra laborẽ aut motũ aliquẽ acciderit laſsitudo in febrib. abſceſſus neceſſe eſt fieri in articulis, hoc eſt iuncturis totius corporis, nõ tantum manuũ & pedum. In ſpontanea enim laſsitudine latiora articulorũ ſpácia prompte in ſe vitioſorũ humorũ redundantiã ſuſcipiunt. In non ſpontanea autẽ láſsitudine fiunt ideo abſceſſus in articulis, quòd lata ſint ſpácia, & motu excalefacti excrementa corporis attrahant. Præcipue vero in iis febribus abſceſſus ſunt in buccis maliſue, triplici de cauſa. Primò propter calorẽ febrilem, quæ multitudinem humorũ ſecum ſurſum defert. Dein propter materiam, quæ magna ex parte tenuis eſt; adeo vt & vi caloris ſuáque ſponte prõpte ſuperiora petat. Tertiò, ꝙ malæ bucceuæ ſint admodũ imbecilles, nequeántq; ad alias corporis partes excremẽta ipſa propellere. Buccę autẽ, quas Hipp. aliiq; Græci γνάθους nominãt, ſunt latera oris vtrinq; quæ ſpiritu retento inflantur. Latinis malæ etiã dicuntur. Hæ bellè coloratis & ingenuis, pudore perfuſis, rubẽt. Quare interpres γνάθους perperã maxillas cõuertit. Sunt enim maxillę partes infra buccas, oſſa nimirũ quibus dentes infiguntur, Græcis σιαγόνες & γένυες appellantur. Quid autem abſceſſus Latinis ſignificet, in cap.41. Compendij noſtri expoſuimus.

Senſus laſsitudinis.

Articuli. Abſceſſuũ cauſę in laſsitudinibus.

Cur abſceſſus in buccis maxime.

γνάθοι, Buccæ. Malæ. Maxillæ. σιαγόνες.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Dictum prius.] Sectionis 2.Comm.5. Propriè labores nominantur.] Græcè κόποι, laſsitudines. Sic paſsim in huius Aphoriſmi Comm. pro laboribus dicendũ erat laſsitudines.

Ex motibus.] Adiiciendum pluribus. Græcè enim eſt, ἐπὶ κινήσεσι πλείοσι. Proprium peculiare.] Græcè, ἴδιον καὶ ἐξαίρετον, proprium & peculiare. Rariores in illis abſceſſus ſunt.] Quibus ſcilicet laboris ſenſus non ineſt febribus. Circa maxillas.] Græce περὶ τὰς γνάθους, circa malas.

APHORISMVS XXXII.

Ὁκόσοισιν ἀνισταμένοισιν ἐκ τῶν νόσων τὶ πονέσῃ, ἐνταῦ-

θα αἱ ἀποςάσιες γίνον).

Quibus conualeſcentibus è morbis pars aliqua laborauerit, illic abſceſſus fiunt.

HAec Hipp. ſententia ad præſagiendi artē pertinet. quid em̄ futurū ſit iis q vbi iā è morbo cōualeſcūt, aliqua parte laborauerint, aut doluerint, docet. Fient autē abſceſſus in ea parte quę laborauit, aut dolet: vtrunq; enim πονέω verbum hoc loco, Gal. in Comm. teſte, ſignificat. Cauſam eius rei Galenus itidem in Commen. ſuis exponit, vt non ſit opus nos in enarratione huius ſententiæ eſſe prolixiores.

πονέω.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Sicuti prius dictū.] Sect. ſcilicet 2. Comm. 1. 6. & 16.

Illuc morbū decūbere.] Gręcè, ἐκεῖσι κατασκήπτειν ἀποστήματα, illuc abſceſſum decumbere. Sicuti & caliditas maior.] Sicuti vox abundat. Græcè em̄ legitur, καὶ θερμασία πλείων ἀνάπτεται. Quomodo autē caliditas natura apta eſt fluxiones attrahere, aut eaſdem recipere, Gale. peculiariter lib. 2. de Diff. feb. cap. 11. oſtendit, vbi ex profeſſo fluxionum cauſas exponit.

Caliditas fluxiones attrahit.

Hoc,] ſcilicet dolore. Atq; imbecillitas.] Quomodo imbecillitas ad laborantem partem trāſuehat ſuperuacua, luculēter Gal. monſtrat lib. 3. de Natur. facult. cap. 13. vbi ita ſcriptū reliquit. Sicut inter ſe particulę altera nutrimentum trahit, ita altera in alteram quod ſuperuacuum eſt à ſe deponit. Et „ ſicut trahētiū ea vicit quæ erat valentior, ſic & à ſe deponen„ tium. Eſtque hæc vocatarum fluxionum cauſa. Habet enim „ particula queque natiuum quoddam robur, quo quod ſuper„ uacuum eſt, perſequitur. Vbi igitur earum aliqua affectus „ cuiuſpiam occaſione imbecillior eſt reddita, ex omnibus „ in illam confluere quæ ſuperuacua ſunt, eſt neceſſe. Ea namque quæcunque pars valentiſsi. eſt, in vicinas omnes reponit. Earum rurſus ſingulæ in alias quæ ipſis ſunt imbecilliores: dein rurſus illarum ſingulæ in alias: idque eatenus longiſsime procedit, quoad ex omnib⁹ fugatum ſuperuacuum in vnam quampiam maxime imbecillarū procumbat. Hinc namq; in aliam transfluere nequit, vtpote nec valentiorum aliqua id recipiente, nec laborante ipſa à ſe repellere valente. Idem docet libro ſexto de Tuend. ſanit. capit. 11.

Imbecillitas ſuperuacuorum cauſa.

Vtroque modo.] Pro laborare videlicet, ac dolere.

APHORISMVS XXXIII.

Ἀτὰρ ἢν καὶ προπεπονηκός τι ᾖ πρὸ τοῦ νοσεῖν, ἐνταῦθα στηρίζει ἡ νοῦσος.

Quin & ſi priuſquam aliquis ægrotet, pars quædam perdoluerit, aut labore fatigata fuerit; in ea morbus firmatur.

IN hoc Aphoriſ. de dolore & laſsitudine, quæ morbum antecedunt, agit Hipp. eáque eſſe in cauſa, cur in partem aliquam ſuperuacua decumbant, dicet, inquiens. Quin etſi antequã aliquis febri aut alio morbo affligi cœperit, pars quæpiam corporis perdoluerit, aut labore laſſata fuerit: vtrũq; enim, Galeno teſte, verbum προπεπονηκὸς ſignificat: in eã morbus decumbet, hoc eſt, in ea futurus eſt abſceſſus, per quem morbus ipſe iudicabitur: ídque propter cauſas præcedenti Aphor. expoſitas. Cęterum quod dixit Hipp. haud dubiè accidet, niſi per aliquam excretionem, eam nimirum quæ fit vel per vrinam, aut ſanguinis è naribus profluuium, humores craſsi faciẽtes abſceſſum vacuati fuerint. Cuius rei teſtis eſt Hippocrates, qui infrà ſic ſcriptum reliquit. Quibus ſpes eſt abſceſſum ad articulos futurum eſſe, liberat ab abſceſſu vrina multa craſſa & alba facta, qualis in febribus laborioſis quarto die quibuſdam fieri incipit. Si verò etiam ex naribus profluxerit ſanguis, breui admodum ſolutio fit. Generalis huius ſententiæ exemplum habes in Amphigenis famulo, libr. 6. Epidem. part. 4. Aphoriſ. 2.

προπεπονη-κός.

Aph. 74. huius ſect.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Præpoſito.] Græcè, προειρημένῳ, prædicto. Expectare oportet.] Addendum, ægrotanti. Græcè eſt, τῷ κάμνοντι προσδέχεσθαι χρή, &c. Iuxta maxillas.] Græcè, περὶ τὰς γνάθους, iuxta buccas, vt ſuprà. Ex morbo relatus] Græcè, ἀνακομιζόμενος ἐκ νόσου, è morbo conualeſcens. In quibus, &c.] Græcè, ἐφ' ὧν ἐλπὶς ἐπὶ ἀπόστασιν γενέσθαι, καὶ μὴ προκριθῆναι τὸ νόσημα δι' ἐκκρίσεως, in quibus ſpes eſt abſceſſum fore, neq; morbum antea iudicari per excretionem. In præcedentibus.] Commenta. 29. huius ſectionis, & 31. & 32.

APHORISMVS XXXIIII.

Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ

facis, ſeptimq; tranuerſum. Per fauces autem,&c.] Locus eſt in 1.Odyſſeę, vbi ait, φάρυγγος δ' ἐξέσσυτο οἶνος, ψωμοί τ' ἀνδρόμεοι, faucibus vinũ eructabatur, fruſtráq; humana, non vt Muſa cõuertit, cibiq; percurrebát. ψωμοὶ enim, Phauorino interprete, ſunt μικρὰ, τὰ λεπτὰ κόμματα, fruſtra, partes exiguę. ἀνδρόμεοι autẽ idẽ ſignificat quod ἀνθρώπειοι, vel κρέα ἀνθρώπου, humana, vel carnes humanas. Spacium illud laxius.] Haud aliter φάρυγγα, deſcribit lib. 4. de Male affect. loc. capit. 5. inquiens: Fauces voco internum oris locum, vbi ſimul conueniunt & gulæ & gutturis partes extremæ. Libro quoque Prognoſt. 3. Commen. 18. præiacentem gulæ & gutturi locum fauces appellat. Quod commemorare hoc loco volui, vt quæ eſſet propria τῆς φάρυγγος apud Galenum ſignificatio, ſtudioſi ſcirent. Priſci enim per tumorẽ.] Græcè eſt, ὡσαύτως ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ τό τε οἴδημα καὶ τὸν ὄγκον. Priſci eodem modo & œdema & tumorem nominabant. Abſque dolore duri.] Legendum & duri. Græcè enim eſt, καὶ σκληρoί. Oedemata, id eſt inflationes.] Expungenda eſt dictio inflationes. Neque inflationes, Græcis οἰδήματα, ſed ἐμπνευματώσεις vocantur. Sub vocabulo inflationis] Græcè, οἰδήματα προσαγορεύειν, ſub vocabulo œdematis. Tunicę tenuitatem.] interioris nimirum. Sunt enim duę aſperæ arteriæ tunicæ, interior & exterior. Interior eſt orbicularis, omnia ſubiungens, denſa, tenuis, modice ſicca. De qua plura Galen lib. 7. de Vſu par. corp. Muſculi anteriores] Græcè eſt, εἴτ' ἔνδον αὐτῆς μύες. ſic enim legendum, nõ αὐτῶν, vt habet Aldinus codex, muſculi interiores, de quibus vide Galen. loco iam citato. Quando adiacentium faucibus partium] Gręcè, ἐπικειμένων τῇ φάρυγγι μυῶν, incumbẽtiũ faucibus muſcorum. De quibus in ſequentis Comm. annota. dicemus plura. In lib. prænunciatiuo.] Græcè ἐν τῷ προῤῥητικῷ, in prorrhetico lib. ſ. 2. Aphor. 54. Per fauces autem tenues, Gal. in Comm. teſte, Hippo. intelligit eas quæ ſunt ſine tumore. Et talibus] Græcè, ἐπ' αἰτίαις ἴσαις, ex talibus cauſis. Fieri abſque dolore.] Adiiciendũ, in eo. Græcè nanque eſt, γίνεσθαι τὸν ὄγκον ἀνώδυνον ἐν αὐτῷ. Reſolutis.] Aldinus codex legit παχυνθέντων, craſsioribus redditis. Alij habent παραλυθέντων, quos interpres eſt ſecutus. Vtraque autem lectio tolerari poteſt. Quia coincidentibus propter reſolutionem tunicis anguſtia fit, perinde atque vbi craſsiores redduntur. Muſculi gutturis intrinſeci.]

Muſæ interpretatio inepta. ψωμοί.

Fauces.

οἴδημα.

Interpretis error.

Aſperę arteriæ tunicæ.

Aldinus codex emẽdatus.

Fauces tenues.

Græcè, τῶν ἔνδον τοῦ λάρυγγος μυῶν ἤδη πλέον ταθέντων στενωθῆναι τὸν πόρον, muſculorum gutturis interiorum ſupra modum extentorum meatus reddatur anguſtior.

APHORISMVS XXXV.

Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ ὁ τράχηλος ἐξαίφνης ἐπιστράφηται: καὶ μόγις καταπίνειν δύνηται, οἰδήματος μὴ ἐόντος, θανάσιμον.

Si febricitanti collum repente peruertitur, & vix poteſt deglutire, tumore nullo apparente, letale.

ET hic aphoriſmus in numero eorum eſt, qui ad prædicēdi artem ſpectant. Docet enim quid accidat iis qui quarta anginæ ſpecie, quę fit vbi ad anteriorem regionē ceruicis vertebræ propter inflammationem muſculorum, qui gulæ pręiacēt, aut etiam ipſius gulę, luxantur, indéq; locus cauus fit, corripiuntur. Inquit autem, ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, quo quidem loquendi modo magna ex parte, vt dictum eſt in expoſitione præcedentis aphoriſ. vtitur Hippocrat. quando vult ſignificare aliquem vehementi admodum febre correptum eſſe, vt illorum verborum is ſit ſenſus: Si vehementer febricitanti collum repente peruertitur, & vix deglutire poteſt, tumore non apparente (ſic enim interpretanda veniunt hæc verba οἰδήματος μὴ ἐόντος) vel non exiſtente in faucibus, quia eſt quidē tumor, quū ſit inflāmatio muſculorū qui gulę pręiacēt, vt dictū eſt: atque is nō apparet neque in faucib⁹, neq; extrinſecus, quēadmodū in Com. ſuis Gal. copioſius explicat. Et hic οἴδημα, vt ſemper aliàs apud Hipp. generatim omnem tumorem, atq; adeò idem quod ὄγκος, ſignificat. His itaq; accidentibus letale eſt ſignum, quia inflammationē aliquā in gulæ præiacētibus muſculis, aut ipſa gula eſſe portendūt, vt in Comm. ſuis, & Cōm. 6. ſect. 7. Galenus fuſius docet.

Quarta anginæ ſpecies.

ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ.

ANNOTAT. IN GALENI COMM.

Gutturis.] Græcè τοῦ φάρυγγος, fauciū. Muſculorū qui gulæ præiacēt.] Intelligit fauciū, quæ gulæ præiacent, muſculos. Quorū quidē meminit Gale. lib. 1. de Motu muſculorum, ita ſcribens: τῶν δὲ κατὰ τὴν φάρυγγα καὶ τὸν λάρυγγα μυῶν, τοῖς μὲν ἀμυδραί τινες ἀπονευρώσεις, τοῖς δὲ οὐκ εἰσὶν ὅλως, muſculorum qui in faucibus & gutture ſunt, iis quidem exiguæ aut obſcuræ nerueæ tenuitates ſunt, aliis vero nequaquam. Quare errant

rant

rant qui Gal. hîc de internis muſculis gulæ loqui arbitrantur; nullos enim hæc habet, vt copioſè lib. 3. Paradox. cap. 12. demonſtrauimus. Quippe muſculi potius officium in animantibus gula præſtat, quàm vt per muſculos moueatur. Eſt enim quædam ſocietas.] Id quod manifeſtè etiam innuit lib. 4. de Male affe. loc. cap. 5. vbi præſentem anginæ ſpeciem exactiſsimè deſcribit, ita inquiens: Supereſt adhuc aliud ceruicis malum, vbi ad anteriores partes vertebræ luxantur. Et quidem ſolis interdũ muſculis, qui cum ipſis communicant tumore præter naturã affectis, vel nato ibi tuberculo, interdum etiam gula pariter cũ iis vitiata. Nonnunquã muſculis quoq; qui gutturi iunguntur, quinetiam propriis aliquando gutturis muſculis, qui ipſum aperiũt, oblæſis. Partibus iis.] muſculis nimirũ dictis, & gulæ. Et ipſas ambientes.] Græcè, καὶ τὰς ἀμφ' αὐτὸν μήνιγγας, & ipſam ambiẽtes membranas. Sunt enim ſpinali medullæ duæ etiam membranæ, perinde atq; cerebro datæ, ſed inter ſe coniunctæ, non diſtantes, vt in cerebro, quod ſcilicet ipſa haud pulſet & moueatur veluti cerebrum, tametſi à vertebris mobilib. cõtinetur. Hiſce duab. mẽbranis ſpinalis medullæ tertia tunica neruoſa & valida circundata, ne ipſæ in vario motu vertebrarũ frangerentur. In altera nerui.] Legendũ neruorũ. in Græcis enim codicib. eſt, κατὰ τὴν ἑτέραν ἀπόφυσιν τῶν νεύρων. Quia bini nerui ex ſingulis vertebris naſcunt̃, atq; per ſingula vertebrarũ foramina ſinguli nerui prodeunt. Ad extra.] Vterq; codex & Græcus & Latinus hoc loco eſt deprauatus. Græcus enim legit εἰς τὰ ἔξω, cùm tamen legendum ſit εἰς τὰ ἔσω. i. ad interiora. Id quod primũ è contextu verborum Gal. omnibus palàm fit. Is enim vertebras vel ad interiora, vel ad latus trahi docet: ac deinceps quando ad latus, & quando ad interiora trahantur, diſertè explanat. Dein quum inflãmatio aut tumor ſit in internis partibus, atq; ad eas trahantur vertebræ, neceſſe eſt ad interna fieri luxationem. Librũ de articulis.] Lib. 3. Com. 9. Et in Comment. 2. aphor. diſertè qualis ſit illa euerſio, docet iis verbis, ὅτι μὲν οὖν ὑπὸ φυμάτων ἀπέπτων εἰς τὸ ἔμπροσθεν ἀποτελοῦνται διαστροφαὶ τῆς ῥάχεως, ὁ ἱπποκράτης ὀλίγον ὕστερον ἐρεῖ. quod igitur à crudis tuberculis efficiantur diſtorſiones ſpinæ in anteriorem partem, Hippocrates paulò pòſt dicet. Recuruationes & obliquationes.] Græcè, οὐ μόνον λορδώσεις τε καὶ σκο-

Gula non habet muſculos.

Spinalis medullæ duæ membranæ.

Galeni codices emaculati.

 λιώσεις,

λιώσεις, non ſolùm ad interna diſtorſiones,& ad latus. De iis copioſè diximus in explicatione apho.40.ſect.2. Et plura habet Gal.lib.3.de Articulis,Comm.2. Et lib.4.de Malè af.loc. cap.5. In 2.Epid.] Sect. 2. Quem locum in lib.de Malè affe. loc.iam dicto Gal.citat etiam,& explicat,ad quem ſtudioſos amandamus. Plurimũ enim ad præſentis aphor. intellectum conducit. Atqui neceſſarium adeſſe dolorem, &c.] Græcè, καὶ τοίγε ἀναγκαῖον ἄλγημα συνεῖναι τῇ κατὰ τὸν τράχηλον φλεγμονῇ, πλὴν εἰ κἀνταῦθα τὴν διὰ ὑπερβάλλουσαν ξηρότητα γινομένην ὄλκην, καὶ τάσιν, καὶ διαστροφὴν τῶν μορίων ἐνδείκνυται μόνην, & ſi neceſſarium eſt dolorem adeſſe vnà cum ea quæ in collo eſt inflammatione,niſi hîc eam quę fit propter ſiccitatem excedentem, tractionem & tenſionem, & diſtorſionem partium tantummodo oſtẽdat. Reliqua rectè ſe habent, niſi quod paſsim pro caſu conuertendum ſit ſymptoma.

APHORISVMS XXXVI.

Ἱδρῶτες πυρεταίνουσιν ἢν ἄρξωνται, ἀγαθοὶ τριταῖοι, καὶ πεμπταῖοι, καὶ ἑβδομαῖοι, καὶ ἐνναταῖοι, καὶ ἑνδεκαταῖοι, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι, καὶ ἑπτακαιδεκαταῖοι, καὶ μίῃ καὶ εἰκοστῇ, καὶ ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ, καὶ τριακοστῇ πρώτῃ, καὶ τριακοστῇ τετάρτῃ, οὗτοι γὰρ οἱ ἱδρῶτες νούσους κρίνουσιν. οἱ δὲ μὴ οὕτως γινόμενοι, πόνον σημαίνουσι, καὶ μῆκος νούσου, καὶ ὑποτροπιασμούς.

Sudores febricitantibus ſi euenerint, tertio die, & quinto, & ſeptimo, & nono, & vndecimo, & decimoquarto, & decimoſeptimo, & vigeſimoprimo, & vigeſimoſeptimo, & trigeſimoprimo, & trigeſimoquarto, boni ſunt: ij enim ſudores morbos iudicant. Qui autem ſecus eueniunt, laborem ſignificant, longitudinémque morbi, & recidiuam.

ET hic aphoriſmus ex illorum eſt numero, qui ad prædicendi artem pertinent. qui enim ſudores in febribus aliiſque morbis acutis ſint iudicatorij, qui minus, monſtrat. Quum autem complura circa ſudores medico ſint conſideranda, qualitas nimirum, quantitas, odor, conſiſtentia, & id

gen

genus alia, hîc tantùm tempus & diem in quibus eueniunt conſiderandum proponit, inquiens; Sudores febricitantibus ſi euenerint tertio & quinto, & ſeptimo. & nono, & vndecimo die, boni ſunt: hi enim ſudores morbos iudicant. Quum verò duplices ſint dies iudicatorij, Hippoc. lib. 1. Epid. ſect. 3. teſte, pares & impares, hîc vtroruq;, imparium maximè, meminit. Pares autẽ dies, vt loco iam citato teſtatur Hipp. ſunt, quartus, ſextus, octauus, decimus, decimusquartus, vigeſimusoctauus, trigeſimus, quadrageſimusoctauus, ſexageſimus, octogeſimus, & centeſimus. Impares verò, tertius, quintus, ſeptimus, nonus, vndecimus, ſeptimusdecimus, vigeſimusprimus, vigeſimusſeptimus, & trigeſimusprimus. Oẽs itaq; dies iudicatorij, qui hoc in aphor. ab Hipp. commemorantur, ſunt impares, vno tantùm excepto, nempe trigeſimoquarto, qui è pariũ eſt numero. Quòd verò quartum aliósq; multos pares iudicatorios circuitus prætererit, nulla alia de cauſa factũ eſt. quàm quod hîc de febribus acutis, ardente nimirum & tertiana, agit, quarum ortus quum à flaua bile exiſtat, de tertio in tertium mouẽtur. Quum autem iudicia plurimũ in acceſsionibus fiant, nihil mirũ ſudores in imparibus diebus ortos eſſe iudicatorios, atq; adeò bonos. Quare non temerè lib. 1. de Diebus decret. Gal. inquit: Si imparibus diebus magis laboret æger, propriũ magis diei imparis iudicium. Huc etiam reſpexit Hipp, qui infrà ſic ſcriptum reliquit; Febricitãtem ſi non diebus imparibus febris (ſcilicet acuta) dimiſerit, ſolet recidiuare. Cæterùm inter pares dies trigeſimiquarti tantùm meminit, ídq; non temere: quippe febres quæ paribus diebus magis affligunt, hæ etiam, vt in Com, teſtatur Gal. tardius iudicantur. Quare non rarò illorũ iudicium vſq; ad 34. extrahitur. Quadrageſimi autem non meminit, vt qui ſit diuturnorum morborum principiũ, qui vt in Comm, teſtis eſt Gal, rarò per ſudores, crebrius autẽ per coctionem & abſceſſum iudicantur. Porrò quanquam hîc variant Hipp. exemplaria, tamen cõſtat noſtrã hanc lectionem cæteris omnibus eſſe Hipp, in Epid. Galeníq; hîc in Comm. & lib. 2, de Dieb. iudic. dogmatis, magis conſentaneam. Accedit ꝙ meliora exemplaria hanc etiam lectionem ſequuntur. Quod in fine huius aphor. Hipp. ait, hos ſudores eſſe bonos, quia morbos iudicant: alios verò malos, ꝙ laborem, & mor

Dies iudicatorij pares.

Impares.

Cur quartũ prætererit Hippocrates.

Aphor. 6 huius ſect.

morbi longitudinem,recidiuámq; ſignificet: hoc alibi quo-
1.prog.29 que docet,vbi in eum ſcribit modum: Sudores ſaluberrimi
„ cenſentur in omnibus acutis morbis, ſi diebus iudicatoriis
„ oriantur,febrémque finiant. Contra inutiles, qui id efficere
„ non poſſunt: quippe in acuta quidem febre mortem, in mi-
„ tiore verò morbum diuturnum fore ſignificant.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Signa iudicatoria. Symptomata. Iudicatoria ſigna & ſymptomata.] Signa appellantur quatenus mutationem ſubitam oſtendunt. Symptomata verò, ſecundum propriam eorum ſubſtãtiam, quia ſcilicet morbos ſequuntur, vt dictum eſt Comment.12.ſect.1. Verùm Hippocrates.] Addendum nunc. Græcè enim eſt, ἀλλ᾽ ὁ ἱπποκράτης νῦν. Manifeſtè eos diſcere.] Abundat eos. Græcè eſt, ἄμεινον μὲν γὰρ ἐκ τῶν ἐναργῶς φαινομένων διδάσκεσθαι τὴν διαφορὰν, melius enim ex iis quæ euidenter apparent, diſcere differentiam. Id quod ad artis refert vtilitatem.] Græcè, τὸ διάφορον, id quod ad artis vtilitatem ſpectat. In primis Commentariis.] Adiiciendum, duobus. Græcè enim eſt, ἐν τοῖς πρώτοις ὑπομνήμασι δύο. In prognoſtico.] Tertio ſcilicet prognoſt.4. Et in Epidemiis.] Lib.1.ſect.3. Libro Aphoriſm.] Scilicet 2. aphor.24. Fuit inuentum per experientiam.] Græcè legitur ſimpliciter, καί μοι τοῦτο ἐξεύρηται πάνυ σφόδρα δι᾽ αὐτὸ τοῦτο ζητήσαντι, & hoc mihi inuentum eſt nimis anxiè propterea quærenti, quare, &c. Hic autem.] Legendum, Sic autem. Græcè enim eſt, οὕτως δὲ συμβαίνειν ἔτυχε.

APHORISMVS XXXVII.

Οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες σὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ γινόμενοι, θάνατον σημαίνουσι. ξὺν δὲ πρηυτέρῳ, μῆκος νόσου.

Sudores frigidi cũ acuta febre facti, mortem ſignificant. cum mitiore autem, longitudinem morbi.

IN præſenti aphor. Hipp. de qualitate ſudoris agit. Frigidum enim ſudorem in acuta febre ortum, mortem portendere ait. Frigidum autem eum quidem intellige, qui ad tactum medici aut aſsiſtentium talis eſt, quíque è corpore eiuſmodi emanat. Quippe ſi ob caufam aliquam externam frigidus fuerit ſudor, nihil mali præ ſe fert. Is itaque ſudor in acuta & vehemẽti febre factus, mortem ſignificat. Quippe tantam humorum frigidorum in corpore copiam eſſe

Frigidus ſudor quid

mon

monſtrat, vt neque à natiuo calore, neque febrili queant calefieri. Neque enim fit hæc febris niſi ab aliquo crudo & frigido humore in venis putrefacto: qui quum non poſsit vlla ratione calefieri, neceſſariò caloris innati extinctionem aut extremam eiuſdem imbecillitatē, atq; adeò mortem ſignificat. Febris itaq; acuta eſt, quæ alio nomine συνεχὴς, id eſt continua dicitur, vt teſtatur lib. 1. Epid. conſtit. 1. Comm. 27. Gal. in eum ſcribens modum: Quæcunq; febres manifeſtam habent remiſsionem, nunquā tamen febre prorſus vacant, acutæ & continuæ vocantur Hippocrati. Quæ autem ſit cauſa, vt in febre calidiſsima fiat ſudor frigidus, Gal. in Comment. oſtēdit. Cæterùm ſi frigidus ſudor in mitiore febre fiat, longitudinem morbi portendit, quòd ſcilicet humores craſsi & multi ſint, nec breui tempore concoqui & diſcuti queant.

Febris acuta quæ Hippocrati.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Quam frigidam eſſe contingit.] Siquidem cutis nullius actionis, ſed vſus duntaxat gratia creata eſt, vt ſcilicet vniuerſi corporis excrementa ſuſcipiat. Gal. cap. 4. lib. de Morb. cau. In animalis corpore humorum multitudinem. Græcè, ἐν τῷ τοῦ ζώου σώματι πλεονεκτεῖν ὑγρῶν πλῆθος ψυχρῶν τοσοῦτον, in animantis corpore frigidorum humorum tantam abundare copiam, vt neque, &c. Tempore multitudine humorum.] Græcè, ἐν χρόνῳ πλείονι τὸ ψυχρὸν πλῆθος πεφθέντος, tempore plurimo frigida multitudine concocta. Sed mitior.] Græcè, ἀλλὰ μέτριος, ſed mediocris.

Cutis vſus tantū gratia creata.

APHORISMVS XXXVIII.

Καὶ ὅκου ἔνι τοῦ σώματος ἱδρῶς, ἐνταῦθα φράζει τὴν νόσον.

Qua parte corporis ſudor eſt, ibi morbum eſſe oſtendit.

IN qua parte corporis hæreat morbus, ex ſudore poſſe cognoſci, hoc in aphor. docet Hipp. dicens: In qua parte corporis ſudor eſt, illic morbū eſſe monſtrat. Quippe ea in parte hærent humores redundantes & noxij, quorum quia pars excurrit, aut à natura expellitur, ideo ſudor fit. Morbū itaq; qui iam actu, vt dici ſolet, infeſtat, aut paulò pòſt futurus eſt & infeſtabit, ſignificat. Quod equidem verū eſt, vbi ſudor is ſponte & à natura ipſa propellente fit, non ab aliqua cau-

Sudor humorū redundantiū nota.

ſa

ſa externa, verbi gratia motu vel calore ambientis. Neceſſe quoque erit vt non ſemel is ſudor fiat, ſed crebro admodum.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Ex toto etiam æqualis fieret.] Græcè ἢ ἀπ᾽ αὐτ῀ ὁμοίως ἰσότιμον ἐποιεῖτο ex toto ſimiliter æqualis fieret. Et optimè iudicium fit.] Græcè, καὶ κρίνουσι χρηστῶς, & bene iudicant.

Quando non continetur.] Græcè, ἢ καὶ τῷ μὴ στέγεσθαι κατὰ τὸ σῶμα, vel quia non reconditur in corpore ratione morbi. Quippe morbus cogit, vt corporis humiditas diſsipetur. Tam vehemens enim eſt, vt vniuerſum corpus, aut ſaltem partes eiuſdem aliquas diſſoluat. Quare ſudor iſte non fit à ſuperuacua, ſed optima corporis humiditate, quam vis morbi non patitur in corpore recondi ac contineri, vt ſcilicet inde partes eius alantur. Vult itaque Galenus bifariam fieri ſudores, nempe vel ob ſuperuacuam, vel naturalem humiditatem, exeuntem è corpore.

Galeni locus difficilis explanatus.

APHORISMVS XXXIX.

Καὶ ὅκου ἔνι τοῦ σώματος ψυχρὸν ἢ θερμὸν, ἐνταῦθα ἡ νόσος.

Et qua in parte corporis calor aut frigus eſt, ibi morbus eſt.

IN qua parte corporis morbus ſit, ex calore & frigore eiuſdem poſſe deprehendi, hoc loco Hipp. monſtrat, dicens: Et qua in parte corporis caliditas aut frigiditas, ſcilicet inſignis (ἐπίσημος enim in Comm. addit Galen.) neque à cauſa externa excitata exiſtit, ibi morbus eſt. Quippe neceſſe eſt tum eam partem corporis quæ nimium calet aut friget, naturalem ſuam temperiem amiſiſſe. Conſtat enim ſanitatem ipſam eſſe ſymmetriam quandam ac commoderationem calidi, frigidi, humidi, & ſicci.

ἐπίσημος

APHORISMVS XL.

Καὶ ὅκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ ἢν τὸ σῶμα καταψύχηται, ἢ αὖθις θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνηται, μῆκος νόσου σημαίνει.

Et vbi in vniuerſo corpore mutationes fiunt, & modo corpus frigeſcit, modo caleſcit, aut color alius ab alio

alio fit, morbi longitudinem ſignificant.

QVum in eo qui hunc præcedit Aphoriſmo, quid calidi-tas aut frigiditas inſignis in vna aliqua corporis parte hærens portenderet, expoſuiſſet: nunc quid crebræ earundem qualitatum in vniuerſo corpore mutationes ſignificent oſtendit, dicens: Et vbi in toto corpore mutationes fiunt, ita vt modo frigeſcat, modo caleſcat. Quibus ſane verbis caloris & frigoris viciſsitudinem quandã breui tempore & frequenter accidentem innuere voluit, eámque non in vna duntaxat parte, ſed vniuerſo corpore. Aut color alius poſt alium (ἤ enim hoc loco idem quod μετὰ denotat) fiat, morbi longitudinem ſignificant. Nam hæ qualitatũ atque colorũ mutationes, humores, quos maxime colores oſtendunt, vt dictum eſt Comm. 2. ſect. 1. efficientes morbũ, eſſe varios & diuerſos præ ſe ferunt, ad quos concoquendos natura ipſa longo indiget tempore. Quippe dum vni humori, vt eundem concoquat, & ſubinde expellat, vacat, alter interea augeſcit, ita vt vnius coctio alterius concoctionem impediat. Quo nomine etiam fit, vt febres compoſitæ & complicatæ ſimplicibus ſint longiores. Cæterum longitudinem morbi prędicta quidem ſignificant, ſi vires robuſtæ ſint. Quippe hac ipſa imbecilla exiſtente, ſub variis ac diuerſis iſtis humoribus, quos concoquere nequit, ſuccumbit.

ἤ idem quod poſt Qualitatũ & colorũ crebrę mutationes quid præ ſe ferant.

APHORISMVS XLI.

Ἱδρὼς πολὺς δὲ ὕπνου ἄνευ τινὸς αἰτίης ἑτέρης γινόμενος, τὸ σῶμα σημαίνει ὅτι πλείονι τροφῇ χρέεται. ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντι τοῦτο γίγνηται, σημαίνει ὅτι κενώσιος δέεται.

Sudor multus à ſomno, ſine manifeſta cauſa factus, corpus copioſiore vti cibo ſignificat. Si vero huic qui cibum non capit, id eueniat, quod vacuatione indiget corpus, oſtendit.

PRima huius ſententiæ Hipp. pars, vt præcedentes de ſudore Aphoriſmi omnes, ad prædicendi artem pertinent: altera vero ad eam artis partẽ, quæ ne in morbos incidamus cauet. Primũ enim docet, quòd è ſudore multo à ſomno fa-

cto,idq; ſine cauſa manifeſta,liceat prædicere medico,quòd
Sudor multus à ſomno factus.
aliquis copioſiore cibo vtatur. Non autẽ temere dixit,ſudor multus:exiguus enim ſi fuerit,viriũ potius imbecillitatem, Gal in Com.teſte,vel corporis raritatẽ præ ſe fert. Neque abre adiecit,à ſomno:ſic enim ἐξ ὕπνυ interpretandũ erit;quippe quũ in ſomno omnes naturales facultates validius agant, atq; adeò tum inutilia ab inutilibus diſcernãtur,nihil mirũ ſtatim à ſomno,quũ ſcilicet ſanguis & ſpiritus ad exteriora corporis reuertũtur,ſimul etiã excremẽta ad cutem deferri,atque adeò per ſudorem expelli. Calor enim per ſomnum fortior factus,ad exteriora materias ad ſudorẽ idoneas ſecũ facilius defert. Prætereà quũ hoc excremẽtũ quod per ſudorẽ expellitur in ſingulis animãtis particulis,Gal.lib.1.de Tuend.ſanit.ca.11.teſte,ex ipſo vnde aluntur ſucco naſcatur; túmq; potiſsimũ expellatur,quũ à ſpiritu maiore impetu irruẽte impellitur,à ſomno certe magis quã alio tẽpore,dũ ſcilicet à ꝓfundo corporis ad exteriora redit,in hoc excremẽ-
Sine manifeſta cauſa
tũ irruit. Neq; oportet vt is ſudor à cauſa aliqua manifeſta, verbi gratia,ſtragulis,& id genus aliis ſudorem prolicientibus,ſit ortus. Tũ ſane corpus copioſiore cibo vti ſignificat. E cibi enim copia multa excremẽta,quæ cum calore & ſpiritu ad exteriora feruntur,generari neceſſe eſt. Si vero ei qui cibum nõ capit, hoc accidat, vt ſcilicet ſine manifeſta cauſa à ſomno ſudet,vel vt alij codices legũt, ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντος τοῦτο πάσχῃ,ſi vero corpore nõ capiente cibum hoc patiatur,ſignificat quòd vacuatione eget,propter nimirũ prauorum humorũ& excrementorum copiam quæ ſudoris cauſa eſt. Morbum itaque incidet is qui hoc nomine ſudat,niſi vacuatione quæ fit vel per venæ ſectionem, vel medicamentum purgans pro ratione redundantiæ, vſus fuerit. Neque enim ſudor,qui vacuationis ſpecies eſt,tantum excrementorum copiam vacuare potis eſt, quum tenuia tantum excrementa ſudore vacuari contingat. Cæterum in Galen. Comm. nihil eſt quod annotationem requirat,niſi quod pro eo quod eſt ex ſomno,legatur à ſomno.

APHORISMVS XLII.

Ἱδρὼς πολὺς ψυχρὸς, ἢ θερμὸς, ἀεὶ ῥέων, ὁ ψυχρὸς μείζω, ὁ δὲ θερμὸς ἐλάσσω νόσον σιμαίνει.

Sudor multus frigidus, vel calidus aſſidue fluens

ſtigidus quidem longiorem, calidus autem breuiorem morbum ſignificat.

HOc in Aphoriſmo Hipp. de quantitate & qualitate ſudoris agit, nō quidem eius qui in die iudicatorio fit, ſed eius potius qui per vniuerſum morbi tempus accidit. Inquit enim: Sudor multus (quippe exiguus ſi fuerit, nihil mali portendet) calidus aut frigidus aſsiduè, hoc eſt per vniuerſum morbi tempus fluens. Hinc eſt quod Philotheus etiam dicat, ἰστέον δὲ ὅτι διὰ τὸ ἀεὶ ῥέων, τὴν ἐπίμονον ῥέξιν τοῦ ἱδρῶτος ἐδήλωσε, ſciendū vero quod per hæc verba, ſemper fluens, conſtantem perſeuerantémue ſudoris effluxū ſignificauit. Quare omnibus hinc palam fit, Hippocratem nō de iudicatorio ſudore, vt qui in vigore aut prope vigorem duntaxat accidit, loqui. Frigidus quidem longiorem, calidus vero breuiorem morbū ſignificat. Legendum enim hoc loco erit, μείζω & ἐλάσσω, vt ſit apocope Attica, pro μείζονα καὶ ἐλάσσονα. Aliqua tamen exemplaria habent μᾶλλον καὶ ἧσσον aduerbialiter, hoc eſt magis & minus. Prior autem lectio melior eſt. Frigidus enim ſudor craſsitiem materiæ quæ non facile diſcuti, aut à calore vinci queat præ ſe fert, adeóq; longitudinem etiam morbi. Quare ſuprà rectè eſt ab Hipp. dictum: Frigidi ſudores cū acuta quidem febre facti, mortem ſignificant; cum mitiore autem, longitudinē morbi. Calidus ſudor contra materiam tenuem, & quā promptè concoquere ac diſcutere natura poſsit, portendit, ideóque breuiorem etiā morbum. Et hoc eſt quod alibi iis verbis efferre voluit: in Cranone vetuſtiores morbi frigidi, recentes vero calidi. In Comm. Galeni eſt, dictum eſt prius, Aphoriſ. ſcilicet 36. huius ſectionis.

Aſsidue.

Frigidꝰ ſudor quid portendat apho. 37. huius ſect.

Calidus ſudor quid.

6. Epid. Par. 1. aphor. 7.

APHORISMVS XLIII.

Οἱ πυρετοὶ ὁκόσοι μὴ διαλείποντες διὰ τρίτης ἰσχυρότεροι γίνονται, ἐπικίνδυνοι. ὅτῳ δ᾽ ἂν τρόπῳ διαλείπωσι, σημαίνουσιν ὅτι ἀκίνδυνοι.

Quæcunque febres non intermittentes tertio die valïdiores redduntur, periculoſæ exiſtunt. Quoquō autem modo intermiſerint, periculum abeſſe ſignificant.

HOc loco Hipp.ſermonẽ de febribus orditur,eúmq; per multos Aphoriſmo. protrahit.Initio autẽ de febribus iis tractat,quæ per tertiũ diem validiores fiũt,eáſque duplices eſſe ait,cõtinuas nimirũ & intermittẽtes,atq; illas quidẽ letales,has vero periculo vacãtes.Cæterum febres μὴ διαλείποντες, nõ intermittẽtes,dicũtur alio nomine Græcis συνεχεῖς vel συνεχεῖς,id eſt,cõtinuæ.Et ſunt vt teſtatur Gal.lib.1.Epid. conſtit.1.Comm.24. εἰ μὴ λήγουσι εἰς ἀπυρεξίαν, quæ ad integritatem,ſeu vt cõſueta ſcholarũ voce vtamur,infebricitationẽ nõ deſinunt.Intermittentes autẽ,quas Græci διαλείποντας nominant,Gal.eodẽ in loco teſte,ſunt quæ à vigore ad integritatẽ redeunt De cõtinuis itaq; febribus,nõ quidẽ omnibus, ſed iis dũtaxat quę tertio die vehemẽtiores fiũt,prima huius aphoriſmi parte Hip.agit.Diligẽter autẽ hic cogitãdũ erit, quas vocet febres cõtinuas quę tertio die vehemẽtiores fiũt, quãdo nullus interpretũ quos ego viderim,vno dẽpto Galeno,idipſum rectè explicauerit.Sic autẽ appellat ſemitertianas vocatas Latinis,ἡμιτριταίους autẽ Græcis,quippe hæ ſunt cõtinuæ & nõ intermittentes,tertióq; die validiores. Quod in primis cõfirmant ea quæ li.1.Epid.loco paulò antè citato
,, ſcribit Hipp.inquiẽs:φρικώδεες πυρετοὶ, συνεχέες,ὀξέες,τὸ μὲν ὅλον
,, οὐ διαλείποντες. ὁ δὲ τρόπος ἡμιτριταῖος, τὴν μίαν κουφοτέρην, τῇ
,, δ' ἑτέρῃ ἐπιπαροξυνόμενοι,καὶ τὸ ὅλον ἐπὶ τὸ ὀξύτερον ἐπιδιδόντες:Fe-
,, bres horridæ,cõtinuæ,acutæ,omnino nõ intermittẽtes.For-
,, ma autẽ erat ſemitertiana,vno die leuiores,altero autẽ grauius inuadẽtes,& in ſumma acutiores euadẽtes. Quibus ſane verbis Hipp.manifeſtè aſſerit,ſemitertianas eſſe febres cõtinuas,acutas,& tertio die grauius affligẽtes.Quinetiam Gal.li 2.de Differ.feb.ca.8.diſertè ſemitertianã ex numero cõtinuarũ eſſe,eámq; ex tertiana intermittẽte,&quotidiana cõtinua cõpoſitã tradit iiſce verbis: Neceſſe eſt igitur,ſi hor
,, rida ſimul atque continua ſit ſemitertiana futura,ex duabus
,, ipſam febrib.generari,quarũ altera ſit intermittẽtes,altera verò cõtinua.Atq; idcirco tertiana quidẽ cũ quotidiana cõtinua confuſa facit ſemitertianã,quũ neq; vtraq; cõtinua,neq;
,, vtraque intermittẽs, huiuſcemodi queat febrem generare.
,, Vna igitur ſola miſtio relinquitur ex quotidiana intermit-
,, tẽte,& biliosa cõtinua,quæ & ipſa poteſt cõtinuã ſimul atq;
,, horridã febrẽ efficere. Hæc ille.Porro febris quæ talẽ formã repræ

Febres nõ intermittentes. Cõtinuæ.

Intermittentes febres.

Febres cõtinuæ tertio die vehementius affligentes quæ.

Semitertiana.

repræſentat,qualem in paulò antè citata ſententia Hipp.expreſsit,exquiſita ſemitertiana dicitur.Quippe duplex eſt ſemitertiana,exquiſita,& nõ exquiſita,quod teſtatur Gal.loco ſuprà citato in hunc modũ ſcribẽs:Febris quæ ex tertiana & quotidiana cõtinua compoſita eſt,quã ſemitertianã appellamus,aut flauã bilẽ exuperantẽ habet, atque ob id in eo ſunt tertianæ febris ſymptomata maiora:aut hæc quidẽ parcior, pituita vero abundãtior,atque idcirco quotidianæ cõtinuæ affectus firmiores:aut neuter horũ humorũ alterũ vincit:ſed ambo æquipotẽtes exiſtũt. Exquiſita quidẽ ſemitertiana ex æquali duarũ febriũ mixtura cõpoſita eſt.Atqui nõ exquiſita eſt,vbi aut bilẽ,aut pituitã habet præpotentẽ.Præterea ſemitertianã ad integritatẽ nõ venire,atque adeo eſſe cõtinuam, perſpicue lib.1.Epid.conſt.3 Comm 5.iis verbis ſignificauit Gal.Quæ ad integritatẽ nõ venit,ſed horridas primo quidẽ die facit repetitiones, altero ſimplicẽ vnã acceſsionẽ obtinet,ſemitertianã appellamus.Sic etiã Gal.lib.2.de Diff.feb. cap.8.in exquiſita ſemitertiana altero die tertiana & quotidianã ſimul inuadere, altero vero ſolã quotidianã affligere ſcribit,vt nõ ſit mirũ,vno die hanc ipſam eſſe leuiorẽ,altero vero grauiorem.Et paulò pòſt inquit:Nullã ex iis febribus quæ ad integritatẽ definũt,ſemitertianã vocat Hipp. Quod ideo pluribus inculco,vt ſtudioſi clarè intelligant.de Hipp. ſentẽtia nullã eſſe earũ quę ad integritatẽ veniunt febriũ ſemitertianã dicẽdã,quũ hęc ipſa ſit cõtinua,& minime intermittens.Habet totũ circuitũ,vt teſtatur Gal.li.1.Epid.ſect.1. Comm.23.plurimũ octo & quadraginta horarũ,quod ſpaciũ eſt duorũ dierũ.Hãc in libello de Typis vocat cũ adiectione ſemitertianã magnã,idq; ex ſentẽtia Agathini; qui vt teſtatur Gal.li.2.de Feb.Diff.ca.8.omnes quę protendũtur febres nominauit ſemitertianas,vt diſtingueret eam ab exigua & media,quarũ primã Gale.proprię vocat tertianã productam ſimpliciter,alterã vero lõgius productã tertianã appellat,vt in annotationibus in Gal.Comm.latius dicemus. Hinc eſt quod in libello de Typis ſemitertianã nõ ſemper eſſe continuã ſcribit,ſed etiã intermittentẽ.Quia ibidẽ ſemitertianas non ſolũ cõtinuas vt Hipp.ipſe,ſed etiã intermittentes alias, quemadmodum Agathinus fecit,quas productas alibi,& in Com.huius Aph.nominare ſolet,vocat.Quod autem Hipp.

Semitertiana duplex.

Semitertiana magna

" diuerſum ſentiat, teſtatur metipſe Gal. lib. 1. Epid. conſtit. 3. Comm. 5. inquiens. Quî itaq; in venientib⁹ ad integritatem ſemitertianam eſſe Hippocratē ſequens dices? (quaſi dicat minime.) Atqui ſane qui aiunt, ſi horas quatuor & viginti qs febre vacet, mediā eū ſemitertianā habere, in numero talem habent febrē intermittentiū. Sic etiā qui mediā & exiguam à magna horarū numero diſtare ferunt, ſtudentes vtramque ad integritatē deducere, ab Hippocratis ſenſu diſcedunt, dū in febribus intermittentibus ponunt ſemitertianā. Hacten⁹ Galenus. Nunc itaq; omnibus perſpicuum eſſe puto, ſemitertianā eſſe febrem non intermittentē, & de ea in prima huius aphoriſmi parte loqui Hippocratē. Quod euidentiſsimum etiā fit ex eo quod ait, hanc eſſe periculoſam & letalem. Hoc enim nō niſi de ſemitertiana poſſe intelligi, diſertè mōſtrat Galenus in Comm. iam citato, in eū ſcribens modū: Letalem igitur eſſe ſemitertianā apertè ipſe Hippoc. dixit. Febrium vero ad integritatē redeuntiū nullam eſſe letalem, diſertè in aphoriſmis demonſtrauit, inquiens; Quæcunque febres non intermittētes tertio die vehemētiores fiunt periculoſę. Quo quo aūt modo intermiſerint, quo periculo vacent, ſignificāt. Quomodo igitur quiſpiā Hippocratē ſecutus dixerit, ſemitertianā eſſe è numero febriū quę ad integritatem deſinunt? Hæc ille. Satis autē conſtat quod præſentem aphoriſmū, quē hoc loco citat, de ſemitertiana loqui ſtatuat Gal. quandoquidē & illic Hippo. ſic ſcriptum de ſemitertiana reliquerit, ἐστὶ τῶν λοιπῶν θανατωδέστατος. Eſt hæc præ aliis maximè letalis. Eſſe autē hanc præ reliquis febribus quæ tertio die fortiores fiunt, maxime letalē, nihil mirū, quū continua ſit, atq; adeò naturā, ſicuti aliæ quę intermittentes ſunt, quieſcere nō permittat. Huc accedit quod, quēadmodū Gale. in libello de Typis ſcribit non ſolū ſtomachum, & neruoſam eius partem attingat, ſed etiā lethargicas animi delationes, attonitaſque vigilias inuehat. Interim & ad ſyncopen vſque corpus diſcutiat, linguam valide ſiccet, animiq; defectionē efficiat, vehemēter ea quæ in alto ſunt cōmouens. Ex iis quæ diximus, omnibus perſpicuū eſſe iudicamus, eos errare toto cœlo, qui

Error interpretum

Hippocratē hoc in Aphoriſmo μὴ διαλείποντες, id eſt non intermittentes, febres ardētes intellexiſſe tradunt: quum huic interpretationi hęc verba, διὰ τρίτης ἰσχυρότεροι γίνονται, hoc eſt

tertio

tertio die vehementiores redduntur, manifeſte aduerſentur. Quippe ardentes febres ſecundo die validiores eſſe oportet, vtpote in quibus tertio die noua ſemper incipiat acceſsio, atq; vigor in ſecundũ incidat diem. In hoc ſanè errore Philotheus etiã verſatur, qui in huius aphoriſmi explicatione ſic ſcriptũ reliquit. μὴ διαλείποντες γὰρ οἱ συνεχεῖς εἰσίν, ἀλλὰ συνεχῶν ἐν ἀρχῇ τῶν καυσωδῶν πυρετῶν. Quem miror cur reprehẽdat Muſa, quum tamen Hipp. verba, non intermittentes, haud aliter quàm ipſe interpretetur, non intermittentes hic ab Hip. dici eas febres aſſerens, quarũ materia in venis cõtinet. Nam ſemitertianæ materia, quum ex tertiana intermittente, & cõtinua quotidiana compoſita ſit, vt comprehẽſum eſt, partim extra, partim intra vaſa exiſtit. Vt autẽ ſemitertiana, vtpote continua, eſt periculoſa, ita intermittentes tertianæ ſunt ſecuræ. Proinde ait, quoquo autem modo, hoc eſt quantocũque tempore, vel per maius ſpacium, vel per minus (ſunt enim variæ earum febrium intermittentiũ quæ tertio die fortiores fiunt differentiæ, vt in annotationib[9] in Galeni Comẽt. dicemus) intermiſerint, periculum abeſſe ſignificat. Eo enim tẽpore quo vacant febre virtus ſe recolligere poteſt. Philothei erratum.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Intermittere.] Græcè, διαλείπειν. Quod verbum nihil aliud ſignificat, quàm ad integritatem venire, quemadmodum Galen etiam in libr. de Morborum temporibus, vbi præſentẽ citat aphor. aperte mõſtrat. Integritatẽ autẽ vocamus id, quod Gal. & alij Græci ἀπυρεξίαν nominãt. In tertianis legitimis.] οἱ ἀκριβεῖς τριταῖοι, vt in exquiſitis tertianis. Porro pro illorum & ſequentium verborũ intellectu pleniore ſciẽdum eſt, febriũ intermittentiũ quæ tertio die acceſsionẽ habet, Galeno lib. 2. de Diffe. feb. cap. 8. & lib. 1. Epide. conſti. 3. Com. 5. teſte, tres eſſe differentias. Quædam enim breue acceſsionis tempus obtinent, & intra duodecim horas ceſſant, inuadúntque cũ rigore, & per ſudores, biliſque vomitiones, & per inferinas biliofas excretiones ſoluũtur. Atq; hæ quidẽ tertianæ exquiſitæ appellantur. Quædam iis diuturniorem acceſsionem habent, & hæ non amplius exquiſitę ſed ſimpliciter tertianæ nominantur. Quæ vero acceſsione in longius tempus protracta intermiſsionem minorem habẽt, tertianæ productæ ſeu extenſæ vocantur. Et hæ ſanè plurimam in eo quod

Integritas

Febriũ intermittentium differentiæ.

magis & minus obtinent differentiã. Nam licet interdum aliquã ſimpliciter extenſam nominare, quę vtiq; vigintiquatuor horas in acceſsione conſumpſerit, reliquas febris expertes habet. Hanc Agathinus, vt teſtatur Gal. in libello de Typis, & lib. 1. Epide. exiguam ſemitertianã appellauit. Aliquã vero ſufficienter extẽſam, quæ. ſ. vſque ad triginta extẽditur horas. Ad hæc aliquã in longius tẽpus productã, quæ nimirũ ad triginta ſex horas protenditur. Et hæc Agathino media ſemitertiana eſt vocata. Aliã in plurimũ, ſeu longiſsimũ tempus extenſam, quę videlicet ad quadraginta, & plures nõnunquã producitur horas. Hæc ille. E quibus ſanè verbis lux accedit præſenti Cõmentario, & omnibus perſpicuũ fit, non recte in Græco Aldino codice legi, ἐὰν ἢ μακρότερος, ὡς ἀρῶν εἰ τύχει, ιη, ὑπάρχει. quum potius ita legendũ ſit, ἐὰν ἢ μακρότερος, ὡς ἀρῶν, ἢ τύχῃ, ιη, ἢ λ, ὑπάρχειν, ſi vero lõgior fuerit vt ſi ad decem & octo, aut triginta prorogari contingat. Nã hęc lectio cum paulò antè citatis Galeni verbis per omnia conuenit, vt ſcilicet tertianæ exquiſitæ acceſsio ſit duodecim horarum: tertianæ ſimpliciter, decem & octo: extenſæ ſimpliciter, vigintiquatuor: ſufficienter extenſæ, triginta: longius extenſæ, triginta ſex: longiſsime extenſæ, quadraginta, & interdum plures. Quare plurimum hoc loco Muſa errat, qui Aldini codicis lectionem noſtra hac veriorẽ eſſe, nec particulam triginta addi poſſe contendit, quod in tertianis acceſsiones ad triginta horas nunquã perueniãt. Falſiſsimũ enim eſſe, ex Gal. verbis paulò antè citatis ſatis conſtat, qui tertianas aliquas ad 40. horas, & vltrà ſuas acceſsiones producere diſertè aſſerit.

Græcus Aldinus codex emendatus.

Muſę ſententia erronea.

APHORISMVS XLIIII.

Ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ, τούτοισι ἢ φύματα, ἢ ἐς ἄρθρα πόνοι γίνονται.

Quos diuturnæ febres exercent, iis, vel tubercula, vel dolores, in articulis fiunt.

FEbres diuturnas magna ex parte per tubercula & dolores in articulos decumbentes finiri, hoc Aphoriſmo Hippocrates docet. Non autem temere dicit, longas aut diuturnas: quippe acutæ magis per ſudores finiuntur, vt dictum eſt Aphoriſm. 36. huius ſectionis, quam tubercula. Per tubercula vero hoc loco omnes tumores ex quacunq; corporis parte erum

Diuturnæ.

Tubercula.

te erumpentes intelligit. Aliàs enim eos tantum tumores, qui in glandulosis partibus fiunt hæc vox ſignificat, vt dictum eſt Aphoriſm.15. ſect.primæ. Dolores autem diximus, quos ipſe πόνους appellauit. Per hos autem nihil aliud intelligere oportet, niſi ἀποσκήμματα, hoc eſt, decubitus, aut illapſum noxiorum humorum in articulos, quod ad eos, Galeno etiam in Comm. teſte, & dolor, & noxa ſequatur. Quare autem tubercula, & decubitus in articulis fiant, abunde in Commenta. ſuis Galenus exponit. Cæterum Aldinus codex, & reliqui fere omnes hoc loco legunt, ἢ φύματα ἐς ἄρθρα, ἢ πόνοι γίνονται, ſed perperam. Hanc enim lectionem imperitus aliquis librarius qui legitimum deſcribendo turbauit ordinem, nobis peperit. Legendum itaque erit, ἢ φύματα, ἢ εἰς ἄρθρα πόνοι γίνονται. Nam quum tubercula in omnibus, vt comprehenſum eſt, corporis naſcantur partibus, nulla ratione ad articulos tantum referri, ac contrahi debent. Accedit quòd Galenus etiam in Commenta. hanc lectionem probat, eámque Leonicenus in ſua conuerſione eſt ſecutus: omiſſa tamen particula Vel, quæ commode omitti haud poteſt.

Dolores. ἀποσκήμματα.

Græci Hippocratis codices emaculati.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Par igitur eſt & tubercula.] Adiiciendum, in ipſis. quippe Græcè legitur, εἰκὸς δὲ μὴ ὀλίγω ἐπ' αὐτοῖς καὶ φύματα γίνεσθαι, par igitur eſt in ipſis etiam tubercula fieri, quando videlicet valida facultas humores ad cutem protrudit, vt dictum eſt Aph. 15. ſectio. 1. Et ad articulos ſuperfluitatem, &c.] Græcè eſt, καὶ κατασκήπτειν εἰς ἄρθρα τὸ περιττόν. Quibus vtique verbis manifeſte innuit, in articulis fieri ἀποσκήμματα, hoc eſt, decubitus. Nam κατασκήπτειν eſt cum impetu & cum quadam noxa illabi & decumbere. Hinc ἀποσκήμματα nihil aliud eſt, Galeno libro 2. de Arte curandi ad Glauc. teſte, niſi humorum, loco quem prius infeſtabant relicto, in alterum confluxus & progreſſus. Cauſam autem cur magis ad articulos decumbant, diximus ſuprà in explicatione Aphoriſm. 41. & illic in Commenta. Gale. Vterque intellectus habet rationem.] Græcè, ἑκάτερον ἔχει τινὰ λόγον, neutrum ratione caret. Ad abſceſſus.] Græcè, ἄμφω γὰρ ἕπεται τοῖς ἀποσκήμμασιν, vtrunque enim horum decubitus ſequuntur. Quomodo autem abſceſſus & decubitus differant, Galenus loco paulò antè citato abunde oſtendit.

κατασκήπτειν.

ἀποσκήμματα.

APHORISMVS. XLV.

Ὁκόσοισι φύματα, ἢ πόνοι ἐς τὰ ἄρθρα ἐκ πυρετῶν μακρῶν γίνον)), οὗτοι σιτίοισι πλέοσι χρῶν).

Quibus tubercula, vel in articulis dolores poſt diuturnas febres fiunt, ij pluribus cibis vtuntur.

Hippocrates in eo qui hunc præcedit Apho. de tuberculis & apoſtematis egit, quæ in diuturnis febribus accidere ſolent. Nunc de iis verba facit, quę à prędictis febribus oriuntur, eorundemque cauſam exponit dicens: Quibus tubercula, vel in articulis dolores: ſic enim legendum, & non φύματα ἐς τὰ ἄρθρα vt habet Aldinum exemplar: cauſam eiuſce rei in præcedentis Aphoriſ. enarratione expoſuimus. Per

Dolores. dolores autem hic perinde vt antea ἀποστήματα, intelligere oportet, quòd ſcilicet illa dolor comitetur. Hinc eſt quod Philotheus dicat, ὅτι ἐὰν μὲν πρὸς τὰ ἄρθρα ἐπιχέωσιν, γίνονται ἀποστάσεις, καὶ ἐκ τούτων πόνοι, vnde ſi quidem ad articulos humores decubuerint, abſceſſus fiunt, & ab iis dolores. Poſt febres

ἐκ. longas fiunt: quippe ἐκ, hoc loco idem quod μετὰ ſignificat, vt ſuprà etiam in enarratione Aphor. 40. & 41. huius ſectio. monuimus. Et hinc quidem manifeſtum fit, Hippocratē de iis loqui impręſentiarū, qui à febribus cōualeſcunt. Quare hæc verba temere in aliquibus tum Græcis, tum Latinis codicibus omiſſa ſunt. Hi pluribus cibis vtūtur. Neq; enim alia cauſa ſubeſſe poteſt, cur prędicta ſymptomata accidant, quum iam in hoc ſint vt è morbo conualeſcant. Si itaq; conualeſcūt, noxios humores qui morbum ipſum procrearunt, expulſos eſſe neceſſe eſt. Quapropter quum iam tubercula & ἀποστήματα fiant, à redundantia aliqua naſcantur oportet, quę quidem non aliunde niſi à pluribus cibis quos conficere non poſſunt, generatur. Quippe quum ſupra mediocritatem aut virium proportionem hos ingerunt, fieri haud poteſt, vt rectè concoquant: igitur multa excrementa coaceruari neceſſe eſt. Quę ſi ad cutem protruduntur, tubercula: ſin ad articulos, ἀποστήματα, atque adeo dolores efficiunt. In Comm. Galeni non eſt quod animaduertamus, niſi ex initio vbi interpres conuertit de conualeſcentibus, adiiciendū erat, è morbo. Græcè enim eſt, ἀνακομιζομένοισιν ἐκ νόσου. Aliqui etiam codices pro συμπτώματα legunt ἀποστήματα, nullo ſenſus diſcrimine.

APHORISMVS XLVI.

Ἢν ῥῖγος ἐπιπίπτει πυρετῷ μὴ διαλείποντι, ἤδη ἀσθενεῖ ἐόντι, θανάσιμον.

Si rigor incidit febre non deſinente, ægro iam debili, letale eſt.

DE pernicioſo in febribus rigore hoc in apho. Hipp. loquitur: qui fit, Gal. lib. 2. de Sympt. cauſ. c. 8. teſte, quum natura inſurgit quidem contra res noxias, vt eaſdem expellat, ſed victa cadit extinguiturq́; , vt hoc nomine neceſſariò pernicioſum reddatur ſymptoma. Variant verò plurimū codices Græci: aliqui enim ἐπιπίπτει, alij, ἐμπίπτῃ, alij verò ἐπιπίπτον habent. Quid verò referat, hoc vel illo modo legatur, Gal. in Comm. ſuis abundè exponit. Rigorem autē eſſe inæqualem vniuerſi corporis cōcuſsionem, conquaſſationémve, anteà eſt à nobis dictū. Is itaq; ſi incidat febre nō deſinente, neq; enim διαλείπειν, vt commemoratum eſt ſuprà in annot. noſtris in Comm. 43. huius ſect. aliud eſt quàm ad integritatem venire, quod non temere adiecit Hipp. quia ſi febris à rigore deſinit, etiamſi facultas debilis eſt, nihil eſt periculi, quòd ſcilicet virtus ipſa, morbo iam profligato, facilè reparari queat. Hinc eſt quod infrà dicat, In febre ardente rigore superueniente, fit ſolutio febris. Cur autem dixerit Hippoc. ægro aut corpore debili, Gal. in Comm. explicat copiosè, ita vt noſtra enarratione hoc loco non ſit opus.

Rigor perniciosus in febribus quãdo fit.

Rigor.

διαλείπειν.

aphor. 58. huius ſect.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Si inciderit, & ſi incidat.] Græcè, ἐὰν ἐπιπίπτῃ, καὶ ἐμπίπτῃ. An mors, an iudicatio.] Græcè, εἴτ' ὄλεθρος, εἴτε χρηστὴ κρίσις ἀκολουθεῖ, an pernicioſa, an optima iudicatio ſequatur. Rigoris agitationem.] Quia ſi ſuperuacua febre permanente excernuntur, humorum redundantia ſignificatur. Ea verò exiſtente in corpore, vt ſæpius rigor incidat, neceſſe eſt. Non poteſt autem crebram iſtam rigoris agitationem imbecilla facultas ferre. Nam & ſicuti mala cauſa vim corporis, &c.] Græcè eſt, καὶ γὰρ ὡς αἴτιον κακὸν ἀφαιρεῖ τῆς δυνάμεως, καὶ σημεῖον ἔσται μοχθηρὸν, ἐνδεικνύμενον ἀρρωστίαν ἐσχάτην αὐτῆς. Nam veluti cauſa mala facultatem lædet, & malum ſignum erit, extremam illius imbecillitatem indicans.

APHORISMVS XLVII.

Αἱ ἀποχρέμψιες αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσι μὴ διαλείπουσιν αἱ πελιδναὶ, καὶ αἱματώδεες, καὶ δυσώδεες, καὶ χολώδεες πᾶσαι κακαί. ἀποχωρεῦσαι δὲ καλῶς, ἀγαθαὶ, καὶ κατὰ τὰς διαχωρήσιας, καὶ κατὰ τὰ οὖρα. ἢν δὲ μή τε τῶν συμφερόντων ἐκκρίνηται διὰ τῶν τόπων τούτων, κακόν.

Excreationes in febribus non intermittentibus liuida, cruenta, fœtida, & biliosa omnes mala. Si vero bene excernuntur, bona, & per alui deiectionem & per vrinam. At ſi nihil eorum quæ conferunt, per hæc loca excernitur, malum eſt.

HIc aphor. ad eam artis partem pertinet quæ futura prædicit, quippe quid ſit ex prauis excreationibus prædicendum monſtrat. Inquit enim Hippoc. excreationes, neque enim ἀποχρέμψιες vox Græcis, Phauorino teſte, aliud ſignificat quàm ἀποπτύσματα, hoc eſt, expuitiones. Quinetiam Philotheus ἀποχρέμψιας ſcribit eſſe καθάρσεις διὰ φάρυγγος, καὶ τραχείας ἀρτηρίας γινόμεναι, purgationes quę per fauces & aſperam arteriam fiunt. Principio itaq; huius aph. particularim, de hoc excretionis genere quæ per os fit, loquitur Hipp. dicens, Excreationes in febribus cõtinuis, & non intermittentibus, in iis enim plus quàm in cæteris morbis mali portendunt. In reliquis verò etiam morbis has excreationes malum ſignificare, lib. 2. Prog. aph. 43. & ſequentibus manifeſtè Hipp. oſtendit. Liuidæ malæ ſunt, quòd partium vnde excernuntur mortificationem ſignificent. Sunt autem liuidæ excreationes, quæ colorem cinericium cũ quadam nigredine referunt. Cruentæ etiam malæ, ꝙ vaſorum apertionem portendant. Apertio autem vaſorũ in febribus fit duplici de cauſa, nempe propter vaſis imbecillitatem, & eroſionem à bilioſis humoribus factam. Sunt enim tres ἀναστομώσεως, Gal. lib. 5. The. meth. teſte, cauſæ. Prima, vaſis imbecillitas. Altera, ſanguinis ad os vaſis cum impetu ruentis copia. Tertia, acris quæpiam extrinſecus ſanguini incidẽs qualitas. Malæ quoq; ſunt excreationes fœtidæ, aut grauiter olẽtes; quippe putrefactionem ſignificant. Prætereà malæ ſunt bilioſæ, eò quòd

ἀποχρέμψιες.

Liuidæ.

Cruentæ.

Apertionis vaſorũ in febribus cauſæ.

Fœtidæ.

Bilioſæ.

puram & immodicam bilem prę ſe ferunt. Omnes itaq; iam dictæ excreationes malæ ſunt, quòd ſcilicet in continuis febribus factæ, magnam bilioſorum humorū copiam portendant: qui quidem eroſionem excitātes, primùm cruētas, dein liuidas, poſtremū fœtidas efficiunt excreationes. Siquidem initio apertionis cruentæ ſint neceſſe eſt. Dein vbi calor natiuus ſenſim extinguitur, ſanguiſq; extra vaſa eſt, liuidę fiūt, tandem accedente putrefactione, fœtidę. Hactenus de prauis excreationibus ſeorſim locutus eſt Hipp. nūc generatim de tribus excreationibus, ea nimirū quę per os fit, & ea quæ per aluum & per vrinam fit, verba facit, inquiens: Si verò excreationes ipſæ bene excernuntur, bonæ. Quia omnes, etiam per ſe prauæ, excretiones quum bene excernuntur, ad bonū, Gal. in Comm. teſte, terminantur. Prauę autē ſunt, quę prauorum affectuum ſigna exiſtunt. Bene autem prodeunt, quando partem malè affectam expurgant. Quod quidem accidere ſolet, vbi facta iam coctione exeunt, ægérq; facilè tolerat. Excreationes itaq; prædictæ, & ſi per ſe prauæ ſunt, tamen vbi à coctione apparuerint, bonæ eſſe ſolent. Sic etiam aliæ duæ excretiones, quæ ſcilicet per aluum & vrinam fiunt, bonæ ſunt, ſi commodè prodierint, hoc eſt, à concoctione, & cum ægri tolerantia. Malæ contrà, ſi ante cōcoctionem exierint, ęgérq; difficulter tolerauerit. Atqui ſi nihil eorum quæ conferunt per hæc loca, os nimirum, ventrem inferiorem, & veſicam excernatur, hoc eſt, ſi ea quæ non prodeſt excerni, prodierint, malum eſt: præſtaret enim ea retineri magis in corpore, quàm expelli.

Prauę excreatiões.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Magis particulatim.] Græcè, λεπτομερέστερον. Et fiunt ſæpius.] Addendum; quidem. quippe Gręcè eſt, καὶ γίνονται πολλάκις μὲν, &c. Quibus liquores ſanioſi.] Græcè eſt, οἷς ἰχῶρες. Galeno enim lib. 3. The. meth. teſte, in vlceribus ſunt duo excremēta: vnum tenuius, quod Græcè ἰχὼρ appellatur: alterum craſſius, quod ῥύπος, hoc eſt, ſordes Latinis dicitur. Rectè itaque hoc loco Galenus ait, ichora affectui nihil cōferre, quod ſcilicet excrementum ſit, atq; adeò vlcus impurum ac putridum eſſe ſignificet. Quæ non iuuant excreta.] Græcè eſt, μὴ συμφερόντων ἐκκρίνεσθαι, quæ non prodeſt excerni.

ἰχώρ. ῥύπος.

APHORISMVS XLVIII.

Ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται καὶ δίψαν ἔχῃ, θανάσιμον.

In non intermittentibus febribus ſi exteriores partes frigidæ fuerint, interiores vero vrantur, & ſitim habeant, lethale eſt.

Hippocrates hoc in aphor. de febre ardente pernicioſa, & lipyria vocata agit. Vtraq; enim harum continua eſt, quiq; illis correpti ſunt, vt cap. 10. lib. de Inæqua. intẽp. Gal. teſtatur, intus & in viſceribus ipſis calorem ſentiũt, in extremis autem partibus vniuerſis frigus. Diſtãt autẽ ea ratione, vt καῦσος κακοήθης ἢ κακοηθέστατος, ardens pernicioſa vel pernicioſiſsima, Gal. lib. 2. de Iudic. c. 7. atteſtante, propriè ſit quæ ex pulmonis, ventriculi, aut iecoris, hoc eſt partiũ quæ intra thoracem & ventrẽ ſunt, eryſipelatibus naſcitur. Lipyria verò, quæ ex internarum partiũ viſcerúmve phlegmone, codẽ Gal. lib. 2. Prog. Com. 4. autore, oritur. Quam quidem differentiam etiam ex Com. Gal. in hunc apho. colligere licebit. Aetius quidẽ lib. 5. c. 88. Lipyriam eſſe tradit, quando in ventriculo eryſipelas eſt: Typhoden, vbi in iecore: Crymoden, ſi in pulmone. Sed illic, vt etiã in aliis quibuſdã, temere à Gal. diſcedit ſententia, quæ tamen perpetuò Aetij placitis anteferenda erit. Quod itaq; Hipp. ait, in febribus nõ intermittentibus, per pleonaſmũ figuram dictũ eſt, vt Gal. etiã in Com. monet. Aut ideo, vt diſertè ſignificaret hæc ſymptomata nũquam niſi in cõtinuis febribus accidere. Etſi enim in febribus intermittentib. quũ acceſsio cũ rigore aut frigore inuadit, externæ corporis partes frigẽt, tamen non hæ tantũ, verumetiam internæ ſimul frigus ſentiunt. Cæterũ partes exteriores hoc loco vocat Hippo. quas aliàs extremas appellat. Sic autem nominat, vt teſtis eſt Gal. Comm. 1. ſect. 7. aph. nares, aures, pedes, & ſummas manus. Quin metipſe Hipp. lib. 2. Prog. 4. extremas partes caput, manus, & pedes nuncupat. Interiores autem vocat partes, quæ intra thoracem & ventrem continentur. Cuius rei teſtis eſt Hippo. qui in loco iam citato eas partes eſſe tradit coſtas & ventrem. Si igitur in febribus continuis extremę corporis partes frigeſcũt, id quod fit propter ſanguinis ſeſe ad viſcera recipiẽtis, Gal. Comm. 1.

Ardẽs pernicioſa.

Lipyria

Partes exteriores.

Interiores

ſect.7.teſte defectum; interiores autem vruntur, & ſitim habent, letale eſt ſignum: quia vt teſtis eſt Philot. δηλοῖ φλεγμονὴν εἶναι ἐν τοῖς σπλάγχνοις, ἢ ἐρυσίπελας, ſignificat in viſceribus eſſe inflammationem, vel eryſipelas. Proinde nõ mirũ eſt iis qui ſic affecti ſunt, viſcera, partésve interiores peruri. Quum enim calor inflammationis vehemens fuerit, Gal. loco nunc citato atteſtante, inſtar cucurbitulæ ad ſe trahit è toto corpore ſanguinem. Parum itaque tum ſanguinis in omne permeat corpus, plurimum verò eius in parte inflammatione affecta includitur, eáq; de cauſa thorax & venter admodum calent, ſitíſq; oritur vehementiſsima. Rectiſsime igitur in Prognoſt. ab Hipp. dicitur, Si caput, manus, ac pedes frigidi ſunt, ventre coſtiſq; calentibus, malum eſt. Et alibi, In morbis acutis frigus partium extremarum, malum. In Comm. Gal. vbi interpres conuertit, in febribus quæ cauſones ab incendio nominantur, pernicioſis, Græcè eſt, τοῖς ὀλεθρίοις ὑπάρχοντα καύσοις, in ardentibus febribus pernicioſis accidere. 1.Prog.4. 7.aph.1.

APHORISMVS XLIX.

Ἢν μὴ διαλείποντι πυρετῷ ἢν χεῖλος, ἢ ὀφρὺς, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ῥὶς διαστραφῇ, ἢν μὴ βλέπῃ, ἢν μὴ ἀκούῃ, ἤδη ἀσθενέος ἐόντος τοῦ σώματος, ὅτι ἂν τουτέων γένηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος.

Si in febre non intermittente labrum, aut ſupercilium, aut oculus, aut naſus peruertatur, ſi non videat, nec audiat, imbecillo iam exiſtente corpore, quicquid horum acciderit, mors in propinquo eſt.

HOc in aph. Hipp. ſigna quædã letalia, ab animali facultate motrice & ſenſifica reſumpta, in continuis apparẽtia febribus enumerat. Pertinétq; hoc nomine præſens ſententia ad eam artis partẽ quæ futura prædicit. Non autẽ temere Hipp. ait, in febre nõ intermittẽte, quippe in intermittentibus, quæ certa quædã interualla, ſeu ſtatas quaſdã intermiſsiones, in quib. poſſunt refici vires habẽt, hæc ſigna letalia non eueniũt. Rarò enim intermittentes febres mortẽ inferunt. Si labrũ, aut ſuperciliũ, aut oculus, aut naſus peruertatur, quod fit quum animalis facultas motrix patit. Quippe quãdo prædictæ partes peruertunt, diſtorquentúrq;, & ex re-

ctis flexuoſæ fiunt(id enim Græcis eſt διαστρέφεσθαι)tunc tēſionem quandā conuulſoriā, aut muſculorū reſolutionē ſubeſſe oportet: quorū hoc imbecillitatē, illud vero vel inſtāmationē, vel durū tumorē, vel ſiccitatē, vel immodicā frigiditatē portēdit. In corporis quidē imbecillitate maximā ſiccitatē, quæ ſcilicet conuulſionē inſanabilē accerſit, ſignificare ſolet. Hinc eſt ꝙ in Prog. ita ſcriptū reliquerit Hipp. Si palpebra, aut labrū, aut naſus peruertit, accedēte quopiā reliquorū ſignorū, ægrum morti proximū eſſe ſciendū eſt. Pro eo autem quod in hoc Aph. eſt διαστραφῇ, in Prognoſticis dixit καμπύλον γένηται. Cęterū καμπύλον, Galeno ibidem in Comm. autore, idem quod ῥικνὸν, hoc eſt, retortū & curuū ſignificat. Præterea ſi ęger non videat, nec audiat, animalis facultatis ſenſificę extremam imbecillitatē portēdit, ita vt nō mirū ſit, mortem in propinquo eſſe. Quod verò adiectū eſt ab Hipp. imbecillo iam exiſtente corpore, nō temere factū eſſe putemus. Quippe propter noxas quę motrici facultati accidūt, hoc ipſum dixit: quæ non ſemper letales eſſe ſolent, niſi vniuerſi corporis adſit imbecillitas. Nam in reſolutione interdū labrū & naſus torquentur, neq; tamen ſtatim mors ſequitur. Hinc eſt ꝙ etiam in Prog. adiecerit hęc verba: accedēte quopiā reliquorum ſignorū. Quod verò ait, quicquid horū fiat, manifeſtè ſignificat nō opus eſſe, vt omnia hæc ſymptomata ſemper adſint, ſed ſatis ſit vnum aut alterū, vel plura horum apparere, vt mors ſequatur. Quanto autem plura illorum aderint, tanto citius mortem ſuperuenire putandum erit.

διαστρέφεσθαι.

1. Pro. 15.

καμπύλον

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Atque contractis his qui ad eas.] Græcè eſt, τεινομένων τι καὶ συνελκομένων ἐπὶ τὰς ἰδίας ἀρχὰς τῶν εἰς αὐτὰ καθηκόντων νεύρων, extenſis & contractis ad ſua principia iis qui ad eas nerui perueniūt. Senſibilis.] Græcè eſt. αἰσθητικῆς, ſenſificæ, quę ſenſum efficit. Id enim Græcis eſt αἰσθητικόν. Senſile autem, quod illi αἰσθητὸν vocant, eſt id quod ſentitur, ac ſenſui obnoxiū eſt.

APHORISMVS L.

Ὅκου ἐν πυρετῷ μὴ διαλείποντι δύσπνοια γένηται, καὶ παραφροσύνη, θανάσιμον.

Quando in febre non intermittente difficultas ſpirandi

randi & delirium accidit, letale eſt.

Difficultatē ſpirādi ac deliriū, ſi in cōtinua febre euenerint, ſigna eſſe letalia, hoc in Apho. monſtrat Hipp. Pro clariore autē intelligētia ſciendū, difficultatis ſpirādi multas eſſe differentias. Simplicis quidē ſex, nimirum magna, parua, crebra, rara, velox, tarda. Compoſitæ vero octo, magna & crebra, magna & rara, parua & crebra, parua & rara, magna & velox, magna & tarda, parua & velox, parua & tarda. Quas quidē ſingulas Hipp. lib. 6. Epid. par. 2. Aph. 5. iis verbis cōplexus eſt, Spiritus, parui, crebri, magni, rari: hic quidem tardus, ille vero velox. Poſt Hipp. autem eaſdem Gal. in libris quos de ſpirandi difficultate inſcripſit pleniſsime explicauit. De qua vero difficultatis ſpirandi differētia hoc in loco Hippo. loquatur, iam dicemus: Si hæc duo ſymptomata difficultas ſpirandi & delirium coniungantur, neceſſe erit Hippocratē loqui hoc in loco de magna & rara ſpiratione, quod ſcilicet illa propriū ſit delirij ſymptoma, quēadmodū in Prognoſticis diſerte iis verbis teſtatur Hipp. Magnus ſpiritus, & ex longis interuallis, deliriū declarat. Idē in Com. ſuis, & lib. 2. de Difficul. ſpirandi, multis argumētis oſtendit Gal. Quinetiā Philotheus idipſum manifeſte in eum ſcribens modū teſtatur, ἐνταῦθα, inquit, περὶ τῆς μεγάλης καὶ ἀραιᾶς ὁ λόγος ἐστὶ τῷ Ἱπποκράτει δυσπνοίας. αὕτη γὰρ τὴν παραφροσύνην δηλοῖ. In hoc Aph. Hipp. de magna & rara ſpirandi difficultate eſt ſermo. ipſa enim delirium ſignificat. Cur autem hæc difficultatis ſpirandi differentia deliriū portendat, hæc eſt ratio. Quippe ambo hæc, magnitudo ſcilicet & raritas, ſpirationis veluti oblitæ actionis pathemata ſunt. Neque enim immoderatius trahere ſpiritum, rurſúſque immoderatius quieſcere eſt, niſi eius qui neque quādo deſinere ab actione oporteat nouit, neque quādo rurſus incipere: ſed in vtriſque menſurā egreditur, ob ignorationē conuenientis. Quemadmodum igitur delirantes ſæpe poſtulata matula vt meiant, obliuiſcuntur interea vt neque mingāt, niſi quis cōmonefaciat: ſic quandoquidē & ſpiratio ipſa animalis actio eſt, ipſis vero ratio læſa exiſtit, obliuioſiores, tum citra actiones, tum circa ipſarū interualla fiunt. Ambo itaq; & actiones & quietes lōgo tempore abſoluentes, hoc modo & magnitudinem & raritatem circa totam ſpirationē pariunt, vt copioſiſsime

Spirandi difficultatis multæ differētiæ.

1. Pro. 27

lib.2.de Difficultate ſpirandi Gal.demonſtrat.Si vero ſeorſim de difficultate ſpirandi loquamur, delirio amoto, tunc hæc ipſa propter mala quæ inſtrumẽtis ſpirationi inſeruientibus accidunt,& quæ à Gal.in Comm.recenſentur,euenire ſolet.Verum hæc duo ſymptomata in hoc Aphor.coniungit Hipp.aitque eſſe letalia,quòd nimirum & cerebrum & inſtrumenta ſpirationis læſa eſſe ſignificent. Quibus ſubinde febris accedit continua, quæ & ipſa per ſe ſola ſatis eſt efficax,vt vires corporis deiiciat & proſternat.

APHORISMVS LI.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἀποςήματα μὴ λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρίσιας μῆκος νόσου σημαίνει.

In febribus abſceſſus qui in primis iudicationibus morbum haud ſoluunt,eiuſdem longitudinẽ ſignificant.

HVnc aph.tam clarũ & perſpicuũ eſſe ſcribitGal.vt Hippocrate monitore non eguerit.Id quod ſane veriſsimũ eſt,modo rectè,& vt debet intelligatur, ita nimirum:In febribus,ſcilicet longioribus,hæ enim per abſceſſus maxime iudicari ſolent, abſceſſus qui in primis diebus iudicatoriis morbũ non ſoluũt,vel à morbo haud liberant; quod fieri ſolet,vbi humores noxij ac morbũ efficientes vniuerſi ad locũ abſceſſus nõ decubuerint,ſed nonnulli intus relicti fuerint, longitudinem morbi ſignificãt.Quippe humorũ noxiorum multitudinẽ præ ſe ferunt,quos vnà iudicatione natura expellere haud potuit.Atque hęc quidẽ legitima eſt huius ſententiæ explicatio,& quæ plane Hippocratis mentẽ exprimit.

Muſa temere Leonicenum arrodit.

Quapropter temere hoc loco Muſa Leonicenũ arrodit,quaſi non ſatis rectè Hipp.mentẽ expreſſerit,eo quòd hæc verba μὴ λυόμενα,qui non ſoluunt,ſit interpretatus,atque adeo participium paſsiuum per verbum actiuũ reddiderit.Quaſi verò λύομαι verbũ Græcis interdũ,vt hoc loco, non idem quod λυτρόω,id eſt, redimo, libero & ſoluo ſignificet.Quod certe miror non animaduertiſſe Muſam,quũ tamen vulgaria etiã dictionaria idipſum doceãt.Pręterea minus rectè facit Muſa Philotheũ ſecutus,quod ad abſceſſus refert,quod ad morbum potius transferendũ erit.Neque enim Hipp.vult,quod in febribus abſceſſus qui in primis iudicationibus nõ ſoluũtur,ſeu ſanantur,morbi longitudinem ſignificent. Quippe fieri

Muſa Philotheũ ſecutus errauit.

fieri non poteſt, vt ſtatim in primis iudicationibus facti abſceſſus abeant & ſoluantur, quum ex craſsiore materia conſtent, quæ vt concoquatur & diſcutiatur longiore tempore indiget. Quare febre etiã ipſa ſoluta, longo adhuc tempore abſceſſus durant. Si autem febre deſinente etiam, non ſtatim euaneſcunt, ſed aliquandiu donec diſcutiantur, manent, quomodo igitur ſi nõ ſoluuntur, morbi longitudinem, qui iam deſiit, ſignificare poſsint? Sui ipſius quidẽ longitudinem abſceſſus haud ſolutus, non morbi ſignificaret. Proinde quum Hipp. diſerte dicat, morbi longitudinem ſignificant, neceſſe eſt vt verbum νόμαι actiue interpretemur, in hunc ſenſum quem ab initio huius commentationis expreſsimus, & Gal. etiam in ſuis Comm. affert. In quibus vbi interpres conuertit ad primas iudicationes, Græcè eſt, κατὰ τὰς πρώτας κρίσιμους ſcilicet ἡμέρας, in primis diebus iudicatoriis.

APHORISMVS LII.

Ὁκόσοι ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἢ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ἀρρωςίῃσι κατὰ προαίρεσιν δακρύουσιν, οὐδὲν ἄτοπον, ὁκόσοι δὲ μὴ κατὰ προαίρεσιν, ἀτοπώτερον.

Qui in febribus, aut in aliis morbis voluntarie illacrymant, nihil abſurdi eſt. Qui vero non voluntarie, abſurdius.

HIc Aph. è numero illorũ eſt qui ad præſagiẽdi artẽ pertinẽt. Nã quid ex oculis illacrymãtibus in morbis medico ſit prędicendũ, docet. Qui, inquit Hipp. in febribus, aut aliis in morbis (ἀῤῥωςία enim idem quod νόσος, & ἀῤῥωςοῦντες ἀῤῥωςία.
non aliud quàm νοσοῦντες, Gal. lib. 2. Ther. meth. cap. 3. teſte, ſignificant) κατὰ προαίρεσιν, ſtudio, de induſtria, voluntarie, cõſilio: κατὰ προαίρεσιν.
προαίρεσις enim Græcis, conſilium, propoſitũ, voluntas, inſtitutum, & iudicium eſt. Hinc κατὰ προαίρεσιν, καὶ ἐκ προαιρέσεως, idem quod de induſtria iiſdem denotat) illacrymantur, nihil abſurdum, hoc eſt, minime periculoſum. Quippe propter externam aliquam cauſam, verbi gratia, amici interitum, aut rerum quæ nobis caræ fuerunt amiſsionem hoc ipſum accidit. Qui verò non voluntarie, vel vt Celſus libro 2. cap. 3. conuertit, ſine voluntate & minime de induſtria lacrymant, abſurdius. Multis autẽ de cauſis fieri poteſt, vt ſine

voluntate oculi illachryment. Primum à cauſis externis. vel enim propter pathemata quædã, hoc accidit, vt ſi feſtuca, aut aliud quippiam in oculũ ceciderit, aut oculi palpebrarum aſperitate, aut lippitudine laborauerint, aut fluxio aliqua ex capite in oculos decubuerit. Et tum quamquã nõ fiant citra aliquod oculorum malũ, tamen mortẽ non portendũt, quod ſcilicet manifeſtas ob cauſas fiant. Quare de iis voluntariis lachrymis quæ à cauſa manifeſta fiũt, hic nõ loquitur Hipp. Dein lachrymæ nõ voluntariæ fiunt à cauſa interna, nempe imbecillitate facultatis retentricis. De quibus ſane hoc in loco Hippocrates intelligendus erit, quòd ſcilicet abſurdum quid aut periculoſum, mortem nimirum ſignificent. Propter autẽ imbecillitatem facultatis retẽtricis accidere lacrymas tum cognoſcimus, ſi reliqua etiam ſigna perniciosa acceſſerint. Quippe vbi cætera ſe rectè habẽt lacrymæ illæ ſine voluntate promanãtes ſanguinis è naribus profluuium potius
„ quã mortem portendunt. Cuius rei teſtis eſt Hipp. qui lib. 1.
„ Epid. conſt. 3. ſic ſcriptũ reliquit, Quibus in acutis febribus
„ præſertim ardẽtibus, præter voluntatẽ lachrymæ promanarint, iis ſanguinis è naribus eruptionem expectare oportet,
„ ídq; ſi in cæteris ſe nõ pernicioſe habuerint. In iis enim qui
„ male ſe habent, nõ ſanguinis è naribus profluuiũ, ſed mortẽ ſignificant. Repetitur hæc Hipp. ſententia multis in locis. 4. præſertim Epid. & 6. libris, Par. 1. Aph. 16. vbi multa quidem ad inſtitutũ conducentia in noſtris Com. reperient ſtudioſi, quæ nũc lubens prætereo. In Gal. Com. nihil eſt annotatione dignũ, niſi quòd locus quẽ citat, eſt lib. 1. Progno. Aph. 13. Et vbi interpres conuertit affectũ, Græcè eſt πάθ@, malum.

APHORISMVS LIII.

Ὁκόσοισι ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περιγλίσχρα γίνεται, ἰσχυρότεροι γίνονται οἱ πυρετοί.

Quibus in febribus iuxta dentes lentores naſcuntur, iis febres vehementiores fiunt.

Hippocrates hoc in Aph. quid lentores iuxta dentes nati in febribus portendãt, monſtrat. Nõ autẽ temere dixit in febribus, quippe nonnunquam lentores in dentibus citra febres naſcũtur: & tum quidẽ, quòd magna ex parte propter lactis aut alterius cibi qui dentibus affigitur comeſtionem naſcun

naſcuntur, nihil mali, præſertim vnde periculũ immineret, ſignificat. Diſerte autẽ Hipp. dixit περίγλισχρα hac enim voce ſignificantur, que vndiquaque lentore ſunt obducta, aut omni ex parte glutinoſa. In lib. I. de Rat. vict. acu. Aphor. 33. Hippoc. eadem καταγλισχραινόμενα vocauit: Lentorem itaque dentium non vulgarem innuere voluit Hipp. hoc loco, quaſi dicat, Quibus in febribus dentes vndiquaque lentore obducuntur, iis febres vehementiores fiunt. Neque humiditates illæ pituitoſiores cõdenſari, atque adeo dentibus affigi poſſent, niſi ingens febris calor, qui eaſdem exiccaret, ſubeſſet. Philotheus cenſet lentorem illum fieri in dentibus propter humores frigidos in ventriculo detentos, à quibus vapores ſurſum & ad dentes delati in eis concreſcunt. Atqui præſtat vt ſentiamus, glutinoſa illa à quacũque cauſa facta in febribus ipſis affigi dẽtibus ob immenſum calorem qui illa exiccat, vt ſcilicet glutinoſa hæc ab Hippocrate nõ alia ratione damnentur, quàm quòd vehementiam febris præ ſe ferant. Repetitur hæc ſententia in fine fere libri 4. Epid. iis verbis, οἷσι δ' ἐπὶ τῶν ὀδόντων περιγλισχραγίνεται κακὸν ὑποχάσκειν, quibus dentes vndiquaque lentore obducuntur, malum ſuſpicari oportet. Subaudiendum vero erit, quod hoc loco expreſſe dixit, ἐν τοῖσι πυρετοῖσι, in febribus.

περίγλισχρα.

Philothei ſententia.

APHORISMVS LIIII.

Ὁκόσοισιν ἐπιπολὺ βῆχες ξηραὶ βραχέα ἐρεθίζουσαι ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσιν, οὐ πάνυ διψώδεες εἰσίν.

Quibus tuſſes ſiccæ modice irritantes in ardentibus febribus diu durant, ij non admodum ſiticuloſi ſunt.

IN hoc Aphoriſ. Hippocrates, paulò obſcurius cauſam exponit, cur accidat, vt nonnunquam in ardentibus febribus, quas maxime eſſet ſiticuloſas conſtat, ægri non admodum ſiti afficiantur. Sitim autem vehementẽ afferre febrem ardentem, metipſe Hippo. alibi iis verbis teſtatur: In ardente febre lingua fit ſcabra, arida, & prænigra, vehemens excruciat ſitis. Inquit autem impræſentiarum Hippocrates, « Quibus in ardentibus febribus, ſitímque vehementem afferentes tuſſes ſiccæ, in quibus ſcilicet nihil expuitur, modice « ſeu leuiter irritantes. Quod certe non ab re adiecit Hippo. Quippe ſi vehementes fuerint & aſſiduæ, éque corporis

4. Vict. acut. 4.

Tuſſes ſiccæ.

profunditate prodeuntes, eas quæ iuxta thoracẽ pulmonẽmque ſunt partes calefaciunt, atq; inde febrẽ ſitímq; adaugẽt. Pro eo autem quod hoc loco dicitur, leuiter irritantes, Hip. lib. 6. Epid. part. 2. Apho. 12. vbi ad verbum propemodũ hunc aphoriſmũ repetit, ſi non à maligno accidunt, ſed à vento, dixit: hoc eſt aëre frigido, qui inſpiratus interdum faucium aſperéque arteriæ locos exaſperat. Nonnunquam etiam toti pulmoni thoracíque intemperiem affert. Sæpius vero ambo hæc eueniunt, modicéque ex iis ſicca tuſsicula vexantur. Diu & longiore tempore durant, hoc ipſum enim ἐπιπολὺ vox ſignificat. Sic ſanè Ariſtoteles lib. 3. Ethi. capi. vlti. ἐπιπολὺ ἧξει pro lõgius euagabũtur, dixit. Neq; vero hoc temere ab Hip. eſt adiectum. Nam ſi ſtatim tuſſes illæ deſinerent, nihil tale quod hoc loco afferit fieri Hip. eueniret. Non admodum ſiticuloſi ſunt, aut haud ita multum ſiti infeſtantur. Quibus ſanè verbis Hippo. minimè contendit, ardente febre laborantes prorſus carere ſiti, idipſum em̃ impoſsibile eſt: ſed quod non admodum, & prout febris magnitudo exigit, ſitiant. Nã vbi accedit tuſsis ſicca modice irritans, tum ſitis eorum nõnihil reſtinguitur, vt ſubinde multo minus quàm natura & ratio febris exigat, ſitiant, idq; propter motum qui in eiuſmodi tuſsi excitatur, atque ſemper aliquem ex vicinis locis humorem trahit, quo loca ad aſperam arteriam ſita madeſcunt. Hinc eſt quod Hippocrates lib 6. Epidem. par. 2. Apho. 12. pro eo quod hic dixit, ἐπάνω τι poſuit ὁ κατὰ λόγον, hoc eſt, non pro ratione febris, aut non ſecundum proportionem febris. Plura ad pleniorem huius ſententiæ intellectum conducentia in Commentariis noſtris reperient ſtudioſi, ad quos eoſdẽ ablegamus.

A vento.

ἐπιπολύ.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Ob intemperiem inſtrumentorum.] frigidam ſcilicet. Quod Galenus lib. 2. de Sympto. cauſis capit. 6. iis confirmat verbis: Igitur, inquit, id genus tuſsis fit refrigeratis reſpirationis inſtrumẽtis. Sed ita affecti nihil inter tuſsiendũ expuunt, neque violenta tuſsis, neque coacta, ſed adeò exigua eſt, vt & ſupprimi, & ne eueniat, prohiberi poſsit. Quæ verba Galeni eo libentius produximus, quod mirifice ad huius Aphoriſmi intelligentiam conducant. Reliquas duas cauſas quas in Commentariis hiſce affert, eodẽ etiam in loco Galenus commemorat.

APHORISMVS LV.

Οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ πάντες κακοί, πλὴν τῶν ἐφημέρων.

Febres in adenum tumoribus ortæ, omnes malæ, præter diarias.

DE febribus quæ ex tumoribus adenũ,quos Græci βουβῶνας nominant,hoc in Aphor.Hipp.agit.Neque enim βουβὼν iiſdem aliud ſignificat, quàm tumorem ſeu inflammationẽ adenũ,aut glandulorum,Gal.lib.2.ad Glauc.ca.1. teſte.Quapropter Leonicenus hic & alibi ſæpe hanc vocem minus recte ad inguinum tantum adenas tumefactas cõtraxit,quum omnium adenum tumorem ſignificet. Occaſionẽ autem errori huic dedit vox ambigua βουβὼν,quæ,vt teſtis eſt Phauorinus,& locum corporis,& malum denotat,inguina nimirum & tumorem, vt diximus, adenum.Omnes autem febres in tumoribus adenum ortas Hipp.malas eſſe tradit,præter diarias.Quippe diariæ febres tum fiunt, quum tumores ipſi à cauſa aliqua externa,ictu verbi gratia,aut vlcere in parte aliqua vicina iuxta magnas præſertim venas vel arterias exiſtente,naſcuntur.Eſt enim proprium & præcipuum febrium diariarum,vt à cauſa aliqua externa,quã προκαταρκτικὴν Græci vocant,Gal.lib.1.de Differ.feb.ca.7.teſte,incipiant,& vna die ſoluantur.Sin aliæ fuerint quàm diariæ viſcera ipſa, atq; adeo partes principes male eſſe affectas ſignificãt,vtpote quę iam ſuperuacua à ſe repellant in adenas, vt qui propterea quod ſint laxi,& facultates naturales omnium partium minus robuſtas habeant.prompte hæc eadem ſuſcipiant.Quod lib.6. Epidem.part.2.Aphoriſ.4.iis verbis Hippocrates ſignificare voluit:Abſceſſus,veluti bubones, ſignificant partes à quibus progerminant & erumpũt.Sed quum etiam aliarũ partium mali ſint, maximè tamen mali ſunt, qui iuxta viſcera exiſtunt.Proinde quum cæteræ febres vel ex viſcerũ inflammationibus,vel humorum malignitate,vel plenitudine, ſæpéq; ex peſtilenti humore naſcantur, vt malæ ac pernicioſæ ſint neceſſe eſt.

βουβών.

Leoniceni erratum.

ANNOTAT. IN COMM. GALENI

Febres omnes diariæ.]Gal.ſic eas deſcribit,quæ ſimpliciter ita nominantur, vt diximus alibi copioſè. Sui ratione.] quod hoc in loco ait, ſui ratione,id initio li.9. The.meth.iis explicat verbis.Et febris diariæ vna acceſsio, vno plurimũ

die ex ipſius ſaltem natura circumſcripta. Quippe quęcunq; ,, vel per medicorum ignorantiam, vel ægrorum intemperantiam, vel miniſtrantium errorem in eiuſmodi febribus commiſſa in aliud ipſas genus transferunt, hæc ſuæ naturæ ,, ſponte non eueniunt. Hæc ille. vnde ſatis liquet, quod in Ther. meth. dixerit ex ipſius natura, pro eo quod hic ait, ſui ratione. Ex tumoribus inguinum.] Græcè, ὡδὶ τοῖς βουβῶσι, ex tumoribus adenum. Sic paulò pòſt dicendum erit, tumores adenum, non inguinum, vt conuertit interpres.

APHORISM. LVI.

Πυρέσσοντι ἱδρὼς ἐπιγινόμενος, μὴ ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ, κακόν. μηκύνει γὰρ ἡ νοῦσος, καὶ ὑγρασίην πλείω σημαίνει.

Febricitanti ſi ſudor crebro accidit, febre non deficiente, malum. Prorogatur enim morbus, humiditatémque multam ſignificat.

HOc in Aphori. docet Hippocrates, quid ſudor ille cuius ſuprà in Aphor. 42. huius ſect. meminit, qui ſcilicet per vniuerſum febris fit tempus, portẽdat. Quare cõmodiſsimè nunc ipſum ſecutus fuiſſet, vt Gale. etiam in Comm. ſuis monet, quod videlicet cauſam eiuſdem diſerte explicet. Inquit enim Hippocrates, Febricitãti ſi ſudor crebro & aſsiduè accidit: id enim hoc loco ἐπιγινόμενος participium, vt ex 42. Aphoriſm. enarratione palàm fit denotat: non remittente febre, malum. Ratio eſt, quia prorogatur morbus, humiditatémque multam portendit. Duplici igitur de cauſa ſudorem hunc malum eſſe ſtatuit Hippocrates. Primo, quòd febrem non ſoluat, atque adeo in longius tempus extrahit, quum nõ ſit iudicatorius. Dein, quod multam humiditatem ſignificet quam natura breui tempore concoquere & diſcutere haud poteſt. Multam hanc humiditatem non eſſe niſi excrementa humida, quæ in ſingulis partibus naſcuntur, atque adeo crebri ſudoris cauſa ſunt, ex iis quę in explicatione Aphoriſ. 41. dicta ſunt, ſatis conſtat. In Commenta. Galeni vbi interpres conuertit, Malus itaq; exiſtit quia morbum non ſoluit, quare & ipſum prorogari ſignificat: Græcè eſt, ὅτι πρὸς τῷ μὴ λύειν τὴν νόσον, ἔτι καὶ μηκύνειν αὐτὴν δηλοῖ, quia præter id quod morbum

(margin: ἐπιγινόμενος.)

bum non ſoluit, etiam ipſum prorogari oſtendit.

APHORISMVS LVII.

Ὑπὸ σπασμοῦ ἢ τετάνου ἐνοχλουμένῳ, πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει νόσημα.

Qui conuulſione aut diſtentione affligitur, ſi febris ſuccedit, morbum ſoluit.

HIc Aphoriſmus rationem eius ſententiæ quæ eſt in ſectione ſecunda ordine 26. exponit, vbi dixit melius eſſe febrem conuulſioni ſuccedere, quàm febri conuulſionem. Quippe febris morbum ſoluit, cuius rei cauſam ſuprà, loco nimirum iam citato, narrauimus. Eam etiam in Comm. exponit Gale. vt non ſit opus hanc repetere. Sed mirum eſt cur hoc loco Hippocra. dixerit, ὑπὸ σπασμοῦ ἢ τετάνου ἐνοχλουμένῳ, vel vt alij codices habent ἐχομένῳ, à conuulſione aut diſtentione afflicto vel correpto, quum ſatis fuiſſet dicere à conuulſione, nec opus erat ſubiicere diſtentionem, vtpote quæ veluti ſpecies ſub conuulſione tanquàm ſuo genere complectatur. In hac quæſtione diſſoluenda inepte admodum ſe torſit autor Commentariorum, qui falſo ſub Oribaſij nomine circunferuntur. Quos quidem quòd ineptiis multis referti ſint, rarò citamus. Eum quidem autorem, quiſquis fuit, etſi meritò Muſa hoc loco reprehendit, tamen interim dubitationi nō ſatis facit. Ad eam autē ita eſſe reſpōdendum cenſemus, Hippocratem τέτανον, hoc eſt diſtentionem inter conuulſionis ſpecies non numeraſſe, quòd in ipſa corporis partes non videantur conuelli, ſed æqualiter antè & retrò, vt in Commenta. quoque teſtatur Galen. tendi. Hinc eſt quod peculiare illi ſit nomen impoſitum τέτανος, id eſt diſtentio, vel vt Celſus intepretatur, rigor, quia videlicet in ea vniuerſum corpus rectà extendatur, & veluti rigeat. Seorſim itaque dxit, conuulſione aut diſtentione, vt nimirum per conuulſionem emproſthotonum & epiſthotonum intelligeret, vtpote in quibus partes corporis vere conuellantur. per tetanum vero partes rigentes, & in rectum extenſas ſignificare voluit. De iis vero conuulſionis ſpeciebus alibi multa diximus.

Cōmentarij qui Oribaſij nomine circunferuntur, multis ineptiis referti.

APHORISMVS LVIII.

Ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ, ἐπιγενομένου ῥίγεος, λύσις.

Qui ardente febre correptus eſt, ſi rigor ſucceſſerit, à morbo liberatur.

DE rigore qui in ardente febre accidit, morbúmq; ſoluit, hoc in Aphor. Hipp. agit. Cur autem rigor ſuccedẽs ardenti febri eandem ſoluat, facile cognoſcent quibus rigoris cauſa comperta eſt. Quũ enim febris ardens nõ fiat, niſi à bile in venis putreſcẽte, rigor aũt nõ accidat niſi vbi per ſenſiles corporis partes bilis veloci motu defertur, vt in Com. ſuis Gal. etiã teſtatur, neceſſe eſt vt rigore in ardente febre facto, bilis ipſa iam à venis ad cutem trãſlata ſit. Quod Gal. lib. 2. de Sympt. cau. cap. 7. iis verbis cõfirmat: Nã, inquit, & „ ardentẽ febrẽ rigor ſuccedens ſoluit, autore Hippoc. ꝙ bilis „ quæ interim in venis cõtinebatur, à natura per carnes ad cu„ tẽ iudicatoriè excutiatur. Et lib. 2. de Iudic. ca. 3. vbi ſic ſcri„ ptũ reliquit: In adurẽtibus febribus ſingulæ acceſsiones ad „ integritatẽ non perueniũt, quoniam qui earum cauſa eſt hu„ mor haud expurgatur, ſed vnà cũ ſanguine in venis cõtinet. „ Verum quando in iis bilis vehemẽtius agitatur, ac veluti ef„ feruefcit, quũq; à natura inualeſcẽte impellitur, tũc rigor ſuperuenit, & febris ſoluitur. Nam à febre ardẽte, inquit Hip. correpto, ſuperueniẽte rigore, ſolutio fit. Hęc ille. Eſt igitur rigor ſignum ſolutionis febris ardentis, non autem cauſa ſanans, vt nõnulli arbitrantur. Quippe quum huiuſcemodi rigore correpti poſtea ſudent, atq; adeò bilis ad cutem impetum faciens per ſudorẽ vacuetur, febre liberãtur. Interdum autẽ ad internas corporis partes impetũ faciẽs, vel vomitione, vel alui deiectione eiicitur. Sæpenumero & intrò & forãs eodẽ die defertur, vt ſimul & ſudore & vomitione, & alui deiectione bilis vacuetur, quemadmodũ copioſius lib. 2. de Sympt. cau. ca. 7. & lib. 4. Vict. acut. morb. Comm. 12. vbi etiã præſentẽ Hipp. Aphoriſmũ citat, Gal. monſtrat. Proinde ardẽtem febrem rigor non ſanat, ſed bilis potius vacuatio quæ illũ ſequitur. Sanari quidem ſignificat, minimè autem ſanat. Cęterũ nõ quiuis rigor ardentẽ febrem ſanari ſignificat, ſed is tantũ qui ſequitur ſigna coctionis, quíque in die iudicatorio, hoc eſt ſeptimo, fit. Quapropter ſi ſexto die accidit, pernicioſus erit. Suprà enim dixit. Quibus in febribus, ſcilicet continuis, vt ibidẽ hanc ſententiã interpretati ſumus, ſexto die rigores fiũt, ij difficile iudiciũ afferunt. Prętereà neceſſe

Cur rigor ardentem febrẽ ſoluat.

Rigor ſignũ ſolutionis febris ardentis, nõ cauſa ſanans.

Nõ omnis rigor ardẽtẽ febrem ſanari ſignificat.

aphor. 29. huius ſect.

eſt vt rigore illo facto febris deſinat, quippe vbi haud finitur,& vis imbecilla eſt,mortem potius portendit,vt dictum eſt ſuprà in enarratione apho.46.huius ſect.Et hunc ſanè rigorem nulla bilis vacuatio ſequitur.

ANNOT. IN COMM. GAL.

In ſermone de rigore.]Græcè, ἐν τῷ περὶ ῥίγους λόγῳ,in libro de rigore,cap.ſcilicet 6. Ob flauam bilem.] Græcè eſt, καὶ διὰ τὴν ξανθὴν χολὴν,etiam ob flauam bilem. Nam febrem ardentem fieri nouimus,&c.] De Hipp.ſententia, qui lib.4. vict.acut.apho.1.ſic ſcribit, καῦσος γίνεται, ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλεβίαι ἐν θερινῇ ὥρῃ ἐπισπάσηται δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας ἐς ἑωυτά, ardens febris fit,quando æſtiuo tempore venulæ exiccatæ, acres & biliosas ſanies ad ſe attraxerint: ἰχῶρας autem Gal.in Comm.ſuprà iam citatam ſententiam interpretatur τὰς λεπτὰς ὑγρότητας, tenues humiditates: & rectiſsimè quidem.Non eſt enim ἰχὼρ, niſi tenuis & ſeroſa humiditas,quæ in omnibus exiſtit humoribus,vt diximus alibi.Non igitur rectè interpres ἰχῶρας ſimpliciter liquores eſt interpretatus. Et mirum admodum eſt, cur Muſa hanc conuerſionem tueri ac tegere conetur,atque aduerſus manifeſtam Gal. interpretationem aſſerere, Hipp. per ἰχῶρας hoc loco non intelligere ſubtilem ſaniem.Hunc enim toto cœlo aberrare,ex iis quæ diximus hîc & alibi ſatis conſtat.

ἰχῶρες. 6. Epid. part.2. Cōment. 25. Muſæ interpretatio improbatur.

APHORISVMS LIX.

Τεταρταῖος ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισι, τὸ μακρότατον.

Tertiana exquiſita in ſeptem circuitibus, quū tardiſſimè iudicatur.

IN præcedenti aph.quis ſit longiſsimus exquiſitæ tertianæ terminus,Hipp.oſtendit.Eſt autē exquiſita tertiana vt alibi quoq; demonſtrauimus,quæ ex flaua bile per ſenſiles corporis partes delata,& ſui ipſius naturā purā ſyncerámq; ſeruante oritur.Exquiſita igitur dicta eſt, ꝙ ex ſyncero ſimpliciq; humore procreatur.Diſtátq; à nota ac ſpuria tertiana,ꝙ hęc nō à ſimplici,ſed miſto humore generet. Quando enim bilis maxima ex parte pituitæ miſcetur, ſpuria fit tertiana. Cæterùm quibus notis deprehēdatur tertiana exquiſita, docet copioſiſsimè Galenus lib.2.de Diffe.feb.cap.3. & libro 1.

Tertiana exquiſita. Notha, ſeu ſpuria

ad

ad Glauconem cap.5. Lib. prętereà 2. de Iudic. c. 3. Itaq; exquiſita ſimpléxq; tertiana ſeptenos circuitus nō excedit. Et hoc eſt quod impręſentiarum inquit Hipp. Tertiana exquiſita in ſeptem circuitibus, quum tardiſsimè aut longiſsimè iudicatur. Vt ſit ſenſus: Tertiana exquiſita etiamſi lōgiſsima eſt, tamen in ſeptenis circuitibus finitur. Eſt autē circuitus, vt dictum eſt etiam ſect. 1. aph. 12. ſimilis ad idem reditus, hoc eſt vniuerſum hoc ſpatiū à primo inſultu acceſsionis vnius, vſq; ad inſultum alterius. Vt totius circuitus, Gal. in lib. de Mor. temp. teſte, ſex ſint tempora. Primum quidem, in quo alget ęger. Secundum, in quo calere incipit. Tertium, in quo calor augetur. Quartū, in quo omnia æqualē magnitudinem obtinent. Quintum, in quo calor decreſcit. Sextum, in quo integritas ſeu interuallum eſt. Quod verò tertiana exquiſita ſeptem circuitus non excedat, minimè mirum, quādo nec humor ex quo cōſiſtit, craſſus eſt, aut lentus, tenáxve, vt in quotidianis & quartanis: imò nec admodū copioſius, proinde facilè & citò diſcutitur. Natura enim maiorem aliorū humorum molem ſuſtinet, vt qui minus irritēt: à bile verò, vt quæ acris eſt, vtcunq; mole minor ſit, patitur, quæq́; ſeptē ad ſummum circuitibus educi è corpore poſsit. Nam interdum tribus, interdum quatuor, aut quinq; circuitibus, pro qualitate quantitatéq; ſua, educitur, vt in Com. etiā ſuis Gal. oſtendit.

Circuitus quid.

Circuitus totius ſex tempora.

Cur tertiana exquiſita nō excedat ſeptimū circuitum.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Tertiana febris ab ea quæ ardens.] Hæc copioſius docet Gal. lib. 2. de Iudic. c. 3. Et lib. 2. de Diff. feb. c. 1. & 3. Ad quę loca ſtudioſos ablegamus. Bilem plurimā ebulientem.] Gręcè, τὴν ξανθὴν χολὴν πλείονά τε καὶ ζέουσαν, bilem redūdàntem & ebulientem. Tempus acceſsionis minus multo, &c.] Græcè, χρόνος ἐλάττω πολλῷ τῆς ἀνέσεως, tempus acceſsionis breuius multo. Quod enim in continuis vna dies poteſt.] Quid iis verbis innuere velit Gal. abundè patebit ex iis quæ libro 3.
„ Prog. Comm. 8. ſcriptum reliquit, inquiēs: Quemadmodum
„ in febribus continuis numeramus omnes deinceps dies in
„ prædictionem futurę iudicationis, ita in intermittentib. ac-
„ ceſsiones: vt ꝙ in continuis ſeptimus dies valet, id in inter-
„ mittentib. ſeptimus circuitus poſsit. Ob id igitur tertiana exquiſita ſeptem circuitib. non diebus iudicari ſolet. Quinetiam ꝙ quartus dies à principio numeranti ad ſeptimum

eſt,

eſt,id quartus circuitus ad ſeptimũ circuitũ. Quartus enim "
dies ſeptimi index eſt, & item quartus circuitus ſeptimi in- "
dex eſt.Idem etiam tradit lib.1.Epid.conſt.3.Comm.20.Re- "
ctiſsimè itaq; hoc loco ait Gal. Quod in continuis febribus vna dies in iudicationib.videlicet poteſt, id in intermittentibus vna acceſsio. In Progn.]Lib.nimirũ 3.aph.8. Quartanarum cõſiſtentia.] Hoc eſt quartanæ febris iudicationes ex numero circuituum accidunt, non dierum, eodem ordine. Breuiſsimi temporis.]Græcè eſt *ὁ μακροχρονιώτατος*, lõgiſsimi temporis.Mirum itaq; eſt cur interpres contrario planè ſenſu vocem hãc reddiderit breuiſsimi temporis;quum tamen conſtet Galen.diſertè docere tertianam febrem exquiſitam, etiam longiſsimam,ſeptem circuitib.finiri.Tertianam aliquando.]Adiiciendum, talem. Græcè enim eſt, *τριταῖον τὴν τοιοῦτον*. Conſuetudo.]Addendum,omnium aliorum. Quippe Græcè legitur,*καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἔλλησι*.

APHORISMVS LX.

Ὁκόσοισιν ἂν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφωθῇ, αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥυὲν, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα, λύει τὸ νόσημα.

Quibus in febribus aures obſurduerint, iis ſanguis è naribus profluens, aut aluus turbata morbum ſoluit.

ISte aphoriſmus prolixa enarratione haud eget,quòd abũdè à nobis ſuprà in expoſitione aphoriſmi vigeſimiocta-ui huius ſectionis ſit explicatus.Breuiter itaque hic Hippocrates docet,ꝙ ſurditas quæ quidem ſtabilis non eſt, adeóq; affectus,ſed pathema, vel per profluuium ſanguinis è naribus,aut alui perturbationem ſoluatur. Febrium autem hoc loco meminit, quòd in iis magna ex parte accidat ſurditas, ob cauſam à Galeno in Commentariis expoſitam. Sanguinis verò è naribus profluuij in 28. aphoriſmo Hippocrates mentionem non fecit, ſed in libello eiuſdem de Iudicationibus inſcripto.Verba illius in enarratione iam dicti aphoriſmi citauimus. Porrò vtraque vacuatione, tam ea ſcilicet quæ è naribus fit,quàm ea etiam quæ per aluum accidit, humorem febrem efficientem expelli contingit, quare vt hoc nomine ſurditas ceſſet eſt neceſſe.Hęc pro intelligenda pręſcripta Hippocratis ſententia ſufficere cenſemus. Reliqua ex Comment.Gal.petenda.

Surditatis inſtabilis ſolutio.

APHORISMVS LXI.

Πυρέσσοντα ἢν μὴ περισσῇσι ἡμέρῃσιν ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ὑποτροπιάζειν εἴωθεν.

Febricitãtem niſi diebus imparibus febris dimiſerit, reuerti ſolet.

Hic aphoriſmus per alium inſertus videtur.

HVnc aphoriſmum Galenus in Comment. non eſſe Hippocratis, ſed ſubdolè ab alio inſertum cenſet, ꝙ ſcilicet eas tantùm iudicationes febrium bonas eſſe ſtatuat, quæ in diebus imparib. eueniunt. Quũ tamen cõſtet febres etiam nonnũquam in parib. diebus rectè iudicari. Quare ſi in vniuerſum de omnibus febribus hic aphor. intelligatur, falſiſſimus erit. Sin illum ad acutas, atq; adeò continuas tantùm febres, quæ in diebus imparib. iudiciũ habent, retulerimus, veriſsima erit. De acutis autem febribus tantùm hoc loco Hippoc. loqui, Philotheus iis teſtatur verbis: ἐνταῦθα, inquit, περὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων ὁ λόγος τῷ Ἱπποκράτει. καὶ δῆλον ἐκ τοῦ εἰπεῖν, ἐν περισσῇσιν, ταῦτα γὰρ ἐν περιτταῖς, ἤτοι παρὰ μίαν, παροξύνει, ὅπου δὲ ὁ παροξυσμὸς, ἐκεῖ καὶ κρίσις. Hippocrati hoc loco de acutis morbis ſermo eſt: & hoc manifeſtũ eſt ex eo quod ait, in diebus imparibus. hi enim in imparibus, hoc eſt tertio quoque die, vel alternis, acceſsionem habent. In quo autem die acceſsio, in eo etiam iudicatio fit. Senſus itaque huius aphoriſmi is erit: Si acuta febre laborantem febris in dieb. imparibus non dimiſerit, reuerti ſolet: ſic enim hæc verba ὑποτροπιάζειν εἴωθεν Celſus lib. 2. cap. 6. conuertit. Hinc eſt quod ſuprà quoq; dixerit: Sudores febricitanti vbi incœperint tertio & quinto, & ſeptimo diebus, boni. Quanquàm verò hæc expoſitio nihil habet abſurditatis, tamen de Gal. ſententia præſtat vt pro περισσῇσιν, legamus κριτικαῖς, vel κριτικῇσι, vel κρισίμοις. Sic enim ex particulari fecerimus generalem ſententiam, quæ ad omnes febres transferri queat. Gal. ſubſcribit Philotheus iis verbis: ἄλλως τε, τὸ ἐν περισσῇσιν ἀντὶ τοῦ ἐν κρισίμοις εἴρηται. ἐὰν οὖν ἐν ταῖς κρισίμοις ἡμέραις ὁ πυρετὸς ἀφῇ, ἀγαθὸν, καὶ ἔστιν ἡ ἐξήγησις αὕτη ἀναγκαιοτέρα τῆς ἑτέρας, συμπεριλαμβάνουσα τὴν τετάρτην, καὶ τὴν δεκατοτετάρτην, καὶ εἰκοστὴν, καὶ τεσσαράκοντα, αἵτινες εἰσὶ κρίσιμοι. Quorum quidem verborum ſenſus quum facilis admodum ſit, noſtra interpretatione haud eget.

De acutis tantum febribus intelligẽdus hic apho.

aphor. 36. huius ſect.

Aphoriſmi præſentis correctio.

An fuerit à quopiá.] Græcè eſt, καὶ μὴ τῶν παρεγγεγραμμένων ἐστὶν, & an ex eorum numero ſit, qui ſubdolè inſerti ſunt. quippe παρεγγράφω Græcis eſt ſubdolè interſero, & interpono. In Prog.] Lib. ſcilicet 3. apho. 4. & 5. Libro aphoriſmorum.] Secundo nimirum. aphor. 24. Fida iudicatio.] Quæ alio nomine firma & certa vocatur. Eſt autem, Galeno lib. 1. de Dieb. iudicatoriis teſte, quæ nunquam reuertitur. παρεγγράφω. Fida iudicatio.

APHORISMVS LXII.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἴκτεροι ἐπιγίνονται πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν, κακόν.

Quibus in febribus morbus regius ante ſeptimum diem accidit, malum.

Hoc in aphoriſmo Hippocrates regij morbi exemplo excretiones quæ non fiunt in diebus decretoriis, malas eſſe oſtendit, quòd ſcilicet malorum affectuum ſint ſymptomata. Difficultatem autem aliquá prę ſe fert, ita vt à paucis ſit rectè intellectus, adeóque factum ſit, vt hinc nonnulli Hipp. reprehendendi occaſionem ſumpſerint. Ex iis autẽ inter præcipuos vnus fuit Plinius, qui lib. 26. cap. 12. eundem iis verbis conuellere auſus eſt: Hipp. inquit, ante ſeptimum diem in febre morbum regiũ mortiferum eſſe ſignum docuit. Nos ſcimus vixiſſe aliquos etiam ab hac deſperatione. Hæc ille. Quanquàm in omnibus propemodum Plinianis exemplaribus falsò legatur, à ſeptimo die, quũ idipſum non dixiſſe Hippocratem ex hoc aphoriſmo palàm eſt. Auerrois etiam, vt ad ſugillandum fuit promptus, lib. 4. ſuorum collectaneorum cap. 43, in hunc modum præſentem Hippocratis aphor. arrodere voluit: Quod dicit Hipp. icterus veniens ante ſeptimum diem in acutis febribus malũ, reprobatum eſt experientia in noſtris terris. Hæc Auerroes. Quapropter quum tanti viri ex hoc aphoriſmo Hippocratem reprehendendi occaſionem ſumpſerint, diligenter quæ ſit genuina eius expoſitio, nobis diſpiciendum erit. Primùm itaq; ſciendum Hippoc. hoc loco non agere de omni ictero, ſed de eo tantùm qui ex iecoris inflammatione naſcitur: id quod ex cauſarum morbum regium efficientium commemoratione omnibus palàm fiet. Quum enim duæ ſint præcipuæ cauſæ mor

Excretiones in diebus nõ iudicatoriis factæ malæ. Auerroes ad ſugillãdũ promptus.

Icteri cauſa.

De quo ictero hic agatur.

morbi regij,quas etiam Gal.in Com.ſuis recenſet:vna,quã do natura flauã bilem ad vniuerſum corpus, & ad cutem effundit.quod interdum fit in morborũ iudicationib⁹, iecore nequaquã male affecto: altera, quum iecur male afficitur,id quod trifariam accidere ſolet,dũ nimirũ ſcirrho,vel inflammatione,vel obſtructione laborat,Galeno in com.etiã teſte: conſequitur inde Hipp.hoc in loco non niſi de regio morbo qui iecoris inflammationem comitatur loqui, eúmq; rectè dixiſſe,quod morbus regius in febrib⁹.ſ.acutis,atq; adeò cõtinuis ante ſeptimũ diẽ factus,malum portendat:quandoquidem iecoris inflammationem,quam febris ſequitur,ſignificet.Neq; enim is arquatus color quo vniuerſum corpus infectum eſt,ex iudicatione naſci potuit, quod hæc ipſa ante ſeptimũ diẽ fieri haud queat. Nam bilis,vt teſtis eſt in Com. Gale.ante ſeptimũ diem iudicatoriè ad corpus efferri effundive non poteſt.Id quod etiam Gal.lib.3. Epid.ſect.1.Com.5. docet:vbi præſentẽ citans aphoriſmum, de quodã qui ſexto die factus eſt auriginoſus(ſic enim legendũ, quum Græcè ſit ἰκτερώδης,non anginoſus)verba facit,& inter cætera in hunc
,, modũ ſcribit:Meminiſſe te oportet eius quod ſępius audiui-
,, ſti,antequàm concoquatur morbus, neq; vllũ aliũ abſceſſum
,, neq; auriginoſum rectè fieri.Is enim impediri ſignificat bi-
,, lem,quo minus ex viſcere expurgetur, & per vẽtrem vacue-
,, tur,vel propter obſtructionem,vel inflammationem.Morbo
,, autẽ concocto iudicatoriè, interim natura ad eas partes quæ
,, iuxta cutẽ ſunt,excrementũ flauę bilis,aliorúmq; humorum
,, reponit.Quæ quidem Galeni verba eo libentius citauimus, quod huic noſtrę ſententiæ magnam afferre lucẽ videantur. Non poteſt etiã morbus regius,de quo hic Hipp.ſermo eſt, ex ipſa obſtructione naſci,quia tum non adeſt febris:niſi bilioſi humores redundantes diutius corpus, Galeno lib.2.de Differ.feb.ca.5.teſte,obſederint.Præterea nõ ex iecoris duritia,quia is tumor prędurus,vt in Com.teſtatur Gal.eſt morbus diuturnus,quapropter in eo bilis ante ſeptimũ iudicatoriè extrudi haud poteſt. Reliquũ eſt igitur, vt ex inflammatione iecoris is morbus regius, de quo hic Hippocratis ſermo eſt,ortus ſit.Ex iis itaque omnib.patet,multũ eſſe ſitũ in iis verbis ἐν πυρετοῖσι, & πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν. Quippe ſæpe euenit vt ex obſtructione regius morbus naſcatur,idque etiam

etiã ante 7.diem:tamen quia febre vacat hoc malũ,letale ſignũ,niſi quis temere remedia omnia neglexerit, eſſe haud poteſt.Facilis nãque eius regij morbi qui citra febrẽ accidit,Gal.lib.5.de male affect.loc.ca.vlt.teſte,eſſe ſolet per cibos & potus extenuãtes,medicamentáq; bilẽ educentia, curatio.Et hac quidẽ ratione idẽ Gal.ſe multos quidẽ vna die ſanaſſe gloriatur.Cæterũ non omnẽ obſtructionem morbus regius ſequitur,ſed eam tantum quæ obſtruit folliculi bilis oſculũ,quod in iecur extẽditur,quod Gal.loco iam citato diſerte docet.Quũ itaque ſolũ regiũ morbũ ex iecoris inflammatione ortum cõſequatur febris acuta,euidentiſsimum fit omnibus Hipp.de hoc mali tantũ ſpecie in hoc Aph.loqui, vtpote quod letale ſit,quia viſceris alicuius phlegmonẽ præ ſe ferat.Quid multa?morbus regius ante 7.diem ortus vel ab obſtructione,vel ab inflãmatione,quod etiã in Com.confirmat Gal.ſit.Si ab obſtructione naſcitur,febre vacat,atque adeò etiã periculo. Sin ab inflãmatione,cũ febre eſt acuta, atq; adeò etiã periculoſus. Et diſcernũtur quidẽ hæ duę cauſę hac lege.In obſtructione,vt teſtis eſt Gal.loco iã citato, dextrũ hypochondriũ grauitatis cuiuſdã ſenſus vrget.In phlegmone,Hipp.& Gal.lib.3.Epid.ſect.1.Com.5.teſtibus,in hypochondrio eodẽ tenſionis ſenſus exiſtit.Nũc omnib.perſpicuũ eſt quod Hipp.temerè cõuellat Plin.dũ ſcribit ſe quoſdã qui ex eo malo quod ante ſeptimũ ortũ eſt euaſerint,vidiſſe. Neque enim Hipp.ſimpliciter aſſerit,nullos prorſus quibus ante ſeptimũ accidit hoc malũ euadere,ſed ſolum κακὸν eſſe, nõ θανάσιμον dicit:deniq; non omnẽ morbum regiũ ante ſeptimũ ortum eſſe malũ ait,ſed eum tantũ qui in acuta febre oritur.Proinde cum conſtet eos quibus ex obſtructione hoc malũ natum eſt magna ex parte,niſi vt cõprehenſum eſt,remedia negligant,euadere:nihil mirum quod Plin.aliquos, quibus ante ſeptimum diem regius morbus accidit,euaſiſſe viderit.Poſtremũ mirari ſubit,qua frõte ſeſe hoc loco Hip. opponere audeat Auerroes,& impudẽter affirmare,icterum in febribus acutis ante ſeptimũ diem euenientẽ nõ exiſtere malum,experiẽtia eſſe cõprobatũ.Quippe quũ hic morbus regius à nulla alia cauſa niſi iecoris inflãmatione prodeat, malũ quomodo non portendat haud video.Niſi in eã prolabamur amentiã,vt ex iecoris inflammatione nullũ vitæ pe-

Signa obſtructionis iecoris.

Phlegmones ſigna.

A Plini iniuria defenſus Hippocrates.

Auerrois cauillum.

riculũ imminere dicamus. Quare vtcunque hic experientiã iactet Auerroes, tamen quũ rationi manifeſte aduerſetur, nõ eſt cur non fictã & ementitã eſſe credamus. Præſertim quum omnibus cõſtet, hunc virũ ad reprehendendum & malitioſe calumniandũ optimos quoſque autores fuiſſe facilẽ, vt hoc potiſsimũ nomine, & quod religionis noſtræ acerrimus inſectator fuerit, parũ æquos ſibi bonos viros habeat. Porro haud etiã vacat periculo icterus, ſi poſt ſeptimũ, idq; in die nõ iudicatorio, euenerit: id quod Gal. etiã in Com. teſtatur. Hinc

Aph. 64. huius ſect. eſt quod paulò pòſt ita ſcriptũ reliquerit Hipp. Quibꝰ in febribus morbus regius ſeptimo, vel nono, vel vndecimo, vel decimoquarto ſuperuenerit, bonũ, niſi dextrũ hypochõdriũ obdurueritt: hoc eſt niſi inflãmatio aliqua iecoris præceſſerit. In inflãmatione itaq; iecoris, ſiue ante, ſiue poſt ſeptimũ diẽ morbus regius oritur, malũ portẽdit. In huius quidẽ Aphor. enarratione lõgiores fuimus, quod nemo interpretũ Galeno dempto, quos ego ſaltẽ viderim, illũ rectè ſit interpretatus.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Male ſe habẽte,] Græcè, κακοπραγοῦντος male affecto. Ipſius vero affectus.] Græcè eſt, αἱ κακοπραγίαι δ' αὐτοῦ, mali autem eiuſdem affectus, &c. Ante ſeptimũ quidem.] Græcè, τὸ μὲν οὖν πρὸ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας, ante ſeptimum igitur diem, &c. Niſi humores, &c. In Ald. etiam codice hæc verba adiecta ſunt, ἢν μὴ ξυνδόσιες ὑγρῶν κατὰ τὴν κοιλίαν γίνωνται, niſi humorũ per aluum deiectiones fiant.

APHORISMVS LXIII.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι καθ' ἡμέρην ῥίγεα γίνηται, καθ' ἡμέρην οἱ πυρετοὶ λύονται.

Quibus in febribus quotidie frigora fiunt, iis quotidie febres ſoluuntur.

IN hoc Aph. Hipp. de intermittentibus febribus agit, cauſamq; mõſtrat cur hæ ipſæ ad ἀπυρεξίαν, hoc eſt integritatem veniãt, dicẽs: Quibus in febribus quotidie frigora fiũt. Frigora autẽ diximus, quæ hoc in loco ῥίγεα vocãtur, q᷑ ſcilicet hanc vocẽ generatim vſurpet non tãtũ pro inæquali totius corporis cõcuſsione, quã medicorũ ſchola priuatim rigorem nominat: ſed & pro refrigeratione & horrore, quæ à

Frigora. Græcis κατάψυξις & φρίκη appellantur. Qua quidẽ ratione vox

ῥῖγος

pir ſumpta, quotidianā quoq; intermittentē in ſe cōplectitur. Siquidē rigor proprie dictus in tertiana & quartana tantum fit, refrigeratio autē & horror in quotidiana intermittente, queād. teſtatur Gal. li. 2. de Diff. feb. ca. 3. 4. & 5. Et li. 2. de Iudiciis, iiſdē capitib. Rigoris enim cauſa eſt bilis per vniuerſum corpus mota. Refrigerationis autē & horroris pituita putrida per ſentiētes corporis partes à natura detruſa, vt autor eſt li. 2. de Diff. feb. ca 4. Gal. Senſus igitur verborū Hipp. iſte erit, Quib. in febrib. quotidie rigores, refrigerationes, aut horrores fiūt, iis quotidie febres ſoluūtur: hoc eſt veniunt ad integritatē, & ſine febre ſunt, queādmodū etiā in Com. exponit Gal. Quod quidē, vt ibidē teſtatur idem Gal. ideo accidit, quia ſingulis acceſsionibus humores febres efficientes expurgentur & vacuētur. Quicquid enim humoris efferbuit, in ipſa acceſsione totū expurgatur, vt hoc nomine febres neceſſariò ad integritatē veniāt. Quare autē accidat vt febres ſingulis acceſsionibus ſolutæ iterū ſubinde reuertantur, Gal. in fine ſuorū Com. docet. Atqui mirabitur forte aliquis, quî fiat vt quotidiana ſingulis diebus, tertiana vero per tertiū redeat, quū tamē humor ex quo tertiana procreatur, magis ſit calidus, atq; adeò vt accēdatur multo prōptior & habilior. Huic quidem dubitationi, de Gal. ſentētia loco paulò ſuprà citato, in hūc modum occurrendū erit. Singulis dieb. accēditur quotidiana, quāuis minus calida eſt tertiana bilioſa: Nā quū tertiana humorē habeat vt accēdatur habilē, ac facile ꝓpter eius tenuitatē quicquid ex eodē efferbuit, totū in acceſsione expurgetur, vt ad puriorē quādā integritatē veniat, & exiguū aliquod poſt acceſsionē putridi caloris veſtigiū relinquat par eſt. Quę vero in pituita febris accēditur, in acceſsionū declinationibus nō expurgatur, neq; parū eius qđ veluti ſuccēſum eſt relinquit. Hinc fit vt eius intermiſsio lōge ſit deterior, & ſecūdę acceſsiōis inuaſio celerior.

Cur febres ſingulis acceſsionib. ſolutę ſubinde reuertantur.

ANNOTAT. IN GAL. COMMEN.

Sicuti autē queādmodū, &c.] Græcè eſt, ὥσπερ δὲ ἐπὶ καθημέραις, quemadmodū autem vbi quotidie, &c. Remanet tamen. In verbis paulò antè ex lib. 2. de Diff. feb. citatis, eandē cauſam expreſsit iis verbis: Exiguū aliquod poſt acceſsionē putridi caloris veſtigiū ſeu ſeminariū relinquit. Nā quū adhuc bilioſorum humorum, etſi nondum putridorū, in corpore ſit re-

dundantia, facile è veſtigio putridi caloris quod poſt acceſſionẽ relictũ eſt corrũpuntur, ſuccẽdũtur, putreſiuntq́; ꝙ vbi factũ fuerit, alia fit ſubinde acceſsio. Quid multa? Reſoluto in prima acceſsioẽ putri humore, remanet velut fons quidã, in quo vel poſtero, vel alio deinceps ſequẽte die rurſus putreſcit humor, q partim relict⁹ erat ex priore acceſsioẽ, partim ex maioribus vaſis in minora cõfluxerat, fitq́; noua acceſsio.

APHORISMVS LXIIII.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν τῇ ἑβδόμῃ, ἢ τῇ ἐνάτῃ, ἢ ἑνδεκάτῃ, ἢ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἴκτεροι ἐπιγίνονται, ἀγαθὸν, ἢν μὴ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον σκληρὸν ᾖ, ἢν δὲ μὴ, κακὸν, οὐκ ἀγαθόν.

Quibus in febribus ſeptimo, vel nono, vel vndecimo, vel quartodecimo morbus regius ſucceſſerit, bonum: niſi dextrum hypochõdrium durum fuerit. Si vero non, malum eſt, & minimè bonum.

IN Aph. 62. huius ſect. dictum eſt, morbũ regium qui ante diem ſeptimũ in febribus ſuccedit, malũ eſſe. Nunc an ille ipſe in febribus poſt ſeptimũ ſuperueniens, bonũ aut malum portendat, Hipp. oſtendit, inquiẽs: Quibus in febribus, ſcilicet acutis, quippe de iis hoc loco eſſe accipiendum Hippocratẽ, ex ſequẽtibus verbis palã fit. Quũ enim ait, ſeptimo, vel 9, vel 11. vel quartodecimo, nec vltra in cõmemoratione dierum iudicatoriorũ progreditur, diſertè ſe de acutis tantum febribus loqui innuit, vtpote quarum terminus ſit dies
1. apho. 23. quartusdecimus. Supra enim dixit, Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicãtur. Quibus itaq; in acutis febribus, diebus prędictis icterus accidit, bonũ, nã illi dies ſunt iudicatorij, omnéſq́;, quartodecimo dẽpto, impares; proinde in iis factus icterus, naturã ipſam flauã bilẽ vnde procreata fuit febris, ad cutẽ iudicatoriè repoſuiſſe ſignificat. Idq́; verũ erit, niſi dextrum hypochondriũ (ſic enim conuertendũ erat, non ilium, vt Leonicenus & Theod. fecerunt. Quippe ὑποχόνδριον,
ὑποχόνδριον. Græcis partẽ ſupra vmbilicũ vtrinque ad latera ſpuriis coſtis ſubiectũ ſignificat, Ilia vero partes ſunt ad os ilium ſitæ,
Ilia. λαγόνες. Græciſq́; peculiari nomine λαγόνες vocãtur, quemadmodum copioſius in enarratione Aph. 36. ſect. 2. oſtendimus) durum

fuerit

fuerit,quia tum φλεγμονὴ ἐστι τοῦ ἥπατος, ait Philotheus, hoc eſt, iecoris eſt inflãmatio. Quod etiam in Com. ſuis Gal. iis verbis cõfirmat: Niſi inquit dextrũ hypochondriũ obduruerit, id eſt, niſi aliquis malus affectus ex his quos antea diximus, viſceri, iecori videlicet, acciderit. Intelligit enim inflammationem, quæ vnus erat affectuũ trium quos anteà, in Com. ſcilicet 62. cõnumerauit. Quinetiã ex acuta febre quæ comitatur, ſignificari iecur affectũ eſſe phlegmone, ſatis liquet. Proinde durũ fieri hypochondriũ dextrũ, hoc loco nihil aliud eſt quã iecur pati inflãmationẽ. Quippe ſi durum eſſet iecur ob ſcirrhũ citra præcedentẽ inflãmationẽ natum, nulla adeſſet acuta febris. Quod ſi vero propter obſtructionem obortus fuiſſet morbus regius, nõ quidẽ duritiem, ſed grauitatis tantũ ſenſum in dextro hypochõdrio pateret. Ex tribus itaq; iis affectibus quos anteà cõmemorauit Gal. quũ nõ niſi vnũ hoc loco intellexerit, inflãmationem intellexiſſe ſolũmodo perſpicuũ eſt. Quod vero deinceps Hipp. inquit: Si vero non, malum, & minime bonũ: plerique inepte interpretantur, & ad duritiẽ referunt, quũ ad iudicatorios potius dies ſit referendũ, in hanc nimirum ſententiã: Si vero non in diebus iudicatoriis accidat morbus regius, malũ. Quippe tũ non lege naturę factus eſt icterus, ſed morbi magis malitia. Et hęc quidẽ genuina huius eſt aphoriſmi explicatio, & quę cum enarratione 62. Aphoriſmi huius ſect. planè conſentit.

Durũ fieri hypochõdriũ dextrum.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Optimũ.] Græcè eſt χρηστόν, bonum. Dextrum iliũ.] Gręcè, τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον σκληρὸν ἔῃ, dextrum hypochondrium durum fuerit. Hepati.] Addendum, videlicet. Græcè enim eſt, τῷ σπλάγχνῳ ἤτοι τῷ ἥπατι. Expurgato enim in ipſo, &c.] Hic locus in omnibus tam Gręcis quã Latinis codicibus deprauatus eſt, emẽdandus autẽ in hunc modũ erit, μὴ καθαιρομένου γὰρ ἐν αὐτῷ τοῦ αἵματος, καὶ τῆς χολῆς μὴ μεταλαμβανομένης ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τοὺς χοληδόχους πόρους, ἐάν τ᾽ ἔμφραξίς τις γίνηται κατά τι τῶν μεταλαμβανόντων χωρίων, ἐάν τε φλεγμονὴ τις, &c. Non expurgato enim qui in ipſo eſt ſanguine, neque bile tranſlata ex venis ad meatus bilem excipientes, ſiue obſtructio aliqua fuerit in locis per quæ transfertur, ſiue inflãmatio, &c. Huic lectioni ſuffragatur antiquus interpres, qui eum locum ſic conuertit: Quum enim ſanguis in hepate non poteſt mun-

Galeni cõdices emẽdati.

diſitari, niſi fel totam amaritudinem ſibi cõmixtam, & cholerę pertinentem traxerit, per vias, &c.

APHORISMVS LXV.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περὶ τὴν κοιλίην καῦμα ἰσχυρὸν, καὶ καρδιωγμὸς, κακόν.

In febribus circa ventriculum vehemens æſtus, & cordis morſus, malum.

HOc in Aphor. Hipp. quid in acutis febribus æſtus vehemens ventriculi, morſúſque eiuſdem ſignificet demonſtrat, ita vt ad eam partem medicinæ hæc ſpectet ſententia, quę futura prædicere ſolet. Inquit igitur, in acutis febribus: de iis enim hic accipiendus Hipp. erit, qui magna ex parte per hęc verba, ἐν τοῖσι πυρετοῖσι, vt è ſuperioribus quoque multis Apho. conſtare potuit, vehemẽtes & acutas febres innuit. Circa ventriculum: nam κοιλίη vox etſi duo ſignificat, nempe ventriculum, & inferiorem ventrem, vt alibi copioſè docuimus, tamen hoc loco in priore vſurpatur ſignificatione, id quod res ipſa de qua agitur abunde monſtrat, & Philotheus confirmat, qui in huius Aphor. explicatione inter cætera ſic ſcriptum reliquit, κοιλίαν λέγει νῦν τὴν σιτοδόχον, ἣ δῆλον ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὸν καρδιωγμόν. Cœlian in pręſentia partem eam quæ in ſe recipit cibum, nominat. Idq; manifeſtum ex eo quod ait, cordis morſus. Per hanc enim vocem Hippo. & alij veteres, morſum oris ventriculi, quod illi καρδίαν vocauerunt, intelligunt, quemadmodum in ca. 34. noſtri Compendij, & lib. 5. de Sanan. malis corporis cap. 4. fuſius diximus. Vehemens ęſtus, de quo nimirum æger mirificè conqueritur, ita vt hæc pars ſibi quaſi ardere videat præ nimio ęſtu. Et cordis, ſeu oris vẽtriculi morſus, malum. Quippe flauã bilem in ventriculi tunicis ebullientem, Gal. etiam in Com. ſuis teſte, præ ſe fert. In iis ſanè Commentariis nihil eſt quod annotatione noſtra indigeat, niſi quod vbi interpres cõuertit palpitat, Gręcè eſt, τὸ σφύζον, pulſat. Et vbi eſt, Nonnulli ipſius viſceris motum: Græcè legitur, ἔνιοι δὲ τῆς καρδίας αὐτῆς, λέγω δὲ τοῦ σπλάγχνου: nonnulli autem cordis, dico autem viſceris, &c. Per hæc quidem verba ſignificat, ſe per cor nunc non os ventriculi, ſed viſcus intelligere, hoc eſt eam partem quæ hodie ſic nominatur, & inter principes corporis partes habetur.

ἐν τοῖσι πυρετοῖσι.

κοιλίη.

καρδία.

Cordis morſus.

APHORISMVS LXVI.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ὀξέσι οἱ σπασμοὶ, καὶ οἱ περὶ τὰ σπλάγχνα πόνοι ἰσχυροὶ, κακόν.

In febribus acutis conuulſiones,& circa viſcera vehementes dolores, malum portendunt.

QVd conuulſiones & vehementes viſcerum dolores in acutis febribus malum portendant, idque non leue quidem,hoc in Aphoriſ.docet Hippo.vt & hoc nomine ſit ex eorum numero qui ad prædicendi artem pertinent. In acutis itaque febribus,quæ quidem cæteris calidiores ſunt, magiſque exiccant,conuulſiones malum portendũt, ſiquidem has ipſas ex ſiccitate atque inanitione eſſe ortas neceſſe eſt.Conuulſiones autẽ ex ſiccitate natas eſſe malas,nemo eſt qui neſciat,idq; Hippo.initio 5.ſect.per aliquot aphoriſmos diſertè oſtendit. Quinetiam ſuprà dixit,Febrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt,quàm febri conuulſionem. Malum etiam in prædictis febribus viſcerum, quæ Græci *σπλάγχνα* nominant,vehementes dolores ſignificant,quemadmodum copioſe Gal.in ſuis Comm.oſtendit,eiúſq; rei cauſam affert,ita vt vberiore explicatione non ſit opus. Vnum tãtum hic adiicimus,nempe quod *σπλάγχνα* Græcis, vt teſtis etiam eſt in ſuo dictionario Phauorinus, *πάντα ἐνδόσθια μέρη*, omnes partes internas,lienẽ,iecur,cor, pulmonẽ, & eiuſmodi ſignificant.

In acutis febribus conuulſiones malũ portẽdũt.

2 aph. 26.

σπλάγχνα.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Propter incendij.]Græcè eſt,*φλεγμόνας*.Significat autẽ hęc vox,vt alibi etiam demõſtrauimus,omnes calidos & dolorificos cũ feruore præter naturã tumores. Manifeſtũ enim in ipſis.]Scilicet quatuor prædictis,nempe inflãmatione,eryſipelate,vehemẽti obſtructione,& abſceſſu periculũ,ꝙ neq; cõuulſioni neceſſariò adiungitꝰ.Quippe poſſunt hæc mala quatuor citra conuulſionẽ accidere,& tamẽ ſatis ex ſe habere periculi. Quãdo febres ipſę ſunt pathos.]Vult dicere Gal.Hip. loqui de febribꝰ quæ morbi ſunt, non ſymptomata aliorum morborũ.Quãdo autẽ febres morbi ſint per ſe,& nõ ſymptomata,oſtendit Gal.lib.1. de Curandi ratione ad Glauconem, vbi ita ſcriptũ reliquit:Febres quæ nõ ſunt diariæ aut ex inflãmatione,aut humoribus accẽdũtur. Quæ ex inflãmatione ortum habẽt,inflãmatarum partiũ velut ſymptomata ſunt,

Febres interdũ morbi,interdũ ſymptomata.

morbúſq; à parte male affecta denominationẽ fere accipit, vt phrenitis, peripneumonia, pleuritis, & alij id genus. Quæ vero ex humoribus accendũtur, & eo ipſo nomine febres vocantur, & ſunt, non autem morborum ſymptomata, ſed ipſæ morbi.

APHORISMVS LXVII.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν οἱ ἐκ τῶν ὕπνων φόβοι, ἢ σπασμοὶ κακόν.

In febribus à ſomno pauores, aut conuulſiones, malum ſignificant.

PAuores & cõuulſiones poſt ſomnum factas malum portendere, hoc loco Hipp. docet. Inquit enim, in febribus, nimirum acutis ac vehementibus: ſiquidem iſta phraſi magna ex parte Hippocratem innuere febres acutas, ſuprà non ſemel monuimus. Febrium vero illarum meminit, nõ quòd omnes alios exitiales morbos excludat, ſed vt ſignificet, hęc ſymptomata duo vbi in febribus eueniunt, peiora eſſe quàm ſi citra febres aliis in morbis fierẽt. Pauores à ſomno: quia ex hoc loco, vt ſæpe aliàs, idẽ quod μετὰ, id eſt, poſt denotat. Somnum autem non quouis tempore in febribus factum accipere oportet, quòd conſtet eum qui in principio acceſsionis fit, perpetuo noxium eſſe, vt dictum eſt ſuprà in Comm. 1. Gal. ſectio. 2. ſed eum tantum qui fit illa hora qua febris declinat. Quod ſi itaque in declinatione factus ſomnus, in qua prodeſſe potiſsimum deberet, pauores & conuulſiones affert, malũ eſt. Quippe pauores ingentem melancholicorũ humorum copiam, caput per ſomnum replentium & aggrauantium ſignificant. Cõuulſiones autem pituitoſorum humorum multitudinem portendũt. Aliqui codices, vt ibidem monet Gal. pro φόβοι legunt, πόνοι, nonnulli etiam vtraſque voces habent φόβοι, καὶ πόνοι, nullo ſenſus diſcrimine, vt ex Gale. Commen. liquet, modo πόνος idem hoc in loco quod ſectio. 2. Apho. 1. ſignificet, nempe βλάβην, hoc eſt noxam ſeu læſionem, quod Galen. etiam in Commen. ſuis docet.

Quis ſomnus in febrib⁹ malus.

Pauores.

Conuulſiones.

πόνοι.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Antea.] ſcilicet Aphoriſ. 1. ſect. 2. Inquit.] ibidem, videlicet Aphor. 2. Labores.] Gręcè. πόνους, noxas, quia ſignificant plane βλάβας. Tales afferunt caſus, &c.] Græcè eſt, τοιαῦτα συμπτώματα φέρουσι, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ στόμα τοῦ γαστρὸς, talia afferunt ſymptomata, ſed & in ipſo ore ventriculi. Sicuti coctionem vtiles

ſomnos

ſomnos, &c.]Grȩcè, ὡς αἵγε πέψιες τοῦτο ὠφελίμους ἐπιφέρουσι ὕπνους, perinde vt coctiones vtiles inducũt ſomnos. Quod eſt, quando humores concoquuntur, & crudi haud permanent, tunc vtiles & bonos ſomnos efficiunt.

APHORISMVS LXVIII.

Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα προσκόπτον, κακὸν. σπασμὸν γὰρ σημαίνει.

In febribus ſpiratio ſubſiſtens, malo eſt, conuulſionem enim ſignificat.

QVid ſpiratio ſubſiſtens in febribus præ ſe ferat, in hoc Aphoriſmo mõſtrat Hipp. Quippe πνεῦμα hoc in loco vt alibi etiam non raro apud Hipp. idem quod ἀναπνοὴ, hoc eſt, ſpiratio ſignificat. Subſiſtens autem ſpiratio, quæ Hippocrati προσκόπτον dicitur, eſt, quȩ in medio ſui interrupta ſubſiſtit. aliis interpretib⁹ offendẽs nominatur. προσκόπτω enim eſt offendo, allido. Hinc ſpiratio offendens, quæ vel intro vel extrà delata ſubſiſtit ac interrumpitur. Celſus lib. 2. cap. 6. hanc ſententiam interpretans, ſpiritum in faucibus eliſum vocat. Verba eius ita habent. Quorum faucib⁹ in febre eliditur ſpiritus, inſtat iis neruorum diſtentio. Spiratio itaque ſubſiſtens ſeu interrupta in febribus, ſcilicet vehementibus & acutis (eas enim hoc genere locutionis innuere Hippocratem iam ſæpe à nobis dictum eſt) malo eſt. Ratio, vt metipſe ait, quia conuulſionem ſignificat, eámque ex ſiccitate ortam, quam quidem febris acuta, muſculos & neruos thóracem mouentes plus iuſto exiccans procreauit.

πνεῦμα. Subſiſtens ſpiratio. Offendens ſpiratio.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

In Prognoſtico.] Libro nimirum 1. Aphor. 27. vbi ait, Spiritus frequens aut doloris aut inflammationis in partibus ſepto trãſuerſo ſuperioribus indicium eſt. Ibi enim ſpiritus vniuerſam ſpirationem ſignificat. Conuulſioni paratis.] Græcè eſt, ἤδη σπασμωδῶς διακειμένων, iam conuulſorie affectis. Sicuti cum ipſe dicit, &c.] Hoc loco Galenum temere ac falſo accuſat Muſa, quaſi minus rectè Hippocratem citet, inquiens, Galenus hoc probat per quædam Hippocratis verba in libro Prognoſticorum, quæ nos apud Hippocratem inuenire neſciuimus. Hæc ille. Quaſi vero ita colligere liceat, Muſa non poteſt apud Hippocratem reperire, quod

Muſa Galenũ falſo rep̃hendit

Galenus citat, igitur Galenus in citando Hippocrate eſt la-pſus. Etſi enim Muſa in eo loco inquirens vbi nihil tale ſcribit Hippocrates, non inuenit, alius tamen conuenienti ſane loco hæc verba Hippocratis quærens, promptè reperiet. Et quidem Galenus non aſſerit hoc ipſum quod ex Hippocr. producit, in Prognoſtico eſſe ſcriptum: ſed ſimpliciter ait, cum ipſe dicit. Quare locus à Galeno citatus eſt in lib. 2. Epidem. ſectio. 3. ſcriptus. Et lib. 6. Epidem. par. 2. Aphoriſ. 5. Citat eandem ſententiam Galc. in ſect. 6. Aphoriſ. Commēt. 54. eámque nonnihil ibidem explicat. Quod etiam facit libr. 3. de Diffic. ſpirandi. Multa etiam in noſtris in hanc ipſam ſententiam Comm. inuenient ſtudioſi; quę ad plenius eam intelligendam conducunt. Veluti adſpiratio.] Græcè eſt, *οἷον ἐπιπνεύσεις*, veluti iterata ſpiratio. Quum dicit.] Libro ſcilicet 2. Vict. acuto. Aphoriſ. 47. in cuius quidem Aphoriſ. Comm. priorem ex Epidemiis etiam citat. Eum vero quem nūc producit, libr. 3. de Spirandi diff. copioſè ennarrat, & exemplis aliquot illuſtrat. Et pro eo quod in præſenti Aphoriſm. dixit *πνεῦμα προσκόπτον*, in libro 2. Victus acut. inquit, *πνεῦμα προσπταῖον*, nullo ſenſus diſcrimine, quum *προσπταίω* idem quod *προσκόπτω* ſignificet. προσπταίω

APHORISMVS LXIX.

Ὁκόσοισιν οὖρα παχέα, θρομβώδεα, ὀλίγα, οὐκ ἀπυρέτοισι, πλῆθος ἐπελθὸν ἐκ τουτέων λεπτὸν, ὠφελέει. μάλιστα δὲ τὰ τοιαῦτα ἔρχεται τοῖσιν ἐξ ἀρχῆς, ἢ διὰ ταχέων ὑπόστασιν ἴσχει.

Quibus vrinæ craſſæ, grumoſæ, & paucæ ſunt, haud ſine febre, ſi ab ijs tenues copioſe prodierint, iuuant: maxime vero tales exeunt ijs, quibus ab initio, aut non multo pòſt, vrina ſedimen obtinet.

Hippocrates verba de vrinis facturus, initio rem nobis quæ rariſsime accidit ob oculos ponit, craſſam nimirum vrinam per initia morbi, aut nō multò pòſt apparētem, quæ ſubinde commode admodum in tenuem, eámque multam commutatur. Spectat autē hic aph. vt omnes alij ſequentes, ad partem medicinæ quæ *σημειωτικὴ* dicitur. Cæterum

quum

quum quatuor ſint in vrina conſideranda,nēpe cōſiſtentia,co lor,quātitas,& contenta,hic triū quidem meminit,& primò quidē conſiſtentiæ,inquiēs:Quibus vrinæ aquoſitas aut conſiſtentia craſſa eſt,& grumoſa. Hic contentorū meminit:neq; enim vrina grumoſa alia eſt,niſi quæ multam craſſam ſubſidētiam,aut in grumos conſiētā & conformatā habet. Et pauca:nunc tertij,nēpe quātitatis mentio fit. Nihil autē mirum, paucā tum eſſe vrinā:quippe propter craſsitudinē fit vt vrinę illæ renes vix & difficulter pertrāſeāt,ita vt neceſſe ſit paucā hoc nomine prodire vrinā. Quod dicit nō ſine febre,manifeſtè ſignificat eas febres in quibus eiuſmodi vrinę apparent,à multitudine & craſsitie humorū eſſe ortas. Neq; enim vrinę craſſæ & grumoſæ eſſent , niſi humores illi craſsi febrē efficientes,per vrinas pellerētur. Si itaq; in iis qui febre laborāt post vrinas craſſas,grumoſas,& paucas , ἐκ τούτων enim idem quod μετὰ ταῦτα ſignificat,tenues copioſè prodierint,iuuant. Nam alteratricē facultatem robuſtiorē nunc factā,& humores illos craſſos ita attenuaſſe , vt maior horū pars ſit vacuata,oſtendunt. Quod etiā Gal. in Com. teſtatur. Per tenues verò vrinas non accipiendæ erūt quæ propriè ſic vocantur,crudæ ſcilicet : ſed quæ tales dicuntur collatione ad grumoſas, vt tenues vrinæ hîc ęędem ſint quæ mediocres. Quod Philotheus iis verbis confirmat, λεπτὴν οὐ κυρίως λεπτὴν, τοῦτο γὰρ ἄπεπτον, ἀλλὰ πρὸς σύγκρισιν τῶν θρομβωδῶν, ὡς εἶναι αὐτὸ σύμμετρον. Hoc autē non temere monemus. iſta enim ratione quædam repugnātia quæ ſtatim apparet in verbis Hipp. è medio tollitur. Is enim in libello de Iudiciis,inter alia ſic ſcriptū reliquit, αἱ ἐκ παχέων παντελῶς λεπτὰ γίνηται οὖρα, δύσκριτα καὶ ἀβέβαια τὰ τοιαῦτα. Quib. vtiq; verbis Hipp. damnat planè tenues vrinas post craſſas prodeūtes,tanquam eas quę malū,& infidum,aut incertum iudiciū portendunt. In præſenti verò apho. contrarium aſſerit,nēpe tenues poſt craſſas vrinas apparentes iuuare,& bonū portēdere. Pro intelligētia igitur pleniori ſciendum,vtrunq; quod ab Hipp. eſt dictum, verū eſſe , nec vnum alteri pugnare. Id quod omnib. palàm fiet , modò quid vtrobiq; per vrinas tenues ſit intelligendū,perſpectum habeant. In libello enim de Iudiciis loquitur de vrina tenui ſimpliciter dicta. Quod vt diſertè innueret, aduerbiū παντελῶς adiecit , vt ſcilicet hoc ipſo omnimodā cruditatē ſignificaret. In

eo

In vrina quatuor cōſideranda.

Vrina grumoſa.

Non ſine febre.

ἐκ τούτων.

Tenues vrinæ.

Hipp. loca inter ſe prīma facie pugnātia.

eo quem nunc enarramus aph. de vrina tenui, non ſimpliciter & abſolutè, ſed ad grumoſam collata loquitur. Vt ſcilicet hac ratione tenuis vrina non ſit alia, niſi quæ inter craſſas & omnino tenues media exiſtit. Muſa hos duos locos qui prima facie, vt diximus, pugnare inter ſe vident, non rectè cõciliat de multa & pauca vrina. Maximè autẽ tales vrinæ apparẽt iis quibus ab initio febris, ἢ διὰ ταχέων, hoc eſt, Gal. interprete, ἢ οὐ μετὰ πολύ γε τῆς ἀρχῆς, id eſt non multò poſt initia. Philotheus quidem interpretatur ἢ τῇ πρώτῃ, ἢ τῇ δευτέρᾳ, ἢ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. Subſidentiã vrina obtinet. Subſidentia verò eſt quod in fundũ matulę deſcendit, vt alibi copioſius diximus. Quod autem initio aut non ita multò pòſt in vrina appareat ſubſidentia, id accidit, vt Gal. & Phil. teſtantur, λόγῳ βάρους τῆς ὕλης, οὐ λόγῳ φύσεως, ratione grauitatis materiæ, non lege naturæ. Neq; enim coctionem ſignificat hæc ſubſidentia, vtpote quæ in principio morbi fieri haud poſſit. Actuarius lib. 1. de Vrinarum iudiciis c. 11. iis verbis præſentem Hippo. ſententiam efferre voluit: Illud ſcire oportet, nonnũquam in morborum » fine copiam profluere vrinæ albioris & tenuioris, atq; me» diocrem continentis ſubſidentiam, præſertim quum præceſ» ſerit vrina craſsior & grumoſior. Hæc ille.

Muſæ cõciliatio improbatur.
Διὰ ταχέων.
Subſidẽtia

ANNOT. IN COMM. GAL.

Conſiſtentiæ.] Græcè eſt, τῆς ὑποστάσεως, ſubſidentiæ. Quare minus rectè interpres conuertit, conſiſtentiæ. Quippe conſiſtẽtia Latinis eſt, quę σύστασις, hoc eſt coitio, cõcretio, & craſſitudo Græcis dicitur, à verbo συνίστημι, quod cogo, coëo, concreſcóq; ſignificat. Vnde eſt συνεστηκώς, cõcretus, ſolidus, compactus, non fluxilis. Habere itaq; ea naturalẽ conſiſtentiam, Gal. lib. 2. Prog. Com. 13. teſte, dicuntur, quæ neq; omnino dura ſunt vt lapides, neq; prorſus liquida vt diffluere poſsint. Hinc omnib. perſpicuũ fit, aliã eſſe conſiſtentiæ quàm ſubſidentiæ ſignificationẽ. Inæqualitatem ac diuulſionẽ.] Græcè, τὸ τῆς ὑποστάσεως ἀνώμαλόν τι καὶ διεσπασμένον. Per hæc autẽ verba intelligit ſubſidentiam inæqualem, quã alio nomine aſperã vocant. Talis quidem eſt quæ ſibi continua non eſt, neq; coacta, ſed diuulſa. Cœnoſas.] Græcè, βορβορώδεα, fœtidas: quia βόρβορος vtrunq; & cœnum & fœtorem denotat Gręcis. Numiſianus.] Is fuit Quinti auditor celeberrimus, cuius meminit etiam li. 1. de Ana. admi. ab initio ſtatim Gal. Ab ipſo fuiſſe.]

Cõſiſtẽtia. σύστασις. συνεστηκώς.
Cõſiſtẽtia inæqualis & aſpera. βόρβορος. Numiſianus.

Adiiciendũ, maximé. Græcè enim eſt, καὶ διὰ τοῦτό μοι δοκεῖ μάλιστα ὁ ἀφεψισμός, &c. Reſiduũ concoquitur.] Græcè eſt, ἅμα δὲ, καὶ πεφθῇ τὸ καταλοίπων, cõcoctum fuerit. Sed mediũ tenent, &c.] Græcè eſt, μέσα δ' ἑκατέρας τῆς ὑπερβολῆς, καὶ σύμμετρα ὄντα, ſed mediæ inter vtrunq; exceſſum, & mediocres ſunt.

APHORISMVS LXX.

Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ οὖρα ἀνατεταραγμένα οἷον ὑποζυγίων. τουτέοισι κεφαλαλγίαι ἢ πάρεισιν, ἢ παρέσονται.

Quibus in febribus vrinæ perturbatæ ſunt, veluti iumentorum, iis dolores capitis vel adſunt, vel aderunt.

IN hoc aph. quid vrinæ perturbatæ in febribus portendãt Hippoc. monſtrat. Quanquam verò nonnulla exemplaria hanc particulam ἐν πυρετοῖσι, non habent, ſed ſimpliciter legunt οἷσι οὖρα ἀνατεταραγμένα, tamẽ meliora omnia eam ipſam minimè omittunt. Cui etiã lectioni antiquus interpres ſuffragatur, & ratio ipſa. Siquidem in febribus omnibus, Gal. lib. 1. de Iudic. ca. 7. teſte, quoniam venoſi generis ſunt mala, ad vrinas præcipuè reſpicere oportet. Coctionis enim quę in venis eſt, ſignum optimũ vrina exiſtit. Quod lib. 4. de Tuen. ſan. c. 2. teſtatur clarius iis quidẽ verbis Gal. De iis quæ intra venas ſunt, nullũ planè nec manifeſtũ nec euidẽs ſignũ habemus, præter ſolã vrinã. Et c. 4. idẽ Gal. ait, Vrina eorũ tantum humorũ qui in vaſis cõtinentur, nota eſt. Quare cùm hæc lectio verior ſit, factũ eſt vt & nos hanc ſecuti ſimus. Cæterùm notandum hoc loco erit, quòd duæ ſint, Gal. lib. 1. de Iudiciis. c. 12. autore, perturbatarũ vrinarũ differẽtiæ. Vna quidẽ, quãdo turbatæ mingũtur, ſed paulò pòſt reſident. Altera, quum turbatæ longo tẽpore, aut ſemper, manent. Quapropter de qua differentia hoc in aph. loquatur Hipp. neceſſe eſt conſideremus. De altera aũt, nẽpe ea quę turbida mingitur, taliſq; ſemper permanet, illũ loqui, ex iis quæ de earundẽ cauſa Gal. in Comm. affert, euidentiſsimũ fit. Ait enim, eiuſmodi fieri vrinas, quum materia craſſa ac dẽſa à calore cõficitur, cõcoquitur, aut agitatur. Non poteſt enim natura hãc ipſam conficere aut cõcoquere, niſi prius agitatã. Eãdem verò cauſam cur vrinæ ſemper turbatæ maneãt, lib. 1. de Iudic. c. 12. Gal. affert

Vrinæ in febribus reſpiciendæ.

Perturbatarũ vrinarum duæ differẽtiæ.

inquiens:

„ inquiens: Quæ vrina ſemper turbata manet, vigere adhuc
Agitatio. quæ in ſanguine eſt agitationē oſtendit. Per agitationem verò Gal. intelligere concoctionem, ex iis quæ ſcribit lib. 4. de
„ Tuen. ſani. c. 3. fit manifeſtiſsimum. Ibidem enim ita tradit.
„ Quòd ſi turbida ſit vrina, qualis iumētorū viſitur, crudis re-
„ fertas venas indicat humoribus, nō tamen ceſſare naturam,
„ ſed eos valenter concoquere. Ex his quidē locis nemini non palàm fit, Hipp. hoc in apho. de altera perturbatarum vrinarum differentia loqui. Quin Gale. in poſteriore loco diſertè vrinæ illius, quæ eſt inſtar iumentorū meminit. Quod aſſerimus, cōfirmat etiam autor libelli de Vrinis, qui perperàm refertur ad Galen. ita ſcribens: Quæ mingitur craſſa, & talis permanet, indicat vigorē agitationis quæ eſt in humoribus craſsis & flatuoſis: cū qua adeſt aut affuturus eſt dolor capitis, propter conturbationem ac euaporationē humorū. Quibus ſanè verbis & turbationis vrinarū, & doloris capitis cauſas exprimit. Porrò quū agitatio caloris in vrinis, poſteaquā etiam mictæ ſunt, permaneat, nihil mirum cur turbatæ maneant. Atqui vt Hipp. planū omnino faceret, quid per turbidas vrinas accipiendū eſſet, adiecit οἷον ὑποζυγίων, velut iumentorum, hoc eſt equorū, boum, & aliorū animātium quæ iugū ferunt, atq; adeò homines in laboribus ſuis iuuant. Horum nanq; vrinæ dū minguntur, turbatæ ſunt, atq; ſubinde eiuſmodi permanent, proptereà quod victu tali vtuntur, vnde craſsi humores procreantur. Quibus igitur tales ſunt vrinæ, iis capitis dolores aut adſunt, aut aderunt, propter cauſam anteà à nobis, & Galeno in Comm. expoſitam. Quid per κεφαλαλγίας ſit intelligendum, alibi eſt à nobis demonſtratum.

Iumenta.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Galeni codices emēdati.

Obuerſæ.] Hoc loco codices Græci propemodū omnes legunt ἀντιτεταραγμένα, quum potius ſit legendum ἀνεστραμμένα. Quā quidē vocē interpres ſatis obſcurè conuertit, obuerſæ: nam ſignificantius multò dixiſſet, cōmutatæ. Quippe Græcis ἀναστρέφω interdū idem eſt quod cōmuto. Legendum autem eſſe ἀνεστραμμένα, & non ἀνατεταραγμένα, vel hinc ſatis liquet. Nam quid opus fuiſſet Galeno dicere. Alij aliter hanc ſententiam legunt, aut ſcribunt, ſi pariter cum eo legiſſent ἀνατεταραγμένα. Quapropter quum hîc diuerſæ fiat lectionis mentio, neceſſe eſt, vt fateamur alios ſecus quàm Galenum

ἀναστρέφω

ſcrip

ſcripſiſſe & legiſſe, nẽpe ἀνατεταραγμένα, pro ἀνατεταραγμένα. Et quia ſic eſſe legendũ certò affirmabãt, coacti ſunt vt pręſentẽ aph. cum ſuperiore cõnecterent, quod in eo de contrariis vrinis, nempe tenuibus, agere Hipp. contenderent. Errat igitur plurimũ Muſa, qui hoc loco ἀνατεταραγμένα potius eſſe legendũ, quàm ἀνατετραμμένα cenſet. Muſæ error. Contrarias oſtendere iis, &c.] Et hic locus in Græcis codicibus eſt deprauatus. Alius locus Galeni emẽdatus. Aldinus enim codex ita legit, τὰ ἐναντία δηλοῦν τοῖς προειρημένοις τοῖς λεπτοῖς, contrarias prædictis ſcilicet tenuibus ſignificare, ſed falsò: quia ſic nullus eſſet relictus Galeno locus reprehendendi eos, qui ἀνατετραμμένα, id eſt, commutatas vrinas ſignificare craſſas & perturbatas contẽderent, quandoquidem idem quod ipſe dixiſſent. Alij codices pro τοῖς λεπτοῖς, habent ταῖς θρομβώδεσι, grumoſis. Hanc lectionem ſecutus eſt in ſua conuerſione Leonicenus. Nonnulli legũt, τοῖς παχέσι καὶ θρομβώδεσι. Et neutra quidem harũ lectionũ à vero abhorret. Præſtat tamẽ, mea quidẽ ſententia, vt ita legamus hũc Gal. locũ, καὶ βούλονται τινὲς μὲν τὰ ἀνατετραμμένα, τὰ ἐναντία δηλοῦν τοῖς προειρημένοις, τουτέστι τὰ λεπτά. Et volunt quidã vocabulum cõmutatæ, prædictis contrarias ſignificare, hoc eſt, tenues. Quod ſi in hunc modũ legatur, non eſt neceſſe adiicere παχέσι, vel θρομβώδεσι, vt Muſa putat. Muſa. Sint cum dolore.] Græcè eſt, ψευδὲς γε μὴν ἐστὶ τὰ τὰ λεπτὰ τῶν οὔρων εἶναι κεφαλαλγικά, quippe falſum eſt tenues vrinas dolorẽ capitis afferre, aut oſtẽdere. κεφαλαλγικὸν nanq; eſt quod capitis dolorẽ affert, aut ſignificat. κεφαλαλγικόν. Quare interpres perperã conuertit, falſum eſſe quod tenues vrinæ ſint cum dolore capitis. Sunt enim interdum vrinæ tenues cum dolore capitis. Hinc infrà ait, Quib. vrinę albæ & perſpicuæ, malæ: præſertim ſi in delirãtibus appareãt. Apho. 72. huius ſect. Agitata.] Græcè eſt, καὶ γίνεται τοιαῦτα παχείας τε καὶ πυκνῆς ὕλης ὑπὸ θερμοῦ κατεργαζομένης, & fiunt tales, quũ materia craſſa & denſa calore conficitur. Nonnullæ igitur vrinæ.] Grecè eſt, τινὰ μὲν οὖν τοιαῦτα οὖρα, nonnullę igitur tales vrinæ. Doliturus eſt.] Græcè eſt, ὁ μὲν εἴ τις ἐκεφαλάλγησεν, ἢ κεφαλαλγεῖ, non tamen ſi quis doluit, aut dolet. Huc accedit, quod ſi, vt interpres fecit, legamus, doliturus, cum Hipp. ſententia pugnabit Gal. qui in pręſenti aph. turbatas vrinas eſſe futuri doloris capitis ſigna manifeſtè aſſerit. Proindę ſenſus verborũ Gal. is erit; Nõ eſt neceſſe ei q doluit caput, aut ei qui iam dolet, eſſe eiuſmodi vrinas, turbidas nimirũ: qa aliis etiã de

cauſis

cauſis, quàm ex frigidis & craſsis humoribus capitis dolor fieri poteſt. Quum vero vrinæ turbatæ adſunt, vt etiam adſit dolor capitis aut ſtatim futurus ſit, oportet. Dolores itaq; capitis ſine tali vrina eſſe poſſunt. atqui vt tales vrinæ ſint citra capitis dolorem, fieri haud poteſt.

APHORISMVS LXXI.

Ὁκόσοισιν ἑβδομαῖα κρίνεται, τουτέοισιν ἐπινέφελον ἴσχει τὸ οὖρον τῇ τετάρτῃ ἐρυθρὸν, καὶ τ' ἄλλα κατὰ λόγον.

Quibus ſeptimo die iudicatur morbus, ijs quarto die nubeculam habet vrina rubicundam, & alia ſigna proportione.

HOc in Aphoriſ. nubeculæ rubeę exemplo quod ſuprà dixit, ſeptenorum quartus eſt index, verum eſſe oſtendit, 2. aph. 24 inquiens, Quibus in ſeptimo iudicatur morbus, ſubaudiendum enim erit, ἡμέρᾳ νόσ☉. Loquitur autem hoc loco de bona iudicatione Hippoc. id quod inde colligitur, quòd ſine adiectione κρίνεται verbo vtatur. De mala enim quum loquitur iudicatione, huic aduerbium καλῶς addit. His quarto die vrina Nubecula nubeculam rubeā habet. Nubecula verò eſt id, quod in ſumma ſuperficie vrinę natat. Rubra quidem nubecula humores noxios propemodum coctos eſſe ſignificat, vt ea apparēte in quarto, qui ſeptimi index eſt, neceſſe ſit in ſeptimo bonā iudicationem fieri. Significat aūt idem alba nubecula. Rubræ verò, vtpote ſigni parari meminiſſe voluit Hipp. quod Gal. Rubræ nubeculę cur meminit Hippocr. 2. Pro. 29. etiā in Com. aſſerit. Cæterū vt alba & rubra nubecula bonā; ſic nigra in quarto apparēs, iudicationē malā in ſeptimo futuram oſtēdit. Hinc eſt ꝙ alibi ita ſcriptū reliquerit, Nubecula in vrina ſuſpēſa, alba quidem bona, nigra verò mala. Et alia ſcilicet ſigna quę futurā iudicationē mōſtrāt, proportione in quarto die apparere debent. Sed quæ ad huius partis interpretationem attinēt, Gal. in Com. copioſe proſequitur.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Circa ſomnos.] Quæ tradit lib. 2. Progn. 31. Vel reſpirationem.] De quibus agit Hipp. li. 2. Progn. 56. Accubitū.] De iis 2. Progn. 26. Vel tale aliquid.] Adiiciendū, eorum quæ. Græcè enim eſt, ἤτι τοιοῦτον ἄλλο τῶν ἐν τῷ προγνωστικῷ γεγραμμένων. Poſt ſeptimū.] Græcè, τὴν κρίσιν ἔσεσθαι κατὰ τὴν ἑβδόμην Interpretū lapſus. ἡμέραν, ſeptimo die. Quare errore nō vacat interpretis conuerſio.

uerſio. Quãto iudicatio.]Addendum,propius. Græcè enim eſt, ὁκόσῳ ἂν ἐγγυτέρω τῆς κρίσιος ἀφίκωνται, quãto propius iudicationẽ acceſſerint. Videntur autẽ ignorare.] Hæc atq; alia multa ſymptomata iudicatoria connumerauit ſuprà ſect.1. Com.12.De iis plura etiã habet li.1.de Iudiciis,cap.14. Gal. & li.3.de Iudi.cap.vltimo. Non igitur neque, &c.] Græcè, οὐκ ἀνάγκη τοίνυν τὸ διὰ τῶν οὔρων φαινόμενον σημεῖον ἄνευ τῶν εἰρημένων συμπτωμάτων εἰς πιστοτέραν ἐλπίδα τῆς μελλούσης ἔσεσθαι κρίσιος, ἀλλ' ἕτερα, &c. Non igitur eſt neceſſe hoc quod ex vrinis apparet ſignũ,ſine dictis ſymptomatis ad firmiorẽ futuræ iudicationis ſpem fieri,ſed multa alia quæ frequẽtius quàm iſtud apparent. Quemadmodum ipſe.]Sect. 2.apho.24. Sublimamentum.]Græcè eſt, ἐναιώρημα, Sic autem vocant,quod æquis ſpaciis ab vtriſque extremis ſecedit,& in medio altitudinis vrinæ cõſiſtit. Interpretes vero dictionẽ hãc varie interpretantur,nũc ſublationẽ,nunc ſuſpenſionẽ:& interdũ,vt hoc in loco,ſublimamentũ. Conſiſtẽs.]Græcè, συνεστηκός, cõpactum. De cuius verbi ſignificatione vide quæ ſuprà Com.69.huius ſect.diximus. Si vero velociter.] Motum enim morbi,num videlicet tarde aut celeriter moueatur, in futura dignoſcẽda iudicatione cõſiderandũ eſſe,Gal.lib.3.de Iudic.ca.4.monet. Alba,rufa.] Græcè eſt, τὸ λευκὸν, ἢ ὠχρὸν, alba,aut pallida, ὠχρὸν autẽ ſignificare pallidũ,& ſupra,& alibi ſæpe diximus. Vrinæ ſcilicet rubeæ;] Græcè eſt, τῆς ἐρυθρᾶς νεφέλης, rubeæ nebulæ. Non tamen bonas,&c.] Signa coctionis & cruditatis ſemper ſtabilẽ habent propriã poteſtatẽ,quocunque morbi tẽpore apparuerint. Quippe coctionis,ſalutẽ:cruditatis vèro aut omnino nullam,aut prauam futurã iudicationem,aut diuturnitatẽ morbi,aut mortẽ,aut recidiuã ſignificant. Iudicatoria cõtrà ſigna nõ ſemper ſtabilẽ obtinent poteſtatẽ,ſed bona quidẽ ſunt,quãdo poſt coctionẽ & in morbi vigore apparuerint;mala,quũ in principio ante coctionẽ. In Progn.]2.Progn.29. Sedimẽ ſubrubeũ.]Quippe Gal.in eius ſententię enarratione teſte exuperantiã ſanguinis nõ exquiſita ratione confecti ſignificat. Quũ itaque integerrimi humoris exuperantia ſit,ideo ſine periculo exiſtit. Sed quia humidior,& itẽ feroſior quã is eſt,idcirco eget concoctione. Si igitur ſpacio temporis cõcoctio fit, merito talis vrina quòd morbi ſolutio diuturnior futura ſit,ſignificat. Argumẽta.] Græcè, τῷ λόγῳ δύναςθαι εἰς ἑκάτερον ἐπιχειρῆσαι. Eſt enim ἐπιχει-

Sublimamentum.

ὠχρόν.

Signa coctionis.

Signa iudicatoria.

ρεῖν argumentari,argumentis adſtruere.Hinc ἐπιχείρημα, argumentũ. In vndecimo.] Quia ſi plures præceſſerint dies, ſignificat morbi motũ non eſſe tam velocẽ,vt ſequẽtibus tribus diebus fieri poſsit iudicatio,ſed eſt neceſſe plurium dierum interuallo. Tribus ſolis.]Addendũ, diebus. Gręcè enim eſt,τριῶν ἡμερῶν. Aliquid ſuffragari.] Græcè,ἐπιμαρτυρεῖν,hoc eſt, veriſsimũ quidẽ eſt,nubeculã rubeã ſignificare futurã morbi ſolutionẽ,etiãſi non fit ſtatim tribus ſequentibus diebus.

APHORISMVS LXII.

Ὁκόσοισιν οὖρα διαφανέα, λευκὰ, πονηρά. μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἢν ἐπιφαίνη).

Quibus vrinæ perſpicua & alba ſunt, malæ; maxime vero vbi in phreniticis apparuerint.

Vrina aquoſa.

QVod vrina perſpicua & alba,quæ alio nomine,Gale.in Com.teſte,aquoſa dicitur,mala ſit,prȩſertim ſi in phreniticis appareat,hoc loco Hipp.oſtẽdit.Non autẽ temere dixit perſpicuæ albȩ,quia ſunt vrinæ perſpicuȩ ſeu tenues,quæ tamen nõ ſunt albæ:quod in Com.etiã teſtatur Gal.ſed χολώδη ἐν τῇ χροιῇ,colore bilioſæ,hoc eſt,Philoth.interprete, ξανθὰ ἢ ὠχρὰ,flauæ vel pallidæ.Differentiæ itaque gratia perſpicuæ vrinæ albã,coniunxit.Sunt autẽ perſpicuæ & albæ vrinæ vitioſæ ac malæ,quod,Gal.in Com.etiã affirmante,extremam cruditatem ſignificent.In lib.etiã 1.de Iudic.ca.12.aquoſam vrinã,quæ,vt paulò ſuprà cõmemorauimus,nõ eſt ália quàm perſpicua & alba,ad ſummũ crudam eſſe teſtatur. Vt autem id quod diximus ſignificent, neceſſe eſt vt longo tempore eiuſmodi prodeant.Quippe ſemel aut bis in ſanis etiã interdum propter copioſam aquæ, aut vini aquoſi potionẽ apparent,nec tamen mali quicquã portendũt.Proinde nõ temere lib.6.Epid.part.5.Aph.15.Hipp.dixit,Vrina eiuſdẽ cũ cibo & potu coloris eſt.Quid multa?Vrinȩ perſpicuȩ & albæ ſunt vitioſæ,vbi à cauſa interna prodierint:minime vero,ſi aliquã ob cauſam externã tales fuerint.Maxime autẽ malȩ ſunt,vbi in phreniticis apparuerint. Alij codices legunt, μάλιστα ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσι ἐπιφαίνηται, maxime in phreniticis apparentia. Prior vero lectio melior,vtpote quam Celſus lib.2.cap.3.expreſsit,vbi hunc Aph.ita cõuertit,Diluta quoq; & alba vrina vitioſa eſt,ſed in phreniticis maxime.Sic etiã hanc partem interpretatur Philoth. inquiens, ἀλλ' ἐν τοῖς φρενιτικοῖς μᾶλλον

Perſpicuæ albæ vrinæ.

μᾶλλον πονηρὰ, ſed in phreniticis magis malæ. Eius vero rei hæc eſt cauſa. Quum phrenitis oriatur à bilioſo ſanguine, par eſt, vt in hoc malo vrina flaua fit. Quia vero idipſum nõ accidit, ſignũ eſt vniuerſam bilem ad caput rapi: quod quàm pernicioſum ſit, nemo non videt. Hoc loco monendum erit, Leonicenũ & alios Hipp. interpretes φρενιτικοῖς haud recte delirantibus cõuertiſſe. *Interpretũ lapſus.* Differunt enim phrenitici à delirãtibus. *Delirium.* Quippe deliriũ, quòd Græcis παραφροσύνη dicitur, vt teſtis eſt li. 2. de Symp. cauſ. ca. 4. Gal. omnis deprauatus principis facultatis motus exiſtit. Phrenitis autẽ, vt cap. 11. eiuſdẽ li. autor eſt Gal. cerebri, aut eius mẽbranarũ inflãmatio eſt. *Phrenitis.*

ANNOT. IN GAL. COMM.

In deliriis.] Græcè, ἐν ταῖς φρενίτισιν, in phrenitide: propter cauſam iam commemoratã. Delirantem.] Græcè eſt, φρενιτικόν. Quare paſsim in iis Com. pro delirantibus, vertendum erit phreniticis. Flauam bilem ad caput ſolummodo, &c.] Græcè eſt, τὴν ξανθῆς χολῆς ἁπάσης τὴν ὁρμὴν αὐτῷ γεγονέναι πρὸς τὴν κεφαλὴν, vniuerſum flauæ bilis impetũ ſurſum ad caput factum eſſe. Quibuſdam enim vrinæ perſp.] Addendum, ſiunt. Græcè enim eſt, διαφανῆ μὲν γὰρ γίνεσθαί τισιν οὖρα. Legitur autem perperam in Aldino codice διαφανῆν. Reliqua ſunt plana, neque vlla egent explicatione.

APHORISMVS LXXIII.

Ὁκόσοισιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορύζοντα, ὀσφύος ἀλγήματος ἐπιγινομένου, αἱ κοιλίαι τουτέοισι καθυγραίνονται, ἢν μὴ φῦσαι καταῤῥαγέωσιν, ἢ οὔρου πλῆθος ἐπέλθῃ. ἐν πυρετοῖσι δὲ ταῦτα.

Quibus hypochondria inflata murmurant, lumborum dolore ſuccedente. iis alui humectantur, niſi flatus erumpant, aut vrinæ copia prodeat. Hæc vero in febribus accidunt.

QVod hic Apho. ad artem quæ futura prædicit pertinet, notius eſt quàm vt à me pluribus dici debeat. Quippe docet quid medico ex hypochondriis inflatis, atque adeo ſublatis, ac murmurantibus prædicendũ ſit, inquiẽs. Quibus hypochondria, nõ, vt alij interpretes cõuerterunt, ilia: differre enim ab hypochondriis ilia, iam ſæpe in iis noſtris Com.

μετέωρα, monuimus, μετέωρα, quæ quidẽ dictio, Gal. infrà ſect. 5. Com. 64. teſte, idẽ hoc loco ſignificat quod ἐμπεφυσημένα & φυσώδη, id eſt, inflata, vel flatuoſa. Quũ vero inflantur, neceſſe eſt vt in altũ etiã ſuſtollãtur, ideóq; cõmode etiã ſublata dici poſſunt, vt μετέωρα idẽ ſit quod ἐπαιρόμενα, aut ἐς ὕψος αἰρόμενα, hoc eſt, ſublimia, vel in altũ ſublata, vel ſimpliciter tumentia. Quod monendum eſſe duximus propter Muſam, qui in ſuis Com. μετέωρα vocẽ prædura & tumida falſo interpretatus eſt, Ita enim inter cætera inquit, Qui ilia prædura & adeo tumida habuerint, vt ſuſpenſa dici poſsint, &c, Neque enim hoc loco Hipp. de præduris & tumidis hypochõdriis loquitur, quæ lib. Progn. Apho. 30. & 33. σκληρὰ, ἐντεταμένα καὶ ἐπώδυνα vocat, illa enim nihil eiuſmodi cuius hic meminit Hipp. ſed ingẽs potius malũ, nempe iecoris vel lienis inflãmationem, ſignificãt. Quod metipſe Hipp. teſtatur, inquiẽs,

Muſæ explicatio improbatur.

" Hypochondria tumida, dura, & dolentia, ſi in vniuerſum ſic affecta ſunt, maximũ portendũt malũ. Hypochondriorũ igitur voce Hipp. in præſenti Aph. proprie vtitur, pro iis partibus quæ ſpuriis coſtis vtrinque ſubiectæ ſunt, & non pro iis partibus quæ hypochõdriis ſubiectæ ſunt, iecore nimirũ & liene, vt Muſa falſo putat. Quod vero nõ loquatur de tumore iecoris vel lienis Hipp. ſed de ipſis hypochondriis quæ in altum tolluntur, manifeſtũ fit ex eo quod ſtatim ſubiicit, ait enim, διαβορβορίζοντα, murmurãtia. Qua quidem voce in ipſis ſpiritus ſeu flatus ſubeſſe, etſi nõ multos admodũ, qui hæc in altũ tollãt, & ſublimiora efficiãt, murmúrq; excitẽt, innuere voluit. Quid autẽ proprie ſit murmur, Gal. in Com. ſuis abũde oſtẽdit. Quod ſi itaq; hypochondria inflentur, atque adeo murmurẽt, lũborúmq; dolor ſuccedat (quod fit, Gal. in Com. teſte, vbi murmur ad lumborũ loca deſcẽdit, ſede hypochõdriorũ derelicta, vt hinc iterũ palã fiat, Hippocratẽ nõ loqui de tumoribus iecoris & lienis, vt qui nõ deſcẽdant, ſed eodẽ in loco ſemper cõſiſtant) alui iis humectãtur. Quippe cũ ſpiritu mediocris eſt cõmixta humiditas, quam ſpiritus ſuapte natura mobilis ſecũ ad aluũ deducit, eúmque humectat. id quod cõfirmãt ea quæ ſcribit li. 3. de Symp. cauſis cap. 7. Gal. dicẽs, Quod ſi humiditas aliqua in inteſtinis cõtineatur, ab

Hypochõdria.

" hac quoq; prodibit quædã bõbi ſpecies, quã βορβορυγμὸν, id eſt, " murmur nominant, futurã nuncians humidi excremẽti de-

iectio

iectionẽ. Etenim eiuſmodi ſtrepitus ſpecies vtrũque ſignificat: deiectionem quidẽ, quia à mouẽte natura fit: humidũ verò excrementũ, quia murmurationem habet comitem. Hæc ille. Hoc autem euenire certo ſolet, niſi flatus erumpant, id enim eſt κα̃ταῤῥαγῶσι. Nam καταῤῥήγνυμι eſt cũ impetu decido, delabor, aut erũpo. Quia ſi ſoli flatus erũpant, humor in corpus eſt diſtributus; ideo tum alui humectari nõ poſſunt. Aut vrinæ copia prodierit: quippe tum humor diſtributus in corpus per vrinã vacuatur. Nam vna vacuatio aliã impedit. Hinc eſt quod infrà ita ſcriptũ reliquerit: Mictio noctu facta plurima, modicam deiectionẽ ſignificat. Quid multa? alui certe humectantur, niſi ea quę ſibi cõmixta ſunt, nempe humiditas & ſpiritus, ab inuicem ſeparentur: & humiditas quidẽ per vrinã: ſpiritus autem per inteſtina vacuetur. Hæc autem in febribus, quæ ipſæ ſunt morbi, & minime ſymptomata, accidere ſolent. Nam vt dictũ eſt ſuprà Com. 66. huius ſectionis, quãdo Hipp. in febribus dicit, tum intelligit morbos febriles, hoc eſt eas febres, vt cõprehenſum eſt, quæ per ſe morbi ſunt, & nequaquam aliorũ morborum ſymptomata. Vt & hinc perſpicuũ fiat omnibus, Hipp. nõ loqui de phlegmonibus iecoris vel lienis, vtpote ad quas febres tanquam ſymptomata ſequuntur. Nihil autem mirum, in febribus procreari flatus, vtpote in quibus cibi ab imbecilli calore natiuo minus recte coquantur, & in flatus ac vapores reſoluantur, vt Gal. loco paulò antè citato copioſe docet.

καταῤῥήγνυμι.

aph. 83. huius ſectiõis

In febribus.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Iliis ſuſpenſis.] Græcè ὑποχονδρίων μετεώρων, hypochondriis ſublatis. Simpliciter.] Græcè eſt, διττῶς, dupliciter. Diſtinguit autem.] Adiiciendũ, nunc. Græcè enim legitur, διακρίνει δὲ ταῦτα νῦν ὁ Ἱπποκράτης. Ilia.] hypochondria. Ad inferiora euacuatus.] Græcè, ἐπὶ τὰ κάτω κινούμενος, ad inferiora deuolutus. Vnà cũ ipſo iliorum.] Græcè, ἐκ τῶν ὑποχονδρίων, ex ipſis hypochondriis. Seorſum vero ſpiritum, &c. Græcè, ἰδίᾳ δὲ τὸ καταληφθὲν ἐν τοῖς ἐντέροις πνεῦμα διὰ τῆς ἕδρας ἐκκριθῆναι, ſeorſum vero ſpiritus in inteſtinis retentus per ſedẽ excerni. Cito.] Græcus Aldinus codex habet ῥᾳδίως, facile. Vel eryſipelate.] Addendum, vel dolore. Græcè enim eſt, ἢ ἀλγήματος. In illis morbis.] Scilicet paulò antè recenſitis. Neque enim aliquo naturæ motu, &c. Græcè eſt, οὐδὲ γὰρ οὐδὲ

Galeni locus explicatus.

φυσικῇ τινὶ κινήσει τῶν μορίων ἀποθεμένων τὸ φυσῶδες πνεῦμα γίνεσθαι συμβαίνει τὸν βορβορυγμὸν ἐν ἐκείνοις, ἀλλ᾽ ὡς σύμπτωμα μόνον. Neq; enim naturali motu (expultricis videlicet facultatis) partium flatuoſum ſpiritum expellentium murmur in illis fieri contingit, ſed veluti ſymptoma tantummodo. Hoc eſt, nunquam murmur partib⁹ corporis naturaliter accidit, ſed morbi potius ratione. Hinc non inepte hunc locũ antiquus interpres ita conuertit. Murmur in hæc membra vniens non eſt ſecundum naturę curſum, ſed ſecundum morbum. Quid multa? Si murmur in iis partibus fit, non ſane fit vt flatus illos ſubinde expellant, ſed alicuius morbi ratione, qui in iis partibus hæret. Proinde vt ſit illius morbi ſymptoma neceſſe eſt. Non igitur facultatis flatus illos expellentis motum, atque adeo deiectionem ſignificare poteſt, quum non à natura ipſa murmur hoc, ſed à morbo excitetur.

APHORISMVS LXXIIII.

Ὁκόσοισιν ἐλπὶς ἐς ἄρθρα ἀφίστασθαι, ῥύεται τῆς ἀποστάσιος οὖρον πολὺ, καὶ παχὺ καὶ λευκὸν γινόμενον, οἷον ἐν τοῖσι κοπιώδεσι πυρετοῖσι τεταρταίοισιν ἄρχεται ἐνίοισι γίνεσθαι. ἢν δὲ καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν αἱμοῤῥαγήσῃ, καὶ πάνυ ταχὺ λύεται.

Quibus ſpes eſt ad articulos futurum abſceſſum, liberat ab abſceſſu vrina multa, craſſa, & alba prodiens, vt in laborioſis febribus quarto die nonnullis exire incipit. Si vero ſanguis quoque è naribus profluxerit, breui admodum leuatur æger.

QVum diuturnæ febres, Gal. lib. 3. de Iudic. ca. 3. teſte, per abſceſſus & decubitus magna ex parte iudicẽtur, ne idipſum aliquis perpetuo euenire putet, hoc in Aphor. Hipp. cauſas commemorat, cur contingat, vt interdum prędictæ febres aliter quàm per abſceſſus finiantur, inquiens. Quibus ſpes eſt ad articulos futurum abſceſſum. Spes eſt autem iis, qui diuturnis febribus è craſsis & multis humoribus natis laborant, aliiſq; nonnullis, quos in Com. ſuis recenſet Gal. & ſuprà apho. 31. huius ſect. Hipp. commemorauit. Quum itaq; in febribus aliiſq; morbis, qui ex craſſorum viſcoſorúmq; humorum copia generãtur abſceſſus fiant, rectiſsimè inquit ſubinde Hipp. liberare ab abſceſsibus vrinam multam, craſ-

An diuturnæ febres ſemper p abſceſſus & decubitus iudicentur.

ſam,

ſam,& albam factam, vtpote quæ craſſos illos humores, qui abſceſſuum cauſa futuri erant,expurgat. Quod vero ait,quẽadmodũ in laborioſis febribus 4.die fieri incipit: iis verbis nihil aliud innuere voluit Hippo.quàm in febribus laborioſis maximè accidere vt vrina craſſa,alba,& multa ab abceſſibus liberet. Quod exemplo quodam lib.6.Epidem.part.4. Apho.2.oſtendit Hipp.vbi ſic ſcriptum reliquit: Vrina craſſa & alba qualis Amphigenis famulo prodiit, in laborioſis fe- ,, bribus quando quarto die exit,ab abſceſſu liberat. Si vero ad ,, hæc ſanguis è naribus profluxerit prorſus leuat. Cæterum ,, hic diligenter conſiderandum erit,quas laborioſas febres vo ,, cet Hipp.quum in iis explicandis mire ſe torqueat hic Muſa. Sic autem vocat,Galeno in enarratione iam citatæ ſententiæ autore, non illas quidem quas motio multa anteceſsit, ſed eas potius in quibus aliquis laſsitudinis ſenſus exiſtit. Quippe in iis potiſsimũ,vt teſtatur Gal.Com.31. huius ſect. abſceſſus fieri ſolent. Et eas quidem ab Hipp. hîc intelligi,è præcedentibus etiam colligi poteſt. Nam febres illę in quibus ſpontanea eſt laſsitudo è plenitudine craſſorum humorũ naſcuntur, vt non ſit etiam mirũ in iis vrinam quę liberat ab abſceſſu, ſimilẽ eſſe humorib⁹ ex quibus ſunt procreatæ. Porrò τιταρταίοισι,quæ dictio hoc loco,Gal.in Com.ſuis teſte, idẽ quod ἤδη τῆς τετάρτης ἡμέρας,4.die ſignificat,nõnnulli maximo errore pro quartanis ſunt interpretati,vt alibi quoq; me minimus. Si vero ex narib⁹quoq; ꝓfluxerit ſanguis,valde cito liberat ęger. Quæ quidẽ Hipp.verba bifariã interpretari poſſunt. Vno modo in hũc modũ. Si vero ſimul cũ vrina prędicta ſanguinis ex narib⁹ ꝓfluuiũ ſuperuenerit,tũ valde celeriter liberant. In partes enim diuiſa materia,vt ait Phil.ſuprà & infrà,velociſsima fit morbi ſolutio. Alio modo,vt ſeorſim citra vrinã ꝓfluuiũ ſanguinis è narib⁹ accidat. In quem ſanè modũ Gal.in com.interpretat. Cęterũ in laborioſis febribus iuxta aures,eodẽ ibidẽ teſte, abſceſſus maximè fiunt. Quod ſanè fit,vt teſtis eſt Gal.Com.31.huius ſect. propter eam quæ eſt in febrib⁹ caliditatem, multitudinẽ ad caput ferentem, moxq; eam ſuſcipientibus quæ iuxta aurem ſunt glandulis.

Muſa.
Laborioſę febres.

τιταρταίοισι.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Dictum eſt à me prius.] Com.ſcilicet 31. huius ſect. Quibus quouis modo,&c.] Græcè eſt, [illegible]

γιγνομένων, qui quouis modo in morbo laſſati ſunt. Plus.] Græcè, μᾶλλον, magis. Non oportet dicere.] Græcè, οὐδὲ λόγου δεῖται, non eget ratione, quod ſcilicet ſit quotidiana experientia comprobatum. Subleuauit.] Græcè, μετέωρον εἰργάσατο, ſublime fecit, in altum ſuſtulit. APHORISMVS LXXV.

Ἢν αἷμα ἢ πύον οὐρέῃ, τῶν νεφρῶν, ἢ τῆς κύστιος ἕλκωσιν σημαίνει.

Si ſanguinem aut pus mingat, renum aut veſicæ exulcerationem ſignificat.

IN hoc Apho. docet Hipp. quid ſanguinis aut puris mictio ſignificet, inquiens. Si ſanguinem aut pus mingat. Nō autem temere dixit οὐρέῃ, hoc eſt, mingat. hac enim dictionē, vt etiam in Com. quanquàm obſcurius, monſtrat Gal. diuturnitatem innuere voluit, atq; excludere illud pus, quod interdū rupto in iecore, aut alia parte ſuperiore, verbi gratia, membrana ſuccingente, aut pulmone abſceſſu ad vrinæ inſtrumēta defertur. Quomodo autem fieri poſsit, vt pus in pulmone genitum cum vrinis excernatur, li. 6. de Male affect. loc. ca. 4. Gale. oſtēdit. Hoc autem pus quod ex abſceſſu rupto defertur, vno, vel duobus vel pluribus diebus per vrinas excerni potuit, nec diutius permanere: quapropter de hoc ipſo in præſentia Hipp. nō loquitur. aliàs enim dixiſſet, οὐρήσῃ, id eſt, minxerit. Quum vero multis diebus ac mēſibus pus per vrinam excernitur, tum renum aut veſicæ exulcerationem portēdit. Nemo tamē putet hic excluſū iri vreteres. i. vrinarios meatus. nam quum extremorum, nempe renum & veſicæ meminerit, media quoq;, hoc eſt, vrinairios meatus eſt cōplexus, quod etiam hoc in loco Philotheus annotauit. Qua ratione vero diiudicare oporteat, vtra iam trium commemoratarum partium magis laboret, Gal. in fine ſuorum com. docet. Denique per hanc vocem οὐρέῃ Hipp. pus & ſanguinem, quæ è pene egrediuntur excluſit, quippe citra etiam vrinam exire ſolent. Cæterum quum cruenta vrina multis aliis de cauſis, quas Galenus lib. 6. de Male affect. loc. capi. 3. recenſet, & nos lib. 3. de Sanand. malis corporis hum. cap. 36. expoſuimus, nulla prorſus in renibus exiſtente exulceratione excernatur, præſtaret hoc loco legere, ἢν αἷμα καὶ πύον, quàm ἢ πύον, hoc eſt, ſi ſanguis & pus, quàm vel pus. Et hanc quidē lectionē multi

οὐρέῃ.

Vrinarij meatus ab Hipp. non excluſi.

Hippocratis expoſitores, vt in Com. ſuis teſtatur Gal. probauerunt, tanquā eam quæ altera melior eſſet. Prętereà in mulieribus, quibus menſes ſupprimuntur, interdū cruenta mixtio accidere ſolet, quanquam ſine pure eſt, vt neceſſariò niſi multas diſtinctiones adhibueris, aut Hipp. imprę ſentiarum non niſi quę crebrius cæteris accidunt cauſas commemoraſſe dixeris, pro ἢ voce ϰὴ reponenda erit. Porrò ſigna certa, pręter ea quæ in ſuis Commentariis recenſuit Galen. quibus ſcire licet è quibus partibus corporis cum vrina pus & ſanguis excernuntur, monſtrat Gale. lib. 6. de Malè affect. locis, ca. 4. Cruenta vrina propter ſuppreſſos mēſes.

ANNOTAT. IN GALENI COMM.

Et pus & ſanguis.] Græcè, ϰὴ πύον οὐρηθῆναι ϰὴ αἷμα, vt & pus & ſanguis mingatur. Interſepto.] Græcè, ἐμφραχθέντος, infarcto. In aliquo.] Græcè, ἔν τινι τῶν ἄνω χωρίων, in aliquo ſuperiorum locorum, nempe eorum qui ſupra renes ſunt; ſcilicet iecoris, pulmonis, vt antea eſt à nobis dictum. Muſa inepte ad renes detorſit, vtpote quos nominatim expreſsit Hippocrates. Quod autem.] Græcè ὁπότερον δ' αὐτῶν, vtrum autem eorum, &c. Muſa notatur.

APHORISM. LXXVI.

Ὁκόσοισι ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι σαρκία σμικρὰ, ἢ ὥσπερ τρίχες συνεξέρχονται, τουτέοισιν, ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται.

Quibus cū vrina craſſa exiguæ carunculæ, aut veluti capilli vnà exeunt, ijs à renibus excernuntur.

IN præſenti Aphoriſmo docet Hippocrat. quid exiguæ carunculæ, aut veluti capillamenta in vrina præ ſe ferant, inquiens: Quibus in vrina craſſa. Vrinam vero craſſam, Gal. in Commen. teſte, non eam vocat quæ ſimpliciter eſt craſſa; ſed collatione ad eam quæ maximè eſt tenuis & cruda. Ita ſanè, vt vrina craſſa impræſentiarum non ſit niſi mediocris, & quæ ſecundum naturam exiſtit. Quod diximus confirmat Philotheus; qui ita ſcriptum reliquit: οὖρον παχὺ ἐνταῦθα τὸ κατὰ φύσιν καλεῖ, παραβάλλων αὐτῷ τὸ παρὰ φύσιν λεπτόν; τοῦτο γὰρ τὸ κατὰ φύσιν μέσον ὄν, πρὸς μὲν τὸ λεπτὸν παραβαλλόμενον λέγεται παχὺ, πρὸς δὲ τὸ παχὺ, λέγεται λεπτόν, quod eſt vrinam craſſam hic eam quæ ſecundum naturam eſt vocat, præter naturam tenuem illi comparans. Hæc enim quæ ſecundum naturam media eſt, collata ad tenuem craſſa dicitur: ad craſſam vero Vrina craſſa.

collata tenuis. Carunculæ exiguæ, de quibus multa Gale. in ſuis Commen. habet. Exulcerationis autem eſſe has ipſas ſigna, in primis lib. 6. de malè affect. locis, cap. 3. Galen. teſtatur, vbi in hunc modum ſcribit: Sed efficaciſsima vlceratorum renum conjectura eſt, ſi cum vrina exiguæ quædam carunculæ excernantur, vtpote quas renum eſſentiæ partes, eáſque ob vehementem vlceris eroſionem auulſas eſſe conſtat. Sunt etiam præter hæc alia ſigna, quibus exulceratio renum deprehenditur, quæ ſunt à nobis dicta lib. 3. de Sanand. mal. corp. cap. 39. Aut veluti capilli συνεξέρχονται. i. vnà cum craſſa vrina exeũt. Neq; committendũ vt hoc verbum ad carunculas & capillos referatur, quaſi Hipp. docuerit illa duo ſimul, & neutrum ſine alio egredi poſſe. Quare quum hoc verbum συνεξέρχονται nihil aliud ſignificet, ídq; propriè, quã vnà cum craſſa ſcilicet vrina exire, temerè ſe hoc loco torſit Muſa, dũ verbum hoc vt ſimplex eſſe interpretandum contendit. De cauſa autem generationis capillorum, Gal. in Comm. multa habet, & nos in Annotat. noſtris paulò pòſt hac de re aliqua proferemus. Quod vero ait, iis à renibus excernuntur, in eo accurata Hippocr. diligentia apparet, quemadmodum idipſum Galen. in Commentariis ſuis copioſè oſtendit.

Carũculæ exiguæ qd ſignificẽt.

συνεξέρχονται.

Muſa notatur.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Foliorũ ſimiles.] Grçcè, πεταλώδη, foliacea. Intelligit autẽ ſubſidentiã vrinæ, quæ eſt inſtar foliorũ, aut ſquamarum, aut laminarum latã & tenuis. Hanc alio nomine lamineam, & ſquamis ſimilẽ medici vocant. Multũ exercitati. Grçcè, πάνυ τρίβωνες, admodũ experti. Vocant autẽ medici.] Græcè eſt, καλέουσι δ' οἱ νεώτεροι, appellant autem recentiores. Orobum & fabã.] Grçcè eſt, ἐρεγμάτων τε καὶ κυάμων. Quare notandum hoc loco erit, ἐρεγμὸν crebro de faba in minutas partes fracta dici, ἀπὸ τοῦ ἐρέχθειν, hoc eſt à ſcindẽdo, frangẽdóue: tamẽ nonnunquã de aliis etiam leguminibus, itémq; radicibus eodem modo fractis, & nõ de ſola faba effertur. Cuius rei multa ex Hipp. Gal. & Paulo proferrẽ teſtimonia, niſi idipſum ante nos alij abũde preſtitiſſent. Vox quoq; ἐρεγμὸς pro lomento & farina fabarũ vſurpata reperit. Hoc loco pro leguminib⁹ fractis ſumit. Quapropter ꝓ eo quod dixit interpres oroborũ & fabã, conuertẽdum erit, legumina fracta & fabas. Sed mea quidẽ ſententia hoc in loco legendum erit ἐρεγμῶν κυάμων. i. fractas, ſeu

ἐρεγμὸς.

ſeu freſas (ſic enim Plin. appellat) fabas. Et hãc quidẽ lectionem priore eſſe meliorẽ, ex antiquo colligit interprete, qui conuertit fabas fractas. Et talia mingere.] Et particula redundat, quia Grecè eſt, *εἰς ἐξῆσαι σωίξῃ τὰ τοιαῦτα*. Tali igitur humore, &c.] His verbis Gal. diſertè innuit, in renib. hos capillos, vſto. ſ. in eis craſſo humore, procreari. Quinetiã paulò pòſt capillos hos in renib. accipere cõſiſtentiam ſcribit. Cæterùm lib. 6. de malè af. loc. c. 3. eoſdem in venis generari ſibi videri veriſimilius ac probabilius, iis ſanè verbis palã affirmat: Ea verò, inquit, quæ ſunt pilis ſimilia, Hip. quoq; cũ vrinis excerni vidit, quẽadmodũ in aph. ſcripſit: ac ipſi etiã vidimus aliquãdo quæ ſemipedis longitudinẽ ęquarẽt, interdum etiã iis lõgiora. Quæ nõnunquã adeò videbantur exigua, vt mirarer quomodo in renũ ſpatio talia poſſent cõſiſtere. Proinde probabilius mihi videbatur, in venis huiuſmodi res procreari. Et non ita multò pòſt ait: Vbi pilos excretos meiendo vidi tũ ex colore, tũ ex mole credidi dicentibus eos ex craſſa lentáq; materia, quã calor calefecit, exiccauitq; in venis, cõſiſtere, quãquã lõgitudinis eorũ cauſam nõ intelligo. Hęc ille. Quæ quidẽ loca, quandoquidẽ inter ſe pugnare plurimũ videntur, vt cõciliemus neceſſe eſt. Quod quidẽ hac ratione fieri poteſt, ſi dicamus de Gal. ſentẽtia eſſe, vt pituitoſi, atq; adeò craſsi & lẽti humores, è quib. capilli naſcuntur, in venis aggregentur: idipſum enim manifeſtè in Comm. aſſerit. Conſiſtentiam verò pilorũ in renib. accipere, quod itidẽ in Com. ſuis palàm affirmat. Verũ ſi obiicitur de lõgitudine pilorũ, cuius cauſam ſe ignorare fatetur Gal. hanc nimirũ eſſe quę capillorũ in renib. cõſiſtẽtię aduerſetur, quũ renib. ipſis multo ſint longiores: reſpõdendũ, mea quidẽ ſentẽtia erit, hanc obiectionẽ nõ impedire quo minus capilli in renib. cõſiſtentiã accipiãt. Nam quòd ſint longiores, hoc ideo fieri, quòd egreſsi è renib. non ſtatim diſrũpãtur, ſed cõtinui planè per meatus vrinarios ad veſicã deſcendant. Quocirca quũ pars quædã pilorũ adhuc ſit in renib. pars autẽ altera in vreteris, nihil mirũ renum longitudinẽ excedere. Quòd verò capillorũ vnitas nõ facilè ſoluatur, in cauſa eſt glutinoſa & admodũ tenax, ex qua ſunt generati, materia. Porrò capillos hos in renib. accipere ſuã cõſiſtentiam, Philot. etiam iis teſtatur verbis, *ὥσπερ τρίχες δηλονότι λοιπὸν καὶ ἐκκρίνονται, τῆς παρὰ φύσιν θερμασίας ἐν τοῖς νεφροῖς φρυττούσης πλέον περιεχομένην ἐν αὐτοῖς παχεῖαν καὶ φλεγματικωτέραν ὕλην, καὶ διὰ*

Fabę freſę.

Galeni loca prima facie pugnãtia cõciliantur.

Obiectio diluitur.

τοῦτο

τούτου καὶ πρὸς τὸ σχῆμα τῶν νεφρῶν ἐπιμήκεις ἐκκρίνοντος, veluti capilli ſcilicet albi excernuntur, calore præter naturam eam quę in renibus eſt materiã craſſam, & plus iuſto pituitoſam exurẽte, propterea forma renũ lõgi excernunt. Subſtantiæ renũ.] Addendũ, omnino. Grçcè enim eſt, τῆς οὐσίας ἐστὶ μόρια ἐλλειπόντων ὅλως τῶν νεφρῶν. Veluti alij lapides.] Græcè, ὥσπερ καὶ οἱ λίθοι: veluti etiam lapides. Orobis ſimilia.] Adiiciendum vocata ſedimina. Græcè enim eſt, καὶ τὰς καλουμένας ὀροβοειδέας ὑποστάσεις. De iis vide Compendium noſtrum. Secũdum naturam mediocris.] Græcè, τὸ σύμμετρόν τι, καὶ κατὰ φύσιν.

APHORISMVS LXXVII.

Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι πιτυρώδεα συνεξουρέεται, τουτέοισιν ἡ κύστις ψωριᾷ.

Quibus in vrina craſſa furfurea ſimul prodeunt, his veſica ſcabie laborat.

Craſſa vrina.

QVid ſubſidentia furfurea in vrina mediocri & ſecundũ naturam ſe habente ſignificet, hoc in loco Hippo. monſtrat. Craſſa enim vrina hoc in aphor. vt in præcedente, non alia eſt, vt in Comm. teſtatur Gal. niſi μετρίως συνεστηκὸς, hoc eſt, quæ mediocris eſt conſiſtentiæ. Quod etiam Philoth. confirmat, dicens: ἐν ταῦθα παχὺ οὖρον τὸ σύμμετρον λέγει, craſſam vrinã hîc mediocrẽ vocat. Furfurea verò appellat, quæ furfuri tritici bene molliti ſimilia ſunt. Atq; hæc quidem nonnũquam totius corporis abſumptionem ſignificant: interdũ ſolius veſicæ malè affectæ ſigna ſunt. Id verò ita diſcernendum erit: Furfurea, quæ totius corporis vitio eueniunt, cũ febri & vrinæ cruditate iunguntur. Contrà quæ malè affectã veſicam ſignificant, ſine febre cũ vrina cocta, non tamen abſq; loci laborantis dolore excernuntur. Cuius rei teſtis eſt Actuarius lib. 2. de Vrinar. iudic. c. 10. Quod vt Hippo. nobis diſertè innueret, ait: Quibus in vrina craſſa, hoc eſt, nec tenui nec cruda, vt anteà ſumus interpretati, furfurea ſimul minguntur. Quaſi dicat, ſi furfurea cum tenui & cruda vrina prodeunt, non veſicæ ſcabiem, ſed totius magis corporis conſumptionem oſtendit. Cæterũ Muſa hoc in loco putat, Galenũ ſubſidentiam furfuream cum laminea, quã πεταλώδη Greci vocãt, confudiſſe: idq; probare conatur ex lib. 1. de Malè aff. loc. c. 1. vbi ita ſcriptum reliquiſſe ait: Si ea quæ vrinis excernuntur lamarum ſpeciem referunt, in veſica vlcus eſt. Poſt hæc

Furfurea.

Galen. ab iniuria. Muſæ vindicatur.

Braſauolus ſubiicit: Hoc autem loco Gal. hunc aph. adducit, in quo non dixit Hipp. eſſe vlcus, ſed ſcabie laborare. Quare vt iſtam è Galeni verbis repugnantiã tollat, ſeſe miſeris torquet modis: atqui temere. Neq; enim verum eſt quod affirmat, illic à Galeno præſentem citari aphoriſmum, quũ verba eius ſic habeant, ἱπποκράτης ἔγραψεν ἐν ἀφορισμοῖς, τὰ δὲ πεταλώδη τοῖσιν οὔροισιν ἐμφερόμενα τῆς κύστεως ἕλκωσιν σημαίνει, ſcripſit in aphoriſmis Hipp. ſi ea quæ in vrinis ferũtur lamarum ſpeciem referunt, veſicæ exulcerationem ſignificant. Quæ quidem verè dicta ſunt ab Hippo. & à Galeno rectè citantur: non tamen, vt Muſa cenſet, è præſenti loco, quũ ſit potius 81. huius ſect. aphoriſmus, vbi in eum modum ſcribit: Si ſanguinem aut pus, aut ſquamulas minxerit, grauiſq; odor adſit, veſicæ exulcerationem portendit. Quod verò has duas ſubſidentias Gal. planiſsimè diſtinxerit, ſatis ex iis quæ lib. 1. de Iudic. cap. 12. ſcribit, conſtare puto. Eas autem quæ ſquamas referunt ſubſidentias, eaſdem facit cum iis quas πεταλώδεις nominant: quippe ſquammæ inſtar foliorum ſunt latæ ac tenues. Quid autem ſit veſicæ ſcabies, Galenus in Commentariis copioſè oſtendit.

ANNOT. IN COMM. 41.

Humorẽ melanchol.] Qui planè differt ab atra bile, vt dictum eſt ſuprà, nempe aph. 21. huius ſect. Quam cutem ſuperiorem nom.] καλοῦσι δὲ αὐτὴν ἐπιδερμίδα. Notandũ autem hoc loco erit, ꝙ cuti quã δέρμα Græci nominant, alia cuticula tenuis admodum, & prorſus exanguis obducitur, ſupernaſciturq; propemodũ ceparum tenuiorib. reſpondẽs inuolucris. Hanc quum cutis ſit veluti quædam effloreſcentia, ἐπιδερμίδα Græci vocant. Vt anteà.] Comment. ſcilicet initio. δέρμα. ἐπιδερμίς.

APHORISMVS LXXVIII.

Ὁκόσοι ἀπὸ ταὐτομάτου αἷμα οὐρέουσι, τούτοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν φλεβίου ῥῆξιν σημαίνει.

Quicunque repente ſanguinem mingunt, his in renibus venulæ ruptionem ſignificat.

QVid repentina ſanguinis mixtio ſignificet, hac in ſententia Hipp. monſtrat. Nam ἀπὸ ταὐτομάτου idem ſignificat, vt in Comm. teſtis eſt Gal. quod ἐξαίφνης, hoc eſt repente. Sic etiam Philotheus hanc vocem interpretatur, dicens: τὸ ἀπὸ ταὐτομάτου.

ἀπὸ

ἀθρόως. ἀπὸ ταὐτομάτε τὸ ἐξαίφνης, ἢ ἀθρόως δηλοῖ. Cæterùm ἀθρόως, Gal. lib. 1. de Sympt. cauſ. cap. 5. teſte, idem quod copioſè & repente donotat. Latinis vno verbo confertim dicitur. Per nomen αἷμα. αἷμα Hipp. voluit innuere ſanguinem purum, ſyncerum, & exquiſitum. Vt ſit ſenſus: Qui copioſè & repente ſanguinem ſyncerum mingũt, iis ruptionem venulæ in renibus ſignificat. Quũ enim variæ ac multæ ſint mictionis ſanguinis cauſæ, vt lib. 3. de Sanan. mal. corp. c. 36. indicauimus, tamen nunquam ſanguis purus copioſè & celeriter per vrinam excernitur, niſi vbi venæ renum propter ſanguinis multitudinem rumpũtur. Quare ſi aliis de cauſis ſanguis mingitur, vt non ſit ſyncerus neceſſe eſt. Tribus itaq; notis de Hipp. ſententia ruptionem venularũ in renibus deprehendimus, videlicet ſi ſanguis ſyncerus, copioſus, & repẽte cũ vrina excretus fuerit.

Ruptionis venularũ in renibus tres notæ.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Oſtendere.] Græcè, δηλοῦν, ſignificare. Quantum ipſi.] Addendum, in alimentum. Græcè enim eſt, ὅσον ἐς τροφὴν αὐταρκὴς αὐτῇ. Puris.] Legendum puri: quum Græca ſic habeãt, ἡ μὲν ῥῆξις ἀκριβοῦς αἵματος, diſruptio igitur puri ſanguinis. Et ipſius corporis veſicæ, &c.] Græcè καί τινα πολλάκις αὐτοῦ τοῦ σώματος τῆς κύστεως, & ſæpe ipſius corporis veſicæ, &c. Aliquando ob ſaltum vehementiorem, &c. Quæ quidem cauſæ ſunt manifeſtæ.

APHORISMVS LXXIX.

Ὁκόσοισι ἐν τῷ οὔρῳ ψαμμώδεα ὑφίσταται, τουτέοισιν ἡ κύστις λιθιᾷ.

Quibus in vrina harenoſæ ſunt ſubſidentiæ, his veſica calculo laborat.

HArenoſas in vrina ſubſidentias calculi eſſe notas, hoc in loco Hippocrates docet. Quanquam verò Hippocr. veſicæ tantùm meminit, pro ratione antiquæ breuitatis, non tamen excludit renes. Nam & hi nonnũquam harenoſis ſubſidentibus in vrina, calculo affliguntur. Quod alibi disertè iis verbis ſignificauit Hippocrates. In renes dolor grauis quando cibo complentur, irruit, pituitámq; vomunt. Quum verò dolores intenſiores fuerint, æruginoſa, atq; tum leuiores quidem fiunt, dolore autem leuantur, quando vacui cibo fuerint, harenæ rufæ ſubſident. Quibus ſanè verbis inter ceteras

6. Epid. part.

teras notas quibus in renibus calculum generari deprehen- "
dimus, harenoſas ſubſidētias palàm commemorat, qualiáq; "
ſint colore oſtēdit, nempe ruſa, vt hac ratione à candidis, quæ "
veſicæ lapidē potius præ ſe ferūt, ſepararet. Quare ſtatuendū
certò erit, breuitatis ſtudio hæc verba, aut renes, ab Hippoc.
omiſſa eſſe, aut planè putandum librarij negligentia præte-
rita. Philot. cenſet Hipp. ideo ſolius veſicæ meminiſſe, quòd — Cur ſolius veſicæ meminerit Hippocr.
crebrius in ea, quia eſſatu dignā habeat capacitatem, quàm
renibus calculi naſcantur. Sed præſtat eius adſcribere ver-
ba: πάνυ γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐν τῇ κύστει γίνονται οἱ λίθοι, διὰ τὸ ἀξιόλογον
ἔχειν κοιλότητα τὴν κύστιν, διὰ τοῦτο ταύτης μόνης ἐμνήσθη, οὐχὶ δὲ καὶ
τῶν νεφρῶν. Proinde vt perfecta ſit hæc Hippocratis ſententia,
ſic efferenda erit, Quibus in vrina harenoſa ſubſident, iis ve-
ſicæ, aut renes calculo laborant.

APHORISMVS LXXX.

Ἢν αἷμα οὐρέῃ, καὶ θρόμβους, καὶ στραγγουρίην ἔχῃ, καὶ
ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸ ὑπογάστριον, καὶ ἐς τὸν κτένα, καὶ τὸν
περίνεον, τὰ περὶ τὴν κύστιν πονεῖ.

Si quis ſanguinem mingat, & grumos, & vrinæ ſtillicidium habeat, doloŕque ad imum ventrem, pectinem, & interfœmineum incidat, ea quæ circa veſicam ſunt laborant.

QVid ſanguinis aut grumorum mictio cum vrinæ ſup-
preſsione, & dolore ad imum ventrem, pectinem, &
interfœmineum præ ſe ferant, hoc in aphoriſmo Hippocr.
edocet, inquiens; Si quis ſanguinem, ſcilicet liquidū, & gru- — Grumus.
mos, hoc eſt, ſanguinem concretum ſimul mingat: id quod
non raro accidere videmus, vt ſcilicet cum liquido ſanguine
commixti ſint grumi; qui fiunt vbi ſanguis extra vaſa pro-
manans à frigore concreſcit. Et vrinæ ſtillicidium, propter
nimirum grumos qui veſicæ meatus obſtruunt: quos quidem
adeſſe hoc argumento colligimus, quòd ſcilicet ſic laborantes,
anteà plurimū ſanguinem liquidum cum vrina reddiderūt.
Fit verò ſtranguria etiā propter inflammationē, & alia mul-
ta quæ oſculū & ceruicem veſicæ obſtruere valent. Doloréſq;
ad imū ventrem, quem Hipp. & alij Græci ὑπογάστριον appel- — ὑπογά-στριον.
lant, de quo ſatis multa diximus ſect. 2. aph. 25. Et pectinem.

Pecten

Pecten. Pecten vero, Græcis κτὶς dicitur, locus eſt ſub imo ventre iuxta pudẽda, vbi pili inhorreſcunt. Quippe Phauorinus κτένα interpretatur ἐφήβαιον. Hoc autem Iulio Polluce teſte, nihil aliud eſt niſi τριχῶσαι ἥβην. Et inter fœmineum, quod Græcis

περίναιον. περίναιον nominatur. Eſt autem nihil aliud niſi ſpacium, penẽ & anum intercedens. Id quod Philotheus confirmat, qui ſcribit περίναιον ὑπάρχειν μεταξὺ τοῦ αἰδοίου τόπον; eſſe locum inter a-

Fœmen. num, & pudendum. Interpretes nonnulli falſo fœmen conuertunt; quum fœmen non ſit niſi interior pars cruris quæ à coxis incipit, & ad genua finitur. Ea quę circa veſicam ſunt ægrotant. Nam hic nõ ſolum veſicam, ſed & alia inſtrumenta quæ vrinæ inſeruiunt, Hippocr. per hæc verba, τὰ περὶ τὴν

τὰ περὶ τὴν κύστιν κύστιν, intelligit. Quod Galen. confirmat in Commentariis, dum de omnibus quæ ſeruiunt vrinæ inſtrumentis, nempe veſica, renibus, & vreteris eſſe accipiẽda ſcribit. Quinetiam loca corporis quæ recenſet Gal. abundè docent ita Hippocr. verba interpretanda eſſe. Quare ſi tria hæc quæ ab Hippoc. memorantur ſymptomata, vel vnà, vel ſeorſim accidant, vrinæ inſtrumenta eſſe malè affecta monſtrant.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Labor eſt.] Græcè πονεῖ, laborant. Morbus eſt.] Græcè, νοσεῖ, ægrotant. Ipſam veſicam enunciare.] Græcè, αὐτὴν τὴν κύστιν ἄλλως μόνην ἀποφαίνεσθαι, ipſam veſicam ſimpliciter ſolam, &c.

APHORISMVS LXXXI.

Ἢν αἷμα καὶ πύον οὐρέῃ, καὶ λεπίδας, καὶ ὀσμὴ βαρεῖα ᾖ, τῆς κύστιος ἑλκώσιν σημαίνει.

Si ſanguinem, & pus, & ſquamulas mingat, grauiſque odor fuerit, veſicæ exulcerationem ſignificat.

Exulceratæ veſicæ ſigna. HOc in Aph. exulceratæ veſicę ſigna Hipp. percenſet, quę ſunt ſanguinis & puris mictio. Hæc autẽ duo prima ſigna nõ ſunt veſicæ propria, ſed aliis etiã partibus communia, vt in Com. ſuis Gal. quoque teſtatur, & ſuprà in explicatione Aphor. 75. huius ſect. eſt dictũ. Et ſquamæ, quæ quidem exulcerationis veſicæ certa ſunt ſigna, præſertim ſi acceſſerit grauis odor. Nam quum veſica ſit vrinæ, quam corporis excrementum eſſe conſtat, receptaculum ſit, vt quæ in ea putreſcunt, grauiorem fœtorem præ ſe ferant. Et per grauem quidem

quidem odorē ſolidarū partiū tabē excludit. Tametſi enim in illa ſubſidētia vrinæ eſt laminea, tamē odor grauis abeſt.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Omnium inſtrumentorū, &c.] Vt dictū eſt in explicatione Aph. 75. huius ſect. Quæ vrinæ obſeruiunt.] Adiiciendum, exulceratorū. Græcè enim eſt, τῶν οὐρητικῶν ὀργάνων ἡλκωμένων.

Ob diſiunctiuam.] Græcè eſt παραδιαζευκτικὸν, diſiunctiuam.

Quaſi vtrumlibet horum, &c.] ὡς ὁποτέρου ἂν ὑπάρχῃ τῶν εἰρημένων, quaſi vtrumlibet eorum, quæ dicta ſunt vbi adſit, &c. Alternatim.] Græcè, ἐναλλὰξ, viciſsim.

APHORISMVS LXXXII.

Ὁκόσοισιν ἐν τῇ οὐρήθρῃ φῦμα γίνεται, τουτέοισι διαπυήσαντος καὶ ἐκραγέντος λύσις.

Quibus in vrinaria fiſtula tuberculū oritur, iis ſuppuratione facta & eruptione, mali ſolutio accidit.

DOcet in hoc Apho. Hipp. qua ratione vrinæ ſuppreſsio ex tuberculo in vrinaria fiſtula, ſeu penis foramine nata ſoluatur. Neque enim οὐρήθρα aliud Hippo. aliiſque Græcis ſignificat, niſi foramē ſeu fiſtulā penis, per quam vrina excernitur, quod manifeſtè in Comm. docet Gal. Quare mirari ſubit hoc loco Braſauolū, quòd οὐρήθραν cum οὐρητικοῖς πόροις, id eſt, vrinariis meatibus, qui etiam οὐρητῆρες & οὐραχοὶ Græcis appellantur, confundere voluerit. De tuberculo copioſe diximus in enarratione Aph. 13. ſect. 2. Hic certe ſignificat tumorem præter naturā in vrinaria fiſtula procreatum, vrinæ ſuppreſsionem efficientem. Qui ſi ad ſuppurationem venerit puriſque eruptio facta fuerit, malū ſolui neceſſe eſt. Malum autem intelligas vrinæ ſuppreſsionem, ac dolorem, ſic enim Philot. quoque hunc locū interpretatur, dū quid λύσις vox hoc in loco ſignificet inquirit dicens, λύσις δὲ τίνος; τῆς ὀδύνης καὶ ἰσχουρίας· διὰ γὰρ φύματα ὀδύναι γεγόνασιν καὶ ἔμφραξις ἀπηλύθη, ἐξ ἧς ἡ ἰσχουρία. Cuius vero fit ſolutio? doloris & ſuppreſsionis vrinæ, quippe propter tubercula dolores excitantur, & ſequitur obſtructio, vnde vrinæ fit ſuppreſsio.

οὐρήθρα.

Muſæ erratum.

Malum.

APHORISMVS LXXXIII.

Οὔρησις νύκτωρ πολλὴ γινομένη, σμικρὴν τὴν ὑποχώρησιν σημαίνει.

Mictio noctu copioſe facta, exiguam deiectionem ſignificat.

IN hoc Aphor.Hipp.monſtat,quod vacuatio quæ copioſe per vrinam fit, eam quæ per aluum fieri ſolet minorem efficiat.Cuius rei cauſam Galenus in Com.aſsignat. Noctis autem non ideo mentionem fieri putemus,quaſi ob id dies penitus excludatur: ſed vt Philotheus teſtatur: quia noctu, ratione ſomni,concoctiones magis fiunt,& excrementorum excretiones. Vel quod noctu vrina potiſsimum excernatur, & ſubinde à ſomno alui excrementa,quæ certe exigua futura ſunt,vbi plurimum vrinæ profluxerit.

Noctis cur métio fiat

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Cum cibis exeunte.]Græcè ἅμα τοῖς σιτίοις.Quare ſciēdum quòd hæc vox σῖτος,Hippocrati & aliis medicis Græcis duo ſignificet.Primò quidem cibum,è quo ſanguinis copia procreatur,in qua ſane ſignificatione hoc in loco à Gal.nō vſurpatur.Secundò accipitur pro alimenti excremento quod inteſtinis coaceruatur,quemadmodum copioſius lib.6.Epid.1. part.Com.5.docuimus.In poſtrema acceptione hic vſus eſt Gale.Proinde conuertendum potius erat,cum ciborum excrementis.

σῖτος.

ἹΠΠΟΚΡΆΤΟΥΣ ἈΦΟΡΙΣΜΩ͂Ν, τμῆμα πέμπτον.

HIPPOCRATIS APHOrismorum Sectio Quinta.

APHORISMVS PRIMVS.

Σπασμὸς ἐξ ἐλλεβόρου, θανάσιμον.

Conuulſio à veratro, letalis eſt.

QVVM initio huius ſectionis quintæ Hipp.ſymptomata quædā recenſeat,quæ vehementiorem purgationem cōſequuntur,haud immeritò ab eo quod cæteris eſt periculoſius orditur, nēpe à conuulſione, quā ſanè,vbi elebori ſumptionē ſequitur,letalem eſſe hoc loco ait. Loquitur autē hic de elle boro albo, vt Gal.in Com.oſtēdit,eiúſque rei cauſam affert.

Veratrum quare conuulſionem affert.

Con

Conuulſionem vero infert veratrũ quinque de cauſis. Primò, propter cõſenſum quem obtinent nerui cum ore ventriculi. Nam quũ veratrum albũ ſurſum & per vomitũ maxime purget, fit vt ſubinde etiam ventriculo vehementius agitato & lacerato, nerui in cõſenſum agantur. Secundò, propter mordaces humores, quos veratrum ſua tractoria facultate vehementiore ad os ventriculi allicit, conuulſio accidit. Et hæc quidẽ perinde atque prior mediocris exiſtit. Vtraque igitur ab Hipp. infrà ſect. 6. Aph. 39. vbi ex plenitudine & vacuatione cõuulſionem fieri præcipit, prætermiſſa eſt: quod ſcilicet ibidem de conuulſione agat quæ primaria ratione quod in Com. etiã ſuis in hanc ſententiã ſcriptis Gal. teſtatur, & non per cõſenſum, accidere ſolet. Tertiò fit conuulſio, ob immodicã quã veratrũ efficit vacuationẽ. Quartò accidit cõuulſio propter tractricẽ elebori facultatẽ, humiditatem ex neruis ad ſe trahẽtis. Quintò, vbi elebori facultas, vehementius ad diſtributionẽ impulſa, neruorũ ſubſtantiã vehemẽtius exiccat. Has quidẽ conuulſionis cauſas ordine cõmemorare placuit, quòd in iis Com. Gal. intellectus ferè totus ſitus ſit. Sunt autẽ tres poſteriores cõuulſiones letales, quia propter inanitionẽ fiunt. Quare de iis hoc loco Hipp. loquitur, dũ conuulſionem ex eleboro letalem eſſe aſſerit. Quid vero θανάσιμον vox Hipp. ſignificet, in ſequentis Aph. Com. Gal. explicat. θανάσιμον.

ANNOTAT. IN GAL. COMMEN.

Ne homo ſtranguletur.] In quod maxime accidit, vbi in corpore multi craſsi & lenti humores cõtinentur, nec extenuante victus ratione antea ſunt ad eductionẽ præparati, vt teſtis eſt lib. 1. de fracturis Hipp. Comm. 26. Gal. In motibus,] Græcè, ἐν τοῖς ἐμέτοις, in vomitibus. Aeruginẽ euomuerat.] Intelligit eam bilis ſpeciem, quæ à ſimilitudine æruginis, Galeno in libello de Atra bile teſte, ἰώδης, id eſt ęruginoſa nominatur. Hæc generatur, vt autor eſt Gal. lib. 1. Prorrh. Hippocratis Comment. 10. quum flaua bilis ſupra modum propter magnitudinem febris aſſatur. Vera ærugo.] Qualis eſt quæ in ære naſcitur, quæ hodie officinis viride æris vocatur, quod ſcilicet ærugo vetus vireſcere incipiat. Defruti.] Græcè, σιραίου, ſapæ. Eſt autem inter defrutum & ſapam differentia, quam tradit Plinius lib. 14. cap. 9. nos alibi etiã ea de re diximus. Cõuulſio minus periculoſa.] Græcè, Bilis æruginoſa. Aerugo. Defrutum

καὶ ἐὰν ἀν ὁ μετριώτατ[Ⓖ] σπασμὸς ἔτ[Ⓖ],& hæc fuerit leniſsima conuulſio. Pharmaci efficaciam.Græcè eſt,*διὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ φαρμάκου*,ob medicamenti actionẽ.Ex hac paſsione.]Græcè *ἐκ τῆς κακοπαθείας*,ex hac vexatione. Ad ſui diſtributionẽ.]Græcè eſt ſimpliciter, *πρὸς ἀνάδοσιν*, ad diſtributionem. Nos docuit.]Sect.6.Aph.39. Sunt autem hæc nerui.] Græcè eſt,*τόνοι*.Animaduertendũ itaque vnũ & idem inſtrumentum,vt autor eſt lib.1.de Motu muſculorũ Galẽ.duobus eſſe appellatum nominibus, *νεῦρον καὶ τόνον*,quòd ſcilicet *νεύειν καὶ τείνειν*, hoc eſt nutare & tendere poſsit. Oritúrque idipſum ex cerebro & ſpinali medulla. Ligamenta,quæ etiã neruoſa ſunt corpora, ex oſsibus aut cartilaginibus prodeunt, & in os aut muſculũ tranſeunt. Tendones, vel tendines ſunt nerueæ muſculorum tenuitates. Sicuti etiam.]Græcè,*ὥσπερ γὰρ*. Sicuti enim in,&c. In corporibus.] Adiiciendũ, pluribus; Græcè enim eſt,*σώματα τὰ πολλά*. Non facile.]*οὐ πάνυ τι δυνατόν ἐστιν ἰάσασθαι*,prorſus non admittit curatiõẽ. Conuulſionem antè ex ſiccitate neruorũ eſſe inſanabilem,paulò pòſt diſertè teſtatur, dicens: Conuulſio quæ ex ſiccitate accidit, inſanabilis eſt.Cur vero hæc ipſa ſanari nequeat, Gal.lib.6. Ther.meth.cap.5.docet.Nõ enim poteſt, inquit,hæc intemperies,in qua ſolida ſimilariũ partium ſubſtãtia reddita eſt ſiccior,ſanari. Quippe quòd in ſanis eſt ſenium,id ſicca intemperies conſummata eſt in ægris.Vt igitur ſenium curari nõ poteſt,ita etiã ſolidarum partiũ ſiccitas.Quod Philot. iis verbis innuere voluit, *ὅτι ἀπαναλωθείσης τῆς συνεκτικῆς ὑγρότητ[Ⓖ],ἀδύνατόν ἐστιν αὐτὴν ἀνακαλέσασθαι*:quia vbi habitualis
„ abſumpta eſt humiditas, fieri nõ poteſt vt ipſa recuperetur.
„ Primũ.]*πρῶτ[Ⓖ]*.Quo quidẽ verbo intelligit conuulſionem quæ *κατὰ πρωτοπάθειαν*,*οὐ συμπάθειαν*,vt ait li.1.de Malè affect. loc.cap.3.Galen.accidit. Qui ab elebro,&c.]*καὶ δίξει καὶ ὁ σπασμὸς ἔτ[Ⓖ] ἐνίοτε γίνεσθαι τοῖς ὑπ' ἐλλεβόρου καθαιρομένοις ὑφ' Ἱπποκράτους οὐκ εἰρημέν[Ⓖ]*, & videbitur hæc cõuulſio iis qui à veratro purgantur,aliquando fieri ab Hipp.non dicta,ſcilicet eſſe in Aphor. Species.]*διαφοραὶ*,differentiæ.

Nerui. *τόν[Ⓖ]*.

Ligamẽta

Tẽdones.

Conuulſio ex ſiccitate cur inſanabilis.

APHORISMVS II.

Ἐπὶ τραύματι σπασμὸς ἐπιγενόμεν[Ⓖ], θανάσιμον.

Conuulſio ex vulnere facta, letalis.

Eam

EAm quæ ex vulnere fit conuulſionẽ, magna ex parte eſſe letalem, hoc in Aphoriſmo docet Hipp. Cuius quidẽ rei cauſam Gale. recte in ſuis Comm. in phlegmonem reiicit, nec tamen omnem, ſed eam tantũ quę neruoſas attingit partes. Alij minus rectè ad magnũ & copioſum ſanguinis è vulnere profluuiũ referunt, de eo enim in ſequenti acturus eſt Aphoriſmo. Cæterũ vulnus, quod τραῦμα Græcis dicitur, Gal. li. 3. Therap. meth. cap. 1. teſte, non eſt aliud quàm ſolutio ex vulnerando in carnoſa parte relicta. Legitur autem in nonnullis exemplaribus ἐπὶ τραύματι, non diuerſo quidem ſenſu, niſi quòd τραύματος ſignificatio latius ſeſe expandat quàm τραύματος. Quippe τρῶμα, vt autor eſt Gal. lib. 6. Epid. part. 5. Com. 12. omnem magnã noxam ab aliquo extrinſeco, etiam ſine vulnere illatam, denotat. Verba eius ſubiiciam, τρώματα, inquit, ὀνομάζει Ἱπποκράτης τὰς μεγάλας βλάβας ἔκ τινος τῶν ἔξωθεν γινομένας, εἰ καὶ χωρὶς τραύματος. Præterea in li. de Expoſi. antiquarũ dictionũ Hipp. hanc vocẽ Gal. non aliter niſi βλάβην, hoc eſt noxam interpretatur. Quũ itaque vox ſit generalis, mirari ſubit, quî fiat vt Philoth. eam ad neruorum vulnus, quod propriè νύγμα Græcis dicitur, tantum cõtrahat. Quod ſi igitur τρῶμα legamus, huius Aph. is ſenſus erit: Conuulſio propter externã aliquam magnam noxã, verbi gratia contuſionem, plagámue illatam, facta, letalis eſt.

Vulnus. — τρῶμα. — Philothei ſententia improbatur.

APHORISMVS III.

Αἵματος πολλοῦ ῥυέντος σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγινό-μενος, κακόν.

Sanguine copioſo profluente, ſi conuulſio aut ſingultus ſucceſſerit, malum eſt.

COnuulſionẽ aut ſingultũ à copioſa ſanguinis vacuatione fieri, malũ eſſe, hoc in Aph. Hipp. oſtendit. Loquitur autem de omni ſanguinis immodica effuſione, nõ curãdo num ab ore, naribus, ventriculo, thorace, vulnere, vtero, vel hæmorrhoidibus promanauerit. Cur autem malũ ſit ſuccedere conuulſionẽ vel ſingultũ, facile deprehendet qui horũ malorũ cauſas perſpectas habuerit. Nã quũ duas tantũ eſſe Hipp. infrà aſſerat, nẽpe plenitudinẽ & inanitionẽ, vt hoc loco alterã, nimirũ periculoſiorẽ, inanitionem ſcilicet, quę ſanguinis profuſioni ſuccedit, innuat, neceſſe eſt. Cæterũ ſingultus eſt

6. aph. 39 — Singultus

ventriculi deprauatus motus, qui eius veluti conuulſio eſt.

Singultus non eſt cõuulſio.

Neq; temere adiectum eſt, veluti conuulſio. Quippe ſingultus, vt teſtis eſt lib.3.de Symp.cau.ca.2.& ſect.6.Apho.Com.39.Gale.abſolute loquendo non eſt conuulſio, quod hæc ſolis muſculis inſit. Atqui nec ventriculus ipſe, neq; ipſius os muſculus eſſe cẽſetur. Nemini autẽ mirũ videat, cur ex copioſo ſanguinis ꝓfluuio ſingult⁹ accidat. Quippe quũ illud omnes corporis venas exhauriat, vt eas quoq; quę ſunt in ore ventriculi, vacuet oportet. Quib⁹ vacuatis fit, vt vehementius ex ipſo vẽtriculo trahãt. Is itaq; ex iſta tractione tãdẽ inanitus & exiccatus, ſingultũ incidit. APHORISM. IIII.

Ἐπὶ ὑπερκαθάρσει σπασμὸς, ἢ λυγμὸς ἐπιγινόμενος, κακόν.

Ex immodica purgatione conuulſio, aut ſingultus ſuccedens, malum.

QVod in 1.huius ſect.Aphor.priuatim de albo veratro dixit, idipſum nunc generatim de omnibus purgantibus medicamẽtis pronũciat. Nã vt cõuulſio & ſingultus, quũ immodicã veratri albi purgationẽ ſequũtur, malũ portendunt: ita etiã ſi reliquis immodicis purgationib⁹ ſucceſſerint: inanitionẽ enim immodicã, quã partiũ ſiccitas inſanabilis conſequitur, ſignificant, vt dictũ eſt in Aph.primi explicatione.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Aliquando.]aphor.nimirum.1.huius ſect. Siquidẽ peior.] Græcè, ἐπειδὴ πολὺ χεῖρον ἐστιν, quandoquidem multo peior eſt ea, &c. Singultus conuulſio fit ſtomachi.] Addit autem ſecundum Hipp. ne ſcilicet ſibi pugnãtia ſcribere videatur, quum aliàs ſingultum veluti conuulſionem ventriculi eſſe dicat. Sic etiam Comm.39.ſect.6 Aphor. Gale. concedit, ſingultum eſſe cõuulſionem ſtomachi, vbi nimirum quis mali eſſentiã non expendat, vt in Annota. noſtris in hunc commentarium fuſius docebimus.

Singultus de ſententia Hippocratis ſtomachi eſt conuulſio.

APHORISM. V.

Ἢν μεθύων ἐξαίφνης ἄφωνός τις γένηται, σπασθεὶς ἀποθνήσκει, ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ, ἢ ἐς τὴν ὥρην ἐλθὼν, καθ᾽ ἣν αἱ κραιπάλαι λύονται, φθέγξηται.

Si ebrius quiſpiam repente obmuteſcat, conuulſus emoritur, niſi febris corripiat, aut ad eam perueniens horam, qua crapulæ ſoluuntur, loquatur.

QVod ebrios interdum conuulſos mori contingat, hac ſententia Hipp.docet.Quare vt ſummo ſtudio nocentiſsimum vitium ebrietatem deuitemus,modò à conuulſionis periculo ſecuri eſſe cupiamus,neceſſe eſt. Quod vero ebrij obmuteſcant,ob vinum immodicè ſumptũ accidit,quod ſane neruos eorundémque principium, cerebrum nimirum ipſum, complet,quemadmodum copioſè in Com. ſuis monſtrat, in quibus etiam qua ratione Hippocrates hac voce ἄφωνος ſit vſus,copioſè docet. Cur autem vinum quod natura calidum eſt,conuulſionem,malum frigidum,generet,Gale.ca.2.li.de Morborum cauſ. in eum ſcribens modum oſtendit:Quamuis,inquit,vinum,ſi modicè ſumatur,intimum calorem augere poſsit,quòd ſcilicet ſit alimentum maxime familiare: tamen immoderatius ingeſtum frigidos morbos excitat.Et multo clarius lib.3.de Temp.ca.3.idipſum iis verbis indicauit:Nec vinum ipſum ſemper animal calefacit,æquè vt nec oleum flammam accẽdit,tametſi aptiſsimum eſt ignis nutrimentum,imò ſi exiguę & imbecillę flammæ conſertim multum oleum infundas,ſuffocabis eam, prorſúſque extingues potius quàm augebis. Sic igitur & vinũ, vbi plus bibitur quàm vt vinci poſsit,tantum abeſt vt animal calefaciat,vt etiam frigidiora vitia gignat.Quippe apoplexiæ,cari, conuulſiones, & tetani immodici vini potum comitantur. Hæc ille.Nihil itaq; mirum ſi ebrij conuellantur,vt hoc in loco Hipp.docet,& propter læſos neruos obmuteſcant. Et eos qui hoc modo conuelluntur mori neceſſe eſt, niſi febris, quæ ſua caliditate & ſiccitate humores frigidos diſcutiat & exiccet, apprehendat. Nam, vt Philothe.ait ἐὰν πυρετὸς ἐπιλάβῃ, σύμπεψις γίνεται τῆς ὕλης, καὶ λεπτυνομένης διαφορεῖται, ſi febris corripiat,materię fit concoctio,& extenuata ſubinde diſcutitur. Aut horam qua crapulæ ſoluuntur pertingens, iterum loquatur. Hóc enim vbi acciderit,naturam vniuerſam materiam frigidam iam euiciſſe manifeſtum eſt.Quid vero per crapulam, & horam, qua hæc ipſa ſoluitur, ſit intelligendum, Galén.in Commenta. abunde docet.

Ebrietas nocentiſſima.

Ebrij cur obmuteſcant.

Cur vinũ conuulſionem facit.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Etſi hoc aliquando.] Quòd quidem accidit vbi plus quàm à natura vinci queat,bibitur. Et quouis modo obſtupuerũt.] Græcè eſt ἀφώνους ὀνομάζοντος τοὺς ἐκ μέθης καρουμένους, mutos nos

minãtis eos qui quouis modo caro correpti ſunt. Eſt autem
Carus. Carus, Gal.lib.4.de Malè affect.locis ca.2.autore, omnimoda ſenſuum, & vniuerſarum motionum repentina priuatio, ſpirandi tamen facultate manente illæſa. Quare poſſet & is locus Gale. ita conuerti, qui quouis modo ſenſum & motum amiſerunt. Quod autẽ ἀφώνυς, hoc eſt mutos hic eos qui quo-
ἄφωνοι. modolibet ſenſum & motũ amiſerunt, appellet Hip. teſtantur etiam ea quæ ſect.7. Aphor. Comm.59. ſcribit Gale. hunc
„ in modum. Conſuetudo eſt Hipp. ab vno ſymptomate notiſ-
„ ſimo, vocis, ſcilicet amiſsione, ſępius nominare atq; ſignifica
„ re ſic qui nullum motũ voluntarium habent, vel nihil omnino ſentiunt. Decumbant autem eodem modo quo apoplectici, ſine ſenſu pariter & motu. Hinc palã fit interpretem hũc Gal. locum minus rectè conuertiſſe. Propriè ſtupor nominatur.] Græcè eſt, κυρίως λέγεται κάρ☉, propriè carus nominatur.
Stupor. Differt autem ſtupor, qui Gręcis νάρκη vocatur, à caro: quip-
Carus. pe, vt Gal. lib.1. de Sympt.cauſ.cap. 4. teſtatur, ſtupor non eſt niſi ſentiendi & mouendi difficultas. Carus vero, vt dictum eſt, vtriuſque omnimoda priuatio. Ex vnõ ſymptomate.] vocis ſcilicet amiſsione. Neque enim aliter, &c. Græcè eſt, ἐδὲ γὰρ ἐδὲ ἄλλως ὅλον οἷόν τε σπασθῆναι τὸ σῶμα, neque enim alioquin vniuerſum conuelli corpus poteſt. A Græcis.] Adiiciendum, omnibus. Quippe Græcè eſt, πάντες οἱ ἄλλοι. Quidam vero ſequenti.] Addendum omnino. Græcè enim eſt, ἐν τῇ τρίτῃ παντως ἡμέρᾳ, tertia omnino die.

APHORISMVS VI.

Ὁκόσοι ὑπὸ τετάνε ἁλίσκον), ἐν τέσσαρσιν ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται, ἢν ϶ ταύτας διαφύγωσιν, ὑγιέες γίνον).

Qui à diſtẽtione capiuntur, intra quatuor dies pereunt, ſi vero hos effugerint, ſani fiunt.

QVis ſit morbi peracuti terminus ac finis, hoc in Aphor.
Diſtentio eſt peracutus morb. diſtentionis exemplo monſtrat Hipp. Quid vero ſit diſtentio, alibi eſt à nobis abũde dictum. Eſſe vero peracutum morbum diſtentionem, non ſolum in Comm. in hunc Apho. conſcriptis, verumetiam ſectio.1. Aphor. Comm. 12. diſerte Galenus teſtatur. Quum itaque ſit morbus peracutus, neceſſe eſt vt qui ea laborent, intra quatuor dies pereant, quod is ſit illorum morborum finis, & facultas admodum etiam

robuſta

robuſta, dolorem & laborem, quem diſtentio ipſa affert, diutius ferre non poſsit. Quod ſi vero vltra diem quartum progrediuntur, conualeſcunt. Quippe tum naturam ſuperaſſe morbum certiſsima ſpes eſt. In Commenta. vbi interpres conuertit, ita quod, adiiciendum erit, meritò. Græcè enim legitur, ὡς εἰκότως αὐτὴν συντομωτέραν ποιεῖσθαι τὴν κρίσιν, ita vt merito natura velociorem faciat iudicationem.

APHORISMVS VII.

Τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἥβης γίνεται μετάστασιν ἴσχει· ὁκόσοισι δὲ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτέων γίνεται, τουτέοισι τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει.

Comitiales quibus ante pubertatem accidunt, mutationem accipiunt. Quibus autem vigeſimoquinto, iis magna ex parte commoriuntur.

QVum variæ ſint mutationes quæ in pueris comitiales morbos ſanare poſsint, vt in enarratione Apho. 45. ſect. 2. eſt commemoratum, hic vnius tantũ, eius ſcilicet quæ ex ætate accidit, meminit Hipp. Quid vero mutationis nomine veniat intelligendum, Galenus in ſuis Commẽt. explicat. Cæterum verborum Hippocratis non eſt is ſenſus, quemadmodum nonnulli putant, quòd omnes quos ante pubertatem comitialis morbus corripiat, ab eo liberentur. Quippe malum hoc, vt in Comm. etiam teſtatur Galenus, non ſanatur etiam pubertatis pręterito tempore, niſi in aliis etiam ſe recte geſſerint ægrotantes. Verum id potius in hoc Aphoriſm. innuit Hipp. quod ſi ętatis mutatione ſanari accidit comitialem, certe non ſanatur niſi is, qui ante pubertatem inuaſit. Aphoriſ. ſenſus. Quod autem ſit pubertatis tempus, Galen. in Comm. exponit. Quibuſcunque vero comitialis vigeſimoquinto anno, hoc eſt, in iuuentute accidit, iis magna ex parte commoritur. Magna ex parte. Non autem temere dictum eſt, magna ex parte, ἔδει γάρ, ait Philotheus, ὅτι καὶ διὰ σώφρονα δίαιταν ἐν τῇ παρακμῇ παύονται, quippe contingit vt etiam in ætate declinante per moderatam victus rationem deſinat comitialis. παρακμή. Neq; enim παρακμὴ alia eſt ętas, vt ſuprà etiam eſt cõprehẽſum, quàm ea quæ iuuentutẽ excipit, alióque nomine Græcis καθεστηκυῖα καὶ ἀνδρεία, Muſæ erratum. id eſt, conſtans & virilis ætas appellatur. Proinde Muſa hoc

in loco non ſine maximo errore παρακμὴν vigorē conuerti. Nō eſt autē mirū ſi comitiales qui à iuuētute, ętate quidem calida & ſicca, atq; adeò contraria non ſanātur, ad finē vſque vitæ durare. Sequens enim ętas ſimilis planè eſt, hoc eſt, frigida & humida, ideóq; ab ea non pfligatur, ſed potius, tanquā à ſuo ſimili conſeruatur. Quum igitur ad huius mali cauſæ amolitionem nihil auxilij afferat hæc ætas, ad finem vſq; vitæ ſubinde durare, atq; commori illis hoc ipſum neceſſe eſt.

ANNOTAT. IN GAL. COM.

In altera parte Aphor.] Sectione ſcilicet ſecunda Aph. 45.

Interpretis lapſus.

Si iuuenes.] Græcè, τοῖσι νέοισι, ſi pueri fuerint. Hanc autem vocem νέοισι idem hoc loco quod pueris ſignificare, in aphor. iam citati enarratione abunde diximus. Huc accedit, quod non iuuenes hoc morbo correpti liberent, ſed potius pueri.

In ſecunda ſeptimana.] Gręcè eſt, μετὰ τὴν δευτέραν ἑβδομάδα, poſt ſecūdam ſeptimanā, id eſt anno 14. Quippe poſt annum 14. vt paulò pòſt inquit Galenus, pubertas ipſa incipit, & vſq; ad 25. progreditur. Hic certè committere nō poſſum, quin Galenum, cuius viri neſcio quo ſpiritu famam ac gloriam ſempiternā multi hodie ſcioli labefactare ſuis ſophiſticis argutiis conantur, à Muſæ iniuria vindicē, qui in ſuis Commenta. bis aſſerere audet, Galen. ſibi hoc loco planè pugnantia docere, vt qui alibi tradat pubertatem longius extrahi quàm in prædictum tempus, nempe in annos 49. Nam quod aliquid tale dicat ſectione 3. Apho. Comment. 27. falſiſſime à Muſa aſſeritur, quum in eo Comm. huius rei ne vno quidem verbo meminerit. Præterea non rectè affirmat Muſa Galenum docere pubertatis terminum eſſe ſeptimanam quintam, hoc eſt annum vigeſimumquintum. Nam nullum vnquam reperiet locum in quo idipſum doceat Gale. Quintā quidem ſpetimanā iuuentutis eſſe finē, at minime pubertatis, infrà Com. 9. huius ſectionis ſcribit. Item lib. 6. de Tuē da ſani. cap. 2. initium declinationis aut remiſsionis, παρακμὴν Græci nominant, nonnullos habere ſtatim à trigeſimo anno, alios vero poſt 35. tradit. Si igit̄ à trigeſimo ſtatim anno nonnullis remiſsio fieri incipit, quomodo id tempus pubertatis finis eſſe poteſt, quum inter pubertatem ac remiſsionē alia quædā ætas, iuuentus nimirū, interueniat. Quare Muſam in reprehēdēdo Galeno circunſpectiorē fuiſſe cuperem.

Galenus à Muſæ iniuria vindicatur.

Ex ætate.]Græcè, ὑπὸ δὲ ἡβητικῆς, à pubertate, ſed magis ſiccitate,quæ hanc ætatem,& victus rationem conſequitur.

APHORISMVS VIII.

Ὁκόσοι πλευριτικοὶ γινόμενοι οὐκ ἀνακαθαίρονται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι, τουτέοισιν ἐς ἐμπύημα μεθίςαται.

Quicunque pleuritici facti intra quatuordecim dies per ſuperiora non purgantur,ijs malum in ſuppurationem conuertitur.

QVod eos qui pleuritide correpti ſunt, per ſuperiora, hoc eſt,ſputa, purgari oporteat,idque intra quatuordecim dierum ſpatium, hoc in aphoriſmo docet Hippocrates. Quòd ſi verò hoc dierum interuallo non fuerint purgati, in ſuppurationem abire malum neceſſe eſt. Pleuritis verò, vt teſtis eſt lib. 5. de Malè affect.loc.cap.2.Gal.nihil eſt niſi inflammatio,quæ in ſuccingente coſtas membrana, ac muſculis illi continuis fit.Eăque vera exiſtit pleuritis,non mendoſa,vt falsò aſſerit Muſa.Cæterùm quod ait, intra quatuordecim dies, manifeſtè innuit pleuritin eſſe morbum acutum. Nam acuti morbi, vt ſuprà dixit, in quatuordecim diebus iudicantur. Iudicari autem intra hos dies pleuritin, ſect.1. aphor.Comment.12.iis verbis diſertè teſtatur Gale. Magna ex parte pleuritis terminum ſuæ iudicationis habet decimumquartum.Nec temere adiectum eſt àGaleno,magna ex parte,quia nonnunquam in ſeptimo etiam iudicatur,vbi ſcilicet coctio in ſputis circa tertium vel quartum diem apparet,eodem ibidem teſte.Sed eius præſtat verba ſubiicere, Si concoctio,inquit,circa tertium vel quartum diem apparuerit,non contingit morbum lateralem tranſcendere ſeptimū. Porrò animaduertendum, Hippocratem per quatuordecim dies nō intelligere id ſpatium dierum quod ſtatim à primo inſultu morbi tot circūſcribitur diebus, ſed id potius quod metitur ab eo die quo æger expuere cœpit,vt ſit ſenſus,Qui non purgantur in quatuordecim diebus, ſupputando nimirum ab eo quo expuere cœpit die. Et niſi ita hunc locū Hippocratis accipiamus,vt ſibi purgantia dixerit Hipp.oportet fateamur.Quippe is lib.3.Epid.in hiſtoria Anaxionis,quam ſect.1.aph.Comment.12.& lib.1.de Iudiciis,cap. 18.citat atq; expli

Superiora.

Pleuritis.

Muſa notatur.

Pleuritis morbus acutus. 2.aphò.23.

Magna ex parte.

In quatuordecim diebus.

explicat, pleuritidis indicationẽ trigeſimoquarto die factã eſſe ſcribit, ſupputatione facta à primo eius mali inſultu. Ibidem autem ait, Die decimoſeptimo cœpit paucum quid coctum expuere. Quod ſi itaq; dies qui inter 17. & 34. ſunt, ſupputaueris, quatuordecim eſſe planè comperies. Niſi itaq; humores qui inflammationem excitarunt, in thoracis ſpatium refudent, & effundantur, inq; quatuordecim diebus per ſputa expurgentur, malum ipſum in ſuppurationem trãſire neceſſe eſt. Suppurationis autem vox duo ſignificat: Primò, inflammationis ad pus tranſmutationem. Secundò, puris inter thoracem & pulmonem effuſionem. Vtrum horum intellexeris per ſuppurationẽ, nihil refert, quandoquidem vtrũq; illorum accidat, quum pleuritici non purgantur per ſuperiora. Quid autem ſubinde ſequatur ſuppurationem ipſam, infrà, nimirum aph. 15. huius ſect. docebit Hippocrates.

Suppuratio.

ANNOT. IN GAL. COMM.

In libro de victu acutorum.] Lib. videlicet 1. apho. 26. vbi ita ſcriptum reliquit, ὅταν ἄρξονται πτύειν τι ἄξιον λόγου καὶ ἐκκαθαίρεσθαι. αὗται γὰρ καθάρσεις: vbi aliquid notatu dignum expuere & expurgari cœperint. Nam purgationes. In prognoſtico.] Lib. nimirũ 2. aph. 52. vbi in eũ ſcribit modum, τὰς τῶν πτυέλων καθάρσιας, ſputi purgationes. Ea quæ fit ad pus tranſmutationem.] In quacunq; corporis parte idipſum contingat. In ſequentibus.] Aphoriſmo ſcilicet 15. huius ſectionis.

APHORISMVS IX.

Φθίσις γίνεται μάλιστα ἡλικίῃσι τοῖσιν ἀπὸ ὀκτὼ καὶ δέκα ἐτέων μέχρι πέντε καὶ τριήκοντα.

Tabes maxime fit in iis ætatibus, anno nimirum decimooctauo, vſque ad trigeſimumquintum.

DE iis ętatibus in quibus potiſsimum tabes accidit, verba facit hoc in aphoriſmo Hipp. Per tabem autem non omnem corporis maciem, ſed eam tantùm quæ pulmonis exulcerationẽ conſequitur, intelligere oportet. Quam quidem adoleſcentiæ & iuuentuti potiſsimum accidere innuit, dum ait, à decimooctauo anno vſque ad trigeſimumquintũ. Hoc enim annorum numero hæ duæ ætates, vt alibi copioſè oſtendimus, complectuntur. Quum verò dicit ætatibus, non eſt intelligendum, quòd iſta ętatis ratione accidant, ſed pro-

Tabes.

pter

pter errores potius quos ea in ætate conſtituti in victus ratione committunt. Quippe huius ætatis homines belligerant, ſaltant, currunt, venationem, aliúdve genus laboris vel exercitij immodici exercent, propter quod venas rumpi accidit. Quam quidem ſubinde ſanguinis primum ſpuitio, & dein tabes comitatur, vt fuſius in Comm. 29. ſect. 3. aphor. docet Galenus. Philotheus adoloſcentibus tabem accidere cenſet propterea, quòd ſanguis in iis copioſus ſit, qui vaſa pulmonis diſtentat, & rumpat, vt neceſſe eſſe ducat ſubinde conſequi tabem. Iuuenibus verò propter bilioſi ſanguinis redundantiam, qui ſua acrimonia vaſa erodens, ſanguinis ſpuitionem, & ſubinde tabem extitet.

ANNOT. IN GAL. COMM.

In ſuperioribus aphoriſmis.] Nempe 29. aphoriſ. ſect. 3. Propter thoracis atque pulmonis communionem.] Nam & in eo qui hunc præcedit, & eo etiam qui ſequitur aphoriſmis de thoracis & pulmonis malis verba facit Hippocrates. Rectè igitur ait, propter ſermonis communionem hîc tabis fieri mentionem, vtpote quæ pulmonis ſit exulceratio. Mediam inter annos enumeratos.] Adoleſcentiam intelligit. Quid verò ſit adoleſcentia, quid iuuentus, per ſequentia dilucidè expedit.

APHORISMVS X.

Ὁκόσοι κυνάγχην διαφεύγουσι, ἐς τὸν πνεύμονα τουτέοισι τρέπεται, καὶ ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀποθνήσκουσιν. ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ἔμπυοι γίνονται.

Qui anginam euadunt, ijs ad pulmonem malum tranſit, & intra ſeptem dies moriuntur. Si vero hos dies euaſerint, ſuppurantur.

HVmores anginam efficientes nonnunquam ad pulmonem decumbere, atque intra ſeptem dies interitum afferre, hoc in aphoriſmo Hippocrates docet. Quippe ab humoribus eò delatis ægrotantes ſuffocantur. Non autem abre hæc Hippocratis verba ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσι, Celſum ſecuti, conuertimus intra ſeptem dies, ne ſcilicet quiſpiam putaret Hippocratem hoc velle iis verbis innuere, ſic laborantes non poſſe ante ſeptimum diem mori, quòd planè falſiſſimũ Intra ſeptẽ dies.

for

foret, quum nonnulli citius pereant. Hinc in Commentariis ſuis Galenus etiam hæc verba ita interpretatur, ὡς τὰ πολλὰ ὑπὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν, hoc eſt, magna ex parte ante ſeptimum diem. ὑπὸ enim Atticè idem quod πρὸ, id eſt, ante ſignificat. Quod ſi verò, inquit Hippocrates, intra hoc ſpatium nō moriuntur, tunc humores qui in pulmonem decubuerint, in pus mutantur. Quod ſi non fuerit expurgatum, tabidos fieri contingit.

APHORISMVS XI.

Τοῖσιν ὑπὸ τῶν φθισίων ἐνοχλουμένοισιν, ἢν τὸ πτύσμα ὅπερ ἂν ἀποβήσσωσι βαρὺ ὄζῃ ἐπὶ τοῦτο ἄνθρακας ἐπιχεόμενον, καὶ αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέωσι, θανατῶδες.

Si iis qui tabe infeſtantur, ſputum quod tuſſiendo excreant, grauiter olet carbonibus impoſitum, & capilli à capite defluunt, letale.

HAec Hippocratis ſententia ad eam artis partem quæ futura prædicit, pertinet: quippe duas nobis notas ob oculos ponit, quibus eos qui tabe ſunt correpti, non ita multò pòſt morituros certò prædicere licebit. Per tabem autem macies ea venit accipienda, quę pulmonis vlcera comitatur. In ea ſputum, quod non niſi per tuſsim excreatur, carbonibus impoſitum ſi grauiter olet, primum letale eſt ſignum. Externam enim putrefactionem humorum, qui ſunt in pulmone, præ ſe fert. Philotheus cenſet ſputum οὐκ ἀμέσως, ἀλλ' εἰς ὕελον ἐπιβεβλημένον, id eſt, non ſine medio, ſed in vitrum iniectum, carbonibus eſſe imponendum, vt ſcilicet diſſolutum ſuam graueolentiam magis oſtendat. Sed non eſt opus iſta exquiſita diligentia, ꝙ nimirum aſsidētes, imò etiam ægrotantes ipſi, citra etiam carbones adhibitos ſputi fœtorē experiantur. Alterum ſignum letale eſt, capillorum è capite defluuium. Cauſam Galenus in Comment. ſuis recitat.

Tabes.

Sputū grauiter olēs.

Capillorū defluuium

APHORISMVS XII.

Ὁκόσοισι φθισιῶσιν αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέωσιν, οὗτοι διαρροίης ἐπιγινομένης ἀποθνήσκουσιν.

Quibus tabe correptis capilli à capite defluunt, ij

alui profluuio ſuccedente moriuntur.

PRæcedente apho. duo ſigna, è quibus futuram in tabidis mortem prædicere licet, Hipp. recenſuit. Nunc tertium nempe alui profluuiũ, adiicit, quod vbi apparuerit, non procul eſſe mortem coniiciẽdum erit. Id quum diſertè innuere voluiſſet, verbo præſentis temporis ἀποθνήσκουσι vſus eſt, quo imminẽtem iam quaſi mortem expreſsit. Porrò alui profluuium duplici ratione malum eſt. Primò vt cauſa, quod ſcilicet facultatem nedum in ægrotis, ſed & in ſanis diſſoluat atque deiiciat. Secundò, vt ſignum, quia naturalium facultatum imbecillitatem ſignificat. Rectiſsimè igitur Hipp. in tabidis mortem haud ita multò pòſt accidere ſcribit.

Alui profluuiũ cur tabidis malum.

APHORISMVS XIII.

Ὁκόσοι αἷμα ἀφρῶδες ἀναπτύουσι, τούτοισιν ἐκ τοῦ πνεύμονος ἡ τοιαύτη ἀναγωγὴ γίνεται.

Qui ſpumantem ſanguinem excreant, ijs de pulmone educitur.

QVòd ſanguis ſpumans excreatus aut tuſsiendo eiectus, è pulmone feratur, hoc in loco Hipp. monſtrat. Spumãs autem ſanguis eſt, qui innumeras ampullas obtinet, ita vt planè nulla eius pars, ſaltem notatu digna, ſit intus & in ſuperficie, quæ ſine ſpuma reperiatur. Quæ autem ſit cauſa generationis ſputi, Comm. 43. ſect. 3. aphor. & ſect. 7. Comm. 30. Galenus copioſiſsimè docet. Non temere autem dixit Hipp. ἀναπτύουσι, id eſt, excreant. Ita enim nos Celſum lib. 2. cap. 6. ſecuti, conuertere voluimus: vel vt meliora etiã exemplaria habent, ἀναβήσσουσι, hoc eſt, extuſsiunt. Quippe vt Galenus ſect. 2. aph. Comment. 43. teſtatur, quæ vnà cum ſanguine ex pulmone educitur ſpuma, ſubitò ſimul & cũ tuſsi educitur. Spumantem verò ſanguinem è pulmone educi par eſt, vt qui illius ſubſtantiam, quæ, Galeno lib. 4. 6. & 7. de Vſu part. teſte, leuis, rara, aërea, ſpirituoſa, & veluti ex ſpuma quadã ſanguinis concreta, eſt conflata, vaſiſq; plurimis contexta, referat. Quinetiam Gal. infrà Com. 39. huius ſect. ſpumantẽ humorem in carne pulmonis contineri, à quo, vtpote ſubſtãtiæ ſuæ ſimili, nutriatur, ſcribit. Et ſuprà Com. 43. ſect. 2. palàm dicit, Sanguis qui è pulmone educitur ſpumans, eſt viſceri ſimilis

milis. Proinde recte admodum Hippo. hoc loco aſſerit, ſanguinem ſpumantem è pulmone educi, atque adeo illum eſſe male affectum ſignificare. Quare vero malum oſtēdat, Galenus in Commentariis ſuis docet.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Si vero ſpuunt, aut expuunt. Græcè, ἢ δ' ἀναπτύσσωσιν, ἢ ἀναβήττωσιν, ſi vero ſpuunt, aut extuſsiunt. Non autem verè vlcerato.] Quod confirmant ea quæ ſcribuntur à Galeno Comm. „ 30. ſect. 7. dum inquit. Sed neq; ſemper (ſic enim conuertendum, & non omnino, vt fecit interpres: quia in Græco eſt διὰ παντὸς) ex pulmone ſanguinem ſpumoſum expuunt. Videtur itaque quum ex ipſa viſceris ſubſtantia ſimul quicquam effertur, ſanguinem fieri ſpumoſum. Hæc ille. Quare ſanguis ſpumoſus non excreatur, niſi fuerint in pulmone vlcera. Tum verò ſine dolore excreatur. Nam, vt teſtis eſt lib. 4. de Malè affect. loc. cap. vlti. Galenus, pulmonis vlcera dolor non comitatur.

Interpretis error.

Pulmonis vlcera dolor nō comitatur.

APHORISMVS XIIII.

Ὑπὸ φθίσιος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγινομένη, θανατῶδες.

A tabe correpto ſi alui profluuium ſucceſſerit, letale.

HIc aphoriſmus quum abunde ſit paulò antè à nobis expoſitus, vberiore enarratione haud eget, præſertim vbi Galeni Commentarius acceſſerit.

APHORISMVS XV.

Ὁκόσοι ἐκ πλευρίτιδος ἔμπυοι γίνονται, ἢν ἀνακαθαρθῶσιν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν, ἀφ' ἧς ἂν ἡ ῥῆξις γένηται, παύονται. ἢν δὲ μὴ, ἐς φθίσιν μεθίστανται.

Qui à pleuritide ſuppurantur, ſi intra quadraginta dies à quo ſit ruptio per ſuperiora purgantur, leuantur. Si vero non, in tabem abeunt.

IN Aph. 8. huius ſect. Hipp. docuit, ꝙ pleuritis in ſuppurationem tranſeat, vbi ea affecti intra 14. dies per ſuperiora haud purgentur. Nūc quid ſuppuratione facta ægrotantibus accidat, exponit, inquiens, Qui à pleuritide (ἐκ enim hoc loco idem quod μετὰ ſignificat) ſuppurantur, hoc eſt, pus intra thora

thoracem & pulmonem continent,ſi intra 40.dies:quippe is eſt terminus iudicationis acutorum morborũ,ex degeneratione ſeu mutatione de ſpecie in ſpeciẽ vocatorũ,qualis eſt iam pleuritis in ſuppurationẽ abiens,ſupputando ab eo die in quo ruptio fit.Quod adiicitur propterea,ne quis à principio pleuritidis numerare incipiat. Per ſputa purgantur, id enim ἀνακαθαρθῶσιν verbum ſignificat,καθαρθέω nanque idem quod πτύω denotare Com.8.huius ſect.eſt dictũ. Leuantur à malo.Vnde palam fit, vſque ad quadrageſimũ diem pulmonẽ poſſe illæſum permanere,poſt hunc quia putreſcere incipiet pus,exedetur & exulcerabitur,tabeſque fiet.Quare rectiſsime ſubiungit Hipp.Si vero nõ per ſputa intra dies 40. purgantur,in tabem tranſeunt,quòd pulmo,vt comprehenſum eſt,diutius ab eroſione tutus eſſe nequeat:quippe quum rarus ſit pulmo,vt prompte in ſe recipiat pus,à quo ſubinde ſubſtantia eius exulceratur. Vt itaque pleuritidi ſuprà in Apho.8.huius ſectionis terminum purgationis ſtatuit quartumdecimum diem,ſic ſuppurationi quadrageſimum. καθαρθόω.

APHORISMVS XVI.

Τὸ θερμὸν βλάπτει ταῦτα τοῖσι πλεονάκις χρεομένοισι, σαρκῶν ἐκθήλυνσιν, νεύρων ἀκράτειαν, γνώμης νάρκωσιν, αἱμοῤῥαγίας, λειποθυμίας. ταῦτα οἷσι θάνατος.

Calidum ijs qui eo ſæpius vtuntur,hæc detrimenta affert,carnium effœminationem,neruorum incontinentiam,mentis ſtuporem,ſanguinis eruptiones, animi defectiones. Hæc quibus accidunt mors.

DE immodico calidi vſu hoc in Aph.tractat Hipp.quæq; mala & detrimenta afferat idipſum monſtrat.Quũ vero calidum,vt teſtatur Gal.lib.1.de Elementis,bifariã accipiatur,vno modo pro corpore quod calorem in ſe habet,alio modo pro qualitate quæ ipſi ineſt,ſciendũ erit hic in prima accipi ſignificatione pro corpore nimirum calido,neque tamen quouis,ſed pro aqua duntaxat calida. Quod in primis metipſe Hipp.cõfirmat,dum in libro de Vſu humidorũ inſcripto hunc Aphoriſmũ ad verbũ repetit.Quinetiam Gal. ipſe Com.24.huius ſect.diſerte hac in ſententia Hippocrati de aqua calida ſermonem eſſe,iis verbis teſtatur. Hactenus Calidum.

,, de aqua calida & frigida ſermonem habuit Hipp.Huc acce-
,, dit,quòd niſi fateamur Hippocratem de aqua calida in præ-
ſentia loqui, non eſt cur hæc detrimenta quæ hic ab eodem recenſentur, à calido poſſe fieri rectè affirmemus. Quippe calidum quod ſiccũ eſt,contraria potius mala affert,vt ex ſequentibus palã fiet. Quod vero dicit Hipp.iis qui eo ſæpius vtuntur:manifeſte ſignificat,calidũ non ſemper hæc afferre mala, ſed tum maxime quum vſus eius immodicus fuerit.

Muſa notatur.

Nec etiam de eo quod immodice eſt calidum,vt Braſauolus cenſet:hoc enim exiccat, atque adeo mala quæ hic commemorantur,non procreat, quemadmodum Gale.aquæ calidæ
,, exemplo lib.3.de Tuend.ſanit.cap.3.oſtendit in eum ſcribẽs
,, modũ,Quod ſi iuſto calidiores fiant,calida quidẽ vis,ſed nõ
,, perinde humida:quippe horrere & denſari eorũ meatus co-
,, gunt,ita vt nec madeſcere ab humore extrinſecus accedente poſsint. Hęc ille. De calido igitur quod temperatum exiſtit, quo tamen immodice vtimur,Hippocrati hoc in loco ſermo eſt. Cuius rei teſtis eſt locupletiſsimus Galen.qui lib.4.de
,, Simpl.med.facul.cap.1.ita ſcriptum reliquit,Calida,inquit,
,, temperata,grata,amicáque ſunt,funditur enim quod in cor-
,, poribus noſtris concretum fuerat, quo maxime pathemate
,, voluptas animantibus conſtat.At ſi moram etiam trahant,
,, ſenſim quoque & ipſa moleſta euadunt.Ad tantam enim fu-
,, ſionis immoderationem ita recidunt, vt ſubſtantiã noſtram
,, diſcutiant,diſſoluant,ac diſpergant. Verũ tum quidem ſine
,, mordicatione infeſtant,& animi deliquiũ afferunt,viréſque
,, deiiciunt,vt mors quoque tandẽ ſequatur. Hactenus Galeni verba recenſuimus. E quibus equidẽ ſole clarius intelligitur,calidum temperatum hæc de quibus Hippocrati ſermo eſt efficere, & minimè immodicũ atque adeo intemperatũ, vt Muſa exiſtimat. Ea nãque ſecant,diſiungũt, dirimúntque ſubſtantiam,vt in loco paulò antè citato Gale.fuſius oſtẽdit. Neq; eſt cur aliquis miretur,quî fieri poſsit, vt calidũ quod nomẽ exceſſus eſt,de temperato dicatur. Quippe vt teſtis eſt lib.3.Simpl.cap.11.Gal.id quod mediocriter eſt temperatum mixtúmue interdũ calidum appellamus,etſi minus proprie. Sic aquę dulcis balneum,de quo hoc loco tractat Hipp.quod temperatum exiſtit,calidum vocatur.Hoc itaque calidum, quod nimirum humidũ & temperatum eſt, ſi crebrò eo vtamur.

Quomõ calidũ de tẽperato dicatur.

mur.

mur,carnium afferet effœminationem. Eſt autem proprie loquendo ἐκθήλυνσις nihil aliud quàm χαυνότης,hoc eſt mollicies , laxitas. Siquidem ἐκθηλύνειν, Phauorino teſte idem eſt quod χαυνοῦν,ſic vt χαυνοῦσθαι planè opponatur τῷ πυκνοῦσθαι. Significat itaque Hippo.calidi humidi temperati vſum immodicum carnes reddere molliores & laxiores , atque adeò veluti carnes muliebres,quæ minus cõpactæ ac ſolidæ ſunt, imbecilliores.Sic quidẽ libro ſexto Epid.par.1.Apho.11.crurum effœminationem vocat eorundem imbecillitatem,vbi nimirum minus firma fuerint. Neruorum quoque imbecillitatem aut incontinentiam, calidi prædicti immodicus vſus parit,ſuo enim calore neruorum ſubſtantiã diſſoluit, humiditate vero laxat,molliorémque reddit , vt hoc nomine ſit neceſſe vt minus robuſti ac continentes fiant. Mentis præterea ſeu rationis(γνώμη enim Hipp.idem quod διάνοια ſignificat,quẽadmodum diximus in explicatione Aph.6.ſectionis ſecundę)ſtuporem,hebetudinem, torporémve inducit.Cauſa eſt iam expoſita:diſſoluit enim cerebri ſubſtantiã. Sanguinis eruptiones creat, quod ſuo calore venas laxet atque dilatet. Animi defectiones, quod ſpiritus diſſoluat. Et ſanè ipſa experientia cõfirmat,nõ paucis in ſolio calido longius deſidentibus animi accidere deliquia. Quæ quidem & ſanguinis immodicas vacuationes ſequi ſolent.Hæc autem vbi accidunt,mors ſequitur , ad nonnulla quidem breui,ad alia vero longiori tempore,vt copioſius in Comm.ſuis Gal. docet.Monet itaque hoc in Apho.Hipp omnium rerum,earum etiam quæ ſunt temperatæ , immodicum vſum , vtpote noxium,eſſe fugiendum.

ἐκθήλυνσις.

Neruorũ imbecillitas.

γνώμη.

Sanguinis eruptiones

Immodicus vſus rerum fugiendus.

APHORISMVS XVII.

Τὸ δὲ ψυχρὸν σπασμοὺς, τετάνους, μελασμοὺς, καὶ ῥίγεα πυρετώδεα.

Frigidum conuulſiones, diſtentiones, denigrationes, & rigores febriles efficit.

QVum præcedente Aphoriſmo quid malorũ aquæ calidę immodicus vſus afferret,expoſuiſſet:nunc quæ detrimenta pariat immodicus aquæ frigidæ vſus, percenſet. Per frigidũ autem hic eſſe accipiendam aquam frigidam,ex iis quæ in eo qui hunc præcedit Aphoriſmo dicta ſunt,fit mani-

Frigidum.

feſtum:& ex Philotheo ipſo,qui inquit μέτεισι νῦν ἐπὶ τὰ πάθη γινόμενα ἐκ τῆ ψυχρῦ ὕδατ☉, progreditur nunc ad mala quę ex aqua frigida naſcuntur. Quapropter quum Hipp.ait frigidū,repetenda prioris aphoriſmi verba erunt, βλάπτει ταῦτα τοῖσι πλεονάκις χρωμένοισι, iis qui illo ſæpius vtuntur, hæc mala creat: Conuulſiones, quòd ſcilicet neruoſas corporis partes contrahat,& diſtendat.Diſtentiones iiſdem de cauſis facit.Cur autem diſtentionis,quā tamen plerique cōuulſionis ſpeciem eſſe tradūt,ſeorſim mentionē fecerit,in enarratione Apho.57.ſect.4.diximus.Denigrationes,potius quàm liuores,qui Græcis proprie πελιώματα dicuntur, efficit, quia natiuū colorem extinguit. Rigores quoq; efficit, eóſque febriles,hoc eſt,qui febres excitant: quippe Gal.πυρετώδεα interpretatur, πυρετὸς ἐπικαλούμενα. Febres vero non per ſe,ſed vt Philotheus etiā teſtatur,κατὰ συμβεβηκὸς, ex accidente afferunt,quòd ſcilicet concluſis corporis meatibus putredinem, & ſubinde febrem excitari neceſſe ſit.Prohibitā autem trāſpirationē febres & putredines prompte poſſe efficere, Gale. lib.8.The.meth.copioſiſsime monſtrat.Cæterū febriles etiā dixit Hipp.vt ſignificaret rigores quoque eſſe,qui citra febrem excitarentur,quemadmodum Gal.lib.8.de Symp.cauſis cap.8.quem locū in ſuis hic Comm.citat,fuſius docet. In Galeni Com.nihil eſt quod explicatione indigeat,niſi quòd paſsim pro liuoribus ſit reponendū denigrationes,vt ſit differentia inter πελιώματα & μελασμὸς.Præterea vbi interpres,Et quidem liuores ex refrigeratione fieri,nullo prorſus ſenſu conuertit:Græcè eſt, καὶ μὴν δὴ καὶ μελασμὸς ἐργάζεται τῇ ψύξει.Et ſane quidem denigrationes refrigeratione efficit.

Conuulſiones. Denigrationes. Rigores. Febres.

APHORISMVS XVIII.

Τὸ ψυχρὸν πολέμιον ὀστέοισιν, ὀδοῦσι, νεύροις, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ. τὸ δὲ θερμὸν, ὠφέλιμον.

Frigida oſſibus,dentibus,neruis,cerebro,dorſali medullæ inimica eſt. Calida vero, vtilis.

Aqua frigida oſsibus aduerſa quare.

QVibus partibus corporis maxime obſit immodicus frigidę vſus hoc in loco Hipp.oſtēdit.Primū autē oſsibus eſſe inimicam & aduerſam inquit, vtpote quæ ſint è ſemine procreata,atque adeò exanguia,& frigida: Solæ enim carnoſæ partes,vt teſtis eſt lib.1.de Natura humana Com.27.Gal. ex

ex ſanguine ſunt fictę. Oſſa vero ex ſemine eſſe formata Gal. aliis etiã in locis diſerte aſſerit, potiſsimum autem in li. 1. de Semine, vbi ita ſcriptum reliquit: Arteria, vena, os item & membrana è ſemine fabricantur. Quum itaque exanguia & frigida ſint oſſa, non eſt mirum quod ab immodico frigidæ vſu offendantur, vtpote exiguũ qui in iis eſt calorem extinguentis, & veluti mortificantis. Atqui dicet hic quiſpiã, quî fieri poſsit vt oſsibus, quæ, Galeno in lib. de Odoratus inſtrumẽto teſte, ſenſus expertia ſunt, cuius rei quidem cauſam lib. 16. de Vſu par. idem Gal. exponit, frigida ſit inimica, atque adeò eadem lædere queat? Reſpõdeo, inſenſibilia quidem non dolent, atqui patiuntur tamen. Sic lapis, lignum, & eius generis multa quæ ſenſu carent, nõ dolent quidem, patiuntur tamen. Ligna enim ab igne patiuntur, & penitus in cinerem aguntur. Lapides quoque à malleis cõteruntur, atque adeò patiuntur. In cum ſanè modũ Philotheus etiã hanc obiectionẽ diluit inquiens, κἂν τὰ ὀστᾶ ἀναίσθητα ἐισιν, οὐκ ἐισὶν ἀπαθῆ, ἀλλ' ὁμοίως πάσχουσι φθορὰν. ὥσπερ καὶ λίθος πάσχει φθορὰν, καὶ φθείρεται, καὶ μειοῦται, & ſi oſſa ſenſus expertia ſunt, nihilominus tamen inſtar lapidis patiuntur corruptionem. Quippe lapis corrũpitur, atque minuitur. Quocirca ab immodico vſu frigidæ lædi oſſa ipſa cõſtat, vtpote à quo calor illorũ natiuus, qui exiguus eſt, extinguitur. Quo extincto, & ipſa corrumpi neceſſe eſt. Eſt vero illis calida ſeu temperata aqua, vtpote quæ eorundẽ calori ſimilis eſt, vtilis & amica, quia illorũ calorem conſeruat, non diſsipat & extinguit, perinde atque frigida. Cæterũ dentium ſeparatim mentionem facit Hipp. nõ ſanè quod in oſsiũ numero nõ habeat: id enim putare abſurditate haud vacaret: ſed quod ab illis aliqua ratione differant. Nam quũ reliqua omnia oſſa ſenſu deſtituantur, dentibus tamen euidens ſentiendi vis, Gal. cap. 5. de oſsibus teſte ineſt. Præterea & neruis, cerebro, & dorſali medullæ, vtpote per exceſſum frigidis, & exiguum calorem natiuum obtinentibus, frigida aduerſatur. Dorſalem vero medullam frigidam eſſe, Gale. lib. 1. de Temp. cap. vlt. teſtatur. Idem etiã lib. 2. cap 4. eiuſdem cum cerebro generis eſſe ſcribit. Nec temere dixit Hipp. dorſalis: hac enim adiectione voluit excludere oſsium medullam, quæ à dorſali plurimũ variat. Proinde vt iam cõmemoratis omnibus partibus

Inſenſibilia patiuntur, etiamſi nõ dolent.

Dẽtiũ cur ſeparatim meminit.

frigida eſt inimica, ita calida vtilis, quod nimirũ exiguum earundem partium, vt comprehenſum eſt, calorem à corruptione & teredine conſeruet ac tueatur. Quare ἑφμὸν hic, vt in eo qui pręcedit Aphoriſmo aquam calidam temperatámve ſignificat.

APHORISMVS XIX.

Ὁκόσα κατέψυκται, ἐκ θερμαίνειν δεῖ, πλὴν ὁκόσα αἱμοῤῥαγέει, ἢ μέλλει.

Quæ refrigerata ſunt, ea excalfacere oportet, exceptis iis vnde ſanguis copioſe profluit, aut profluxurus eſt.

QVum in duobus qui hunc præcedunt Aphoriſmis Hippocra. quę mala & detrimenta immodicus frigidæ vſus procrearet, expoſuerit: nunc qua ratione illa ſananda ſint, docere instituit inquiens: Quæ refrigerata ſunt, ex immodico nimirum vſu frigidæ, ea oportet excalfacere, vt ſcilicet per contrarium ad ſuum ac natiuum temperamentum reducantur. His itaque verbis nobis vulgatiſsimum hoc medicorum axioma ſeu principium inculcat. Contraria contrariis curantur. Quod quidem in ſimplicibus pręter naturam affectibus perpetuo verum eſt. Vbi vero multiplex fuerit affectus, tum non ſemper eſt ex vſu, omnibus iis quæ præter naturam ſunt, mederi. Hinc rectiſsime lib. 11. The. met. cap. 12. ita ſcriptum reliquit Galen. Præceptum hoc, contrariorum contraria ſunt remedia, non erit aliquando verũ, aliquando falſum, imo id perpetuo verũ eſt, quãdo fieri poteſt, vt eorũ quæ præter naturam ſint, quicquam per aliam vllam remediorum ſpeciem curetur. Non tamẽ ex vſu eſt ſemper omnibus quæ præter naturam ſunt, mederi, ſed quum ſola per ſe ſubſiſtunt. Nam ſi cum aliis vnà incidant, aliis nonnunquàm ante illa eſt medendum. Primum enim curari debet id quod magis vrget, aut ſine quo aliud curari non poteſt. Magis autem vrget, quod maius periculum, ſi negligatur, allaturum eſt. Quod etiam confirmat idem Galen. qui lib. 3. The. meth. cap. 9. in eum ſcribit modum. Affectus, vnde primum maximéque imminet homini periculum, hic primus curari debebit. Et ſectio 1. Aphoriſm. Commenta. 16. vbi inquit. Vnuſquiſque morbus ſimplex ſimplici eget curatione. Si vero plures inuicem copulentur, tantum habebunt communem curationis indicationem, quantum copulabuntur,

Contraria contrariis curantur, quomodo intelligendum.

nobis

nobis ſcilicet ad id quod magis vrget feſtinantibus, non tamen alterius cura poſthabita. Hæc ille. Pari ratione hoc in loco facit Hippocrat. qui frigida intemperię neglecta, ad copioſi ſanguinis eruptionem ſe conuertit, eámque primo curat, vtpote à qua maius ægrotanti periculum quàm à frigida intemperie immineat. Neglectis itaque calefacientibus, frigidis potius & adſtringentibus initio vtendum eſſe ſuadet, vt quæ ſanguinis profluuium, à quo maius eſt periculũ, reprimant. Hinc eſt quod inquit. Quæ refrigerata ſunt, excalfacere oportet, exceptis iis vnde ſanguis copioſe profluit. id enim ſignificare verbũ αἱμοῤῥαγέειν, ſuprà in enarratione Aphor.25. ſectio.2.diximus. Variant autem hic Græca exemplaria, aliqua enim ſimpliciter habent αἱμοῤῥαγέειν μέλλει, profluxurus eſt. aliqua, vt nos legimus, qui copioſe profluit, aut profluxurus eſt: quæ quidem lectio melior exiſtit. quippe quadrat ſententię huius ſect.23. in qua ait Hippocra. In iis frigido vtendum, vnde profluit ſanguis, aut fluxurus eſt. In Commen. vbi interpres conuertit, maxime neceſſarium, Gręcè eſt, ἀναγκαιότερον, magis neceſſarium. & vbi reddidit bonam intemperiem, Græcè legitur, εἰς τὴν οἰκείαν δυσκρασίαν, ad ſibi cognatam temperiem.

Græcorũ codicum hoc loco varietas.

APHORISMVS XX.

Ἕλκεσι τὸ μὲν ψυχρὸν δακνῶδες, δέρμα περισκληρύνει, ὀδύνην ἀνεκπύητον ποιέει, μελαίνει, ῥίγεα πυρετώδεα ποιεῖ, σπασμοὺς καὶ τετάνους.

Vlceribus frigida mordax, cutem obdurat, dolorem inſuppurabilem facit, denigrat, rigores febriles, conuulſiones, & diſtentiones creat.

IN hac ſententia mala quædam ſuprà nondum commemorata, quæ frigidæ vſus affert; Hippocrat. recenſet. Neque enim ψυχρὸν hoc loco, vt in Aphoriſ. huius ſectio.17. aliud ſignificat, niſi aquam frigidam. Hæc itaque, ait Hippocra. vlceribus mordax eſt, non quidem erodendo id quod continuum eſt, ſed potius diuellendo, quemadmodum copioſiſſime lib.4. de Sympl. facult. capit.1. vbi hanc Hippocratis ſententiam explanans, Galenus monſtrat. Eandem etiam citat

Frigidum.

Mordax vlceribus frigidum quomodo

libro primo Simpl. cap.23. Cutem quoque frigida obdurat, ſubſtantiam eius denſans & conſtringens. Exemplo nobis erit lutum, cuius ſubſtantiam à frigore conſtringi videmus manifeſtiſsime. Dolorem facit inſuppurabilem: eo quòd natiuum calorem, qui ſuppurationis cauſa eſt, extinguat. Quo pacto autem ſuppuratio fiat, Galenus lib.5. Simp. cap.5. abunde docet. De puris etiam generatione diximus in expoſitione Aphoriſ.47. ſect.2. Quod vero denigrationes, rigores febriles, conuulſiones, ac diſtentiones efficiat aqua frigida, in enarratione Aphoriſm.17. huius ſection. eſt oſtenſum. In Comment. nihil eſt quod annotationem requirat, præter hoc quòd vbi interpres conuertit, denſior eſt quàm pro eius ſubſtantia cutis, Græcè legitur, πυκνότερον ἢ κατὰ τὴν οὐσίαν αὐτὸ τὸ διαμαχέειν, denſior eſt cutis quàm vt eius ſubſtantiam peruadere poſsit. Repetendum enim eſt verbum διεξέρχεσθαι, quod præcedit.

Cutem obdurat.

Dolorem inſuppurabilem.

APHORISMVS XXI.

Ἔστι δὲ ὅκου ἐπὶ τετάνου ἄνευ ἕλκεος νέῳ εὐσάρκῳ θέρεος μέσου, ψυχροῦ πολλοῦ κατάχυσις ἐπανάκλησιν θέρμης ποιέεται. θέρμη δὲ ταῦτα ῥύεται.

Nonnunquam in diſtentione ſine vlcere, iuuene mediocri corporis habitu prædito, æſtate media frigidæ aquæ copioſa perfuſio caloris reuocationem facit. Calor autem hæc ſanat.

IN præcedentibus aliquot Aphor. Hippo. mala & incōmoda quę frigidę vſus affert, commemorauit. nūc quę interdum eius vſum ſequūtur commoda, mōſtrat inquiens. Nonnunquam in diſtentione aquæ frigidæ copioſæ perfuſio reuocat calorem. Annectit autem multas conditiones, vt ſignificet hoc ipſum nō niſi rariſsime accedere. Inter has quidem prima eſt, vt diſtentio illa ſit citra vlcerationem, quod illa, etiam ſi reliquæ conditiones adſint, aqua frigida nunquam ſanetur, vt fuſius in Cōmentariis docet Galen. Altera, vt qui diſtentione laborat ſit iuuenis, & natura calidus. Quippe ſenex vbi fuerit, aquæ perfuſio calorem exiguū in ſene extinguet. Neque ſatis eſt, vt qui ita laborat ſit iuuenis, verūetiam requiritur vt ſit temperatus, moderatus, ſeu mediocri corporis

Diſtentionem quando & quomodo ſanet aqua frigida.

poris habitu præditus. id enim ſignificat hoc in loco εὔσαρκος, vt in explicatione Aphoriſmi ſeptimi ſection. quartæ diximus:& non bene carnoſum, vt conuertit interpres. Qua- excluduntur hac dictione & graciles,& obeſi. Graciles enim quod nullum habeant munimen, quod principes partes ab iniuria frigidæ tueatur, lædi neceſſe eſt. Obeſos vero quod exiguum calorem natiuum obtineant, qui facile à frigidæ perfuſione extingueretur, quemadmodum copioſiſsimè Galenus libro tertio de Temper. capi. vltim. vbi præſentem citat Aphoriſm. teſtatur. Muſa non rectè per εὔσαρκον intellexit eum in quo multa eſt caliditas. Quippe qui plus iuſto calidus eſt, hunc frigidæ perfuſio lędit, quod nimirum conſtricta & denſata eiuſdem cute, caloris exhalationem prohibeat, atque adeò illum mirum in modum augeat, vt ſubinde hoc nomine natiuum extinguat. Tertia conditio eſt, vt aquæ perfuſio in eo qui correptus eſt diſtentione, fiat æſtate media, ne ſcilicet alio tempore nudum corpus ab ambientis frigiditate offendatur. Quarta vt copioſæ frigidæ perfuſio fiat: quod exiguæ aquæ affuſio hoc ipſum quod Hippocrates molitur, præſtare non queat. His igitur conditionibus adiectis, aquæ frigidæ perfuſio calorem reuocat, idque non per ſe, ſed ex accidente: hoc eſt non primo ſtatim eius occurſu, vel protinus vt admota eſt, ſed tempore. Quippe per ſe cutem refrigerat, refrigeratione vero cutis denſitas & conſtrictio ſequitur. Concluſa itaq; ſumma corporis facie, repercuſſus refractúſque fit caloris eius qui à profundo aſcendit, quique ſimul propter difflatus inopiam eſt aceruatus. Simul propter frigidi circunſtantis violentiam in altum recedit. Simul ex humoribus qui in profundo ſunt, nutritur. Vbi collectus tandem nutritúſque calor ad ſumma corporis violentius ruit, fit eiuſdem repercuſſus ſeu reuocatio. Quid multa? frigidæ aquæ affuſio primum cutem perfrigerat: frigus vero cutis denſitas & reditus caloris ad profundum conſequuntur. Ruríus denſitatem, difflatus prohibitio: reditum vero caloris ad interiora concoctio, cōſummatióq; qui iſtic ſunt humorum ſequitur. Difflatus tandem prohibitionem, caloris collectio, quemadmodum copioſè Gal. lib. 3. de Temp. cap. vlti. docet. Quapropter per prǽſentem Hippo. Aphor. non euertitur hoc medicorum

εὔσαρκος

Interpretis lapſus.

Muſæ erratum.

Frigidum caloré ex accidenti reuocat.

principium, cõtraria contrariorum ſunt remedia: neq; enim per ſe frigida ſanat diſtentionem, ſed ex accidente, calor vero eſt qui per ſe illam curat. Quod vt diſertè ſignificaret Hippo. prædictis ſubiunxit: Calor autem hęc ſanat, ſoluitue. Quippe ῥύομαι verbum eſt medium, idémque quod λυτρόω libero, ſoluóque, vt in expoſitione Apho. 51. ſect. 4. eſt dictum, ſignificat. In Comm. vbi interpres conuertit, ſicuti in diſtentione, Græcè legitur ὡς ἐν τετάνῳ, quod in diſtenſione ſcilicet raro iuuet frigidum. Dein paſsim vbi conuertit interpres bene carnoſus, quum in Græco ſit εὔσαρκος, reddendum erit mediocri corporis habitu præditus.

APHORISMVS XXII.

Τὸ θερμὸν ἐκπυητικὸν, οὐκ ἐπὶ παντὶ ἕλκει, μέγιστον σημεῖον ἐς ἀσφαλείην, δέρμα μαλάσσει, ἰσχναίνει, ἀνώδυνον, ῥιγέων, σπασμῶν, τετάνων παρηγορικόν. τῶν δὲ ἐν κεφαλῇ, καρηβαρίην λύει. πλεῖστον δὲ διαφέρει ὀστέων κατήγμασι, μάλιστα δὲ τοῖσιν ἐψιλωμένοισι, τουτέων δὲ μάλιστα τοῖσιν ἐν κεφαλῇ ἕλκεα ἔχουσι, καὶ ὁκόσα ὑπὸ ψύξεως θνήσκει, ἢ ἑλκοῦται. καὶ ἕρπησιν ἐσθιομένοισιν, ἕδρῃ, αἰδοίῳ, ὑστέρῃ, κύστει. τουτέοισι τὸ θερμὸν φίλιον, καὶ κρῖνον. τὸ δὲ ψυχρὸν πολέμιον, καὶ κτεῖνον.

Calida vbi ſuppurationem facit, non tamen in omni vlcere, maximum ſecuritatis ſignum exiſtit, cutem emollit, extenuat, dolorem lenit, rigores, conuulſiones, & diſtentiones mitigat. Eorum autem quæ in capite ſunt malorum, grauitatem eiuſdem ſoluit. Plurimum vero oſſibus fractis confert, ſed præcipuè ijs quæ denudata ſunt. Preterea his maximè quibus in capite vlcera naſcuntur, & ijs quæ à frigore moriuntur, aut vlcerantur, & herpetibus exedentibus, ſedi, pudendo, vtero, veſica. His calida amica, & indicans: frigida vero inimica, & interimens.

IN hoc Aphoriſmo calidæ aquæ facultates aliquot recenſet Hippo. primúmque eas quæ raro, deinde vero eas quæ frequenter

frequenter apparent. Nam θερμὸν καὶ ψυχρὸν, hoc in loco, vt in prioribus aliquot aph. calidam & frigidam aquã ſignificant. Prima verò aquæ calidæ facultas, cuius meminit hîc Hipp. eſt, quod ſuppurationem mouet. Quam etiã facultatem illi tribuit Gal. lib. 4. The. meth. c. 5. dum inquit, Fomentũ multę calidæ aquæ, omnia deniq; quæ calefaciũt & humectant, celerrimè pus mouent. Et lib. 5. Simpli. c. 8. vbi ſic ſcriptum reliquit: Porrò omnium ad puris generationem aptiſsimũ eſt, ex iis quæ perfundũtur, aqua temperata. In quo loco ex profeſſo Gal. de medicamẽtis pus mouẽtibus agit, atq; adeò multa ad inſtitutũ noſtrum faciẽtia ibidem commemorat. Præterea Paul. Aegin. lib. 4. ca. 39. aquam tẽperatam ſuperfuſam ſuppurationem efficere teſtatur. Vt omnibus nũc palàm fiat, errare Braſauol. qui Hipp. hoc loco de omni calido loqui cõtendit. Et vbi aqua calida ſuppurationem efficit, maximũ eſt ſecuritatis ſignum. Nihil enim mali, vt inquit in Com. Gal. vlceri pus generanti aduenire poteſt. Significat itaq; puris à calida generatio, vlcera ipſa ad ſanitatẽ tendere. Quod Philotheus quoq; teſtatur dicens, μέγιστον καὶ ἀσφαλέστατον σημεῖον ἐστὶ τὸ πύον τὸ τοῖς ἕλκεσι ποιεῖν ὑγείαν μᾶλλον πιστοῦσθαι, maximũ & ſecuriſsimum ſignum exiſtit pus, quod vlceribus quæ finientur affert ſanitatem. Non tamen in omni vlcere: neque enim putridis vlceribus, & iis quæ fluxiones habent, vt in Com. ſuis fuſius explicat Gal. calida ſuppurationem mouet, ſed illis plurimũ incommodat. Altera facultas calidæ eſt, vt cutem emolliat. Eam verò facultatem ineſſe aquę calidæ, teſtatur etiam Gal. lib. 3. de Tuen. val. c. 3. vbi diſertè ſcribit, ꝙ partes duras tenſasq; emollire poſsit. Quod Paul. etiam lib. 1. cap. 51. manifeſtis verbis ſignificat. Non emollit autem alia ratione, niſi ꝙ calida & humida ſit. Calidis autẽ & humidis molliendi vim ineſſe, Gal. lib. 5. de ſimp. med. fac. c. 2. 3. 6. & 7. oſtendit. Extenuat etiam cutem craſſam & denſam, quemadmodum Gal. lib. 3. de Tuen. val. c. 8. monſtrat. Dolorem lenit perinde atq; omnia alia quæ primo ordine calefaciunt, aut temperata ſunt. Quod Gal. lib. iam citato cap. 18. iis confirmat verbis: Quæ reuera ſunt ἀνώδυνα, partiũ ſunt tenuium, & non multò calidiora quàm quę ſymmetra ſunt. Quare neceſſe eſt vt euacuent ac diſcutiant, tum rarefaciant, extenuent, concoquant, & æquabile reddant quicquid in partibus

Calidum ſuppurat.

Braſauoli error.

Calidũ cutẽ emollit.

Cutẽ extenuat. Dolorem lenit.

„ bus dolore vexatis, aut humorum acrium, aut lentorum, aut „ craſſorum, aut multorũ in meatibus impactorũ, aut etiã va- „ poroſi cuiuſdam aut craſsi, aut admodũ frigidi ſpiritus exi- „ tum commodum nõ inuenientis cohibitũ atq; incluſum eſt. Hæc ille. Quæ quidẽ eò à nobis ſunt producta, ꝙ eorum qui reuera ἀνώδυνα ſunt, & dolorem leniunt, naturam exprimãt. Rigores, conuulſiones, & diſtentiones mitigat: Quippe ſua caliditate diſcutit, extenuat, concoquit, & alterat. E generibus malorum capitis, eiuſdem grauitatẽ ſoluit. Cauſam in Comment. Galenus exponit. Plurimum verò fractis oſsibus confert. Hinc eſt quod medici omnes, Gal. lib. 3. κατ' ἰητρεῖον, Commen. 16. teſte, dum reſoluunt, fracturas calida aqua perfundunt ac fouent, præſens ex ea auxilium experti. Præcipuè verò conducit iis oſsibus fractis, quæ carne ſunt exuta. Quapropter quum calidum oſsibus eſſe amicum & iucundum è ſuperioribus etiam didicerimus, cauebunt ſibi plurimum à frigore quibus capitis oſſa denudata ſunt. præterea calida iuuat eos, quibus in capite vlcera ſunt. Rationem in Comment. refert Galenus. His etiam prodeſt quæ à frigore moriuntur, aut vlcerantur. Eiuſmodi verò vlcera Græcis χείμετλα, Latinis verò perniones vocantur. Partes autem à frigore nimio mori, teſtatur etiam Gale. cap. 4. libri de Morb. „ differ. ita ſcribens: Eius verò morbi qui calido opponitur, „ nempe frigidi affectus in extremis partibus adeò ſubinde „ manifeſtus eſt, vt ipſas emortuas decidere nonnũquam con- „ tigerit. At huiuſmodi affectus in vniuerſo quoque corpore „ accidit iis qui ſub vehemẽti frigore iter aggreſsi ſunt. Ho- „ rum enim alij in ipſo ſtatim itinere mortem obierunt. Alij „ priuſquàm domum reuerti potuiſſent diuerſorium nacti, ſemimortui gelidíque apparuerunt. Confert etiam calida herpetibus exedentibus, totam cutem exulcerantibus. Quippe frigidum vlceribus inimicum, quia mordax. Philotheus ex accidente conducere tradit, τῇ κενώσει ξανθῆς χολῆς, quia flauam bilem vacuat, adeóq; ſubinde refrigerat. Qua quidem ratione alias quoq; inflammationes refrigerat, vt copioſius lib. 3. de Temper. cap. vlt. Galenus demonſtrat. Quid multa? quæ vacuant, calentis materiæ ex accidente remedia fiunt, & inflammationes particularum leniunt. Frigida verò & adſtringentia per ſe quidem vlcera ſerpentia magis ſanant, vt

Calida fractis oſsib' confert.

χείμετλα.

Calida herpetibus cõfert.

teſtatur lib.4.cap.44.Paulus. Sedi denique, pudendo, vtero, veſicæ,quoniam partes neruoſæ & frigidæ ſunt, calida amica eſt,& vtilis,aut viuificans. Quippe κρίνεσθαι quum ſimpliciter & ſine adiectione effertur,ſignificat bene iudicari,vt in expoſitione aphoriſ.71.ſect.4.dictum eſt. κρῖνον verò aliquid eiuſmodi denotare,ex eius oppoſito quod ſtatim ſubiicitur ab Hippocrate,manifeſtum fit. Ait enim, frigida verò inimica & interimēs. Nam vt calida ſui calore temperato partium prædictarum calorem fouet,cōſeruat,& tuetur,adeóq; viuificat: ſic contrà frigida calorem earundem partium extinguens,eas perimit,& mortificat. κρίνεσθαι.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Maximum eſt vlceri ſignum.] Poſt verbum ſuppurare,colon reponendum, ac legendum, Maximum enim eſt vlceri ſignum.quippe Græcè eſt, μέγιστον γάρ ἐστι σημεῖον, &c. Quod iis etiam plurimū nocet.] Putridis autem vlceribus aquam calidam non conferre,hinc ſatis cōſtat, ꝙ omnia quæ putreſiunt,Gal.lib.4.The.meth.c.8.teſte,ex calido externo,& humido ſic afficiuntur.Quare iis magis conuenit quod ſiccum eſt.Quippe vlcera,quà vlcera ſunt,& idem lib.3.Ther.meth. cap.5.teſtatur Galenus,ſiccari potius & adſtringi, quàm humectari poſtulant. Præterea lib. 4.Thera.method.cap.5.ita ſcriptū reliquit,Siquidem vlceris,qua vlcus eſt, ſanatio mediocris ſiccitas eſt. Ex malis vlceribus.]Græcè, ἐκ τῶν κακοήθων ἑλκῶν, ex malignis vlceribus. Maligna verò vlcera, Gal.loco iam citato autore, ſunt, quæ omnibus rectè decentérque factis, tamen non ſanantur. Calor natiuus.] Sciendum verò hoc loco erit,calorem natiuum eſſe duplicem. Alter enim eſt,quem Gal.libro 5.de Simp.medic.facult. cap.8. nunc aëream,nunc ſanguineam ſubſtantiam, nunc verò ſpiritum vocat. Hic omnium naturalium functionum author eſt,& pro temporū, ætatum, & victus ratione modò auctior, modò mitior exiſtit. Alter calor natiuus Gal. virtutum ſubſtantia,aut primarium ipſarum inſtrumētum dicitur. Is verò nihil aliud eſt niſi quatuor elementorum,vel horum primarum qualitatum contemperamentum. Quum enim ſubſtantiæ elementorum miſcentur,& eorūdem qualitates miſceri neceſſe eſt.In hac quidem ſignificatione hîc vſurpatur, dum hunc naturam noſtram vocat Galen. Sic etiam lib.3.de

Putrefactiōis cauſæ.

Maligna vlcera.

Calor natiuus duplex

Natura.

Temp

Temper.cap.4.naturam nominat vniuerſam ſubſtantiam ac temperiem,quæ ex primis elementis conflatur. Quinetiam Comment.37.ſectione 4. ita ſcriptum reliquit Galenus: „ Natura quæ regit corpora noſtra, ſecundum Hipp. eſt calor na- „ turalis. Adhæreſcit.]Græcè eſt,ὁμιλῇ,adhibeatur. Serpentia comeſa quamuis,&c.]Græcè, καὶ τῶν ἑρπήτων τοῖς ἀναβιβρωσκομένοις,καὶ τοῖς ὑπὸ χολώδεος καὶ θερμοῦ χυμοῦ γιγνομένοις,& herpetas exedentes, & ea quæ ab humore bilioſo ac calido fiunt. Amicum.]Græcè,οἰκεῖον,familiare. Contrarium.]Grçcè eſt, ἐναντιώτατον, maximè contrarium.

APHORISMVS XXIII.

Ἐν τουτέοισι δεῖ τῷ ψυχρῷ χρέεσθαι, ὁκόθεν αἱμοῤῥαγέει, ἢ μέλλει, μὴ ἐπ' αὐτὰ, ἀλλὰ περὶ αὐτὰ, ὁκόθεν ἐπιῤῥεῖ, καὶ ὁκόσαι φλεγμοναὶ, ἢ ἐπιφλογίσματα ἐς τὸ ἐρυθρὸν, καὶ ὕφαιμον ῥέποντα νεαρῷ αἵματι ἐπὶ ταῦτα. ἐπεὶ τά γε παλαιὰ μελαίνει, καὶ ἐρυσίπελας τὸ μὴ ἑλκούμενον, ἐπεὶ τόγε ἑλκούμενον βλάπτει.

In ijs frigida vti oportet, vnde ſanguis copioſe profluit, aut fluxurus eſt: non tamen ſupra ipſas partes vnde profluit, ſed iuxta eas adhibita. Quinetiam vbi inflammationes, aut inflammina ad rubrum & ſubcruetum tendentia recenti ſanguine ſunt, ijs frigidum admouere conuenit: quippe veteribus nigrorem inducit. Eryſipelas quoque non vlceratum curat, vlceratum vero lædit.

DE commodis & incommodis, quæ aquæ frigidæ vſum ſequuntur, hoc loco agit Hippocrates. Neque enim ψυχρὸν in omnib. iis aphoriſmis, vt ſæpe iam monuimus, aliud ſignificat quàm frigidam. Quod non animaduertens Muſa, multis ſe temere difficultatibus inuoluit. Vtendum autem principiò frigida eſſe Hippocrates monſtrat, in iis vnde ſanguis copioſè profluit, aut paulò pòſt profluet. Hæc enim conſtringit, ſanguinémque craſsiorem, adeóque ad profluendum minus idoneum reddit. Ne autem in adhibenda frigida error committatur, ſubiungit, inquiens: Non tamen ſupra

Muſa notatur.

Mod' adhibédę frigidæ.

pra

pra ipſas partes, ſed iuxta ipſas adhibita frigida confert. Quibus verbis edocet, frigidam non iis partibus vnde ſanguis promanat, ſed iis potius vnde aliquid ad vlcera ipſa profluit, eſſe admouẽdam. Quippe frigida, vt ſuprà dixit, vlceribus mordax. Et hinc iterũ palàm fit, Hipp. non de omni frigido hoc in loco loqui, ſed de aqua duntaxat frigida. Nihil enim prohibet quin alia q̃ facultate ſunt frigida, iis partibus quæ ſanguine manãt admoueant. Quinetiam frigidã adhibere cõuenit phlegmonibus: atqui ſuo tẽpore, nimirum initio phlegmonũ, nec tamẽ tum etiã ſi plenũ fuerit corpus, niſi eo prius vacuato. Neq; etiam admouenda frigida initio erit, niſi hoc citra ęgrotãtis noxã facere liceat. Quũ em̃ influxũ reprimãt omnia frigida, & hac ratione corpora euacuẽt, partéſq; malè affectas roborẽt, vt Com. 25. huius ſect. & lib. 2. ad Glauc. teſtatur Gal. non debet adhiberi frigida vbi metus eſt, ne ad principes corporis partes noxios humores propellant. Aut inflãminibus: ſic enim vocamus quæ Hipp. ἐπιφλεγίσματα appellat. Intelligit autẽ ea quę veluti à flãma aliqua ſunt deuſta, vt in Com. author eſt Gal. Adeò vt non ſignificet aliud ἐπιφλέγισμα quàm φλόγωσιν, hoc eſt efferueſcẽtiã, aut dolorẽ calidũ, vel dolorificũ cũ feruore tumorẽ. Quæ quidẽ ad rubrum & cruentũ, ob ſanguinẽ qui recens eò confluxit, tendunt. Quibus verbis id ſignificat, frigidã non niſi recentibus inflãminib. quæ rubrũ & floridũ colorẽ præ ſe ferũt, cõferre. Subiungítq; rationẽ, dicẽs: Veteribus enim nigrorẽ inducit, ꝗ. ſ. à craſsiore fiãt ſanguine, quẽ ſubinde craſsiorẽ aqua frigida efficit, & in grumos cõuertit, quos nigredo comitatur. Eryſipelas deniq; nõ exulceratũ ſanat, id enim ἰατεῖ ſignificat. Quippe feruorem ſanguinis, & bilis acrimoniam, è quibus eryſipelas procreatur, extinguit. Vlceratũ verò lædit, ꝗ illi mordax appareat, vt iam ſæpe eſt dictũ. Porrò eryſipelas eſſe duplex, exquiſitũ & non exquiſitũ, docet Gal. lib. 2. ad Glauc. cap. 1. Exquiſitum verò iterum diuiditur, in vlceratũ & non vlceratum, vt idem Gal. lib. 14. The. meth. cap. 2. monſtrat.

Frigida quando phlegmonibus admouenda.

Inflãmina ἐπιφλεγίσματα.

Quibus phlegmonib. frigida cõferat.

ἰατεῖ.

Eryſipelas duplex.

APHORISMVS XXIIII.

Τὰ ψυχρὰ, οἷον χιὼν καὶ κρύσταλλος, τῷ στήθει πολέμια. βηχέων κινητικὰ, αἱμορραγικὰ, καὶ καταρροϊκά.

Frigida, veluti nix & glacies, pectori inimica ſunt, tuſſi

tuſſes mouent, ſanguinem copioſe promanare faciunt, & deſtillationes excitant.

HActenus de aqua calida & frigida diſſeruit Hipp. Nũc de iis quę admodũ frigida ſunt, vt eſt nix & glacies, verba facit, quæque mala hæc ipſa adferant monſtrat. Quod vero de valide frigidis hoc in loco loquatur Hippocrates, clarum fit ex eo quod ait, veluti nix & glacies. Hinc lib. 6. Epidem. part. 3. Aphoriſm. 10. vbi ad verbum hanc ſententiam repetit, pro iis verbis, qualis nix & glacies, dixit πάνυ ψυχρὸν, id eſt valde frigidum. Niuis autẽ & glaciei exemplo potiſſ. vti voluit, tanquàm iis quæ omnibus in conſpicuo & manifeſta eſſent. Valde itaque frigida pectori inimica, quòd ſcilicet totum oſſeum ſit. Oſſibus autem frigidam etiã aquam eſſe aduerſam, ſuprà dictum eſt, nempe aphoriſmo 18. huius ſectionis. Quare vt nix, glacies, aliáque eius generis valde frigida, ſint magis inimica neceſſe eſt. Tuſſes quoque mouent, ídque duplici ratione. Primò, per ſe, quòd nimirum ſimplici qualitate ſua inſtrumenta reſpirationi deſeruientia refrigerent, vt copioſè Galenus libro 2. de Sympt. cauſis, cap. 6. oſtendit. Secundò ex accidente, quia deſtillationes mouent, quas ſubinde ſequitur tuſsis. Quippe frigus inſtar manus, vt teſtatur Comment. 12. ſect. 3. aphoriſ. Galenus, apprehendens ac premens vti ſpongiam quandam cerebrum, atq; eam quæ in ipſo continetur humiditatẽ, exprimit. Præterea ſanguinem copioſe promanare faciũt frigida, quòd ſcilicet venas rumpãt. Hinc in Epid. ſimpliciter dixit, φλεβῶν ῥηκτικά. Frigus enim corpora venarum conſtringit & contrahit, frigiditatéque ſua duras, ac extendi contumaces reddit, adeóque tunicas earũdem rumpit, vt fuſius lib. 4. de Male affect. loc. cap. vlt. Gal. monſtrat. Quare autem deſtillationes moueant, iam expoſitum eſt.

Niuis & glaciei exemplo cur vſus Hipp.

Frigida cur tuſſes mouent.

Frigida ſanguinẽ manare faciunt.

APHORISMVS XXV.

Τὰ δὲ ἐν ἄρθροισιν οἰδήματα καὶ ἀλγήματα ἄτερ ἕλκους, καὶ ποδαγρικὰ, καὶ σπάσματα, τούτων τὰ πλεῖστα ψυχρὸν πολὺ καταχεόμενον ῥηΐζει τε καὶ ἰσχναίνει, καὶ ὀδύνην λύει. νάρκη δὲ μετρίη ὀδύνης λυτική.

Tumor

Tumores articulorum,& dolores ſine vlcere, podagricos quoq́; dolores,& conuulſiones,horum quidem plurima,frigida aqua large ſuperfuſa leuat,dolorémque minuit ac ſoluit.Stupor enim mediocris dolorem leuat.

IN hoc Aphoriſmo Hipp.aquæ frigidæ cõmoda,quæ in tumoribus & doloribus quibuſdã affert,recenſet. Per vocẽ enim οἰδήματα,quod ſæpe iã monuimus, Hipp.& alij veteres generatim omnes præter naturã tumores intellexerũt.Et ſignificat quidẽ illis οἴδημα idẽ quod ὄγκος,vt eius rei teſtis eſt Gal.li.1.Prog.Com.33.& multis aliis locis. Loquitur autem hoc loco Hipp.de calidis tantũ tumoribus & doloribus articulorũ,qui,vt ait Philoth.ὑπὸ χολῆς,ἢ χολώδους αἵματος, à flaua bile,aut bilioſo ſanguine fiunt.Horũ quippe humorũ feruorem extinguit,& morſum obtundit aqua frigida.Et de calidis tantũ hic eſſe ſermonẽ Hippocrati,liquet etiã abunde ex eo quod ait paulò pòſt,Plurima quidem horũ.His enim verbis diſerte ſignificare voluit,ſe tantũ intelligere eos qui ex calidis humoribus fiunt tum tumores tum dolores,vt ſunt phlegmones & inflãmina,de quibus.Aphoriſ.23.huius ſect. dictũ eſt.Quare Muſæ,& aliorũ quorũdam qui ad œdemata proprie dicta verba Hipp.detorquent,ſententiã probare nõ poſſum.Non tamẽ omnes tumores & dolores calidos iuuat aqua frigida,ſed eos qui ſunt abſque vlcere.Nam frigidum, vt dictũ eſt Aph.20.huius ſect.vlceribus mordax exiſtit. Pari quidẽ ratione doloribus podagricis confert aqua frigida, non quidẽ omnibus ſed iis duntaxat qui à flaua bile naſcuntur:id quod Philoth.etiã affirmat.Quare plurimum errant, miriſque modis ęgrotantibus obſunt medici quidã imperiti,& circunforanei, quibus imponere tantũ in deliciis eſt, quòd quibuſuis doloribus podagricis frigidę aquæ perfuſione,aliarúmque rerum ſtupefacientium admotione dolorem lenire ſtudent,arbitrantes ſufficere ſi hac ratione quàm celerrimè omnem dolorem abigant,non animaduertentes ſe intereà immedicabile propemodum malũ hac peruerſa curandi ratione adferre. Quippe in affecta parte,qui difficulter ſubinde ſanari poteſt per ſtupefacientia hęc medicamenta relinquunt affectum, pedéſque ad motum ineptos plane reddunt.Non ſunt igitur frigida & ſtupefacientia medicamenta imponenda,niſi doloribus qui ex calidis & tenuibus

Muſę ſententia improbatur.

Quib. doloribus podagricis aqua frigida conueniat.

Imperitorũ medicorũ & circũforaneorũ error.

humoribus procreantur. Quod ea ſcilicet, vt teſtatur lib.12. The metho.cap.vlt.Gal.humores tenues cogant, craſsioréſque efficiant ac vehementē calorem extinguant. Refouendę autē poſt ſtupefaciētiū vſum partes corporis ſunt per ea quæ calefaciunt. Quippe niſi idipſum fecerimus, imbecilles & intemperatas, atque adeò perpetuò fluori obnoxias reddemus, & vt in actionibus vt cōprehenſum eſt, facile offendantur efficiemus. Vbi vero à craſsis & glutinoſis humoribus orti dolores fuerint, alieniſsima ſunt quæ ſtuporem inducūt medicamenta. Porrò frigida cōuulſionibus etiā prodeſt, non quidē primò & per ſe ſed ſecundò, & ex accidente, vt fuſius ſuprà in explicatione Apho.21.huius ſect.diximus. Prædicta vero omnia poteſt aqua frigida, ſi largè ſuperfundatur: aliàs minime. Refocillat itaque, leuátue, & mitiores reddit tum dolores: id enim verbū ἰσχναίνειν hoc loco ſignificat. Referendum enim eſt ad dolorē, & nō ad humores, quod Braſauolus facit. Quippe fieri non poteſt vt frigida humores extenuet, quin illos potius incraſſat. Vel certè ad tumores, vt nimirum eoſdem minores efficiat, ídque vt Philoth.ait, τῷ λόγῳ τῷ ἀναστέλλειν τὴν ἐπιρροὴν, καὶ ταύτην κενοῦν, quòd influentes humores reprimat, ac eoſdem vacuet. Dolores etiam ſoluit, quia cauſas eorundē tollit, humores qui ſua copia tenſionē excitarunt reprimens. Eſtque eius rei alia cauſa, quā Hipp. ſubiūngit, inquiens: Stupor enim mediocris dolorē leuat. Quibus equidem verbis Hipp. diſertè cauſam cur aquæ frigidæ largior vſus dolorē ſoluat expreſsit, nempe quia mediocrem ſtuporē inducat. Non autē ab re dixit mediocrem: ita enim perfectā refrigerationē, quæ ſcilicet ſenſum & motū penitus aufert, excluſit. Mediocrem itaque, qui ſenſuū difficilem affert ſtuporē, ad dolorē leniendū ſufficere arbitratur Hipp. Ideóque ne nimium refrigerantibus ac ſtupefacientibus temerè vteremur, nos dehortari hac ratione voluit. Poſtrema hęc aphoriſmi pars citatur à Gal.li.2.de male affect.loc.ca.1.

Frigida cō uulſionib. quomodo prodeſt.

ἰσχναίνειν

Muſa notatur.

Frigida cur dolores ſoluit.

In Gal.Cōm.nihil eſt quòd noſtra explanatione egeat: niſi quod moneamus, interpretem non rectè cōuertiſſe, ſicuti ex illis quæ anteà tetigit nō eſt ad modū, &c. Græcè enim eſt, ὡς ἐξ ὧν πρὸ ὀλίγου ἐπεχείρησεν οὐ χαλεπὸν ἐξευρεῖν, quod ex iis quæ anteà dixit nō ſit difficile inuenire. Anteà ſcilicet aph.23. Itē vbi vertit, lōgius, in Græco eſt, ἐπὶ πλέον, largior, pleniórue.

Interpretis lapſus.

APHORISMVS XXVI.

Ὕδωρ τὸ ταχέως θερμαινόμενον, καὶ ταχέως ψυχόμενον, κουφότατον.

Aqua quæ cito caleſcit, & cito frigeſcit, leuiſſima.

IN præſenti Apho. indicia & notas optimæ aquæ Hipp. docet. Eã enim quæ eiuſmodi eſt, leuiſsimã nominat. Neq; enim leuiſsimã hoc loco vocat eam quę põdere talis eſt Gal. etiã in Cõ. teſte, ſed eã potius quę vẽtrẽ nõ grauat, & quę cito permeat. Quod docet idẽ quoque Gal. qui ca. 1. lib. de ptiſana in hunc modũ ſcriptũ reliquit, Hipp. aquã quę celeriter caleſcit, ruſúſque eueſtigio refrigeratur, leuiſsimã eſſe exiſtimat. Porro nõ põdere leuẽ diiudicat, verũ quæ ſit tenuiũ partiũ, nec grauatim cõtrariã admittat qualitatẽ. Et iterũ lib. 1. Simp. cap. 17. vbi ſic ſcribit, Aquã quæ celeriter incaleſcit & refrigeratur, Hipp. ſemper eſſe leuiſsimã retulit. Nã quanto tenuior fuerit, tanto pati prõptior eſt. Atqui quæ tenuior eſt minimũ habet limi terreſtris. Nota itaque aquæ bonæ eſt, ſi cito caleſcit igni admota, aut aëri calido expoſita. Et rurſus, ſi ab igne remota, aut frigido aëri expoſita, celeriter refrigeratur. Cætera in annotationibus in Gal. Com. exponemus. Leuiſsima aqua quæ.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Non põdere.] Quod etiã Plin. li. 31. ca. 3. vbi de aquarũ ſalubritate & cõmoditate agit, iis verbis docet: Quidam ſtatera iudicant de ſalubritate, fruſtrante diligentia, quãdo perrarũ eſt vt leuior ſit aliqua. Certior ſubtilitas, inter pares meliorem eſſe, quę calefiat refrigeretúrque celerius. Hæc ille. Nec tamẽ temere dixit, inter pares: quippe neceſſe eſt, ſi hęc Hip. ſententia veritati cõſona eſſe debeat, vt ſit in aquis quę inter ſe cõferuntur æqualitas maxime in quãtitate, & in iis etiam quæ agunt. His enim omnibus exiſtentibus paribus melior eſt quæ citius caleſcit, &c. Illud inuenit.] Græcè, διὰ περιόδου τινὸς ἐξευρήσεως, per circuitũ inueniret. Iudiciũ.] Græcè, κριτήριον Phauorinus interpretatur δοκιμαστήριον, διακριτήριον, explorationẽ, inquiſitionẽ. Ab omnibus nota.] Redundat ab. Gręcè enim eſt πᾶσι γινωσκομένων. Sed quænã ſunt alia?] Intelligit differentias quæ ſumuntur à ſubſtantia, guſtu, odore, & colore. Guſtu enim atque odoratu nullam exoticam referre qualitatẽ debet, ita vt neque ſalſa, acida, aut acris ſit, neque

κριτήκειον.

Aqua optima quæ.

grauiter olens,vel putris.Oportet prçterea pellucida ſit,pura,miniméque cœnoſa,ſed veluti exquiſite colata, fruſtillorùmq; innatantiũ expers.Talis itaq; aqua eſt tenuiũ partiũ, cõcoctu & diſtributu facilis, atque hypochondria celeriter trãſit.Nec ſolũ facilis eſt alteratu,appropinquãs calori naturali,ſed & igni externo admota breui calefit,vt copioſius ca.1.lib.de ptiſana Gal.docet.In li.etiã 1.de Tuend.ſanit.cap.9. aquã optimã omnis qualitatis expertẽ guſtu & olfactu eſſe tradit. De potantiũ affectu.] Si nimirũ hypochõdria celeriter trãſit,aut circa illa hæret.Tamẽ hanc experientiã reliquã ſigna præcedere debẽt. Si enim guſtu & odoratu nullã peregrinã & exoticã qualitatẽ præ ſe fert,pura quoq; & pellucida eſt,denique ſi hypochõdria celeriter tranſit,tum optimam hanc eſſe aquam certiſsimo dignoſcimus iudicio.

APHORISMVS XXVII.

Ὁκόσοισι δὲ πίνειν ὄρεξις νύκτωρ, τοῖσι πάνυ διψῶσιν ἢν ἐπικοιμηθῶσιν, ἀγαθόν.

Qui noctu bibere appetunt, iis admodum ſitientibus, ſi obdormierint, bonum.

Cur ſitis quę noctu fit, mentionē fecerit.

HOc in Aphor.docet Hip.quo pacto ſiti quæ noctu oritur ſit medendũ.Diſerte autem eius quæ noctu fit, mentionem facit:quòd ſcilicet interdiu,Hipp.li.2.Progn.Apho.10. teſte,dormire nõ liceat,tutúmque ſit tũ potu reſtinguere ſitim.Si itaq; noctu accidat,vt aliquis admodũ ſitiat,diligenter cõſiderandũ erit num illi dãdus ſit potus,nec ne.Id quod ſciemus,ſi ſitis eius cauſas cognouerimus. Sunt vero ſitis, Gal.li.1.Simp.30.autore,duę potiſsimũ cauſæ,nẽpe humoris proprij inopia,& caloris copia.Siti quidẽ, quæ ex humoris defectu,partiúmque adeò quæ iuxta vẽtriculũ ſunt ſiccitate oritur, ſomnus pulchre medetur. Quod ſcilicet per ſomnũ ingeſti paulò antè cibi cõcoquantur,iíſque cõcoctis ſanguis generetur,qui partes corporis nutrit & humectat.Sic etiam deprauatã ſitim,ob ſalſos aut bilioſos humores,aut cibos in ore vẽtriculi cõtentos ortã,cuius li.1.de ſympt.cauſ.ca.7.meminit Gal.ſomnus placat.Per hũc enim humores ac cibi prędicti ſitim excitãtes cõcoquũtur, & deſcẽdũt,ideóq; vt ſubinde ceſſet ſitis neceſſe eſt.Quod ſi vero ſitis ex caliditate partiũ quæ circa ventriculũ ſunt,nata fuerit,tũ illi vigiliæ magis,Paulo lib.2.ca.52.teſte,conferunt.Quippe per vigilias

Sitis cauſę

Somnus quã ſitim reſtinguit.

calor

calor ad externa corporis reuocatur. Sin ex calore vel aridita te totius corporis, vel vtriſq; ſimul orta ſitis fuerit, immenſa certe erit. Quare caliditas aqua reſtinguēda venit, ariditas autē & defectus vini oblatione amouenda. Porrò valde etiá ſitientiū hic tantū mētionem fecit Hipp. quod exiguā ſitim citra potū, aliáque remedia quiuis facile vincere poſsit.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Succurrere.] Adiiciendū, per ea quæ offeruntur. Græcè enim eſt τὴν ἔνδειαν ἰᾶσθαι προσφορᾷ. Sed conſiderandū nunquid, &c.] Senſus horum Gal. verborum is eſt: Si mediocris fuerit ſitis, conſiderandum erit, nunquid ea ex defectu humidi accidat, an ex nimia vini meracioris potatione. Si enim ex defectu humidi fit, tum quidem ei nō ſomnus, ſed potio medebitur. Sin à nimio vini meracioris potu nata eſt, tum hanc ſomnus reſtinguet. Quippe vinum hoc quod hauſtum eſt, ſomnus concoquet. Quare & hinc palam fit, Hippocratem hic non niſi de ſiti deprauata loqui, & minimè naturali. *Senſus.* *De deprauata ſiti Hipp. loquitur.*

APHORISMVS XXVIII.

Γυναικείων ἀγωγὸν ἡ ἐν ἀρώμασι πυρίη. πολλαχῆ δὲ καὶ εἰς ἄλλα χρησίμη ἂν ἦν, εἰ μὴ καρηβαρίας ἐνεποίει.

Mēſes ſuffitus ex odoramentis educit. Sæpe vero ad alia etiam vtilis eſſet, niſi capitis induceret grauitatē.

HActenus Hippoc. de aqua calida & frigida per aliquot Aph. diſſeruit, aliiſque nōnullis. Nūc de mulieribus tá grauidis, quàm vterum nō ferentibus ſermonē inſtituit, qui ad 63. vſq; aphoriſmū extrahitur. In præſenti autē ſententia, qua ratione mulierib. ſint euocáda mēſtrua docet. Neq; enim γυναικεῖα hoc loco aliud, vt in Com. teſtatur Gal. ſignificant, niſi ἔμμηνα καὶ λοχεῖα, hoc eſt purgationes quæ ex vtero ſtatis mēſibus, & à partu fiunt. Aliàs hac voce vſus eſt Hipp. generatim pro omnibus mulierū malis. Hinc liber eiuſdem περὶ τῶν γυναικείων inſcribitur, in quo non ſolum de menſtruis, verumetiā aliis mulierū malis diſſerit. Mēſtruas vero purga tiones ſuffitus (πυρίη enim hic idē quod θυμίαμα denotat) ex odoramentis euocat. Per odoramenta autē intelligas eā quæ Hippoc. & aliis Græcis ἀρώματα vocantur, quæ aliis nominibus μυρίσματα καὶ εὐωδιάσματα nominant. Quæ vero ſit vſitata noſtris temporibus vtendorū ſuffituum ratio, li. 2. de Comp. *γυναικεῖα* *πυρίη.* *Odoramēta.*

medica cap.28.monſtrauimus.Cęterum quum varię ſint ſuppreſſorũ menſtruorũ cauſæ, vt lib.3. de Sanand. corporis malis ca.53.diximus, non omnes horum cauſæ aromatũ ſeu odoramẽtorũ ſuffitu amoliũtur, ſed aliquæ duntaxat. Quæ vero hæ ſint Gal.abunde in Comm.exponit, vt non ſit opus illa repetere. Porro ſæpe & ad alia vtilis eſſet ſuffitus per odoramẽta factus, nimirũ ad omnia frigida & humida corporis, vteri pręſertim, mala, Gal.interprete, niſi capitis induceret grauitatem. Cauſam vero cur capitis efficiant grauitatem, Philothe. iis verbis exponit, οἱ γὰρ ἀτμοὶ τῆς πυρίας ὡς λεπτότεροι, φέρονται ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ πληροῦντες αὐτὴν καρηβαρίαν ἐργάζονται, quippe vapores ſuffitu, vtpote tenuiores, ad caput feruntur, ídque complentes grauitatem eiuſdem efficiunt.

ANNOTAT. IN GALENI COMM.

Dicit, vt liquet.] εἴρηκε δηλονότι, dixit videlicet. Extenuant.] Græcè eſt, λεπτύνουσιν extenuando autem humorum craſsitudinẽ, obſtructiones vero incidẽdo tollunt, ἐκφράττουσα. Vaſorum quæ ad veterũ pertingunt.] Intelligit ora & fines vaſorũ in veterũ penetrãtiũ, quę Græcis κοτυληδόνες, latinis acetabula nominantur, ꝙ ſcilicet eminẽtias, ad cõcauarũ in cyrrhis polyporũ partiũ ſimilitudinẽ innaſcẽtes conceptionis tẽpore habeãt. Per hęc ora ſanguinis ſuperuacuũ ex toto corpore in veterũ ſingulis mẽſibꝰ deriuatur. Quod ſi itaq; obſtruãtur, non mirũ ſi ſubinde mẽſiũ ſuppreſsio ſequatur. De iis vaſis plura Gal.lib.1.de Semine, & in libello de Vteri diſſect. & lib.14. & 15. de vſu par. Omnia.] Addendũ propemodũ, quia σχεδὸν particulã omiſit interpres. Capitis grauitatis.] Græcè eſt, κεφαλαλγικὰ, doloris capitis.

κοτυληδόνες.

APHORISMVS XXIX.

Τὰς κυούσας φαρμακεύειν, &c.

Vtero gerentes mulieres, &c.

HAec Hippo.ſentẽtia quæ de grauidarũ purgatione tractat, à nobis copioſiſsimè eſt expoſita ſupra li.4. in quo hæc ipſa primũ ſibi vẽdicat ordinẽ. Quare vberiore & noua explanatione non eget.

APHORISM. XXX.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ὑπό τινος τῶν ὀξέων νοσημάτων ληφθῆναι, θανάσιμον.

Mulieri grauidæ letale eſt ab aliquo morbo acuto corripi.

Mulierem

MVlierem ἐν γαστρὶ ἐχούσαν Hipp. vocat grauidã quod ex Cor.Celſo li.2.ca.5.ſatis liquet,qui pręſentẽ Hipp.ſententiam ità cõuertit:Mulier grauida acuto morbo facilè cõſumitur.Quum itaque ἐν γαστρὶ ἔχειν Græcis non ſit aliud niſi grauidam eſſe,& vterum ferre, non eſt opus hic illa diſtinctione qua grauidam ab ea quæ molam,aut flatum in vtero habet, ſecernimus.Quòd ſi,inquit, Hippo.mulieri grauidæ morbus acutus accidit, letale eſt, hoc eſt periculoſum: quòd mortẽ ſæpius afferat.Sic enim letale interpretat Gal.Cõmẽ. 2.huius ſect.Cauſam in Com.Gal.exponit, & nos in annotationibus noſtris eã fuſius indicabimus.Quid autem ſit acutus morbus,diximus in explicatione Apho.23.ſect.2.

(ἐν γαστρὶ ἐχούσα.)

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Non abſq; ratione.]ſcilicet letale eſt.Neceſſe eſt ipſum febrem habere continuam.) Dictum eſt enim in enarratione Aphor.7.ſect.1.febres quę acutos ſequuntur morbos, omnes eſſe continuas.Alterum vero quod ex longo.] Summa, morbus acutus exigit extremè tenuiſſ. victus rationem, hoc eſt omnimodam inediam,Galen.Commen.7.ſect.1.Aphor.teſte. Quod ſi vero ex tam longo interuallo cibum damus, abortus eſt periculum, fœtu ipſo alimenti defectu pereunte. Sin vt fœtum ſeruemus cibum ſæpius dare non verebimur, febrem morbúmq; augentes matrem necabimus.Ita vt rectiſſimè ab Hipp.dictum ſit, letale eſſe ab acuto morbo corripi grauidam, præſertim vbi vires eiuſdem inualidæ fuerint. Quippe tum neceſſe erit vel fœtam alimento,vel fœtum inedia confici.Neque temerè adiecimus, præſertim vbi vires inualidæ fuerint. Sunt enim ſucculentę quædam,& largiore anteà vſę victu, quæ in breuiore morbo quàm minimum tenuiore victu læduntur,neq; prima profectò ratione neq; fœtus.Proinde nihil mirum eſt,illas ex acuto morbo euadere. Sed quærat hic quiſpiã,ſi in iis quibus vires imbecilles ſunt, ex tenui victu abortus eſt periculum, ex pleniore vero morbus augetur, adeóq; matri imminet mortis diſcrimen,quid igitur in hac difficultate faciendũ,præſtárne matrem potius quàm fœtum ſeruare? Reſpondeo, optandum quidem eſſe,vt hanc rationem victus inuenire liceat qua vtriſq; conſulatur. Verum quũ idipſum conſequi haud datur, melius eſt vt matrem ſeruemus,ꝙ illa pereunte, neceſſe ſit ſimul etiã fœtum

(Extremè tenuiſſ. victus.)

In victu grauidarũ acuto morbo laborãtiũ duæ indicatiões.

perire. Quapropter quum in victu grauidarũ duæ nobis indicationes occurrant, vna quæ ab ipſo fœtu ſumitur, altera quę à morbo: ei potius indicationi quę à morbo ſumitur acuto inſeruiendum erit. Præſtat enim tenuiore victu ſeruare fœtã, vtcũq; inde fœtui periculũ immineat, quàm pleniore & matrẽ & fœtũ interimere. Hęc copioſius dixi, ꝙ in explicatione aphor. 1. ſect. 4. receperim me, qualis grauidarum acuto morbo laborantium debeat eſſe victus ratio, hoc in loco monſtraturum.

APHORISMVS XXXI.

Γυνὴ ἐν γαςρὶ ἔχουσα φλεβοτομηθεῖσα ἐκτιτρώσκει, καὶ μᾶλλον, εἰ μεῖζον εἴη τὸ ἔμβρυον.

Mulier grauida ſanguine miſſo abortit, idque magis accidit ſi fœtus auctior ſit.

An grauidis ſit mittendus ſanguis.

GRauidę mulieri nõ eſſe mittẽdũ ſanguinẽ, quod ſcilicet tũ abortiãt, Hipp. hoc in Aphoriſmo nulla prorſus adhibita diſtinctione præcipit. De quo ſanè non parũ mirabitur quiſpiam, præſertim quum quotidiana experiẽtia diuerſum appareat, nempe multas eſſe grauidas quę ſanguinis miſſionẽ citra omnẽ noxam tolerent. Accedit ꝙ multas etiã fuiſſe cõpertũ ſit, quę quũ pleuritide, peripneumonia, angina, & id genus aliis morbis acutis correptæ eſſent, non modo abortũ perpeſſas non eſſe, ſed euidentiſsimam vtilitatẽ ex ſecta vena ſenſiſſe, idq; nõ ſolum in primis mẽſibus, quo tẽpore tum Hipp. tũ ratio ipſa minus etiã periculi fore teſtantur, ſed ſexto & ſeptimo quoq; menſibus, cũ fœt⁹ iã grãdior exiſteret. Proinde quũ nonnulli ex hac difficultate ſeſe explicare ſatis non potuerint, maluerũt potius impudẽter Hipp. cuius autoritatẽ labefactari religio eſt, mẽdacij arguere, quã ingenuè inſcitiã ſuã fateri, aut paulò diligentius ei⁹ rei cauſam rimari. Parũ certe memores, quod Gal. noſter li. 4. de Tuẽda ſanit. ca. 5. monet, veterũ ſcripta diligẽter eſſe inſpiciẽda, & vt idẽ li. 2. de Symp. cauſis ca. 8. ait, amicè magis & cãdidè interpretari ac diſtinguere quàm hoſtiliter inſectari & redarguere. Diligenter itaq; cogitãdũ erit, quo pacto hęc Hipp. ſententia rectè intelligenda veniat. Muſa certe iis verbis Hipp. grauidis non ſimpliciter prohibere venæ ſectionẽ vbi opus ſit, ſed eũ potius monere voluiſſe cõtendit, ne in iis quæ vterũ ferũt temerè venã ſecemus, propter periculũ abort⁹ quod ſanguinis

Veterũ dicta cãdidè interpretanda.

Muſæ ſententia improbatur.

nis miſsionē comitatur. Verū non video quomodo idipſum quod affirmat,cōtentioſis & proteruis Hipp. cōuiciatoribus perſuadere poſsit,quū palàm omnibus ſit,Hippocratē ſimpliciter ne grauidis ſanguinē mittamus ꝓhibere.Quapropter vt alia ratione Hippo.hoc loco à calūnia quorundā tueamur neceſſe eſt.Nō poſſumus aūt alia niſi hac ipſa,quod dicamus Hipp.in hoc Aph.ad integras effatúq; dignas, & quæ ſuo tēpore vſitatæ fuerūt,reſpexiſſe venæ ſectiones.Quippe cōſtat antiquos medicos tantū ſanguinis per venæ ſectiones detraxiſſe,vt illas adeò parcas & exiguas ſanguinis miſsiones qb⁹ hodie vtimur, ne ſcarificationis nomine dignitati fuiſſent, queadmodū ex multis locis Gal.vbi de mēſura extrahēdi ſanguinē agit,certò ſciri poteſt.In ca.enim 14.libri de Curandi ratione per ſang.miſsionē, inter cætera ſic ſcribit, Memini quibuſdam ad ſex vſq; libras ſanguinem detractum fuiſſe, ita vt febris protinus extingueretur,nec vlla virium ſequeretur afflictio.In ca.12.eiuſdem libri, & lib.9.The.meth.ca.4.in acutis & continentibus febribus ſanguinem vſq; ad animi defectionē mittendū eſſe tradit.Præterea Gal.in li.de Venæ ſectione aduerſus Eraſiſtratæos ſcribit, quoſdā fuiſſe qui miſsionis ſanguinis conſtitutam quandam menſuram tradiderint,eámq; moderatā duabus cotylis Atticis circūſcripſerint.Quāquā non rectè illic interpres conuertit duabus heminis quū Gręcè ſit δύο κοτύλας ἀττικὰς.Differre autē heminā à cotyle, quæ duplex eſt, Attica & Italica, diximus alibi.In prǽſentia ſatis eſt ſcire,cotylen Atticā pendere vncias ponderales 7.cū dimidia,vt duæ cotylæ Atticæ nō ſint niſi vncię pōderales quindecim.Ex quib⁹ omnib⁹ palàm fit,noſtras venæ ſections præ iis quibus veteres vſi ſunt exiguas admodū eſſe, ita vt vix,quemadmodum paulò antè dictum eſt,ſcarificationes appellari mereantur.Quapropter quum antiquis medicis,vt hoc loco Hippocrati, de venæ ſectione ſermo eſt, tradūntq; corpora quædam eam admittere,quædam vero minime, eiuſmodi ſanguinis miſsionē intelligunt quę notatu digna ſit, & quam nimirum ſanguinis miſsionem iure dicas. Minime igitur mirum eſt Hippocratem ne grauidis ſanguinem mitteremus, ſimpliciter prohibuiſſe, vt quem ad eas quæ ſuo tempore vſitatæ fuerunt, vt comprehenſum eſt ſanguinis detractiones reſpexiſſe conſtat. Per has enim fœtui

Veteres medici parcas hodierni tēporis ſanguinis miſsiones ne ſcarificationis quidē nomine dignati fuiſſent.

Interpretis lapſus.

Cotyle attica.

Cur Hippocrates grauidis ſanguinē eſſe mittēdum prohibuerit.

haud dubie alimentum ſubtraheretur, adeóq; ex illius ſubinde defectu periret. Idq; magis accideret, vbi fœtus auctior eſſet. Quanto enim is maior eſt tãto plus alimenti indiget. Quòd ſi vero ad eas reſpexerimus venę ſectiones, quæ hodie conſuetæ ſunt, non eſt dubium, quin citra omne periculum iis etiam in grauidis vti liceat, modo virtus, ætas, corporis habitus, victus ratio quæ præceſsit, cœlíq; ſtatus hoc ipſum permittant. In morbis certè acutis, angina videlicet, pleuritide, atque ſimilibus eam etiam qua veteres vſi ſunt, vſurpare licebit ſanguinis, ſi neceſsitas exigat, reliquáque iam dicta conſentiant, miſsionem. Nam quum vtrinque tum immineat periculum, à morbo nimirum matri, à venæ ſectione fœtui, certe indicationi quæ à morbo eſt, magis inſeruire oportet. Quippe præſtat per venæ ſectionem à morte vindicare matrem, quàm ea neglecta, & matrem & fœtum perire.

APHORISMVS XXXII.

Γυναικὶ αἷμα ἐμεύσῃ τῶν καταμηνίων ῥαγέντων, λύσις.

Mulieri ſanguinem euomenti, ſi menſtrua eruperint, mali ſolutio fit.

Vomitus ſanguinis curatio.

HOc in apho. qua ratione vomitus ſanguinis qui ex ſuppreſsis menſib⁹ naſcitur, ſit ſanandus, Hip. docet, nempe per auerſionem ad contraria loca. Quippe ſi medicus ſanguinem qui ad ſuperiora tendit, ad inferna retraxerit, & per vterum vacuauerit, ſolutio vomitus illius fit, vt in Comment. etiam ſuis Gale. docet. Quid autem ſit reuulſio, Galen. libro 5. Ther. metho. capit. 3. exponit. Quo pacto vero ſit ſanguis ad inferiora retrahendus, Galen. in Commenta. docet, nempe per miſsionem ſanguinis, non quidem ex quacunque vena, ſed ea quæ eſt in cruribus, poplitis dicta, aut malleolorum, quemadmodum teſtantur ea quæ in capite 11. libri de Curandi rat. per ſanguinis miſsionem ſcribit inquiens. Ple-
„ nitudines à ſuppreſsis menſibus ortas, omnino per crura va-
„ cuabis. Sectæ enim in cubito venæ mulierum reuellere pur-
„ gationem aſſolent. Et in capite 18. eiuſdẽ libri ita ſcriptum
„ reliquit. Vteri inflammationes magis etiam quàm renũ ve-
„ nis in cruribus ſectis iuuantur. Nã quę ex cubito fiunt vacua
„ tiones, aliud etiã habent adiunctũ malũ, nempe ꝙ purgatio-
„ nes mẽſtruas cõprimãt, ſanguinémq; ad ſuperiores corporis

partes

partes retrahunt. Quæ verò fiunt ex cruribus, tantum abeſt »
vt retrahant, vt etiam menſes promoueant. At vbi id facere »
volueris, tẽpus conſueti mulieri circuitus tribus quatuórve »
diebus anteuertas: aut vena inciſa, aut ſcarificatis malleolis »
vnius cruris pauculum vacuato: deinde poſtero die ſimiliter »
facito in altero crure. Hæc ille. E quibus ſanè verbis omni- »
bus clarum fit, in ſuppreſsis menſibus, non eam quæ in cubito, ſed potius cruribus eſt venam, poplitis nimirum, aut malleolorum, ſecandam eſſe.

APHORISMVS XXXIII.

Γυναικὶ τῶν καταμηνίων ἐκλειπόντων αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῆναι, ἀγαθόν.

Mulieri, deficientibus menſtruis, ſi ſanguis è naribus profluxerit, bonum.

HAc ſententia Hippo. iterum nobis naturæ opus ob oculos ponit, non quidem alia ratione quàm vt illam in iis quæ bene gerit imitemur. Vt enim hæc ipſa menſiũ ſuppreſſionem ob affectũ aliquem præter naturam factam ſanat per ſanguinis è naribus profluuiũ: ita etiam medico curandum erit, vt ea quæ præter naturam retinẽtur in corpore, per conuenientia loca vacuet. Quare ſi accidit, vt præter naturam menſtrua ſupprimantur, dabit operam medicus, vt ſanguis ille redundans per aliã partem, naturę imitatione educatur. Non autem temere dictum eſt, Pręter naturã ſupprimantur: quippe ſi naturaliter retinentur, vt quum grauidæ ſunt, aut ætatis ratione, aut vbi ſteriles fuerint, aut ſaltatrices, aliiſq; laboribus deditę, tũ nihil eſt ex ſuppreſsis mẽſibus periculi, ita non anxiè vt de remediis eſſe ſolicitos oportet. Quòd aũt mulieribus quibus menſtrua præter naturã detinentur, ſanguis è naribus commodè profluat, vt hoc loco aſſerit Hipp. promptum eſt cuiuis colligere. iſta enim ratione retractio ad ſuperiora, ſimul etiã vacuatio ſanguinis præter naturam retenti fit. Quare verò ſolius ſanguinis è naribus profluuij meminerit Hipp. quum multa alia ſint loca, per quæ vacuatio fieri poſsit, in Comment. Galenus exponit.

Medicus naturę imitator.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Mulierẽ lędere.] Ob retenta enim menſtrua, perinde atq; ob cohibitũ ſemen, mulieres vteri malis, præſertim præfocationibus

cationibus eiuſdem,moleſtantur,quemadmodũ copioſè lib. 6.de Malè af.loc.Gal.oſtendit. Alteram quæ fit per ſedem.] Quæ tamen nõ eſt reuulſio,ſed potius deriuatio, vt teſtatur Gal.qui lib.5.The.meth.c.3.ſcribit, id quod per ſedem profluit,ad vuluã deriuari. Igitur vicisſim quod per vuluã profluit,aut in ea continetur,ad ſedem,tanquam ad locum vicinum deriuatur.Conuenire autem iis, quibus ſupprimuntur menſes medicamẽtum, quod per ſedem vacuat,potiſsimum verò hieram picram,Gal.in libello de Curandi rat.per ſang. miſs.cap.18.confirmat. Dixerit.] Adiiciendum, quiſpiam, quòd ſit omiſſa quæ in Græcis eſt particula τις.

APHORISMVS XXXIIII.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, ἢν ἡ κοιλίη πολλὰ ῥυῇ, κίνδυνος ἐκτιτρῶσαι.

Mulieri grauidæ, ſi aluus nimium profluat,periculum eſt ne abortiat.

PRæſentem Hipp.aphor.Celſus lib. 2.c.6.ita reddere voluit:Mulieri grauidæ ſine modo fuſa aluus,partũ elidit. Neceſſe itaq; eſt, ſi alui profluuiũ abortus cauſa eſſe debeat, vt nimiũ ſit.exiguũ enim profluuiũ idipſum efficere nõ valet.Cur aũt aluus ſine modo fuſa abortus cauſa ſit, nulla alia ratione accidit,quàm ꝙ tum cibus ad iecur aliáſq; corporis partes nõ diſtribuatur. Fœtui itaq; perinde atq; per venę ſectionem,alimẽtum ſubtrahitur.Huc accedit, ꝙ propter crebras ad ſellam ſurrectiones facultates viréſve corporis mirificè exoluantur, vt minimè mirũ ſit grauidas diutius ferre fœtum non poſſe.Cæterũ mirari ſatis non poſſum cur Braſauolus hoc loco alui profluuiũ alimentũ nõ demere dixerit, quum tamẽ eius rei ratio omnibus ſit manifeſtiſsima.Qualecunq; enim alui fuerit profluuiũ,nimium,neceſſe eſt vt vires labefactet,corpúſq; extenuet, adeóq; alimentum demat.

Cur aluus ſine modo fuſa abortus cauſa ſit.

Muſæ ſententia impugnatur.

APHORISMVS XXXV.

Γυναικὶ ὑπὸ ὑστερικῶν ἐνοχλουμένῃ, ἢ δυστοκούσῃ, πταρμὸς ἐπιγενόμενος, ἀγαθόν.

Mulieri quæ ab vteri ſtrangulationibus infeſtatur, aut quæ difficulter partum edit, ſternutamentum ſuperueniens, bonum.

Stern

STernutamentum ſponte mulieribus quæ vteri præfocatione laborant, aut difficulter pariunt, adueniens, bonum eſſe, hoc in aph. Hipp. docet. Quippe vox ὑστερικὰ Hippocrati vteri tantùm præfocationes ſignificat, vt Gal. in Comm. ſuis abundè oſtendit. Et multò copioſius in lib. 6. de Malè affect. loc. cap. 5. Quinetiam Philotheus hoc ipſum palàm teſtatur iis verbis, ὑστερικὰ λέγει πάθη τὴν ὑστερικὴν πνῖγα, ἐφ' ᾗ καὶ σχεδὸν ἀναίσθητον καὶ ἀκίνητον κεῖται τὸ σῶμα. Aliis tamen medicis recentioribus non ſimpliciter ὑστερικὰ, ſed cum aliqua adiectione, nempe πνὶξ ὑστερικὴ, vel ἄπνοια ὑστερικὴ vocatur. Latinis vteri ſtrangulatio, ſuffocatio, & præfocatio dicitur. Non rectè igitur interpretes hanc vocem ὑστερικὰ, vterina ſunt interpretati, ꝙ non de omnibus vteri affectibus, ſed de eius tantùm ſtrangulationibus, vt comprehenſum eſt, loquitur Hippoc. Quòd ſi itaque mulieri quæ ſtrangulationibus vteri laborat, aut difficulter partum edit (ſic enim conuertit Celſus lib. 2. ca. 7.) ſternutamẽtum ſponte aduenerit, bonum eſt, tanquam ſignum & cauſa, quemadmodum in Commentariis ſuis Galenus monſtrat.

ὑστερικά. | Interpretũ lapſus.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Quæ non eſt verè ſtrangulatio.] Nam etſi in hoc malo, vt lib. 6. de Malè affe. loc. cap. 5. teſtatur Gale. vniuerſum corpus refrigeratur, adeóq; nulla prodit ab ore ſpiratio, tamen ea quæ in arteriis fit, quam διαπνοὴν Græci vocant, nequaquam intercipitur. Quare quum ea quæ per os fit, adeò in iis exigua eſt ſpiratio, vt ſenſum omnino effugiat, meritò ἄπνοια ὑστερικὴ Græcis nominatur. Quum autem relinquatur ea quę in arteriis fit, verè ſtrangulatio dici non poteſt. Quod verò iam dictis mulieribus accidit, idem etiam animãtibus quibuſdam, quæ hyberno tempore in latibulis incluſa velut mortua iacent, euenit. Nam etſi nulla in ipſis apparet ſpirationis nota, tamen quum exiguus quidam calor in iis derelictus ſit, qui arteriarum cordíſq; officio ſufficiat, haud ſuffocantur. Sed defectus anhelitus.] Græcè eſt, ἀλλ' ἄπνοιαν, ſed ablatio ſpirationis, diuerſo planè ſenſu. Quippe ἄπνοια non tantùm defectum, ſed ablationem ſpirationis ſignificat. Alij locos.] ἔνιοι δ' ὠδὶ τῶν χορίων, alij verò ſecundas intelligunt. χόριον enim eſt fœtus inuolucrum, quod Latinis ſecunda dicitur. De quo plura Galenus libro 1. de Semine. & 15. de

ἄπνοια ὑστερική. | χόριον.

Vſu

Vſu par.corp.habet. Quare interpres non rectè conuertit lo-
Loci. cos. Quippe loci Latini interdum vterum, vuluámve deno-
tant. Quod teſtatur Plin. qui lib.11.c.37. ita ſcriptũ reliquit:
" Fœminis eadem omnia, prætérquàm veſicæ iunctus vtricu-
" lus, vnde dictus vterus: quod alio nomine locos appellát, hoc
in reliquis animalibus vuluam. Et Columella lib. 6.cap.27.
" inquiens: Quòd ſi admiſſarius iners in venerem eſt, odore
" perfricatur, deterſis ſpongia locis, & admota equi naribus.
Cornelius quoque Celſus vterum locos appellat. Alius enim
aphoriſmus.] Scilicet 45. huius ſect. Quia naturam, &c.]
Græcè eſt, διότι τὴν φύσιν πρότερον νενεκρωμένην ἐπεγείρεσθαί
τε καὶ ἀναζωπυρεῖσθαι, καὶ τῶν οἰκείων κινήσεων ἀναμιμνήσκεσθαι ἐκκρίνουσάν
γε καὶ ἀπωθοῦσαν τινὰ τῶν περιττωμάτων. Quare rectius ſic con-
uertes: qui naturam quæ prius erat emortua, ſignificat ex-
citari, ac reuiuiſcere, & propriarum meminiſſe motio-
num dum aliqua ſuperuacua eiicit atque propulſat. De cau-
A Muſæ iniuria Leonice- nus vindicatur. ſis ſymptomatum.] Scilicet lib. 2.cap.10. Sternutationem
fieri hoc modo.] Non rectè hoc in loco Braſauolus Leoni-
ceni conuerſionem conuellit, quum rectiſsimè Galeni ver-
ba reddiderit, quæ ſunt eiuſmodi, ἐλέχθη γὰρ ἐν τοῖς τῶν συμ-
πτωμάτων αἰτίοις ὁ πταρμὸς οὕτω γίνεσθαι. Quorum verborum
is eſt legitimus ſenſus: In libris quos de ſymptomatum cau-
ſis inſcripſerit, oſtenſum eſſe hoc modo, ſcilicet quòd natu-
ra ſeipſam excitet ad motum illum ſternutationis, vt excu-
tiát ſuperuacua. Sternutamentum enim hac ratione fieri ma
nifeſte docet Gal. loco paulò antè citato, vbi de tuſsi, ſternu-
" tamentis, & ſingultu agens ita ſcriptum reliquit: Porrò in
" omnibus quæ dicta, vnum commune habetur, nempe expul-
" tricem facultatem ſeipſam ad vehementiſsimos motus ex-
" citare, quo excutiat ea quæ infeſtant. Atque feruore.] Græ-
cè eſt, καὶ βρασμῷ, atque caſſatione. Singultum ſonare ſolet.]
Singultus ſanatur p ſternuta- menta. Singultum autem ſanari per ſternutamenta, in primis teſta-
tur Hippocrates ſectione ſexta, aphoriſmo 13. dicens: A ſin-
gultu correptum ſternutamentum ſuccedens liberat. Sin-
gultum vero non quemuis, ſed eum qui fit à plenitudine ſa-
nat, vt ibidem etiam in Comment. ſuis Gal. docet. Singultus
quoq; remedium eſſe ſternutamentum, Gal. lib. 2. de Sympt.
cau. c. 10. teſtatur. Quare commodè hîc legitur λύγγα, id eſt
ſingultum. Sunt tamen exemplaria quæ habent πνίγα, hoc
eſt

eſt præfocationem vteri.Prior aũt lectio eſt melior, ꝙ Gale. anteà cauſam quare ſternutamentũ vteri ſtrangulationes ſanet,expoſuerit: quam quidem cauſam ſingultus exẽplo, qui eadem planè ratione à ſternutamento curatur,confirmat.

APHORISMVS XXXVI.

Γυναικὶ τὰ καταμήνια ἄχροα, καὶ μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ αἰεὶ γινόμενα, καθάρσιος δεῖσθαι σημαίνει.

Mulieri menſes decolores,nec eodem tempore ſemper promanantes,purgatione opus eſſe ſignificant.

HOc in aphoriſ. quomodo his mulieribus quibus menſes decolores, nec eodem ſemper tempore profluunt, ſit medendum monſtrat.Decolores autem bifariam menſes fieri contingit. Primum vbi naturalem colorem non præ ſe feruntːid quod accidit,quãdo ſanguinis colori, qui ruber ac floridus eſt,haud reſpondent.Secundò,vbi varios colores referunt.In quem modum ἄχροα Philoth. interpretatur, dum idem quod πολύχροα ſignificare tradit.Prior autem interpretatio melior exiſtit.Sunt tamen quædã exemplaria quæ pro ἄχροα legunt χρόνια,id eſt,tardi.De qua re in Comm.ſuis Gal. abundè diſſerit. Cæterùm non eodem ſemper tempore promanant menſes,Galeno in Comm.autore,quando non iis tẽporibus quibus anteà conſueuerunt, nunc etiam profluunt. Quam quidem interpretationem Philoth.quoque ſequitur, qui hæc verba Hipp.non eodem tempore ſemper factos, ita exponit, τουτέστι μὴ κατὰ τὰς συνήθεις καὶ ὡρισμένας καιρὰς, ἐφ' οἷς εἰώθει κενοῦσθαι ἡ γυνὴ, ἀλλ' ἢ ὀψιαίτερον κενωθῇ, ἢ πρωϊαίτερον, hoc eſt, non conſueto & ſtato tempore, quo mulier vacuari conſueuit,ſed aũt tardius,aut citius. Si itaq; decolores menſes ſint, nec eodem tẽpore promanarint, purgatione humorum decolores menſes facientium opus eſſe ſignificant.Non tamen ſola purgatione vitioſorum humorum eiuſmodi mulieres ſanantur,ſed & aliis remediis, quæ in Commentariis commemorat Galenus,&nos libro 3.de Sanandis malis corporis humani cap.53.recenſuimus.

Decolores menſes.

ἄχροα.

Mẽſes nõ eodẽ tempore promanãtes.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Sanabimus.Sæpius autem ſcriptũ à nobis, &c.]Locũ hunc non rectè conuertit interpres.Græcè enim eſt, καὶ γὰρ δὴ διὰ τῆς μεταλλώσεως διαίτης τὰς τοιαύτας διαθέσεις πολλάκις ἰασάμεθα.

Interpretis error.

γίγνα

γίγνεται δὲ περὶ τῆς λιπότητος ταύτης ἐν ἰδίᾳ βίβλῳ, ἅμα δὲ αὐτῇ καὶ ἡ τῶν ἀρωμάτων θυμίασις, nam & per extenuantē victum huiuſmodi affectus ſępe ſanauimus. Scriptus autē eſt de hoc victu vnus ſeorſim liber. Simul autē cum hoc victu etiam odoramentorū ſuffitus, &c. Quo nos aſsiduè vtimur.] Quod teſtantur eá quæ cap. 12. libri de Curandi rat. per ſang. miſsionem ſcribit inquiens, Pauculo ſanguine detracto protinus melicratū exhibeo probe coctum cū incidētiū medicaminum quopiam, velut hyſſopo, origano, & interim etiam calamintha. Et ca. 18. eiuſdem libri. Sed mulieribus menſes abunde prouocant & calamintha & pulegium. Exhibebis ea in melicrato cocta, ſed antea contuſa, arida, cribróque ſubtilli diſcreta, ac rurſus trita, vſque dum pollinem tenuitatę referat, ita denique melicrato inſperge.

APHORISMVS XXXVII.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ἐξαίφνης οἱ μαζοὶ ἰσχνοὶ γίνωνται, ἐκτιτρώσκει.

Si mulieri grauidæ mammæ repente extenuantur, abortit.

MVlieri grauidæ ſi repente mammæ tenues fiunt, abortum portēdere hac in ſentētia Hipp. affirmat. Repente autem Hippocrati, vt teſtis eſt Gal. Comm. 78. ſect. 4. aph. idem ſignificat quod nullo præcedente ſymptomate. Philotheus hanc dictionem idem quod ſine cauſa manifeſta denotare ſcribit, inquiens, ἐξαίφνης, τουτέστι ἄνευ φανερᾶς αἰτίας. Cur verò mammæ ſine præcedente aliquo ſymptomate extenuatæ abortum futurum portendant, Galenus libro 14. de Vſu part. iis verbis docet: Contrariis, inquit, affectibus neceſſe eſt comprehēdi mammillas. Repleri quidem lacte ante tempus in fœtus imbecillitate, graciles autem cōſequenter in vteri penuria fieri. Ita enim & Hippocrates dicebat, Mulieri in vtero habenti ſi mammæ graciles fiant, abortit. Fœtum ſiquidem tunc validum eſſe oportet exiſtimare, alimentum vero haud habere copioſum: & propter hoc primum quidem ex communibus ad vterum venis attrahere ſanguinem, & in hoc mammillas graciles fieri, paulò pôſt autem abortiri, omnifariam ei deficiente alimento. Porro quæ ſint venæ communes, in Annotat. in Galen. Comment. ſtatim

ſtatim dicemus. Hæc ſententia citatur etiam à Galeno libro 5. de male affect. locis cap. 5.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Communes enim quædã venæ.] Intelligit venas per quas vtero cũ mammis eſt cõmunio, quæ oriũtur ex vaſis ad crura tendentibus, ſurſúmque per rectos abdominis muſculos aſcendũt, coeúntque cũ extremis venarũ quæ per thoracẽ ad hypochondria deſcendũt. De quibus Gal. in lib. de Venarum diſſe. & 7. & 14. libris de Vſu part. agit. Inedia.] Græcè eſt, ἀτροφίᾳ, alimenti defectu. A matre.] Græcè, ἀπὸ μήτρας, ab vtero. Non adhuc.] Græcè, οὐκέτι, non amplius. Initium partus matri affert.] Hæc verba penitus expungenda veniunt, & in fine horum Commentariorum reponenda. Cur autem in contextum irrepſerint, hæc eſt cauſa: In Græco Aldino codice aliqua deſiderantur, quæ inter dictiones has ὑμένας & ῥηγνύον inſerenda ſunt. Deſiderari vero aliquid, ῥηγνύον participium quod cum præcedenti verbo ἀσκαρίζει non conuenire poteſt, palam euincit. Quare locus ille ex Hippocrate citatus ſic emendandus erit, ἀσκαρίζει, καὶ τοὺς ὑμένας ῥήγνυσι. δῆλον οὖν καὶ πρόσθεν τῶν δέκα μηνῶν, ὅταν τὸ παιδίον ἐνδεῶς ἔχει τροφῆς, καὶ ἀσκαρίζον, καὶ τοὺς ὑμένας ῥηγνύον, ἀρχὴν ἀποκυήσιος παρέχει τῇ μητρί, calcitrat, & mẽbrana diſrumpit. Liquet igitur quòd etiam ante decem menſes, vbi fœtus indiget alimento, & calcitrans & membranas rumpens initium partus vuluæ affert.

Venæ vtero & mãmis communes.

Græcus codex emendatus.

APHORISMVS XXXVIII.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ὁ ἕτερος μαστὸς ἰσχνὸς γένηται, δίδυμα ἐχούσῃ, θάτερον ἐκτιτρώσκει. καὶ ἢν μὲν ὁ δεξιὸς ἰσχνὸς γένηται, τὸ ἄρσεν· ἢν δὲ ὁ ἀριστερὸς, τὸ θῆλυ.

Mulieri grauidæ geminos ferenti, ſi altera mamma extenuatur, alterum abortit. Et ſi quidem dextra extenuatur, marem: ſin ſiniſtra, fœminam.

HOc in Aphoriſmo Hipp. monſtrat, quo pacto liceat deprehendere, num grauida geminos ferens, marem aut fœminã per abortũ ſit amiſſuro, nẽpe ex mammarũ extenuatione. Si enim altera mammarum gracilis fit, alterũ abortit eũ ſcilicet qui in ea vteri parte continetur, quæ mãma exte-

nuatæ è directo reſpōdet. Quod ipſemet manifeſte iis verbis innuit, Si quidē dextra extenuatur mamma, marem: ſin ſiniſtra, fœminā, idq; diſerte accidere dixit mulieri geminos ferenti. Nam ſi vnū tantum fœtū in vtero eſſe cōtingit, nō neceſſario ex vnius tantū mammæ extenuatione abortus ſequeretur, niſi etiā alteram ſimul extenuari accideret. Cæterū quæ hic tradit Hipp. copioſius Gal. lib. 6. de male affect. loc. cap. 6. explicat, in eū ſcribens modū, Si mulieri grauidæ mammæ ſubito extenuantur, abortus ſequitur. Atque geminos ferens, ſi altera mamma extenuetur alterum amittit, & omnino ſi dextra māma extenuata eſt, marē: ſi ſiniſtra, fœminam amittit. Quippe fœtus qui mares ſunt, parte vteri dextra cōtinentur: qui fœminæ, magis ſiniſtra. Atq; raro aliter euenire compertum eſt, adeo vt in animalibus quoque quæ ſuapte natura geminos ferre ſolent, itidem accidere videamus, vt in capris, ouibus, atque aliis quadrupedibus nō paucis videre eſt. Et rurſus lib. 14. de Vſu part. ita ſcribens, Sicut duæ vuluæ ſunt factæ mulieribus in vnā ceruicē finiētes, ita & duæ māmæ, vtriuſque vuluæ vna, illi inſeruiēs veluti miniſter quidam bonus. Vnde Hipp. dicebat, Mulieri geminos vtero gerēti, ſi mammarū altera erit gracilis, geminúmque fœtum gerat, ipſa alterū abortiet: & ſi dextra quidē gracileſcat, maſculum: ſin vero ſiniſtra, fœminā. Hippocratis enim dictū eſt illi conſonū, Fœtuum mares quidem in dextris, fœminæ autem in ſiniſtris ſunt magis. Porro pari ratione accidit, vt vtriſq; māmis extenuatis vtrūq; fœtū abortiat. Quod Philotheus etiam iis verbis ſignificare voluit, εἰ ἀμφότεροι οἱ μαζοὶ ἰσχνοὶ γίνωνται, ἀμφότερα ἐκτιτρώσκει τῷ λόγῳ τῆς ἐνδείας τῆς τροφῆς. λιμαγχονούμενα γὰρ τὰ ἔμβρυα σκαρίζει καὶ σπαράττει τὰ ἀρτήματα, καὶ οὕτως ἡ γυνὴ ἐκτιτρώσκει, ſi ambæ mammæ extenuentur, vtrunque fœtum propter inopiam alimenti abortit, quippe fœtus fame ac inedia excruciati calcitrant, & appendices lacerant: atque hac ratione mulier abortit.

APHORISMVS XXXIX.

Ἢν γυνὴ μὴ κύουσα, μηδὲ τετοκυῖα γάλα ἔχῃ, ταύτῃ τὰ καταμήνια ἐκλέλοιπε.

Si mulier non prægnans, neq; puerpera, lac habeat, huic menſtrua defecerunt.

Hoc

HOc in Apho.Hippo.monſtrat,poſſe fieri vt mulier quæ neque ſit grauida,neq; peperit,lac habeat,ob menſtrua ſcilicet ſuppreſſa.Quippe retentis menſibus cõmunes mammarũ & vteri venæ,hoc eſt venæ quæ inter mammas & vterum ſunt,implentur:ſanguíſque qui per vterũ ſingulis menſibus vacuari deberet,ad mammas transmittitur,ac ſubinde per adenas qui illic ſunt in lac tranſmutatur, vt fuſius in Com.Gal.docet.Lactis itaque in mãmis generatio,vbi mulier neque grauida eſt,neque puerpera,certiſsimum eſt ſuppreſſorum menſiũ indicium.Verũ quia nõ raro nullo etiam in mãmis apparente lacte menſtrua retinentur,præſtat aliis etiam idipſum notis cognoſcere,quas recenſet Gal.lib.6.de Male affect.loc.cap.5.vbi præſentem quoque Aph.citat Porro hæc Hipp.ſententia iis etiam qui cũ imperio ſunt notiſsima eſſe debet,ne ſcilicet de innocentibus puellis,quæ nonnunquã cædis infantium propter lactis in mammis generationem falſo accuſantur,temere ſupplicium ſumant. Lactis generatio in mammis ſuppreſſorum menſiũ ſignum quando. Exhortatio magiſtratus.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Exquiſitè aſſequi,&c.] Vertendũ potius,Qui eam aſſequi debeat exquiſitè exercitatum eſſe,&c.Græcè enim eſt,ἀκριβῶς γεγυμνασμένον. Aliquos vtiles.]Duorum hic humorũ vtilium ab aliis partibus procreatorum meminit Gal.Vnius,qui ad propagationẽ generis vtilis eſt,ſeménque nominatur.Alterius,qui ad conceptus fœtúſue nutritionẽ cõfert,ac ſanguis mẽſtruus appellatur. Veluti ſuperfluitatẽ alimenti.]Sic ſemen quidẽ vtile eſt excrementũ vltimi alimenti ſanguinei, vt li.1.de Genere animantiũ ca.18.& ſequẽti Ariſtoteles docet.Neq; enim ſemen,vt atteſtatur li.2.de Semine Gal.aliud exiſtit,quàm ſanguis à venis quæ ipſum continent exquiſitè cõfectus:vtile ad generisquidẽ propagationẽ:excrementum vero,quod à corpore ſit excernendũ. Retentum enim multa mala affert,vt li.6.de Male affect.loc.cap.5.Gal.oſtẽdit. Pari ratione ſanguis etiã menſtruus excrementum dicitur Ariſtoteli loco iam citato,vt eſt ſanè,quod ſcilicet hunc ipſum, quãdo mulier nõ eſt grauida,vterus vt alienũ atque ſuperuacuũ excernat.Vtilis vero eſt in grauidis, vt ex eo fœtus alatur.Quare nõ eſt abſurdũ,vnũ & idẽ excrementi & alimẽti, ad diuerſa tamẽ collatum,habere rationẽ.Quod Gal.diſerte in fine libri primi de ſemine iis verbis confirmat:Demon- Semen. Sanguis mẽſtruus. Semẽ qd. Sãguis mẽſtruus excrementũ. Vnũ & idẽ excremẽti & alimẽti rationem obtinet.

„ ſtratum eſt, inquit, vnamquamque partem ad ſe alimentum „ ſibi accommodatum attrahere. Deinde vbi ex eo quicquid „ ſibi neceſſarium eſt, percepit, reliquũ excernere: quod quum ipſi ſit excrementum, alteri ſubſequenti alimentũ efficitur. Sic ſane melancholicus humor eſt iecori excrementũ, lieni vero, Gal. lib. 4. de Vſu part. autore, alimentũ. Arbitrantur.] Græcè eſt, ἀξιοῦμεν, arbitramur. Quod ipſe ait.] Hipp. ſcilicet in libello περὶ τροφῆς, de Alimento. Et citatur eadẽ ſententia, & explicatur à Galeno lib. 1. de Natur. facult. Et lib. 3. de Temp. cap. 3. In oſsibus, &c.] Hinc eſt quòd Gal. li. 3. de nat. facult. ita ſcriptũ reliquerit: Qualis carnibus ſanguis, talis oſsibus eſt medulla, in iis ſcilicet quæ parua ſunt, ſinúſq; expertia, cauernulis eorum inſperſa. In magnis vero, & quibus ſinus ſunt, vtique in ipſis collecta. In vocatis aſsidentibus.] Græcè eſt, καὶ παραστάτας ὀνομαζόμενον σπέρμα, & in aſsidentibus vocatum ſemen. Intelligit autem adſtites, ſeu aſsiſtentes, qui Græcis κιρσοειδεῖς, hoc eſt, variciformes dicuntur. De quibus plura lib. 1. de Semine Galen. & 14. de Vſu part. Sunt autem & quidam adenes.] De lactis generatione copioſe diſſerit Galenus lib. 6. de Vſu. part. Alterandi.] Græcè eſt, ὁμοιοῦν, ſibi aſsimilandi.

Oſsiũ nutrimẽtum medulla.

Adſtites variciformes.

APHORISMVS XL.

Γυναιξὶν ὁκόσῃσιν ἐς τοὺς τιτθοὺς αἷμα συστρέφεται, μανίην σημαίνει.

Mulieribus quibus in mammis ſanguis coaceruatur, furorem indicat.

SAnguinem copioſum, qui in mammis propter reſtrictos menſes coaceruatur, neque in lac conuertitur, furorẽ ſignificare hoc in loco tradit Hipp. Vſus eſt autem Hipp. verbo ſibi familiari & conſueto συστρέφεται, quod recte Leonicenus, colligitur, eſt interpretatus. Quippe συστρέφεσθαι, Gal. li. 4. Vict. acut. Com. 19. autore, λέγεται ἐν τῷ μορίῳ, ὅταν τινὲς χυμοὶ μοχθηροὶ συῤῥέωσί τε καὶ ἀθροίζονται κατά τι μόριον. Dicitur itaque hoc verbum de prauis humoribus, qui ad aliquam corporis partem cõfluunt, in eáque ſubinde coaceruantur. Quare hoc etiam loco Hipp. non loquitur de bono ſanguine, ſed prauo potius, qui ſcilicet in lac conuerti propter ſuam prauitatem haud poteſt. Id enim vt diſerte ſignificaret, verbo vſus eſt

συστρέφεσθαι.

συῤῥίπτεται. Quod ſi itaque prauus ſanguis coaceruatur in mammis, furorem ſignificat. Cum enim hunc eſſe bilioſiſsimum ac feruentiſsimum cõſtet, fit vt in lac tranſmutari non poſsit. Delabitur itaque deinceps per vniuerſum corpus, capútque potiſsimum petit, vt minime mirum ſit eas mulieres quibus hoc accidit in furorem agi. Nam quẽadmodum etiam Aetius lib. 6. cap. 8. atteſtatur, ſanguine bilioſo ad caput delato fit mania, ſeu furor. Eſt autem hoc ipſum ex cenſu eorum quæ raro eueniunt, vt in Comm. etiam ſuis Galenus meminit.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Et liquet quod frigida.] Græcè eſt, καὶ δηλονότι ψυχρὰ, adeóque frigida. Sanguis feruens.] Græcè eſt, αἷμα καὶ ζέον αἷμα, ſanguis ſimul etiã feruens. Propter habitum talem.] Græce, διά τε τὴν ζέσιν, tum propter feruorem. Sic autem eſſe legendum, facile ex præcedentibus colligitur. Paulò enim antè dixit, plurimus aliquãdo ſanguis & ſimul feruens: Sunt tamẽ codices qui legunt δῆξιν, quæ etſi lectio à veritate non abhorret, prior tamen, vtpote quæ eſt genuina, huic eſt præferenda. Eam enim antiquus etiam interpres ſecutus eſt, qui conuertit præ magnitudine caloris.

APHORISMVS XLI.

Γυναῖκα ἢν θέλῃς εἰδέναι εἰ κύει, ἐπὴν μέλλῃ καθεύδειν ἄδειπνος ἐοῦσα, μελίκρατον διδόναι πιεῖν. καὶ ἢν μὲν στρόφος αὐτὴν ἔχῃ περὶ τὴν γαστέρα, κύει. ἢν δὲ μὴ, οὐ κύει.

Si noſſe velis num mulier conceperit, quum dormitura eſt à cœna ei aquam mulſam bibendam dabis. & ſi cruciatus circa ventrem hanc corripuerit, concepit: ſin minus, non concepit.

NE temere medicus grauidis aliquod medicamentum, quod abortum efficere poſsit, exhiberet, Hipp. hoc loco experimentum quoddam proferre voluit, quo idipſum paulò certius explorare liceat, dicens: Si noſſe velis an mulier grauida ſit, vt ſcilicet tutò ei medicamenta purgãtia, & id genus alia exhibere queas, cũ dormitura eſt, vt nimirũ à

In victu grauidarũ acuto morbo laborãtiũ duæ indicatiões. perire. Quapropter quum in victu grauidarũ duæ nobis indicationes occurrant, vna quæ ab ipſo fœtu ſumitur, altera quę à morbo: ei potius indicationi quę à morbo ſumitur acu to inſeruiendum erit. Præſtat enim tenuiore victu ſeruare fœtã, vtcũq; inde fœtui periculũ immineat, quàm pleniore & matrẽ & fœtũ interimere. Hęc copioſius dixi, ꝙ in explicatione aphor. 1. ſect. 4. receperim me, qualis grauidarum acuto morbo laborantium debeat eſſe victus ratio, hoc in loco monſtraturum.

APHORISMVS XXXI.

Γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα φλεβοτομηθεῖσα ἐκτιτρώσκει, καὶ μᾶλλον, εἰ μεῖζον εἴη τὸ ἔμβρυον.

Mulier grauida ſanguine miſſo abortit, idque magis accidit ſi fœtus auctior ſit.

An grauidis ſit mittendus ſanguis. GRauidę mulieri nõ eſſe mittẽdũ ſanguinẽ, quod ſcilicet tũ abortiãt, Hipp. hoc in Aphoriſmo nulla prorſus adhibita diſtinctione præcipit. De quo ſanè non parũ mirabitur quiſpiam, præſertim quum quotidiana experiẽtia diuerſum appareat, nempe multas eſſe grauidas quę ſanguinis miſſionẽ citra omnẽ noxam tolerent. Accedit ꝙ multas etiã fuiſſe cõpertũ ſit, quę quũ pleuritide, peripneumonia, angina, & id genus aliis morbis acutis correptæ eſſent, non modo abortũ perpeſſas non eſſe, ſed euidentiſsimam vtilitatẽ ex ſecta vena ſenſiſſe, idq; nõ ſolum in primis mẽſibus, quo tẽpore tum Hipp. tũ ratio ipſa minus etiã periculi fore teſtantur, ſed ſexto & ſeptimo quoq; menſibus, cũ fœtꝰ iã grãdior exiſteret. Proinde quũ nonnulli ex hac difficultate ſeſe explicare ſatis non potuerint, maluerũt potius impudẽter Hipp. cuius auto Veterũ dicta cãdidè interpretanda. ritatẽ labefactari religio eſt, mẽdacij arguere, quã ingenuè inſcitiã ſuã fateri, aut paulò diligentius eiꝰ rei cauſam rimari. Parũ certe memores, quod Gal. noſter li. 4. de Tuẽda ſanit. ca. 5. monet, veterũ ſcripta diligẽter eſſe inſpiciẽda, & vt idẽ li. 2. de Symp. cauſis ca. 8. ait, amicè magis & cãdidè interpretari ac diſtinguere quàm hoſtiliter inſectari & redarguere. Diligenter itaq; cogitãdũ erit, quo pacto hęc Hipp. ſententia Muſæ ſententia improbatur. rectè intelligenda veniat. Muſa certe iis verbis Hipp. grauidis non ſimpliciter prohibere venæ ſectionẽ vbi opus ſit, ſed eũ potius monere voluiſſe cõtendit, ne in iis quæ vterũ ferũt temerè venã ſecemus, propter periculũ abortꝰ quod ſanguinis

nis miſsionē comitatur. Verū non video quomodo idipſum quod affirmat, cōtentioſis & proteruis Hipp. cōuiciatoribus perſuadere poſsit, quū palàm omnibus ſit, Hippocratē ſimpliciter ne grauidis ſanguinē mittamus ꝓhibere. Quapropter vt alia ratione Hippo. hoc loco à calūnia quorundā tueamur neceſſe eſt. Nō poſſumus aūt alia niſi hac ipſa, quod dicamus Hipp. in hoc Aph. ad integras effatúq; dignas, & quæ ſuo tēpore vſitatæ fuerūt, reſpexiſſe venæ ſectiones. Quippe cōſtat antiquos medicos tantū ſanguinis per venæ ſectiones detraxiſſe, vt illas adeò parcas & exiguas ſanguinis miſsiones qb⁹ hodie vtimur, ne ſcarificationis nomine dignitati fuiſſent, queēadmodū ex multis locis Gal. vbi de mēſura extrahēdi ſanguinē agit, certò ſciri poteſt. In ca. enim 14. libri de Curandi ratione per ſang. miſsionē, inter cætera ſic ſcribit, Memini quibuſdam ad ſex vſq; libras ſanguinem detractum fuiſſe, ita vt febris protinus extingueretur, nec vlla virium ſequeretur afflictio. In ca. 12, eiuſdem libri, & lib. 9. The. meth. ca. 4. in acutis & continentibus febribus ſanguinem vſq; ad animi defectionē mittendū eſſe tradit. Præterea Gal. in li. de Venæ ſectione aduerſus Eraſiſtratæos ſcribit, quoſdā fuiſſe qui miſsionis ſanguinis conſtitutam quandam menſuram tradiderint, eámq; moderatā duabus cotylis Atticis circūſcripſerint. Quāquā non rectè illic interpres conuertit duabus heminis quū Græcè ſit δύο κοτύλας ἀττικάς. Differre autē heminā à cotyle, quæ duplex eſt, Attica & Italica, diximus alibi. In præſentia ſatis eſt ſcire, cotylen Atticā pendere vncias ponderales 7. cū dimidia, vt duæ cotylæ Atticæ nō ſint niſi vnciç pōderales quindecim. Ex quib⁹ omnib⁹ palàm ſit, noſtras venæ ſections præ iis quibus veteres vſi ſunt exiguas admodū eſſe, ita vt vix, quemadmodum paulò antè dictum eſt, ſcarificationes appellari mereantur. Quapropter quum antiquis medicis, vt hoc loco Hippocrati, de venæ ſectione ſermo eſt, tradúntq; corpora quædam eam admittere, quædam vero minime, eiuſmodi ſanguinis miſsionē intelligunt quç notatu digna ſit, & quam nimirum ſanguinis miſsionem iure dicas. Minime igitur mirum eſt Hippocratem ne grauidis ſanguinem mitteremus, ſimpliciter prohibuiſſe, vt quem ad eas quæ ſuo tempore vſitatæ fuerunt, vt comprehenſum eſt ſanguinis detractiones reſpexiſſe conſtat. Per has enim fœtui

Veteres medici parcas hodierni tēporis ſanguinis miſsiones ne ſcarificationis quidē nomine dignati fuiſſent.

Interpretis lapſus.

Cotyle attica.

Cur Hippocrates grauidis ſanguinē eſſe mittēdum prohibuerit.

haud dubie alimentum ſubtraheretur, adeóq; ex illius ſubinde defectu periret. Idq; magis accideret, vbi fœtus auctior eſſet. Quanto enim is maior eſt tãto plus alimenti indiget. Quòd ſi vero ad eas reſpexerimus venę ſectiones, quæ hodie conſuetæ ſunt, non eſt dubium, quin citra omne periculum iis etiam in grauidis vti liceat, modo virtus, ætas, corporis habitus, victus ratio quæ præceſsit, cœliq; ſtatus hoc ipſum permittant. In morbis certè acutis, angina videlicet, pleuritide, atque ſimilibus eam etiam qua veteres vſi ſunt, vſurpare licebit ſanguinis, ſi neceſsitas exigat, reliquáque iam dicta conſentiant, miſsionem. Nam quum vtrinque tum immineat periculum, à morbo nimirum matri, à venæ ſectione fœtui, certe indicationi quæ à morbo eſt, magis inſeruire oportet. Quippe præſtat per venæ ſectionem à morte vindicare matrem, quàm ea neglecta, & matrem & fœtum perire.

APHORISMVS XXXII.

Γυναικὶ αἷμα ἐμεούσῃ τῶν καταμηνίων ῥαγέντων, λύσις.

Mulieri ſanguinem uomenti, ſi menſtrua erumperint, mali ſolutio fit.

Vomitus ſanguinis curatio.

HOc in apho. qua ratione vomitus ſanguinis qui ex ſuppreſsis menſib⁹ naſcitur, ſit ſanandus, Hip. docet, nempe per auerſionem ad contraria loca. Quippe ſi medicus ſanguinem qui ad ſuperiora tendit, ad inferna retraxerit, & per vterum vacuauerit, ſolutio vomitus illius fit, vt in Commẽt. etiam ſuis Gale. docet. Quid autem ſit reuulſio, Galen. libro 5. Ther. metho. capit. 3. exponit. Quo pacto vero ſit ſanguis ad inferiora retrahendus, Galen. in Commenta. docet, nempe per miſsionem ſanguinis, non quidem ex quacunque vena, ſed ea quæ eſt in cruribus, poplitis dicta, aut malleolorum, quemadmodum teſtantur ea quæ in capite 11. libri de Curandi rat. per ſanguinis miſsionem ſcribit inquiens. Ple„ nitudines à ſuppreſsis menſibus ortas, omnino per crura va„ cuabis. Sectæ enim in cubito venæ mulierum reuellere pur„ gationem aſſolent. Et in capite 18. eiuſdẽ libri ita ſcriptum „ reliquit. Vteri inflammationes magis etiam quàm renũ ve„ nis in cruribus ſectis iuuantur. Nã quę ex cubito fiunt vacua„ tiones, aliud etiã habent adiunctũ malũ, nempe ꝙ purgatio„ nes mẽſtruas cõprimãt, ſanguinémq; ad ſuperiores corporis

partes retrahunt. Quæ verò fiunt ex cruribus, tantum abeſt vt retrahant, vt etiam menſes promoueant. At vbi id facere volueris, tẽpus conſueti mulieri circuitus tribus quatuórve diebus anteuertas: aut vena inciſa, aut ſcarificatis malleolis vnius cruris pauculum vacuato: deinde poſtero die ſimiliter facito in altero crure. Hæc ille. E quibus ſanè verbis omnibus clarum fit, in ſuppreſsis menſibus, non eam quæ in cubito, ſed potius cruribus eſt venam, poplitis nimirum, aut malleolorum, ſecandam eſſe.

APHORISMVS XXXIII.

Γυναικὶ τῶν καταμηνίων ἐκλειπόντων αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῆναι, ἀγαθόν.

Mulieri, deficientibus menſtruis, ſi ſanguis è naribus profluxerit, bonum.

HAc ſententia Hippo. iterum nobis naturæ opus ob oculos ponit, non quidem alia ratione quàm vt illam in iis quæ bene gerit imitemur. Vt enim hæc ipſa menſiũ ſuppreſſionem ob affectũ aliquem præter naturam factam ſanat per ſanguinis è naribus profluuiũ: ita etiam medico curandum erit, vt ea quæ præter naturam retineãtur in corpore, per conuenientia loca vacuet. Quare ſi accidit, vt præter naturam menſtrua ſupprimantur, dabit operam medicus, vt ſanguis ille redundans per aliã partem, naturę imitatione educatur. Non autem temere dictum eſt, Pręter naturã ſupprimantur: quippe ſi naturaliter retinentur, vt quum grauidæ ſunt, aut ætatis ratione, aut vbi ſteriles fuerint, aut ſaltatrices, aliiſq; laboribus deditę, tũ nihil eſt ex ſuppreſsis mẽſibus periculi, ita non anxiè vt de remediis eſſe ſolicitos oportet. Quòd aũt mulieribus quibus menſtrua præter naturã detinentur, ſanguis è naribus commodè profluat, vt hoc loco aſſerit Hipp. promptum eſt cuiuis colligere. iſta enim ratione retractio ad ſuperiora, ſimul etiã vacuatio ſanguinis præter naturam retenti fit. Quare verò ſolius ſanguinis è naribus profluuij meminerit Hipp. quum multa alia ſint loca, per quæ vacuatio fieri poſsit, in Comment. Galenus exponit.

Medicus naturę imitator.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Mulierẽ lędere.] Ob retenta enim menſtrua, perinde atq; ob cohibitũ ſemen, mulieres vteri malis, præſertim præfocationibus

cationibus eiuſdem, moleſtantur, quemadmodũ copioſè lib. 6. de Malè af. loc. Gal. oſtendit. Alteram quæ fit per ſedem.] Quæ tamen nõ eſt reuulſio, ſed potius deriuatio, vt teſtatur Gal. qui lib. 5. The. meth. c. 3. ſcribit, id quod per ſedem profluit, ad vuluã deriuari. Igitur viciſsim quod per vuluã profluit, aut in ea continetur, ad ſedem, tanquam ad locum vicinum deriuatur. Conuenire autem iis, quibus ſupprimuntur menſes medicamẽtum, quod per ſedem vacuat, potiſsimum verò hieram picram, Gal. in libello de Curandi rat. per ſang. miſs. cap. 18. confirmat. Dixerit.] Adiiciendum, quiſpiam, quòd ſit omiſſa quæ in Græcis eſt particula τις.

APHORISMVS XXXIIII.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, ἢν ἡ κοιλίη πολλὰ ῥυῇ, κίνδυνος ἐκτιτρῶσαι.

Mulieri grauidæ, ſi aluus nimium profluat, periculum eſt ne abortiat.

PRæſentem Hipp. aphor. Celſus lib. 2. c. 6. ita reddere voluit: Mulieri grauidæ ſine modo fuſa aluus, partũ elidit. Neceſſe itaq; eſt, ſi alui profluuiũ abortus cauſa eſſe debeat, vt nimiũ ſit. exiguũ enim profluuiũ idipſum efficere nõ valet. Cur aũt aluus ſine modo fuſa abortus cauſa ſit, nulla alia ratione accidit, quàm ꝙ tum cibus ad iecur aliáſq; corporis partes nõ diſtribuatur. Fœtui itaq; perinde atq; per venę ſectionem, alimẽtum ſubtrahitur. Huc accedit, ꝙ propter crebras ad ſellam ſurrectiones facultates viréſve corporis mirificè exoluantur, vt minimè mirũ ſit grauidas diutius ferre fœtum non poſſe. Cæterũ mirari ſatis non poſſum cur Braſauolus hoc loco alui profluuiũ alimentũ nõ demere dixerit, quum tamẽ eius rei ratio omnibus ſit manifeſtiſsima. Qualecunq; enim alui fuerit profluuiũ, nimium, neceſſe eſt vt vires labefactet, corpúſq; extenuet, adeóq; alimentum demat.

Cur aluus ſine modo fuſa abortus cauſa ſit.

Muſæ ſententia impugnatur.

APHORISMVS XXXV.

Γυναικὶ ὑπὸ ὑστερικῶν ἐνοχλουμένῃ, ἢ δυστοκεούσῃ, πταρμὸς ἐπιγινόμενος, ἀγαθόν.

Mulieri quæ ab vteri ſtrangulationibus infeſtatur, aut quæ difficulter partum edit, ſternutamentum ſuperueniens, bonum.

STernutamentum ſponte mulieribus quæ vteri præfocatione laborant, aut difficulter pariunt, adueniens, bonum eſſe, hoc in aph. Hipp. docet. Quippe vox ὑστερικὰ Hippocrati vteri tantùm præfocationes ſignificat, vt Gal. in Comm. ſuis abundè oſtendit. Et multò copioſius in lib. 6. de Malè affect. loc. cap. 5. Quinetiam Philotheus hoc ipſum palàm teſtatur iis verbis, ὑστερικὰ λέγει πάθη τὴν ὑστερικὴν πνίγα, ἐφ' ᾗ καὶ σχεδὸν ἀναίσθητον καὶ ἀκίνητον κεῖται τὸ σῶμα. Aliis tamen medicis recentioribus non ſimpliciter ὑστερικὰ, ſed cum aliqua adiectione, nempe πνὶξ ὑστερικὴ, vel ἄπνοια ὑστερικὴ vocatur. Latinis vteri ſtrangulatio, ſuffocatio, & præfocatio dicitur. Non rectè igitur interpretes hanc vocem ὑστερικὰ, vterina ſunt interpretati, quod non de omnibus vteri affectibus, ſed de eius tantùm ſtrangulationibus, vt comprehenſum eſt, loquitur Hippoc. Quòd ſi itaque mulieri quæ ſtrangulationibus vteri laborat, aut difficulter partum edit (ſic enim conuertit Celſus lib. 2. ca. 7.) ſternutamẽtum ſponte aduenerit, bonum eſt, tanquam ſignum & cauſa, quemadmodum in Commentariis ſuis Galenus monſtrat.

ὑστερικά. Interpretũ lapſus.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Quæ non eſt verè ſtrangulatio.] Nam etſi in hoc malo, vt lib. 6. de Malè affe. loc. cap. 5. teſtatur Gale. vniuerſum corpus refrigeratur, adeóq; nulla prodit ab ore ſpiratio, tamen ea quæ in arteriis fit, quam διαπνοὴν Græci vocant, nequaquam intercipitur. Quare quum ea quæ per os fit, adeò in iis exigua eſt ſpiratio, vt ſenſum omnino effugiat, meritò ἄπνοια ὑστερικὴ Græcis nominatur. Quum autem relinquatur ea quę in arteriis fit, verè ſtrangulatio dici non poteſt. Quod verò iam dictis mulieribus accidit, idem etiam animãtibus quibuſdam, quæ hyberno tempore in latibulis incluſa velut mortua iacent, euenit. Nam etſi nulla in ipſis apparet ſpirationis nota, tamen quum exiguus quidam calor in iis derelictus ſit, qui arteriarum cordiſq; officio ſufficiat, haud ſuffocantur. Sed defectus anhelitus.] Græcè eſt, ἀλλ' ἄπνοιαν, ſed ablatio ſpirationis, diuerſo planè ſenſu. Quippe ἄπνοια non tantùm defectum, ſed ablationem ſpirationis ſignificat. Alij locos.] ἔνιοι δ' αὐτὸ τὸ χορίων, alij verò ſecundas intelligunt. χόριον enim eſt fœtus inuolucrum, quod Latinis ſecunda dicitur. De quo plura Galenus libro 1. de Semine. & 15. de

ἄπνοια ὑστερική. χόριον.

Vſu

Vſu par.corp.habet.Quare interpres non rectè conuertit lo-
Loci. cos.Quippe loci Latini interdum vterum, vuluámve deno-
tant. Quod teſtatur Plin. qui lib.11.c.37. ita ſcriptũ reliquit:
» Fœminis eadem omnia, præterquàm veſicæ iunctus vtricu-
» lus,vnde dictus vterus:quod alio nomine locos appellãt,hoc
in reliquis animalibus vuluam.Et Columella lib. 6.cap.27.
» inquiens: Quòd ſi admiſſarius iners in venerem eſt, odore
» perfricatur,deterſis ſpongia locis, & admota equi naribus.
Cornelius quoque Celſus vterum locos appellat.Alius enim
aphoriſmus.]Scilicet 49.huius ſect. Quia naturam, &c.]
Græcè eſt, δηλοῖ τὴν φύσιν ἔμπροσθεν νεναρκωμένην ἐπεγείρεσθαί
τε καὶ ἀναζωπυρεῖσθαι, καὶ τῶν οἰκείων κινήσεων ἀναμιμνήσκεσθαι ὁπότε
γε καὶ ἀποτρίβεται τινὰ τῶν περιττωμάτων. Quare rectius ſic con-
uertes: qui naturam quæ prius erat emortua, ſignificat ex-
citari, ac reuiuiſcere, & propriarum meminiſſe motio-
num dum aliqua ſuperuacua eiicit atque propulſat. De cau-
A Muſæ ſis ſymptomatum.] Scilicet lib. 2.cap.10. Sternutationem
iniuria fieri hoc modo.] Non rectè hoc in loco Braſauolus Leoni-
Leonice- ceni conuerſionem conuellit, quum rectiſsimè Galeni ver-
nus vindi ba reddiderit, quæ ſunt eiuſmodi, ἐδείχθη γὰρ ἐν τοῖς τῶν συμ-
catur. πτωμάτων αἰτίοις ὁ πταρμὸς οὕτω γινόμενος. Quorum verborum
is eſt legitimus ſenſus:In libris quos de ſymptomatum cau-
ſis inſcripſerit, oſtenſum eſſe hoc modo, ſcilicet quòd natu-
ra ſeipſam excitet ad motum illum ſternutationis, vt excu-
tiat ſuperuacua.Sternutamentum enim hac ratione fieri ma-
nifeſte docet Gal.loco paulò antè citato,vbi de tuſsi, ſternu-
» tamentis, & ſingultu agens ita ſcriptum reliquit: Porrò in
» omnibus quæ dicta,vnum commune habetur,nempe expul-
» tricem facultatem ſeipſam ad vehementiſsimos motus ex-
» citare,quo excutiat ea quæ infeſtant. Atque feruore.] Græ-
cè eſt, καὶ βρασμῷ, atque caſſatione. Singultum ſonare ſolet.]
Singultus Singultum autem ſanari per ſternutamenta,in primis teſta-
ſanatur p tur Hippocrates ſectione ſexta, aphoriſmo 13. dicens: A ſin-
ſternuta- gultu correptum ſternutamentum ſuccedens liberat. Sin-
menta. gultum vero non quemuis, ſed eum qui fit à plenitudine ſa-
nat, vt ibidem etiam in Comment.ſuis Gal.docet. Singultus
quoq; remedium eſſe ſternutamentum, Gal.lib.2.de Sympt.
cau.c.10.teſtatur.Quare commodè hîc legitur λύγγα, id eſt
ſingultum. Sunt tamen exemplaria quæ habent πνίγα, hoc
eſt

eſt præfocationem vteri. Prior aũt lectio eſt melior, ꝙ Gale. anteà cauſam quare ſternutamentũ vteri ſtrangulationes ſanet, expoſuerit: quam quidem cauſam ſingultus exẽplo, qui eadem planè ratione à ſternutamento curatur, confirmat.

APHORISMVS XXXVI.

Γυναικὶ τὰ καταμήνια ἄχροα, καὶ μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ αἰεὶ γινόμενα, καθάρσιος δεῖσθαι σημαίνει.

Mulieri menſes decolores, nec eodem tempore ſemper promanantes, purgatione opus eſſe ſignificant.

HOc in aphoriſ. quomodo his mulieribus quibus menſes decolores, nec eodem ſemper tempore profluunt, ſit medendum monſtrat. Decolores autem bifariam menſes fieri contingit. Primum vbi naturalem colorem non præ ſe feruntrid quod accidit, quãdo ſanguinis colori, qui ruber ac floridus eſt, haud reſpondent. Secundò, vbi varios colores referunt. In quem modum *ἄχροα* Philoth. interpretatur, dum idem quod *πολύχροα* ſignificare tradit. Prior autem interpretatio melior exiſtit. Sunt tamen quædã exemplaria quæ pro *ἄχροα* legunt *χρόνια*, id eſt, tardi. De qua re in Comm. ſuis Gal. abundè diſſerit. Cæterùm non eodem ſemper tempore promanant menſes, Galeno in Comm. autore, quando non iis tẽporibus quibus anteà conſueuerunt, nunc etiam profluunt. Quam quidem interpretationem Philoth. quoque ſequitur, qui hæc verba Hipp. non eodem tempore ſemper factos, ita exponit, *τουτέστι μὴ κατὰ τὰ συνήθη καὶ ὡρισμένα καιρὰ, ἐφ' οἷς εἰώθει κενοῦσθαι ἡ γυνὴ, ἀλλ' ἢ ὀψιαίτερον κενωθῇ, ἢ πρωϊαίτερον*, hoc eſt, non conſueto & ſtato tempore, quo mulier vacuari conſueuit, ſed aut tardius, aut citius. Si itaq; decolores menſes ſint, nec eodem tẽpore promanarint, purgatione humorum decolores menſes facientium opus eſſe ſignificant. Non tamen ſola purgatione vitioſorum humorum eiuſmodi mulieres ſanantur, ſed & aliis remediis, quæ in Commentariis commemorat Galenus, & nos libro 3. de Sanandis malis corporis humani cap. 53. recenſuimus.

Decolores menſes.

ἄχροα.

Mẽſes nõ eodẽ tempore promanãtes.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Sanabimus. Sæpius autem ſcriptũ à nobis, &c.] Locũ hunc non rectè conuertit interpres. Græcè enim eſt, *καὶ γὰρ δὴ διὰ τῆς λεπτυνούσης διαίτης τὰς τοιαύτας διαθέσεις πολλάκις ἰασάμεθα.*

Interpretis error.

γέγρα

γέγραπται δὲ περὶ τῆς λεπτῆς ταύτης ἐν ἰδίᾳ βίβλῳ, ἅμα δ' αὐτῇ καὶ ἡ τῶν ἀρωμάτων θυμίασις, nam & per extenuantẽ victum huiuſmodi affectus ſępe ſanauimus. Scriptus autẽ eſt de hoc victu vnus ſeorſim liber. Simul autẽ cum hoc victu etiam odoramentorũ ſuffitus, &c. Quo nos aſsiduè vtimur.] Quod teſtantur ea quæ cap. 12. libri de Curandi rat. per ſang. miſsionem ſcribit inquiens, Pauculo ſanguine detracto protinus melicratũ exhibeo probe coctum cũ incidẽtiũ medicaminum quopiam, velut hyſſopo, origano, & interim etiam calamintha. Et ca. 18. eiuſdem libri. Sed mulieribus menſes abunde prouocant „ & calamintha & pulegium. Exhibebis ea in melicrato co- „ cta, ſed antea contuſa, arida, cribróque ſubtilli diſcreta, ac „ rurſus trita, vſque dum pollinem tenuitatę referat, ita denique melicrato inſperge.

APHORISMVS XXXVII.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ἐξαίφνης οἱ μαστοὶ ἰσχνοὶ γένωνται, ἐκτιτρώσκει.

Si mulieri grauidæ mammæ repente extenuantur, abortit.

MVlieri grauidæ ſi repente mammæ tenues fiunt, abortum portẽdere hac in ſentẽtia Hipp. affirmat. Repente autem Hippocrati, vt teſtis eſt Gal. Comm. 78. ſect. 4. aph. idem ſignificat quod nullo præcedente ſymptomate. Philotheus hanc dictionem idem quod ſine cauſa manifeſta denotare ſcribit, inquiens, ἐξαίφνης, τουτέστι ἄνευ φανερᾶς αἰτίας. Cur verò mammæ ſine præcedente aliquo ſymptomate extenuatæ abortum futurum portendant, Galenus libro 14. de Vſu part. iis verbis docet: Contrariis, inquit, affectibus ne- „ ceſſe eſt comprehẽdi mammillas. Repleri quidem lacte an- „ te tempus in fœtus imbecillitate, graciles autem cõſequen- „ ter in vteri penuria fieri. Ita enim & Hippocrates dicebat, „ Mulieri in vtero habenti ſi mammæ graciles fiant, abortit. „ Fœtum ſiquidem tunc validum eſſe oportet exiſtimare, ali- „ mentum vero haud habere copioſum: & propter hoc pri- „ mum quidem ex communibus ad vterum venis attrahere „ ſanguinem, & in hoc mammillas graciles fieri, paulò pòſt „ autem abortiri, omnifariam ei deficiente alimento. Porro „ quæ ſint venæ communes, in Annotat. in Galen. Comment.

ſtatim

ſtatim dicemus. Hæc ſententia citatur etiam à Galeno libro 6. de male affect. locis cap. 5.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Communes enim quædã venæ.] Intelligit venas per quas vtero cũ mammis eſt cõmunio, quæ oriũtur ex vaſis ad crura tendentibus, ſurſúmque per rectos abdominis muſculos aſcendũt, coeúntque cũ extremis venarũ quæ per thoracẽ ad hypochondria deſcendũt. De quibus Gal. in lib. de Venarum diſſe. & 7. & 14. libris de Vſu part. agit. Inedia.] Græcè eſt, ἀτροφίᾳ, alimenti defectu. A matre.] Græcè, ἀπὸ μήτρας, ab vtero. Non adhuc.] Græcè, οὐκέτι, non amplius. Initium partus matri affert.] Hæc verba penitus expungenda veniunt, & in fine horum Commentariorum reponenda. Cur autem in contextum irrepſerint, hæc eſt cauſa: In Græco Aldino codice aliqua deſiderantur, quæ inter dictiones has ὑμένας & ῥηγνύον inſerenda ſunt. Deſiderari vero aliquid, ῥηγνύον participium quod cum præcedenti verbo ἀσκαρίζει non conuenire poteſt, palam euincit. Quare locus ille ex Hippocrate citatus ſic emendandus erit, ἀσκαρίζει, καὶ τοὺς ὑμένας ῥήγνυσι. Δῆλον οὖν καὶ πρόσθεν τῶν δέκα μηνῶν, ὅταν τὸ παιδίον ἐνδεῶς ἔχει τροφῆς, καὶ ἀσκαρίζον, καὶ τοὺς ὑμένας ῥηγνύον, ἀρχὴν ἀποκυήσεως παρέχει τῇ μητρί, calcitrat, & mẽbrana diſrumpit. Liquet igitur quòd etiam ante decem menſes, vbi fœtus indiget alimento, & calcitrans & membranas rumpens initium partus vuluæ affert.

Venæ vtero & mã-mis communes.

Græcus codex emendatus.

APHORISMVS XXXVIII.

Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ὁ ἕτερος μαστὸς ἰσχνὸς γένηται, δίδυμα ἐχούσῃ, θάτερον ἐκτιτρώσκει. καὶ ἢν μὲν ὁ δεξιὸς ἰσχνὸς γένηται, τὸ ἄρσεν· ἢν δὲ ὁ ἀριστερὸς, τὸ θῆλυ.

Mulieri grauidæ geminos ferenti, ſi altera mamma extenuatur, alterum abortit. Etſi quidem dextra extenuatur, marem: ſin ſiniſtra, fœminam.

HOc in Aphoriſmo Hipp. monſtrat, quo pacto liceat, deprehendere, num grauida geminos ferens, marem aut fœminã per abortũ ſit amiſſuro, nẽpe ex mammarũ extenuatione. Si enim altera mammarum gracilis fit, alterũ abortit eũ ſcilicet qui in ea vteri parte continetur, quæ mãmæ exte-

nuatæ è directo respõdet. Quod ipſemet manifeſte iis verbis innuit, Si quidẽ dextra extenuatur mamma, marem: ſin ſiniſtra, fœminã, idq; diſerte accidere dixit mulieri geminos ferenti. Nam ſi vnũ tantum fœtũ in vtero eſſe cõtingit, nõ neceſſario ex vnius tantũ mammæ extenuatione abortus ſequeretur, niſi etiã alteram ſimul extenuari accideret. Cæterũ quæ hic tradit Hipp. copioſius Gal. lib. 6. de male affect. loc. cap. 6. explicat, in eũ ſcribens modũ, „ Si mulieri grauidæ „ mammæ ſubito extenuantur, abortus ſequitur. Atque gemi„nos ferens, ſi altera mamma extenuetur alterum amittit, & „ omnino ſi dextra mãma extenuata eſt, marẽ: ſi ſiniſtra, fœmi„nam amittit. Quippe fœtus qui mares ſunt, parte vteri de„xtra cõtinentur: qui fœminæ, magis ſiniſtra. Atq; raro aliter „ euenire compertum eſt, adeo vt in animalibus quoque quæ „ ſuapte natura geminos ferre ſolent, itidem accidere videa„mus, vt in capris, ouibus, atque aliis quadrupedibus nõ pau„cis videre eſt. Et rurſus lib. 14. de Vſu part. ita ſcribens, Sicut „ duæ vuluæ ſunt factæ mulieribus in vnã ceruicẽ finiẽtes, ita „ & duæ mãmæ, vtriuſque vuluæ vna, illi inſeruiẽs veluti mi„niſter quidam bonus. Vnde Hipp. dicebat, Mulieri geminos „ vtero gerẽti, ſi mammarũ altera erit gracilis, geminúmque „ fœtum gerat, ipſa alterũ abortiet: & ſi dextra quidẽ gracileſcat, maſculum: ſin vero ſiniſtra, fœminã. Hippocratis enim dictũ eſt illi conſonũ, Fœtuum mares quidem in dextris, fœminæ autem in ſiniſtris ſunt magis. Porro pari ratione accidit, vt vtriſq; mãmis extenuatis vtrũq; fœtũ abortiat. Quod Philotheus etiam iis verbis ſignificare voluit, *εἰ ἀμφότεροι οἱ μασθοὶ ἰσχνοὶ γίνωνται, ἀμφότερα ἐκτιτρώσκει τῷ λόγῳ τῆς ἐνδείας τῆς τροφῆς. λιμαγχονούμενα γὰρ τὰ ἔμβρυα σκαρίζει καὶ σπαράττει τὰ ἀρτήματα, καὶ οὕτως ἡ γυνὴ ἐκτιτρώσκει*, ſi ambæ mammæ extenuentur, vtrunque fœtum propter inopiam alimenti abortit, quippe fœtus fame ac inedia excruciati calcitrant, & appendices lacerant: atque hac ratione mulier abortit.

APHORISMVS XXXIX.

Ἢν γυνὴ μὴ κύουσα, μηδὲ τετοκυῖα γάλα ἔχῃ, ταύτῃ τὰ καταμήνια ἐκλέλοιπε.

Si mulier non prægnans, neq; puerpera, lac habeat, huic menſtrua defecerunt.

Hoc

HOc in Apho.Hippo.monſtrat,poſſe fieri vt mulier quæ neque ſit grauida,neq; peperit,lac habeat,ob menſtrua ſcilicet ſuppreſſa.Quippe retentis menſibus cõmunes mammarũ & vteri venæ,hoc eſt venæ quæ inter mammas & vterum ſunt,implentur:ſanguíſque qui per vterũ ſingulis menſibus vacuari deberet,ad mammas tranſmittitur,ac ſubinde per adenas qui illic ſunt in lac tranſmutatur, vt fuſius in Com.Gal.docet.Lactis itaque in mãmis generatio,vbi mulier neque grauida eſt,neque puerpera,certiſsimum eſt ſuppreſſorum menſiũ indicium.Verũ quia nõ raro nullo etiam in mãmis apparente lacte menſtrua retinentur,præſtat aliis etiam idipſum notis cognoſcere,quas recenſet Gal.lib.6.de Male affect.loc.cap.5.vbi præſentem quoque Aph.citat Porro hæc Hipp.ſententia iis etiam qui cũ imperio ſunt notiſsima eſſe debet,ne ſcilicet de innocentibus puellis,quæ nonnunquã cædis infantium propter lactis in mammis generationem falſo accuſantur,temere ſupplicium ſumant.

Lactis generatio in mammis ſuppreſſorum menſiũ ſignum quando.

Exhortatio magiſtratus.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Exquiſitè aſſequi,&c.] Vertendũ potius,Qui eam aſſequi debeat exquiſitè exercitatum eſſe,&c.Græcè enim eſt,ἀκριβῶς γεγυμνασμένον. Aliquos vtiles.]Duorum hic humorũ vtilium ab aliis partibus procreatorum meminit Gal.Vnius,qui ad propagationẽ generis vtilis eſt,ſeménque nominatur.Alterius,qui ad conceptus fœtúſue nutritionẽ cõfert,ac ſanguis mẽſtruus appellatur. Veluti ſuperfluitatẽ alimenti.]Sic ſemen quidẽ vtile eſt excrementũ vltimi alimenti ſanguinei, vt li.1.de Genere animantiũ ca.18.& ſequẽti Ariſtoteles docet.Neq; enim ſemen,vt atteſtatur li.2.de Semine Gal.aliud exiſtit,quàm ſanguis à venis quæ ipſum continent exquiſitè cõfectus:vtile ad generis quidẽ propagationẽ:excrementum vero,quod à corpore ſit excernendũ. Retentum enim multa mala affert,vt li.6.de Male affect.loc.cap.5.Gal.oſtẽdit. Pari ratione ſanguis etiã menſtruus excrementum dicitur Ariſtoteli loco iam citato,vt eſt ſanè,quod ſcilicet hunc ipſum, quãdo mulier nõ eſt grauida,vterus vt alienũ atque ſuperuacuũ excernat.Vtilis vero eſt in grauidis, vt ex eo fœtus alatur.Quare nõ eſt abſurdũ,vnũ & idẽ excrementi & alimẽti, ad diuerſa tamẽ collatum,habere rationẽ.Quod Gal.diſerte in fine libri primi de ſemine iis verbis confirmat:Demon-

Semen.

Sanguis mẽſtruus.

Semẽ qd.

Sãguis mẽſtruus excrementũ.

Vnũ & idẽ excremẽti & alimẽti rationem obtinet.

„ ſtratum eſt,inquit,vnamquamque partem ad ſe alimentum „ ſibi accommodatum attrahere. Deinde vbi ex eo quicquid „ ſibi neceſſarium eſt,percepit,reliquū excernere:quod quum ipſi ſit excrementum,alteri ſubſequenti alimentū efficitur. Sic ſane melancholicus humor eſt iecori excrementū, lieni vero,Gal.lib.4.de Vſu part.autore,alimentū. Arbitrantur.] Græcè eſt,ἀξιοῦμεν,arbitramur. Quod ipſe ait.] Hipp. ſcilicet in libello περὶ τροφῆς,de Alimento.Et citatur eadē ſententia,& explicatur à Galeno lib.1.de Natur.facult.Et lib.3.de

Oſsiū nutrimētum medulla. Temp.cap.3. In oſsibus,&c.]Hinc eſt quòd Gal.li.3.de nat. facult.ita ſcriptū reliquerit: Qualis carnibus ſanguis,talis oſsibus eſt medulla,in iis ſcilicet quæ parua ſunt,ſinúſq; expertia,cauernulis eorum inſperſa.In magnis vero,& quibus ſinus ſunt,vtique in ipſis collecta. In vocatis aſsidentibus.]

Adſtites variciformes. Græcè eſt,καὶ παραστάτας ὀνομαζόμενον σπέρμα,& in aſsidentibus vocatum ſemen. Intelligit autem adſtites, ſeu aſsiſtentes,qui Græcis κιρσοειδεῖς,hoc eſt,ꞌvariciformes dicuntur. De quibus plura lib.1.de Semine Galen.& 14.de Vſu part. Sunt autem & quidam adenes.] De lactis generatione copioſe diſſerit Galenus lib.6.de Vſu. part. Alterandi.] Græcè eſt, ὁμοιοῦν, ſibi aſsimilandi.

APHORISMVS XL.

Γυναιξὶν ὁκόσῃσιν ἐς τοὺς τιτθοὺς αἷμα συστρέφεται, μανίην σημαίνει.

Mulieribus quibus in mammis ſanguis coaceruatur, furorem indicat.

SAnguinem copioſum,qui in mammis propter reſtrictos menſes coaceruatur,neque in lac conuertitur, furorē ſignificare hoc in loco tradit Hipp.Vſus eſt autem Hipp.verbo ſibi familiari & conſueto συστρέφεται, quod recte Leonicenus,colligitur,eſt interpretatus. Quippe συστρέφεσθαι, Gal.li.

συστρέφεσθαι. 4.Vict.acut.Com.19.autore, λέγεται ἐν τῷ μορίῳ,ὅταν τινὲς χυμοὶ μοχθηροὶ συῤῥέωσί τε καὶ ἀθροίζονται κατά τι μόριον.Dicitur itaque hoc verbum de prauis humoribus,qui ad aliquam corporis partem cōfluunt,in eáque ſubinde coaceruantur.Quare hoc etiam loco Hipp.non loquitur de bono ſanguine,ſed prauo potius,qui ſcilicet in lac conuerti propter ſuam prauitatem haud poteſt.Id enim vt diſerte ſignificaret, verbo vſus eſt

συῤῥέῃ. Quod ſi itaque prauus ſanguis coaceruatur in mammis,furorem ſignificat.Cum enim hunc eſſe bilioſiſsimum ac feruentiſsimum cõſtet,fit vt in lac tranſmutari non poſsit.Delabitur itaque deinceps per vniuerſum corpus,capútque potiſsimum petit,vt minime mirum ſit eas mulieres quibus hoc accidit in furorem agi. Nam quẽadmodum etiam Aetius lib.6.cap.8. atteſtatur,ſanguine bilioſo ad caput delato fit mania,ſeu furor.Eſt autem hoc ipſum ex cenſu eorum quæ raro eueniunt, vt in Comm.etiam ſuis Galenus meminit.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Et liquet quod frigida.] Græcè eſt, καὶ δηλονότι ψυχρὰ, adeóque frigida. Sanguis feruens.] Græcè eſt, ἅμα καὶ ζέων αἷμα, ſanguis ſimul etiã feruens. Propter habitum talem.] Græce, διὰ τὴν ζέσιν,tum propter feruorem.Sic autem eſſe legendum,facile ex præcedentibus colligitur. Paulò enim antè dixit,plurimus aliquãdo ſanguis & ſimul feruens:Sunt tamẽ codices qui legunt δίαιταν,quæ etſi lectio à veritate non abhorret,prior tamen,vtpote quæ eſt genuina,huic eſt præferenda.Eam enim antiquus etiam interpres ſecutus eſt,qui conuertit præ magnitudine caloris.

APHORISMVS XLI.

Γυναῖκα ἢν θέλῃς εἰδέναι εἰ κύει, ἐπὴν μέλλῃ καθεύδειν, οὐκ ἀδείπνῳ ἐούσῃ μελίκρατον διδοὺς πιεῖν. καὶ ἢν περ στρόφος αὐτὴν ἔχῃ περὶ τὴν γαστέρα, κύει. ἢν δὲ μὴ, οὐ κύει.

Si noſſe velis num mulier conceperit,quum dormitura eſt à cœna ei aquam mulſam bibendam dabis.& ſi cruciatus circa ventrem hanc corripuerit, concepit: ſin minus,non concepit.

NE temere medicus grauidis aliquod medicamentum, quod abortum efficere poſsit,exhiberet,Hipp.hoc loco experimentum quoddam proferre voluit, quo idipſum paulò certius explorare liceat, dicens:Si noſſe velis an mulier grauida ſit, vt ſcilicet tutò ei medicamenta purgãtia,& id genus alia exhibere queas,cũ dormitura eſt, vt nimirũ à

potionis ſumptione quieſcere poſsit, aquam mulſam dabis. Quippe per quietẽ flatus minime reſoluũtur, ſed per exercitia, vt pote quę calorẽ natiuum flatus extenuare ac diſcutere potentẽ, augent. A cœna, ſiquidem οὐκ ἀδείπνῳ ἰούσῃ, & non citra negationẽ, vt omnia propemodũ excuſa exemplaria habent, ἀδείπνῳ ἰούσῃ, legendũ erit. In Galeni tamẽ & aliis etiã nõnullis codicibus hæc particula omiſſa eſt, quæ tamen neceſſario adiicitur. Nã oportet mulierẽ melicratũ à cœna ſumere duabus de cauſis, ꝙ. ſ. ab illa magis quieſcere liceat: & ꝙ à cœna calor natiuus cibi alteratione & concoctione occupatus, flatus minus extenuare & diſcutere queat. Ei itaq; quę antea cœnauit dãda mulſa eſt, quod Gale. in ſuis Com. diſerte iis verbis innuere voluit, καὶ βουλόμενος πεπληρῶσθαι σιτίων τὴν γυναῖκα, volẽs & plenã eſſe ciborũ mulierem. Quare is qui Galenũ publicè reprehendere, eoꝙ eius Commentarij nõ omni ex parte Hippo. verbis, qui ait ἀδείπνῳ ἰούσῃ, reſponderent, auſus eſt, pulchre ſuã inſcitiã ꝓdidit: præſertim quũ nihil haberet quò aſſertionẽ hanc ſuã ridiculã & ineptam cõfirmaret, q̃ ꝙ diceret Galenũ mẽdoſo Hippocratis codice vſum eſſe. Quaſi vero Galeni ętate deprauatiora quã ſint hodie, Hippocratis fuerint exẽplaria, ac non noſtris multis modis meliora & caſtigatiora. Quippe neceſſe eſt, quãto aliquid minus abeſt ab ortu, tãto magis quæ vera ſunt, retinet. Vt rectiſsime à Diuo Hieronymo dictũ ſit: vinũ in tertiũ aut quartum vas transfuſum aceſcere. Huc accedit, ꝙ rationes paulò ante à nobis productæ palã teſtẽtur, ꝙ Galeni interpretatio ſit germana, & rationi cõſona, ideóq; ad illius præſcriptũ Hippocratis verba eſſe corrigẽda. Quare non eſt cur hominis illius temeritatẽ ac ſtultitiã pluribus refellamus. Aquã vero mulſam quæ mulieri grauidæ exhibetur, crudã eſſe oportet, hoc eſt, non decoctam: idq; eã ob cauſam, ꝙ mel crudũ, Galeno lib. 3. de aliment. facul. cap. de melle teſte, ventrem & inteſtina flatibus implet. Contrà quod decoctũ eſt flatus expers exiſtit. Vt igitur ex aquæ mulſæ potione plus flatuum procreetur, præſtat hanc crudã eſſe. Cæterũ Hippocrates præ aliis aquæ mulſæ menionẽ fecit, ꝙ in hui⁹ vſu minus ſit periculi, quàm aliorũ quæ flatulenta ſunt exhibitione. Quod ſi itaq; mulier poſt mulſę huius vſum dolores circa ventrẽ ſentiat, cõcepiſſe hãc ipſam ſignificabũt. Nęq; enĩ alia ratione ſunt excitati, quàm quòd

A cœna cur aqua mulſa exhibenda.

Scio ius quidã notatur, à cuius calũnia Galenus vindicatur.

Aqua mulſa cruda ſit.

Aquę mulſæ cur mẽtionem fecit.

Dolorum circa ventrẽ cauſa.

quòd flatus non habeāt facilem exitū, propter inteſtinorum quæ fit ab vtero compreſsionem & conſtrictionem. Minime vero mirū, vterum comprimere inteſtina, rectum potiſsimū, quandoquidē, is, Galeno in libello de Vteri diſſe. teſte, inter veſicam & rectū inteſtinum ſitus ſit, adeo vt recto inteſtino toti fere incumbat. Comprimit autem maxime prægnātis, vt qui quotidie à conceptu maior fiat, donec tandem maximus fiat, ilia & imum ventrem, Galeno loco iam citato autore, implens, & multa inteſtina tangens. Quanto itaq; maior fuerit fœtus, tanto etiā compreſsio inteſtinorū quę fit ab vtero, vehementior, doloréſq; tum à flatibus non potētib⁹ egredi facilius promptiúſq; generantur. Braſauolus hoc loco vterum in principio inteſtina non comprimere, ſed potius cum ſeipſum conſtringat, inteſtinis amplius relinquere ſpatium contēdit. Quare aliam cauſam quàm vteri magnitudinem, cur inteſtinū rectū comprimatur, affert. hanc nimirū: Quum os vteri in grauidis ita conniueat, vt neque acus acumē ingredi poſsit: fit vt ob loci viciniam etiā aluus ſimul conſtringatur. Atqui quid opus erat Muſę, vt ſe iſtis inuolueret tricis, cū Hippocratis ac Galeni ſententia ſit perſpicua? Neq; enim illi de vteri ipſius, ſeu, vt rectius dicā, oris eius quæ fit ſtatim in ipſo cōceptionis die cōſtrictione loquuntur, ſed de ea quę ab vtero fit in inteſtino recto, poſtquàm iam fœtus aliquam molem cōtraxit. Quippe ore vteri cōſtricto, reliquum vteri corpus indies magis atq; magis extēditur & dilatat; vt hac ratione etiā quotidie magis inteſtina cōprimantur. Eius rei exemplum etiam in veſica apparet, quæ repleta tanto magis extenditur, ac dilatatur, quanto ipſius meatus fit anguſtior. Hinc eſt quòd in concionibus, aut negociis aliis vbi longo tēpore vrina retinetur, ſic veſicæ amplitudo extēdatur, meatúſq; eius anguſtetur, & ſubinde penitus ſupprimatur vrina, quēadmodum lib. 1. de male affe. loc. cap. 1. & lib. 6. cap. 4. copioſe Galen. monſtrat. Pari itaque ratione quum vehementius os vteri ad complectandum ſemen & fœtū retinendum conſtringitur, amplitudo eius quotidie magis atque magis pro fœtus incremento dilatatur. Quare Hippocratis & Galeni rationes Muſæ ſomnia nihil labefactant. Quòd ſi vero grauida nullos ex mulſæ potione ſentiat dolores, haud concepiſſe eam, propter contrarias rationes iudicamus. Muſæ ſententia improbatur.

APHORISMVS XLII.

Γυνὴ ἔγκυος, εἰ μὲν ἄρρεν κύει, εὔχροός ἐστιν. ἢν δὲ θῆλυ, δύσχροος.

Mulier quæ concepit, ſi marem gerit, probe colorata eſt: ſi fœminam, male colorata.

Signum boni & mali coloris, quod hoc loco tradit Hipp. non perpetuo verum eſt, ſed magna duntaxat ex parte, vt in Comm. quoq; ſuis Gale. atteſtatur. Quippe vt plurimum accidit, mulierem gerentem mare, propter fœtus nimirum caliditatem: eſt enim mas magna ex parte fœmina calidior: probe eſſe coloratam. Contrà ſi fœminã geſtat in vtero, male eſt colorata, quòd hęc ipſa natura ſit frigidior. Oportet autem, quod in Com. etiam monet Gal. mulierem ad ſeipſam, & non ad alteram cõferre. Et quidem ad ſeipſam, quum vterum fert. Hinc eſt quòd Philotheus ita ſcriptum reliquerit, τὸ εὔχρουν ἐνταῦθα οὐ κατὰ φύσιν ἀκουστέον, ἀλλ' ὅσον ἐπὶ ἐγκυμονουσῶν γυναικῶν, Bene coloratã nõ oportet hoc loco inaudire eã quę talis natura eſt, ſed quatenus in iis quæ vterum ferunt, fieri poteſt. Nam nemo eſt qui neſciat prægnantem etiam ſeipſa, quod naturalem attinet colorem, peius eſſe coloratam, ſiue marem ſiue fœminam gerat, præſertim ſi antea nunquam vterum geſsit. ANNOTAT. IN GAL. COM.

Niſi viri ſemen, vel vterus.] Quippe marem generari propter calidiorem temperaturam, infra comm. 48. docebit. Idipſum quoque lib. 2. de ſemine pleniſsime demonſtrauit. Sic certe frigida vteri temperies nõ parum confert ad fœminę generationem. Hinc eſt quòd in dextra vteri etiam parte, quæ calidior eſt, mares maximè concipiantur: ſiniſtra vero, propter cauſam contrariam, fœminæ. Contingit enim ita, &c. Græcè eſt, ἐνδέχεται γὰρ οὕτω καλῶς ἅπαντα πρῆξαι, fieri enim poteſt, vt mulier omnia tam probe faciat, Et alia ſigna.] Vt ſi dextra mamma amplior tumidiórve ſit. Item, ſi eiuſdem mammæ pulſus validior ſit: vt Aetius libr. 16. cap. 9. atteſtatur.

APHORISMVS XLIII.

Ἢν γυναικὶ κυούσῃ ἐρυσίπελας ἐν τῇ ὑστέρῃ γένηται, θανατῶδες.

Si mulieri grauidæ in vtero fiat eryſipelas, letale.

Eryſipelas

Eryſipelas vteri letale.

ERyſipelas in vtero grauidæ natũ eſſe letale, hoc in Aph. affirmat Hipp. Neq; id ſanè temerè: quippe quum eryſipelas ex bilis & ſanguinis calidi mixtura oriatur: aut ſanguine quidẽ ſolo, ſed feruido, ſubſtantiáq; tenuiſsimo, Gale. li.2. ad Glauconẽ autore, neceſſe quidẽ erit, vt hoc ipſum nõ ſolum febris acuta, ſed & dolores, aut mordicationes vteri ſequãtur, quæ ſingula non tantum fœtui, ob loci male affecti vicinitatẽ, verumetiam matri moleſta ſunt. Quum itaque ſola interdum acuta febris fœtũ interimere poſsit, cur nõ multo magis hoc ipſum accidente vteri eryſipelate efficeret?

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Phlegmone bifariã accipitur.

Proprio nomine.] Græcè eſt, ἰδίως, proprie, phlegmone enĩ vox Græcis bifariam accipitur, Gal. lib.13. The. meth. capi. 1. teſte, communiter & propriè. Communiter, vt idem quod φλέγωσις ſignificet, hoc eſt feruorem & efferueſcentiam. Proprie pro tumore rubente, dolente, duro, & tactui renitente, quemadmodum alibi quoque monſtrauimus. Dignum inquiſitione.] Nam ſi inflammatio vehemens fuerit, & vniuerſus vterus hac ipſa laboret, viuere fœtus nequit. Sin languida fuerit, nec vniuerſum vterum complectatur, forte viuere poterit. Poteſt.] Græcè δυνήσεται, poterit.

APHORISMVS XLIIII.

Ὁκόσαι παρὰ φύσιν λεπταὶ ἐοῦσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσιν, ἐκτιτρώσκουσιν δίμηνα, πρὶν ἢ παχυνθῶσι.

Quæcunque ſupra modum tenues vterum gerunt, ſecundo abortiunt menſe, donec craſſeſcant.

παρὰ φύσιν.

SVpra modum tenues ſi vterum gerant, bimeſtres elidere fœtus, hoc in aphoriſmo docet Hipp. Neq; enim παρὰ φύσιν hoc in loco aliud denotat, Gal. in Commen. teſte, quàm ὑπερβαλλόντως. Minime autem mirum tales mulieres quum vterum geſtant, abortire ſecundo menſe, donec pinguiores reddantur, quòd vniuerſum alimentum fœtui deſtinatum matri valde extenuatæ ſit impartiendum. Quum itaque longõ tempore opus ſit vt quæ admodum extenuata eſt, iterum reficiatur & pingueſcat, fit vt interim fœtus alimento ſuo priuatus pereat & corrumpatur.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Secundum tres modos.] Tres affert Gale. huius aphor. in-

terpretationes. Quidã enim omnino abortire valde extenuatas dixerunt. Alij, vbi non craſſeſcunt, & pingueſcunt, ſed tenues & abſq; alimento permanẽt. Quidam vero quando reficiuntur, tum maxime abortire eas putarũt. Quòd minus ſit, &c.] ὃ καὶ δοκεῖ τῶν προειρημένων ἀπιθανώτερον ὑπάρχειν, quod videtur prędictis eſſe minus veriſimile. Numiſianus.] Hic, Gal. li. 1. de Ana. admin. teſte, celeberrimus Quinti auditor fuit. Sed cum anticipent nõ refici.] Græcè eſt, εἶτα φθάνουσαι λαβεῖν, ἃς οὐχ οἷόν τι εἶναι φησὶν ἀνατραφῆναι χωρὶς τοῦ τὸ χορηγούμενον αἷμα εἰς τροφὴν τῷ κυουμένῳ, &c. Sed cum concipere anteuertant, eas non poſſe refici ait, abſq; eo quòd ſanguis ad fœtus alimentum deputatus, &c.

Numiſianus.

APHORISMVS XLV.

Ὁκόσαι δὲ μετρίως τὸ σῶμα ἔχουσαι ἐκτιτρώσκουσι δίμηνα καὶ τρίμηνα ἄτερ προφάσιος φανερῆς, ταύτῃσιν αἱ κοτυληδόνες μύξης μεσταί εἰσι, καὶ οὐ δύνανται κρατέειν ὑπὸ τοῦ βάρεος τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' ἀποῤῥήγνυνται.

Quæcunque mediocri corporis habitu præditæ, ſecundo & tertio menſibus ſine cauſa manifeſta abortiunt, iis acetabula vteri plena muccoris ſunt, neq; præpondere fœtum continere poſſunt, ſed rumpuntur.

QVum ad concipiendum, fœtúmque ſubinde vſque ad legitimum partus tempus retinendum, maximè habiles ſint mulieres quæ mediocri corporis habitu ſunt præditæ, admodum enim tenues etiamſi concipiunt, abortiunt tamen, vt præcedenti eſt dictum Aphoriſ. craſſæ verò, vt ſequenti ſententia docebitur, non concipiunt: accidit tamen nihilominus vt interdum abortiant, idq; ob eam quam commemorat hoc in Aphor. Hippo. cauſam, inquiens: Quæcunque mulieres mediocri corporis habitu præditæ, hoc eſt, quæ admodum tenues, neque plus iuſto craſsiores ſunt, ſecundo & tertio mẽſib⁹ ſine manifeſta cauſa abortiunt. Animaduertendum autem hoc loco erit, abortum nõ tantum ſecundo & tertio conceptionis menſibus fieri, verumetiã in quarto, queãdmodum in fine libri de Vteri diſſect. & lib. 6. de Male affect. loc. cap. 5. Gale. atteſtatur. Hinc eſt quod Hippocrat. lib. 6. Epidem. par. 7. Aphoriſ. 27. ita ſcriptum reliquerit. Dolores

Quib⁹ mẽſibus mulieres abortiunt.

lores grauidis plurimũ tertio,quinto,ſeptimo,nono,ſecũdo, „
quarto,ſexto,& octauo menſibus fiunt.His enim verbis ma- „
nifeſtè,ſecũdo,tertio quarto,quinto, & ſexto quoq; fieri poſ-
ſe abortus docet, cũ hos menſes non eſſe dicatos partui con-
ſtet.Quare aliqua Hipp.exemplaria hîc legunt, *τρίμηνα καὶ τετράμηνα*. Cæterùm ſecundi & tertij potiſsimum menſium, Philotheo teſte,meminit Hippocrates,*διὰ τὸ τηνικαῦτα βάρος ἔχειν ἀξιόλογον τὸ ἔμβρυον*, quòd tum fœtus effatu dignam grauitatem habeat. Cur autem adiectum ſit ab Hippocrate, ſine cauſa manifeſta, abundè ſatis in Commentariis ſuis Galenus exponit.His acetabula,de quibus ſuprà, nempe aphoriſmo 28.huius ſectionis diximus. Et Galenus in Commen. & in libello de vteri diſſectione, & lib.15.de Vſu part. quid per ea intelligendũ veniat disertè mõſtrat.Mucore, hoc eſt, Philotheo interprete, *φλεγματικοῦ καὶ γλίσχρου χυμοῦ*, pituitoſo ac lento humore,plena ſunt,neq; poſſunt præ pondere continere fœtum,ſed rumpuntur. Quippe à pituitoſo illo humore laxa molliáve & imbecilla fiunt: ita vt minimè mirum ſit, ſi fœtum, vtpote iam grauitatem nactum, continere nequeant,ſed planè rumpantur.Hinc eſt quod Galenus libro 6. Mucor.
de Malè affect. loc. cap. 5.ita ſcriptum reliquerit, Si mulier »
promptè quidem conceperit,deinde ſecundo, aut tertio, aut »
quarto imprægnationis menſe fœtum eiecerit, circa vteri »
acetabula pituitoſum humorem abundare, atq; idcirco ve- »
narum & arteriarum eius loci ad ora vaſorum in vterũ de- »
ſcendentium nexum debiliorem reddi coniiciendum eſt, vt »
fœtum ob grauitatem ferre nequeat,ſed facilè rũpatur.Ean- »
dem cauſam copioſius lib.15.de Vſu part.commemorat Gal. In Com.vbi legitur,vel clamore, omiſſum eſt ab interprete, vel triſtitia.Græcè enim eſt, *ἢ κεκραξάσης, ἢ λυπηθείσης*, aut clamante,aut triſtitia affecta.Et paulò pòſt,vel aliquo tali actu, ſeu paſsione.Græcè eſt,*ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον διαπραξάσης, ἢ παθούσης*, aut tale aliquid faciente vel patiente.

APHORISMVS XLVI.

Ὁκόσαι παρὰ φύσιν παχεῖαι ἐοῦσαι μὴ ξυλλαμβάνουσιν ἐν γαστρὶ, ταύτῃσι τὸ ἐπίπλοον τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ἀποπιέζει, καὶ πρὶν ἢ λεπτυνθῆναι, οὐ κύουσιν.

Quæ immodicè craſſa concipere nequeunt,ijs omen-

tum

tum vteri os comprimit, & priuſquam extenuentur, haud concipiunt.

QVemadmodum paulò antè valde tenues mulieres cõcipere quidem poſſe, ſed ſubinde abortire dixit: ita nunc immodicè craſſas neutrum facere oſtendit, eiúſq; rei ratio-
Omẽtum. nem eſſe omentũ, quod Græcis ἐπίπλοον, Arabib. Zirbus, vulgò Rete dicitur, os vteri comprimẽs, ait. Quippe quum hoc infrà vmbilicum, & ad pubis oſſa ſitũ ſit, atq; in hominibus, vt teſtatur Gale. lib. 6. Ana. admi. maximum ſit, præſertim in obeſis, minimè mirũ ſi internũ vteri os ſua mole cõprimat. Quare fit, vt ſemen viri in vterũ muliebrem iniici haud poterit. Priuſquàm igitur extenuẽtur, hoc eſt, Philotheo interprete, πρὶν ἐλθεῖν εἰς συμμετρίαν, priuſquàm ad mediocritatem
Tenues. perueniãt. Neq; enim tenues hîc propriè pro valde extenuatis accipiuntur, ſed per abuſum, quatenus ſcilicet ad maximè craſſas conferuntur, pro mediocribus. Dictum eſt enim ſuprà, nempe apho. 76. ſect. 4. ꝙ extremorũ nomina per abu-
Extremorũ nomina ꝑ abuſionẽ mediocribus tribuũtur. ſionem mediocri tribuantur. Non concipiũt: ſic enim internum vteri os, vt comprehenſum eſt, ab omenti pinguedine cõprimitur & anguſtatur, vt virile ſemen excipere nequeat. Quod clarius in lib. de Malis mul. iis verbis Hippo. ſignificauit: Si verò, inquiens, præter naturam craſſeſcant, non concipiunt. Nam omentum craſſum ſuperiacens vteri os multũ premit, vt genituram non excipiant. Niſi itaque ad mediocrem corporis habitum redeant, concipere nequeunt.

APHORISMVS XLVII.

Ἢν ὑστέρη ἐν τῷ ἰσχίῳ ἐγκειμένη διαπυήσῃ, ἀνάγκη ἔμμοτον γενέσθαι.

Si vterus ea parte qua coxæ incumbit, adiacẽtve, ſuppuratur, neceſſe eſt emmotum fieri.

Foroliuiẽſis & Hugó Senẽſis inepti Hippocr. expoſitores. BReuis eſt, attamen nonnihil obſcura, hæc Hippocr. ſententia, ideo à Foriliuienſe, Hugone Senenſi, & id genus aliis ineptis ac barbaris interpretibus, falſiſsimè eſt expoſita. Ineptos enim cur non appellem, quos conſtat ineptiſsimè Hippocratis aphoriſmos tractaſſe, & expoſuiſſe, illíſq; abſurdiſsimos, propter linguæ Græcè ignorantiam, affinxiſſe ſenſus? Vt mirari ſatis non queam, cur plerique hodie in ſcholis pub

publicis, dum Hippo. aphoriſmos enarrant, eotundem adhibeant ſomnia, quibus certè mirificas ſuis auditoribus tenebras offundunt, adeò vt nunquam rectè Hippo. ſenſus eruere poſsint. Sed fortè ſimiles deſiderāt habere labra lactucas. Sinamus itaq; vt cum ineptis ineptiant ad ſatietatem vſq;, & nos ad Hippocraticæ ſententiæ explicationē potius accedamus, in qua de vteri, quæ eiuſdē inflammationem ſequitur, ſuppuratione agit. Quum autē hæ ipſæ in diuerſis vteri partibus, nempe anterioribus vel poſterioribus dextris vel ſiniſtris fiant, vt lib. 3. de Sanan. corp. mal. c. 59. diximus, nunc de ea loquitur ſuppuratione Hipp. quæ in lateribus vteri, & iuxta coxas, quibus adiacet, fieri ſolet: hoc eſt, ea quæ fit, vt ait Gal. πρὸς τοὐκτὸς, id eſt ad exteriora, vel extrinſecus. Eſt autem coxa, quæ Græcis ἰσχίον dicitur, propriè os quod cōtinet ſinus in quos fœmorum capita inſeruntur, vt teſtis eſt Gal. cap. 20. lib. de Oſsibus. Connexum autem quendam habere vterum cum coxa, teſtatur etiam Hipp. dum lib. 6. Epid. par. 1. aph. 1. vteri mala ob id in coxendicem finiri ſcribit: & Gal. qui lib. 6. de Malè affe. loc. c. 5. dolorem vteri quibuſdam mulieribus in coxam tranſire, ac crus ipſum quod è regione eſt, per inceſſum claudicare. Ceterùm de ſuppuratione qua de hîc agit Hipp. ita ſcriptum reliquit Philotheus: εἰ τύχει, περὶ μίαν τῶν ἀρτημάτων τῶν κατὰ τὰ πλάγια τὴν φλεγμονὴν γενέσθαι, τουτέστι περὶ τὰς βουβῶνας καὶ τὸ ἰσχίον, φέρεται ἐκεῖσε ἡ μήτρα, καὶ οἱονεὶ ἐγκεῖται περὶ ἐκεῖνα τὰ μέρη. εἶτα ἡ φύσις εἰς πύον μεταβάλλει, καὶ τοῦτο τὸ ἀπόστημα ἔξω ἀποκορυφοῦται περὶ τὸ δέρμα, καὶ ὑπὸ τέχνης, ἢ ὑπὸ φύσεως ῥήγνυται, ſi acciderit vt inflammatio circa vnum aliquod appendiculum eorum quæ in lateribus ſunt fiat, hoc eſt circa inguina & coxas, illuc fertur vterus, & iis partibus veluti incumbit. Dein natura in pus tranſmutat inflammationem, & is abſceſſus extrà iuxta cutem attollitur, & ab arte, vel à natura rūpitur. Rupto itaq; abſceſſu, neceſſe eſt, vt ait Hipp. emmoton fieri. Eſt autem ἔμμοτον medicamentū liquidum, quod linteolis concerptis, quæ Græcis μοτοὶ καὶ μότα vocantur, excipitur, vlceribúſque inditur. Μοτὰ itaque propriè Latinis linamenta vel linteola dicuntur. Quapropter interpretes non rectè ἔμμοτον linamētum ſunt interpretati, quum idipſum, vt iam comprehenſum eſt, ſit potius medicamentum id quod linteolis ſeu linamentis excipitur. Præſtat itaq;

clar

Suppurationes vteri.

Coxa.

Connexus vteri cum coxa.

ἔμμοτον.

μοτά.

clarioris intelligentiæ gratia Grçcam vocem ἔμμοτον retinere, vt nos fecimus, quàm dicere linamentum. Antiqua conuerſio haud dubiè librarij vitio legit commotum. Quæ lectio ſubinde Iacobo Foroliuienſi, & aliis eius farinæ indoctis interpretibus tenebras & caliginem offudit, errandíque occaſionem præbuit. Neceſſe autem eſt, per emmota fieri in hac vteri ſuppuratione curationem, ne ſcilicet medicamentum iniectum ſubinde effluat. Nam quum linamentis conceptis os vlceris claudimus, fieri non poteſt vt medicamenta indita effluant. Quare quum prçcipuus emmotorum vſus ſit, vt iis vlcerum & vulnerum, ſinuúmque ora obturentur, in ſuppuratione quoq; vteri externa, de qua hîc, vt prædictum eſt agitur, eorundem vſus, Hippo. monitore eſſe debet, quòd aliàs medicamenta admota confeſtim effluant. Cæterùm vlcera caua & exeſa curationem per linaméta requirere, teſtatur etiam lib. 2. κατ' ἰητρεῖον, Comm. 23. & lib. 3. de Articulis, Comm. 55. Gal. In explicatione huius ſentẽtiæ longiores fuimus, ꝙ pauci admodũ interpretes hanc ipſam intellexerint, & quidem inter poſtremos, ne Braſauolus quidem. Quippe is linamenta eſſe adhibenda ſcribit, ne pus ibi firmetur, ſed effluat. Hoc enim quomodo rectè ab eo dici poſsit, quum linamentum effluxum potius moretur, & impediat, nõ video. Denique minus rectè ſentit, ꝙ per linamentum peſſum poſſe intelligi putat, quum ſuppuratio de qua Hippocrati ſermo eſt, non ſit interna, ſed externa, adeóque peſſo non indigeat.

Emmotorum prçcipuus vſus.

Muſæ expoſitio improbatur.

APHORISMVS XLVIII.

Ἔμβρυα τὰ μὲν ἄρσενα ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι μᾶλλον.

Fœtus qui mares ſunt, in dextra vteri parte: qui fœminæ, in ſiniſtra magis continentur.

HOc aphoriſmo Hipp. docet, fœtus mares dextera vteri parte, fœminas verò ſiniſtra magis contineri. Nec temere adiecit hanc particulam μᾶλλον, id eſt magis, quòd rarò ſcilicet aliter eueniat, quemadmodũ etiam lib. 6. de Malè affect. loc. cap. 5. Gale. copioſius monſtrat. Cauſam eius rei in Comment. ſuis, & lib. 2. de Semine, Galen. exponit. Nuſquam verò copioſius quàm lib. 14. de Vſu par. vbi prçſentem etiam ſententiam citat, & abundè explicat. Proinde nihil attinet

μᾶλλον.

hîc

hic nos eſſe longiores. Marem autem magna ex parte in dextera vteri parte concipi, teſtatur etiam lib. 6. Epidem. part. 2. aph. 30. Hipp. inquiēs: Quia in calidiore ſolidioréq; parte, „ dextra nimirum mares concipiuntur, ideo nigri ſunt, & venæ illis eminent, magiſq; birioſi ſunt. Et ibidem, aphor. ſcilicet 32. ait: Propterea mas robuſtior, bilioſior, magiſq; prçditus ſanguine eſt, quia locus ille animantium in quo concipitur, calidior. In quorum aphoriſmorum enarratione multa ad inſtitutum noſtrum facientia diximus. „ „ „ „ „ „

ANNOT. IN GAL. COMM.

Non minimè.] Grçcè οὐχ ἥκιστα, plurimum. Per vtrunque cornu.] Idem ab initio lib. 2. de Semine ſcribit, inquiēs: Adiacent teſticuli vtero vtrinq; ſinguli, ſimilē maſculis vaſorū reuolutionē recipientes: non tamē in eundē locū perueniūt, eo ꝙ neq; fœminā forâs maſculi modo, ſed in ſuā ipſius vuluam ſemen dimittere conueniebat. Ideóq; vterus ceu ſeminario vaſi obuius, prælongos de ſe exortus, quos apices ſeu cornua vocant, extendit, per quos ſemen recipit. Pars vna.] Græcè, τὸ μὲν εἰς τὸν δεξιὸν κόλπον τῆς μήτρας, τὸ δ' εἰς ἀριστερὸν ἀνόμοιον ὑπάρχων, hoc quidem in dextrum vteri ſinum, illud verò in ſiniſtrum diſsimile exiſtens. Siquidem ſeroſior, &c.] Addendum, genitura. Græcè enim eſt ἅτε ὂν ὀῤῥωδέστερον ὄντι καὶ ψυχρότερον τὸ κατὰ τὸν ἀριστερὸν σπέρμα. Idem autem lib. 14. de Vſu part. ſcribit, dicens: Manifeſtum igitur quod impurum adhuc & excrementoſum, humidum & ſeroſum ſanguinem ſiniſter in maribus teſticulus, & ſiniſtra in fœminis vteri pars ſuſcipiant. Conſtitutus.] Adiiciendum, ſtatim ab initio, Græcè enim eſt, τὸ συνιστάμενον εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς. » » » » » » » » » »

Teſtes mulIebres.

APHORISMVS XLIX.

Ὑστέρων ἐκ πτώσιος πταρμικὸν προστιθεὶς ἐπιλαμβάνειν τοὺς μυκτῆρας, καὶ τὸ στόμα.

Vt ſecunda procidat, ſternutatorium naribus apponens, nares & os apprehendito.

Contingit interdum, vt fœtu excuſſo ſecunda firmiter adhæreſcat vtero: huius nanque interuentu fœtus vtero nectebatur. Si itaque diutiùs in vtero manſerit, putreſcit, & odoris ſubinde grauitate caput complet ac grauat, ſtomachum euertit, & alia grauia procreat ſymptomata. Vt igitur

Secundæ retētæ mala.

in tẽpore excutiatur, danda medico opera erit ſane ſtrenua. Excutitur autẽ, vt Hippo. hoc in aphoriſmo docet, ſi ſternutatorium medicamentũ naribus imponatur mulieris, óſque & nares eiuſdẽ apprehendantur atq; claudantur. Quippe occluſis naribus & ore ſpiritus violẽtius ad infernas partes feratur neceſſe eſt. Quod teſtatur etiam Philoth. ita ſcribens: Ἐπιλαμβάνειν τοὺς μυκτῆρας καὶ τὸ στόμα, ὅπως τὸ πνεῦμα ἰδὲ τὰ κάτω χωρῆσαι, τῇ συντονίᾳ καὶ τῷ κλόνῳ τοῦ πταρμοῦ κατενεχθῆναι, ποιῆσαι τὸ χόριον, apprehende nares & os, vt ſpiritus ad inferiora deſcendens, ſtrenutamenti violentia & concuſsione ſecundam deorſum ferri faciat. Ex ſternutamento itaque, vt Galenus Commentario 35. huius ſectionis ait, ſecundas diſrumpi & excuti accidit. Cæterum prę̨ter ſternutamenta, quæ locũ tum potiſsimum habent, quum puerpera robuſta eſt, ſunt etiam alia multa remedia, quæ ſecundas educere poſſunt, de quibus diximus lib. 3. de Sanandis corporis malis cap. 64.

Secũda vt excutiatur

Sternutamẽtis quãdo vtẽdũ.

APHORISMVS L.

Γυναικὶ τὰ καταμήνια ἢν βούλῃ ἐπισχεῖν, σικύην ὡς μεγίστην πρὸς τοῦτο τιτθοὺς πρόσβαλλε.

Si mulieri menſtrua ſiſtere volueris, cucurbitulam quàm maximam ſub mammis defige.

INter hanc & eam quæ præcedit ſententiam, in veteri conuerſione temere aphoriſmus de tenaſmo mulierum inſeritur. Quippe is alio in loco refertur, nempe ſectione ſeptima, in qua ordine eſt 27. ibidémque à Galeno explicatur. Quare nos etiam eiuſdem enarrationem in hũc locum reiiciemus. Cæterùm in præſenti aphoriſmo, Hippocrates qua ratione menſes immoderatè promanãtes ſint ſiſtendi, monſtrat. Nec id ſanè temerè, quòd propter eorundem immodicum defluxum mulieres non rarò in vitæ diſcrimen incidant. Quippe deficiunt has ipſas vires, niſi confeſtim reſtricti fuerint. Ad eos autem reſtringendos optimum, & nullo nõ loco obuium remedium eſt, vt cucurbitulam maximam (minores enim parum aut nihil ab vtero reuellere poſſunt) affigamus ſub mammis. Maximã, vt vehementer per communes venas ſurſum reuellat. Vehementius vero maxima cucurbitula retrahit, tum quia maiorẽ copiã ignis ſuſcipit, tum quia ampliorem loci latitudinem occupat. Sub mãmis autem

Cucurbitula maxima.

Sub mammis.

autem defigendæ ſunt ea parte, vbi venæ ad ipſas infernè aſcendunt. Quod Gal. in Com. ſuis iis verbis indicauit, καθ' ὃ μάλιστα εἰσὶν αἱ κάτωθεν ὑπὸ αὐτὰς ἀναφερόμεναι φλέβες, vbi ſunt venæ, quæ ad ipſas ab imo ſurſum feruntur. Ad mammas vero nequaquã affigendæ, quod earũ appoſitione læderẽtur, aut nimium trahendo inflammationẽ in iis excitarent. Gal. li. 5. The. meth. cap. 3. præſentem Hippocratis Aph. iis verbis expreſſit: Si vel menſes cõfertim eruperint, vel ſanguis ab vtero quoquo modo profluxerit, ſurſum reuelles, cucurbitulam magnam ſub mammis defigens. Repetit hanc ſententiam Hippocrates lib. 2. Epid. ſect. 5. in fine propemodum.

APHORISMVS LI.

Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσι, τουτέων τὸ στόμα τῶν ὑστερέων συμμέμυκον.

Quæ grauidæ ſunt, iis vteri os coarctatum eſt.

Conceptionis hoc in aphoriſmo, Galeno teſte, maximum indiciũ Hipp. recenſet, nempe oris vteri coarctationem. Neq; enim συμμύειν hoc in loco, Philotheo interprete, aliud ſignificat quàm στενοῦσθαι. Quod vero grauidis os vteri internũ coarctetur, teſtantur etiã ea quæ li. 3 de Naturalib. facult. ab initio ferè ſcribit Gal. inquiens, Iam vero prægnantes ipſæ primis dieb. potiſſimúmq; eo ipſo quo ſemẽ eſt conceptũ, moueri, ac in ſeipſum cõcurrere vterũ ſentiunt. Quod ſi itaque ambo hæc incidũt, vt & os vteri citra phlegmonem aliúmue affectũ conniueat, & ſentiatur deinde ſuccedere vteri in ſeipſum motus, iam ſemẽ à mare & cõcepiſſe ſe mulieres exiſtimant, & retinere cenſent. Neque nos iſta modo cõfingimus, ſed longo vſu cõprobata ab omnibus ferè qui de iis diſſeruerunt, ſunt prodita. Herophilus certe nec illa ſcribere eſt grauatus, ne ſpecilli quidem mucronem admittere vteros antequã mulier pariat. Præterea ne vel minimũ quidem hiſcere, vbi cõceperint: laxius autẽ recludi, quũ menſes profluunt. Huic aſtipulantur & reliqui omnes, qui de iis tractauerunt, Primúſque omniũ non medicorũ modo, ſed etiam philoſophorum Hipp. conniuere os vteri tum conceptibus, tum phlegmonis pronunciauit: cæterũ in cõceptibus ſeruato naturali habitu, in phlegmonis vero in durũ mutato. Hęc ille. Quæ quidem verba recitare longius haud piguit, quod

Vteri coarctatio conceptionis ſignum.

συμμύειν,

ad Hipp.Aph.& Com.Gal.intelligendos, mirificè cõducant.

Quæſtio de ſuperfœtatione. Sed quæret hic quiſpiã,ſi id quod veteres literis mãdarunt, verum eſt,quod nimirũ à conceptu ſic claudatur & arctetur vteri os,vt ne ſpecilli mucronem admittat, quî igitur fit vt mulieres ſuperfœtẽt? Neq; enim veriſimile eſt,vt vno initu ſuperfœtatio fiat. Si itaque è diuerſis coitibus fit ſuperfœtatio,ſicut certe fit,id quod nomen ipſum palàm indicat (*ἐπικύησις* enim Græcis,& Latinis ſuperfœtatio, nihil aliud eſt quàm ſecunda vel altera impræ gnatio,ſeu cõceptio) certe à primo conceptu coarctatũ & concluſum vteri os eſſe nõ poteſt:quomodo enim aliàs virilis genitura iniiceretur? Re-

Superfœtatio quid

Superfœtationẽ fieri. ſpondeo,initio verũ eſſe ſuperfœtationẽ fieri,quod in primis Hipp.qui poſteritati librũ de Superfœtatione reliquit,manifeſte atteſtatur. Et confirmat hoc ipſum Plinius,qui lib.7. „ Naturalis hiſtoriæ cap.11.ſic ſcriptũ reliquit:Præter mulie„ rem pauca animalia nouere coitum grauida.vnũ quidẽ aut „ alterũ ſuperfœtat. Extat in monumentis etiam medicorũ,& „ quibus talia conſectari curæ fuit,vno abortu XII.puerperia „ egeſta.Sed vbi paululũ temporis inter duos cõceptus inter„ ceſsit,vterque eſt perfectus : vt in Hercule, & Iphiclo eius „ fratre apparuit,& in ea quæ gemino partu alterũ marito ſi„ milem,alterũ adultero genuit. Itẽ Proconneſia ancilla, quæ „ eiuſdem dieì coitu,alterũ domino ſimilẽ,alterũ procuratori „ eius:& in alia quę vnũ iuſto partu,quinq; menſiũ alterũ edi„ dit.Rurſus in alia,quæ ſeptem menſiũ edito puerperio,inſe„ cutis menſibus geminos enixa eſt. Hæc Plinius:quibus euidenter admodum ſuperfœtationem comprobat. Deſumpſit vero hæc omnia ex lib.7.de Hiſtor.animal.Ariſt.cap.4.vbi illa ad verbũ,& paulo copioſius,referuntur. Quũ itaque fiat ſuperfœtatio,neceſſe quoq; erit vt à primo cõceptu vterum denuò,vt in ſe recipiat ſemen,recludi fateamur. Atqui hoc

An à cõceptu coarctetur os vteri. ipſum,vt ſuperfœtatio etiã ipſa,rarò admodũ accidit. Quare cũ veteres tradũt à cõceptu coarctari vterum,ad id reſpiciunt quod crebrò accidit.Semper enim propemodũ à cõceptu vterus clauditur. Quod teſtatur Ariſtoteles,qui lib.4.de „ Gene.animal.ca.5.ita ſcriptũ reliquit:Si iam aucto conceptu „ coitus adhibetur, ſuperfœtari quidẽ poteſt ſed rarò,quoniã „ vterus magna ex parte ad partum vſque comprimitur. Atque hæc in præſentia de propoſita quæſtione dixiſſe ſatis ſit.

APHORISMVS LII.

Γυναικὶ ἢν ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ γάλα πολὺ ἐκ τῶν μαζῶν ῥυῇ, ἀσθενὲς τὸ ἔμβρυον σημαίνει. ἢν δὲ στερεοὶ οἱ μασθοὶ ἔωσιν, ὑγιεινότερον τὸ ἔμβρυον σημαίνει.

Mulieri grauidæ ſi lac è mammis plurimũ effluat, imbecillum eſſe fœtum ſignificat. Si vero ſolidæ mammæ fuerint, ſaniorem eſſe fœtum indicant.

HIppocrates è mammarum cõſiſtentia hoc in Apho fœtus in vtero imbecillitatem aut robur coniicit. Quippe ſi lac mulieri grauidæ è mammis plurimũ profluat, adeóque laxæ flaccidæve fuerint, fœtum eſſe imbecillum ſignificant. Nam is præ imbecillitate lac attrahere, & alterare pro ſui alimento nõ poteſt, quare per cõmunes venas ſurſum ad mammas fertur, & illic in lac conuerſum plurimum effluit. Plurimum autem nõ temerè eſt adiectũ, quia ſi parũ effluit, nihil mali portendit. Si vero nihil lactis ex mammis effluxerit, ac ſolidæ, hoc eſt, vt in Comm. interpretatur Gale. neq; admodũ impletæ ac duræ, neque molles & laxæ fuerint, ſaniorem atque validiorem fœtũ indicant. Quippe tum ſatis alimenti fœtui accedit: reliquũ vero ſanguinis quo nõ eget, ad mammas defertur, vt illic in lac mutatum, à partu ſtatim fœtui vt inde alatur præſto ſit. Citat hanc ſententiam, atque etiam explicat lib. 14. de Vſu part. iis verbis: Contrariis affectibus neceſſe eſt comprehendi mammas, repleri quidem lacte ante tempus, in fœtus imbecillitate. Ita enim & Hippocrates dicebat: Mulieri grauidæ lac ex mammis multum fluens, fœtum imbecillum ſignificat, ceu ad mammas ſuperfluo vniuerſo aſcendente, quod in venis reliquit fœtus non potens præ imbecillitate quantũ ei ad commoderatam nutritionem ſatis erat, trahere. Hæc ille.

Mammæ ſolidæ.

ANNOTAT. IN GAL. COMMEN.

Quibus viſum fuerit.] Græcè, οἷς ἂν φαίνηται ῥεῖν, quibus videtur effluere. Neq; enim in primis generatur mẽſibus.] Rectè hunc in modũ locum illum cõuertit interpres. Græcè enim eſt, οὐ γὰρ δὴ κατά γε τοὺς πρώτους μῆνας γεννᾶται. Rationem vero cur in primis menſibus non generetur lac, ſuprà, nempe Comment. 39. huius ſect. expoſuit Galenus, hanc ſcilicet:

Lac in primis menſibus nõ generatur.

Quod in primis menſibus parum aut nihil alimenti, cōmunibus nimirum venis nondum oppletis, ad mammas defeɾatur. In poſtremis verò, octauo & nono potiſsimum menſibus cōceptionis, quando abundè oppletæ ſunt venæ mammarum & vteri communes, plus alimenti defertur, ideóque minimè mirū ſi tum lac in mammis fuerit. Quare mirifice hallucinantur, qui Hugonis & Foriliuienſis falſis & ineptis interpretationibus addicti, hunc locum Galeni eſſe mendoſum cenſent. Hi enim erroris ſui occaſionem à falſa veteris interpretis cōuerſione ſumpſerunt: quam vt tuerentur ac tegerent, Galeni nanque hanc eſſe legitimā lectionem putantes, inepta quædam & abſurda confingere coacti ſunt. Optarem itaque in iſta veritatis luce, & tanta bonorum autorum copia talibus ſcriptoribus extremū valde dicerent. Sed cæci cæcis delectantur.

Cōtra eos qui Hugonis & Foroliuienſis falſas & ineptas interpretationes ſectantur.

APHORISMVS LIII.

Ὁκόσαι διαφθείρειν μέλλουσι τὰ ἔμβρυα, ταύτῃσιν οἱ τιτθοὶ ἰσχνοὶ γίνονται. ἢν δὲ πάλιν σκληροὶ γένονται, ὀδύνη ἔσται ἢ ἐν τοῖσι τιτθοῖσιν ἢ ἐν τοῖσι ἰσχίοισιν, ἢ ἐν τοῖσι γούνασιν, ἢ ἐν τοῖσιν ὀφθαμοῖσι, καὶ οὐ διαφθείρουσιν.

Quæ abortum factura ſunt, ijs mammæ extenuantur: ſi verò contrà duræ fiant, dolor erit vel in mammis, vel coxis, vel oculis, vel genibus, & non abortient.

SVprà bis, nempe Aphor. 37. & 38. huius ſect. extenuatas mammas futuri abortus eſſe indicia Hipp. docuit. Nūc mutato conſecutionis ordine, non à ſignis ipſis, ſed à re ipſa, hoc eſt mulieribus abortientibus exorditur, illiſque accidere vt mammæ extenuentur, ratione defectus alimenti, inquit. Et Gal. quidem in Comm. ſuis aſſerit, Hipp. eſſe ſententiam, vt omnes abortus mammarum præcedat extenuatio. Quippe ex quacūque cauſa grauida abortiat, in vtero prius excitari dolorem neceſſe eſt, neque enim vteri os ad fœtus eiectionem citra dolorem aperitur. Dolore itaque orto, ſanguis & ſpiritus ad vterū, reliquis partibus, mammis potiſsimum, quibus cū vtero magna eſt cōmunitas, relictis, deferuntur, vt per hęc duo, veluti inſtrumenta quædā expellatur, quod infeſtat. Quapropter accidit, vt māmæ, vtpote ſanguine &

Mammarum extenuatio abortū præcedit.

ſiæ & ſpiritu deſtitutæ, ſubinde extenuentur. Quod ſi vero cōtra(πάλιν enim hoc loco idē quod ἔμπαλιν ſignificat)mammæ duræ fiant,propter nimirū materiam ſuperuacuam quæ illuc ab vtero defertur, mammáſque nimium implet atque duras efficit,dolor in mammis erit.Aut in coxis,vbi ſcilicet ad latera natura repoſuerit materiam ſuperuacuam. Coxis enim cōnexum eſſe vterum,ſuprà,nempe Aph.47.diximus. Aut in oculis,quando nimirum ſurſum humores redundantes repſerint. Aut in genibus , ſi ad inferna tranſmittantur ſuperflua & non abortient,alio ſcilicet delata materia. πάλιν,

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Prius.]Aph.videlicet 37.huius ſect. Dixerat autem.]Nimirū Aph.38.huius ſect. Hic non ſolū.&c.] Sic certe legendum erit,non obſtante quòd omnes alij interpretes,quos viderim,aliter cōuerterint,Græcáque ſecus habeant,ita nimirum, ὅτος ἀποφαίνεται τοῦτο μόνον σημεῖον εἶναι, &c.Omiſſa eſt enim particula οὐ,legendúmq; οὐ μόνον,vt ſit ſenſus:Qui ait ad mammarū extenuationē ſequi corruptionem,abortúmue,is non ſolū hoc ipſum eſſe futuri abortus ſignū oſtendit,ſed & alia eſſe innuit,quæ abortū portendere queant.Perinde atq; is qui affirmat lumborū dolorem,menſiū ſuppreſſorum eſſe ſignū,non negat quin plura alia ſint,quæ idē ſignificare poſſint.Qui vero dicit,his,&c.]Rectè hūc etiā locum cōuertit interpres,etiamſi ſecus Græcus habeat codex,qui legit οὐ μόνων,cū certe legendū ſit, οὗτος μόνον,vt ſit ſenſus:Qui aſſerit iis quæ abortum facturæ ſunt,mām̄as extenuari,ille negat alia ſigna abortū præcedere,hócque ſolū eſſe quod abortum prǽcedat,innuit. In mulieribus grauidis.]Græcè eſt, καὶ παραφυλακτέον ἐπὶ αὐτῶν φαινομένων κατὰ τὰς κυούσας, obſeruandū in iis quæ in grauidis apparent mulieribus. Contingit mammarum.]Adiiciendū,aliquando.Græcè enim eſt,ἐγχωρεῖ ποτὲ μὲν,accidit quidē aliquando. Et mihi ſæpius obſeruanti.] Iſte locus varie interpretari poteſt. Nam ſi Græcè ita legitur,καί μοι παραφυλάττουσι πολλάκις ἐφάνησαν ἐπὶ τῶν προειρημένων αἰτίων τῆς φθορᾶς οἱ τιτθοὶ προϊσχνούμενοι, μήποτε οὖν ὅταν &c.tunc is planè ſenſus erit quē expreſſit interpres,excepta illa particula,ne fortè:pro qua conuertendum erat,Nunquid igitur quando , &c. Vt ſcilicet μήποτε non tam percunctantis ſit, quàm addubitantis, & addubitanter decernentis. Si verò Gal. locus explicatus

μάπωτι particula per præcedẽs punctũ à prioribus verbis nõ ſeparatur, ſed cũ iis planè connectitur, is verborũ Gal. ſenſus erit. Et mihi ſępius obſeruanti viſę ſunt in prędictis abortus cauſis mãmæ nũquã fuiſſe extenuatę. Et hæc lectio priori videtur eſſe melior. Quippe in præcedentibus verbis Gal. palã aſſerit, eſſe poſsibile vt propter ſaltũ, vociferationes, & alias, quas ordine cõmemorat cauſas, fiat abort⁹, citra mãmarum extenuationẽ. Huc accedit quod nonnũquã ex ſubito horrore, vt teſtatur li. 5. Epid. Comm. 2. Aphor. 8. Gal. mulier abortire poſsit, quẽ tamen abortũ extenuatio mãmarum præcedere non poteſt. Deniq; in fine Commen. diſertè ait Gale. Hippo. nõ ſuã eſſe ſententiã, quod omnem abortum mãmarum pręcedat extenuatio. Tamen vt Hipp. etiam, à quo non facilè diſſentit, ſentẽtiam tegat ac tueatur, vtcunque ipſe ſecus fieri compererit, ſtatim illius ſententię rationẽ ſubiungit, dicens, ὅταν ἐῶ, ſic enim legendum eſſe videtur. Igitur quando citra aliquam, &c. Quod antedicto coniungitur affectui.] Scilicet tenuitati mãmarum, ita nimirũ vt quæ prius fuerũt tenues, nũc duræ fiant. Hoc eſt, quando hęc particula πάλιν, idẽ quod

Senſus. rurſus ſignificat, tũc verborũ Hipp. hæc erit ſentẽtia: Si vero mãmæ extenuatæ rurſus durę fiant, ita vt duritiem intelligamus eam quæ extenuationem ſequatur. Si propter.] Græcè, εἰ καὶ δι' ἕτερον, Etiam ſi propter aliud, &c.

APHORISMVS LIIII.

Ὁκόσῃσι τὸ στόμα τῶν ὑστερέων σκληρόν ἐστι, ταύτῃσιν ἀνάγκη, τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ξυμμύειν.

Quibus os vteri durum eſt, iis coarctari idipſum neceſſe eſt.

QVum non ſolum iis mulieribus quæ conceperunt, verumetiam illis quæ phlegmone aut duritie vteri laborãt, os eiuſdem coarctetur, quo pacto eas coarctationes vteri quæ à tumore præter naturam factæ ſunt, ab iis quæ propter conceptum fiunt, medico diſcernere liceat, hoc in Aphoriſmo docet Hippoc. Nam in ea quæ à tumore aliquo præter naturã fit coarctatione, os vteri durum eſt: in ea vero quę ex conceptu fit, contrà molle apparet, vt copioſè admodum in Comm. ſuis proſequitur Gal. Senſus itaq; verborum Hippo. eiuſmodi eſt: Quibus os vteri internum, vt Aphoriſmo 51. huius

huius ſectio.eſt dictum,durum exiſtit, iis propter phlegmo nem,aut durum aliquem tumorem arctari neceſſe eſt.Quapropter vbi os vteri coarctatum,ad obſtetricis tactũ durum apparet,tumorem præter naturam illic eſſe oſtẽdit.Sin molle,conceptum præ ſe fert.

APHORISMVS LV.

Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι ὑπὸ πυρετῶν λαμβάνονται, καὶ ἰσχυρῶς ἰσχναίνονται ἄνευ προφάσιος φανερῆς, τίκτουσι χαλεπῶς, καὶ ἐπικινδύνως, ἢ ἐκτιτρώσκουσαι κινδυνεύουσιν.

Quæcunque mulieres grauidæ à febribus capiuntur, & vehementer ſine cauſa manifeſta extenuantur, difficulter pariunt, & cum periculo, aut abortientes periclitantur.

HOc in Aphoriſmo monſtrat Hippo. grauidas quæ à febribus capiuntur,& vehementer,ſine tamen manifeſta cauſa,extenuãtur, aut difficulter parere, & cum periculo, aut abortientes periclitari. Non autem ab re voce pluralis numeri vſus eſt,à febribus inquiens quippe hàc ratione innuere voluit,eas aliquando eſſe vehementes,aliquãdo etiam mediocres, & non eiuſdem ſpeciei, omnes tamen à vitioſis & putridis humoribus natas, vt copioſius in ſuis Commen. Galen.docet.Quod vero ait, ἄτερ προφάσιος φανερῆς, hoc eſt, ſine manifeſta cauſa, nihil aliud iis verbis ſignificat, quàm μᾶλλον τὸ κατὰ λόγον, id eſt plus quàm ratio poſtulat. Quare ſi vehementer & plus quàm ratio exigat, extenuantur grauidæ ſummam imbecillitatem præ ſe fert, ſiue vehemens, ſiue leuior fuerit febris.Cuius rei teſtis eſt Hippocra.qui ſuprà, nempe Aphoriſm.28. ſect.2. ſcriptum reliquit: Corpus eorum qui non omnino leuiter febricitant perſtare,& nihil comminui, aut magis quàm ratio poſtulat extenuari, malum: alterum enim morbi diuturnitatem,alterum imbecillitatem ſignificat. Quum itaque vehementius ſine manifeſta cauſa aut plus quàm ratio poſtulat extenuari virium imbecillitatem ſignificet, minimè mirum grauidas hac ratione extenuatas aut difficulter parere,aut abortum facere.Difficulter enim & cum periculo pariunt, propter tum matris,

A febrib.

Sine manifeſta cauſa

tum infantis imbecillitatem, vt fuſius in Comm.Gal.expo-nit.Abortientes autem periclitantur, eò quòd febris vehemẽtiam,& victus rationem tenuem, vt Aphor.30.huius ſect.dictum eſt, fœtus ferre haud poteſt. Huc accidit ꝙ medico nõ liceat medicamẽta vitioſos humores,qui febrem excitarũt, purgantia grauidæ propinare.Cæterum notandum erit, aliquos codices pro ἰσχαίνονται legere θερμαίνονται,id eſt,calefiunt. Quã lectionẽ ſi qui ſequuntur ac probant, eos neceſſe eſt per hoc verbũ vehemẽtem & continuam intelligere febrem. Id quod Philoth.certè facit,qui ait, πυρετὸν ἐν ταῦθα ἱπποκράτης ὑποτίθεται συνεχῆ: febrẽ hic Hipp.ſubaudit continuam. Verum mihi hęc lectio non probatur,quod Gal.Cõmenta.palàm aduerſetur,qui non tantum de vehementioribus, verumetiam mitioribus febribus loqui Hipp.ſcribit:Præterea ſi ita legitur,nõ video cur hæc adiecta ſit particula,ſine manifeſta cauſa.Quippe vehementer à febri calefieri corpus,nõ eſt pręter rationem, neq; is calor ſine manifeſta accidit cauſa. Quare coactus eſt Philoth.hęc verba ἄτερ προφάσιος φανερῆς,interpretari ἐξ ἀνάγκης,id eſt neceſſariò,vt ſit is ſenſus:Si grauidæ vehementiſsimis febribus corripiuntur,neceſſe eſt vt difficulter pariant. Atqui non video quo exemplo probare queat, ἄτερ προφάσιος φανερῆς,idem ſignificare quod ἐξ ἀνάγκης: Proinde legendum potius ἰσχαίνονται quàm θερμαίνονται erit. In Cõmentariis, vbi interpres ſufficienter conuertit, Græcè eſt ἀκριβῶς, exquiſité. Et vbi reddidit idem obſiſtere,Græcè eſt ἀντέχειν,perdurare,perferre.

Philothei ſententia improbatur.

APHORISMVS LVI.

Ἐπὶ ῥόῳ γυναικείῳ σπασμὸς καὶ λειποθυμίη ἢν ἐπιγένηται, κακόν.

Si in fluore muliebri conuulſio & animi defectio ſuperueniant, malum.

Muliebris fluor.

Conuulſionem & animi defectionem fluori muliebri ſuccedentia malum portendere,hoc loco Hippoc.docet. Eſt autem muliebris fluor,vel,vt Græci dicũt,ῥοῦς γυναικεῖος,Paulo Aegineta lib.3.cap.63.teſte,vteri defluxus, per quem vniuerſum expurgatur corpus.Hinc eſt quod Gal.lib.6.de Male affect.lo.cap.5.ſcribat, muliebrem fluorem accidere, vtero haud quaquã male affecto, quũ videlicet vniuerſum cor-

pus

pus per ipſum expurgatur. In hoc itaq; fluore humor in toto redũdans corpore, qui magna ex parte ſeroſus & aquoſus eſt, interdũ etiã candidus aut pallidus, vacuatur. Hæc itaque ſi immodica fuerit, conuulſionem & animi defectionẽ accerſit. Conuulſionem, ob immodicã & extremam corporis partiũ maxime neruoſarum ſiccitatem. Animi vero defectionẽ, propter ſummã viriũ imbecillitatẽ, quę immodicã vacuationẽ ſequitur. Ita vt rectiſsime dixerit Hippocrates, hæc duo malum portendere. In Galeni Commentariis, vbi interpres reddidit. Non ſtatim fluxu conſtituto: Grçcè eſt, οὐκ εὐθέως ἀκολουθεῖ γεγονότος, non ſtatim videlicet facto, aut incipiente, &c.

APHORISMVS LVII.

Καταμηνίων γινομένων πλεόνων, νοῦσοι ξυμβαίνουσι καὶ μὴ γινομένων, ἀπὸ τῆς ὑστέρης γίνονται νοῦσοι.

Si menſtrua immodice fluunt, morbi accidunt: & ſi ſupprimuntur, ex vtero morbi eueniunt.

MOrbos fieri tum ex multitudine, tũ defectu menſtruorum, hoc in Aphor. Hip. docet. Quippe ſi mẽſtrua plura quam ſcilicet naturæ mulieris conueniat, fiant, hoc eſt, ſi vltra cõſuetum tempus purgationis copioſè effluant, morbi accidunt, quòd ex immodica eorundem vacuatione vniuerſum corpus refrigeretur, viréſq; debilitẽtur. Fit autẽ magna ex parte hydrops, vt atteſtatur lib. 2. de Natur. facul. Gal. vbi inter reliqua ita ſcriptum reliquit. Siquidẽ ex diuturnis hæmorrhoidibus retẽtis, aut immodica vacuatione, hominem ad extremam frigiditatem ducentibus, non ſemel aut bis, ſed ſæpe iam aquas inter cutem collectas vidimus. Quemadmodum etiam mulieribus tum menſtruæ purgationis omnimoda ceſſatio, tum immodica vacuatio, quũ ſcilicet vehemẽter ſanguinis profluuio laborauerint, hydropẽ acccerſiuerunt. Hæc ille. Quinetiam lib. 6. de Male affect. loc. cap. 5. quum immodice vacuantur mẽſes, ſequi colorem fœdum, pedes molli tumore attolli, corpúſque intumeſcere vniuerſum ſcribit. Si vero menſtrua non fiunt, & ſupprimuntur, morbi ex vtero eueniũt, quod nimirum progreſſu temporis excrementa in vtero aceruentur. Quales autem hi ſint morbi, qui tum accidere ſolent, Galenus in Commenta. ſuis oſtẽdit: causámq; cur in menſium tantum defectu ex vtero mor-

Morbi qui ex menſibus plus iuſto profluentibus fiunt.

bos fieri dixerit Hippocrates, exponit, vt hoc nomine non ſit opus nos eſſe in explicando longiores.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Interpretatur.]Græcè eſt, ἡγεῖται, arbitratur. Oſtenſum autem eſt.]Libro nimirum 2.de Temp.cap.5. vbi duplicem facit intemperiem, vnam ſcilicet ſanitatis, & aliam morbi. & inter cætera ita inquit. Intemperamenti quod intra ſanitatem habetur, ſufficiens nota eſt, quòd nulla functio animalis manifeſte adhuc ſit læſa. Verum ſecundum hoc, &c.]Græcè, ἀλλὰ κατὰ τοῦτο μὲν οὔτε ψεῦδος πρὸς Ἱπποκράτους, οὔτ᾽ ἀσαφὲς εἴρηται. verum iuxta hoc quidem neque falſum, neque obſcurum ab Hippo.dictum eſt. Vel hoc proprium.] Græcè eſt, ἢ μόνον ἴδιον ἐστι, τῶν μὴ γινομένων, vel ſolum proprium eſt, &c. Quare ipſum expellat.]Græcè eſt, ὠθοῦντος αὐτὸ πρὸς τὰς ἐν τῇ μήτρᾳ, expellens ipſum ad venas, &c.

Duplex intemperies.

APHORISMVS LVIII.

Ἐπὶ ἀρχῷ φλεγμαίνοντι, καὶ ὑστέρῃ φλεγμαινούσῃ, καὶ ἐπὶ νεφροῖσιν ἐμπυοῦσι, στραγγουρίη ἐπιγίνεται, ἐπὶ δὲ ἥπατι φλεγμαίνοντι, λὺγξ ἐπιγίνεται.

Recto inteſtino & vtero inflammatione affectis, renibúſque purulentis, vrinæ ſtillicidium accidit. Si vero iecur inflammatione laborat, ſingultus ſuccedit.

TRes in hac ſententia ſtillicidij vrinæ cauſas recenſet Hippocrates, iecorîſque inflammationem ſequi ſingultum affirmat. Primam quidem ſtillicidij vrinę cauſam eſſe ait phlegmonem, inflammationémue recti inteſtini, quod Grecis ἀρχὸς dicitur, διὰ τὸ δοκεῖν ἄρχεσθαι τῶν ἐντέρων, quòd origo ſit inteſtinorum aut quod priores inter inteſtina partes occupat. Siquidem quum ſex in vniuerſum ſint inteſtina, primum ordine ab infernis aſcendendo eſt rectum, quod ſubinde colum, cæcum, tenue, ieiunum, & duodenum ſequuntur. Alteram cauſam ſtillicidij vrinæ phlegmonem eſſe aſſerit, eam potiſsimum quæ in eius ceruice fuerit. Minimè vero mirum, recto inteſtino & vtero inflammatione laborantibus vrinæ ſtillicidium accidere, quod iis duabus partibus maximus ſit cum veſica cõnexus ac conſenſus, vt vnà earum male affecta, neceſſe ſit etiam veſicã vexari. Quare in earundẽ inflammationibus veſica malũ participa-

Stillicidij vrinæ cauſæ.

ἀρχὸς.

Inteſtinorũ ordo.

ticipat: facultas enim eius retentrix diſſoluitur, eiúſque ceruix comprimitur, vt neceſſariò ſubinde vrina guttatim exeat. Quod maximè accidit, ſi in ceruice vel anteriore parte vteri, vt dictum eſt, inflammatio fuerit. quemadmodum Philotheus etiam teſtatur ita ſcribens, εἰ μὲν οὖν ἔμπροσθεν ἡ μήτρα φλεγμαίνει, ὡς ἐπὶ τὴν κύστιν ὠθεῖται, καὶ ἀποστενοῦται ὁ τῆς κύστεως τράχηλος, καὶ σταγόνα ἀποθεῖται τὸ οὖρον, ſi anteriori parte vterus phlegmone laborat, vt ad veſicam impellatur, veſicæ ceruix coarctatur, & vrina guttatim egreditur. Tertia cauſa ſtillicidij vrinę, eſt renum ſuppuratio: quippe tum pus ad veſicam delatum, ſua acrimonia, quod Galenus etiam in Comment. & Philotheus affirmant, mordicat veſicam: atque hac ratione excretricem veſicæ facultatem aſsiduè irritans, vt guttatim vrinam excernat, efficit, quemadmodum lib. 3. de Sanan. malis cor. cap. 45. copioſius diximus. Cæterùm ſi iecur phlegmone afficitur, ſingultum ſuccedere inquit. Quod aph. 17. ſect. 7. clarius docebitur. Ibidem enim Hippo. ait, “ In iecoris inflammatione ſingultus, malum. Accidit autem ſingultus, vt in Commen. ſuis Galenus teſtatur, in iecoris phlegmone, ob ventriculi conſenſum, & neruorum communicationem. Quippe connexum eſt iecur ventriculo & omnibus inteſtinis venarum commercio, & membranæ ſeu tunicæ ea colligantis, quæ quidem à peritonæo ducit originē, perinde atq; illa quæ extrinſecus iecur ambit, & quæ eſt eius veluti cutis & velamentū, in quam neruus minimus à ſexta cerebri coniugatione inſeritur, per quem illi cum ventriculo eſt communitas. Nam & qui ad ventriculum perueniūt nerui, ex ſexta illa neruorum coniugatione naſcuntur. Aliam etiam rationem afferet infrà Comm. 17. ſect. 7. quā ſuo loco explanabimus. Philotheus cenſet ſingultum tum maximè accidere, quando in cauo iecoris phlegmone fuerit, quoniam calor inflammationis ad ſe trahat humores qui in vētriculo ſunt, eóſque abſumat, híncque exiccato ventriculo ſingultum neceſſariò fieri. Sed Galeni ratio multò eſt melior & firmior.

Singultus in iecoris phlegmone cauſa.

APHORISMVS LIX.

Γυνὴ ἢν μὴ λαμβάνῃ ἐν γαστρὶ, βούλῃ δὲ εἰδέναι εἰ λήψεται, περικαλύψας ἱματίοισι θυμία κάτω, κἢν μὲν πορεύεσθαί σοι δοκέῃ ἡ ὀδμὴ διὰ τοῦ σώματος ἐς τὰς

ῥῖνας,

ῥῖνας, καὶ ἐς τὸ στόμα, γίνωσκε ὅτι αὐτὴ οὐ διὰ ἑωυτὴν ἄγονός ἐστιν.

Si mulier non conceperit, ſcire autem voluerit num conceptura ſit, veſtibus vndiquaque obuoluens ſuffitu ab imo: ſiquidem odor tibi tranſmitti per corpus ad os & nares videatur, ſcito quod ipſa non ſua culpa ſterilis eſt.

HOc in aphor. Hipp. rationem monſtrat, qua deprehendere licet, num mulier quæ non concipit, ſua, aut viri culpa ſterilis ſit, inquiens, Si mulier nõ concipit, iuſtis nimirum cõceptionis cauſis, mariti, verbi gratia, commercio, ætatéq; legitima præſentibus: volet autem ſcire an ſit conceptura, veſtibus hãc vndiquaq; ſic, vt odor ſuffimentorũ egredi, atq; extrinſecus ad nares nullo pacto peruenire poſsit, tegens ab imo ſuffito. Porrò quum difficile admodũ ſit omnia ſic veſtibus obturare, vt nihil fumorũ erumpat, hæc commodiſsima ſuffiendi ratio erit, vt infundibulũ carbonibus quibus odoramẽta iniecta ſunt, imponamus, ita vt eius pars inferior, quę quidẽ latior eſt, atq; ampla ſatis, carbonibus incũbat: ſuperior autẽ, quæ arctior exiſtit, pudẽdo mulieris ſubdatur, ipſaq; mulier in ſella veſtibus bene tecta & obuoluta ſedeat. Quibus autem ſuffimentis vtendum ſit, Gale. in ſuis Comm. docet, nóſq; varias eorundẽ formas lib. 2. de Compo. medicam. noſtro tempore vſitata, cap. 28. monſtrauimus. Ad hunc itaq; modũ ſuffitu peracto, ſi odor intrinſecus per corpus, nõ extrinſecus, vt eſt commemoratum, ad nares & ad os tranſire videatur, ſciendum erit ꝙ hæc mulier non ſua, ſed viri potius culpa ſterilis ſit. Quia tum, vt ait Philotheus, πάσης ἀπήλλακται κακοχυμίας τὸ σῶμα καὶ ἡ μήτρα εὐκράτως κέκραται. εἰ γὰρ ξηροτέρα ἦν τῇ κράσει, ἢ ψυχροτέρα, ἢ κακόχυμος, τῇ πυκνώσει, καὶ τῇ ψύξει, καὶ τῇ κακοχυμίᾳ ἐκωλύετο ἂν ἡ ὀσμὴ ἰέναι ἐπὶ τὸ στόμα καὶ τὰς ῥῖνας ἀνιέναι, corpus omni vitio humorum vacat, vteriúſque probè temperatus eſt. quippe ſi ſiccior aut frigidior, aut vitioſis humoribus refertus eſſet, propter denſitatem aut frigiditatem, vitioſique humoris redundantiam odor ad os & nares conſcendere prohibitus fuiſſet. Conſcendit autem illuc per venas & arterias, quæ, vt totum corpus ſit σύμπνουν καὶ

σύῤ-

Suffiendi ratio commodiſsima.

Quomodo odor

σύῤῥοιαν, id eſt,conſpirabile & confluxile,quemadmodum ait Hipp.efficiunt.Qua de re plura lib.1.Ther.meth.c. 2.& lib. 1.de Nat.facult.c.12.& 13.& ibidem lib.3.c.13.& initio lib.de Vſu pulſuum, Gale. Cæterùm quis ſit huius ſententiæ vſus, idem in ſuis Commen.Galenus oſtendit:quem tamen nobis Chriſtianis,vtpote quibus dimittere vxores, niſi ob adulterium,non permiſſum ſit,vſurpare haud licet.Conuertit autẽ interpres neceſsitatẽ.quũ reddẽdum erat vſum. Grecè enim eſt, τὴ ἐνδεχόμενον ἐπὶ τὴν χρείαν. Platonis ſententiam quã ex Theęteto citat,integram recitabit in Comm. 62.huius ſectionis.

intrinſecu ad nares pueniat.

Interpretũ lapſus.

APHORISMVS LX.

Ἢν γυναικὶ καθάρσιες μὴ πορεύονται, ἀδυνάτον τὸ ἔμβρυον ὑγιαίνειν.

Si mulieri prægnanti menſtruæ purgationes prodeunt, fieri non poteſt, vt fœtus rectè valeat.

MEnſtruas purgationes copioſè promanãtes fœtũ imbecillũ ſignificare,hoc in aph.Hip.tradit.Neceſſe enim eſt,vt non ſemel,aut bis tantũ, ſed crebrò ſanguis menſtruus excernatur,ſi modò inde aliquid incommodi ad fœtũ peruenire debeat.Quod Hipp.per vocabulũ Purgationes in plurali numero dictum,disertè innuere voluit,vt in Comment. etiã Gal.monet.Si itaq; crebrò & copioſè prægnanti purgationes menſtruę prodierint,fieri nõ poteſt,vt fœtus rectè valeat.Quippe hac ratione illi ſuũ detrahitur alimentũ; quandoquidẽ ex menſtruo ſanguine,vt in Comm. ſuis,& in libello de Formatione fœtus,Galenus atteſtatur,fœtus alatur.

Purgationes.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Abſque hoc quod.] Addendum, aliquid. Græcè enim eſt, ἄνευ τοῦ πονεῖν τι τὸ ἔμβρυον. Excretio quę grauidis fit.]Idem docet libro 6.de Malè affect.loc.cap.5.inquiens, Prægnantes quoque quum ora venarum in ceruice aperiuntur, ſanguinem excernũt.Quapropter quum obiicitur nobis fieri non poſſe,ſi grauidis vteri os ſtatim à conceptione ita claudatur, vt ne ſpecilli acumen admittat,vt menſtruæ purgationes illis prodeant, reſpondendum ſanè erit,ſanguinem illum qui grauidis excernitur,non ex vteri ſinu prodire,neq; per venas quæ ad interiora vteri contingunt, quicquam ſanguinis in muliebrem ſinũ excerni poſſe,quod ab illarũ oris,quæ acetabu-

Prægnãtes quomodo ſanguinẽ per vteri excernãt.

la dicuntur, ſecundæ, quæ reliquas duas membranas, farciminalem nimirum & agninam dictas, totúmq; fœtuum extrinſecus orbiculatim cõplectuntur & circundant, pendeãt. Vaſi enim quod in ſecunda ſeu chorio eſt, finis illius quod in vterum penetrat, initium facit, vt duo hæc vnũ dicere quiſpiam poſſet. Oribus enim vniuntur, atq; alterum ab altero generatur: vena quidem ex ore venæ, arteria ex arteriæ. Quũ itaq; vniuerſus ſanguis intra ſecũdam contineatur, nihil in vteri ſinum peruenire poteſt. Quare vt grauidis vteri os in purgatione mẽſtrua recludatur, non eſt neceſſe. Neq; etiam ſi recluderetur, illic quicquam proflueret. Rectè igitur Gal. dixit, è venis quæ in vteri ceruice ſunt, hunc ſanguinem excerni. Per quas etiam virginibus ſingulis menſibus purgationes colari nonnullis viſum eſt, quod ſcilicet propter hymen, hoc eſt membranulam in ceruice vteri retis formã obtinentem, atq; ex venis & fibris contextã, interſeptũ virginale Latini nominant, mẽſtrua ex vtero effluere haud poſſint.

Virgines vt mẽſtruũ ſanguinẽ excernãt. Hymen.

APHORISMVS LXI.

Ἢν γυναικὶ καθάρσιες μὴ πορεύωνται, μήτε φρίκης, μήτε πυρετοῦ ἐπιγινομένου, ἄσαι δὲ αὐτῇ προσπίπτωσι, λογίζου ταύτην ἐν γαστρὶ ἔχειν.

Si mulieri menſtruæ purgationes non prodeunt, neque horror neque febris ſuccedit, & ſibi faſtidia accidunt, hanc prægnantem eſſe æſtimato.

Prægnantes quãdo ex ſuppreſſis menſibus cognoſcendæ.

PRægnantes quomodo ex ſuppreſsis menſibus deprehendere liceat, hoc in aphor. Hippoc. docet. Quippe ſi anteà rectè & commodè ſingulis menſibus purgabantur, nunc verò citra vllam manifeſtam cauſam menſtruę purgationes illis ſupprimantur (Quidam enim codices habent παύωνται, id eſt deſinunt fluere: alij verò, μὴ πορεύωνται) nullo horrore, nec febre ſuccedente, faſtidiáque incidant, indicio eſt eaſdem fore grauidas. Non autem ab re dictum eſt, ſine manifeſta cauſa: ſi enim propter cauſam aliquam præter naturam manifeſtam, verbi gratia, ipſius vteri, aut vniuerſi corporis, menſes ſupprimuntur, tunc horror & febris ſuccedũt. Faſtidia autem vocauimus cibi, quæ Hippocrati ἄσαι dicuntur. Etſi enim hæc dictio ἄση Hippo. duo ſignificet, nempe interdum

Faſtidia cibi. ἄση.

dum δυσφορίαν καὶ ῥιπτασμὸν, hoc eſt moleſtiam ſeu grauitatẽ, inquietudinémve, & membrorum proiectum permutatio-némque variam in lecto, in qua quidem ſignificatione vſur-patur in libris de Vict.acu.mor.nempe lib. 2. aph.22.aliiſq; etiam locis: tamen hic cibi faſtidiũ, quod ob ſatietatem fit, denotat.Dicta ſic ἄση eſt, à verbo ἄσαι,quod,teſte Phauorino, κορέσαι, πληρῶσαι, id eſt, ſatiare, implere ſignificat.Fit autem faſtidium in grauidis, propter praua excrementa, quibus ventriculi tunicæ ſunt imbutæ: perinde atq; malum Græcis κίττα, Latinis pica appellatũ. de quo quidem malo plura Gal. habet lib.1.de Sympt.cau.cap.7.& Paul.lib.1.cap.1.Cæterum quum in fine aphor.ſit, ἐν γαστρὶ ἔχειν, Muſa perperam ad eas quæ molam vocatam vtero gerunt, detorquet. Hanc enim phraſim Græci tantũ in prægnantibus vſurpant.Ex iis abun-dè patet ſi menſes à nulla cauſa manifeſta ſupprimuntur, ſi-gnificare imprægnationem. Cæterùm monendum hoc loco erit,Aldinum codicẽ perperam legere ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχού-σῃ. quippe ſi prægnans eſt, vt ſupprimantur menſes neceſſe eſt. Et ſi conſtaret eſſe grauidam,quid opus fuiſſet in fine ad-ieciſſe, æſtimato ipſam in vtero habere. Expungenda igi-tur ſunt hæc verba, ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ.

κίττα.

Muſæ error.

Aldinus Græcus codex emendatus.

APHORISMVS LXII.

Ὁκόσαι ψυχρὰς καὶ πυκνὰς τὰς μήτρας ἔχουσιν, οὐ κυΐσκουσι. καὶ ὁκόσαι καθύγρους ἔχουσι τὰς μήτρας, οὐ κυΐσκουσιν. ἀποσβέννυται γὰρ αὐταῖς ὁ γόνος. καὶ ὁκόσαι ξηρὰς μᾶλλον, καὶ περικαεῖς, ἐνδείᾳ γὰρ τῆς τροφῆς φθείρεται τὸ σπέρμα. ὁκόσαι δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τὴν κρᾶσιν ἔχουσι σύμμετρον, αἱ τοιαῦται ἐπίτεκνοι γίνονται.

Mulieres quæ frigidos & denſos habent vteros, non concipiunt: quæ etiam præhumidos habent, haud concipiunt: extinguitur enim in iis ſemen. necnon quæ ſiccos admodum, & immodicè calidos habent. inopia enim alimenti genitale corrumpitur ſemen. Quæ verò in vtriſque oppoſitionibus mediocriter temperatum

obitũ

obtinent vterum, hæ fœcundæ ſunt.

Quatuor ſterilitatis mulierum cauſæ.

Frigus nimium.

Humiditas immodica.

Siccitas nimia.

INitio huius ſentẽtiæ Hippocrates cauſas ſterilitatis mulierũ exponit: eaſdẽq; quatuor eſſe intemperaturas, nempe nimiam humiditatẽ, frigiditatem, ſiccitatẽ, & caliditatẽ aſſerit. Deìn vero quę ſint fœcũditatis earũdem cauſæ, oſtẽdit. Primam igitur ſterilitatis cauſam eſſe ait nimium frigus, quod dẽſos reddit vteros, vt copioſiſsimè in ſuis Comm. Gal, docet. Alteram immodicam humiditatem, qua genitale ſemẽ extinguitur, perinde atq; in cœnoſa terra cerealia ſemina. Huc accedit, quod humiditas illa immodica vterũ ita lubricũ, vt ſemẽ continere haud poſsit, efficit. Tertia ſterilitatis cauſa, nimia eſt vteri ſiccitas. Hęc enim ſabulo, vt in Cõmẽ. atteſtatur Gal. ſimilis exiſtit, in quo ſemen nullũ germinare poteſt. Quarta, immodicus calor, qui vniuerſum corporis ſanguinem depaſcitur. Atq; hinc eſt ꝙ hæ mulieres menſtruis haud abundãt, imò vel nulla, aut paucißima certè habent. Vt rectiſsimè dixerit Hipp. inopia alimenti corrumpi ſemen. Quæ verò in vtriſq; oppoſitionibus, vt ſcilicet ἀμφοτέρων, non ποιοτήτων, ſed ἀντιθέσεων, Gal. in Comm. teſte referat, caliditate nimirum & frigiditate; humiditate & ſiccitate, mediocriter temperatæ fuerint, Sic autem locũ hunc Hipp. eſſe intelligendum, Philotheus etiam docet inquiens, τεσσάρων ὂν ὄσων δυσκρασιῶν δύο ἀντιθέσεις εἰσίν. πρώτη μὲν θερμότης, καὶ ψυχρότης, δευτέρα δὲ ξηρότης καὶ ὑγρότης, quatuor quum ſint intemperaturæ, duę quidem ſunt oppoſitiones, caliditas & frigiditas, ſiccitas & humiditas. Hæ quidem fœcundæ: id quod lib. 1. de Natura humana, textu 11. clarius monſtrauit dicens:

Calor immodicus.

ἀμφοτέρων

Si non calidum & frigidum, humidum & ſiccum mediocri-
" ter inuicem, & temperatè atque æquali modo ſe habuerit,
" ſed alterum longe præpolleat, & valentius imbecilliori, ge-
" neratio futura non eſt. In quorum ſanè verborũ enarratione præſentem citat Gale. Aphoriſmum. In cuius quidem explicatione nos longiores eſſe non oportet, quod illum copioſius quàm vllum ferè alium Gal. enarrauerit.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Paulo antea dictũ Aphoriſmũ.] Scilicet 59. Quarũ vterus.] Gæcè, ἡ κατασκευὴ τῆς μήτρας, quarum conſtitutio vteri. De temperamentis.] Libro nimirũ primo. Anguſta quidem ſunt.] Addendum, in iis.] Græcè enim eſt, στενὰ μὲν

γὰρ

γὰρ ἰσχάτως ἐπὶ τούτων ἐστὶ τὰ σέμαῖα. Harum enim neutra.] Quia frigiditas poteſt eſſe citra ſiccitatẽ & humiditatem. Hinc eſt quòd Gal.lib.1.de Temper. cap.8.vbi quatuor eſſe ſimplices temperaturas demonſtrat, hoc argumento vtatur inquiens, Si nanque neceſſariũ omnino non eſt ſiccam eſſe quæ calida ſit, ſed licet eam & humidam eſſe, licebit vbique & mediam eſſe: proprior nanque ſiccæ temperaturæ media eſt quàm humida, Ad eundem modũ eſt & frigida quædam intemperies: altera, in qua nimirum frigidum pollet: hanc tamẽ nec humidam eſſe nec ſiccam eſt neceſſe, ſed poteſt inter has & media eſſe. Nempe ſi non eſt neceſſe frigidam intemperiem eſſe humidã, ſcilicet & ſiccam eam fieri manifeſtum eſt, mediam quoque eſſe poſſe, quippe quę vicinior humidæ eſt quàm ſicca, &c. Cerealia.] Græcè, δημήτρια, Sic vocantur, Galeno lib.1, de vict.acut. Comm, 18, autore, frumenta & legumina, à Cerere, quæ ipſis Δημήτηρ dicitur. Argiloſæ.] Græcè, ἀργιλώδη, candidæ. De mulieribus.] Græcè eſt, περὶ γυναικείων de mulierum malis. Sic & nuper dictum.] Græcè, τόνδε τὸν νῦν εἰρημένον, nunc dictum, &c. Non tamen etiam audient, &c.] Græcè, οὐ μὴν γέτι προσέγραψε περὶ τῶν ἀνδρῶν, non tamen etiam quicquam de viris ſcripſit. Ab initio.] Græcè, ἔμπροσθεν, antea. Nempe Comment. 59. huius ſect. Horum ſunt cauſæ.] Sterilitatis ſcilicet, atque infœcunditatis.

Simplices intéperies. " " "

Cerealia.

APHORISMVS LXIII.

Παραπλησίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων. ἢ γὰρ διὰ ἀραιότητα τοῦ σώματος τὸ πνεῦμα ἔξω φέρεται, πρὸς τὸ μὴ παραπέμπειν τὸ σπέρμα. ἢ διὰ τὴν πυκνότητα τὸ ὑγρὸν οὐ διαχωρέει ἔξω, ἢ διὰ τὴν ψυχρότητα οὐκ ἐκπυροῦται, ὥστε ἀθροίζεσθαι πρὸς τὸν τόπον τοῦτον. ἢ διὰ θερμασίην τὸ αὐτὸ τοῦτο γίνεται.

Similiter vero & in maribus euenit. aut enim propter corporis raritatem, ſpiritus extrà fertur, vt ſemen tranſmitti haud poſſit: aut ob denſitatem humor non excernitur: aut propter frigiditatem non excaleſcit,

vt hoc in loco coaceruari poſſit, aut propter calorem hoc idem euenit.

GAlenus præſentẽ Aph.ſpuriũ & ſuppoſititiũ eſſe rectiſſime cenſet, idipſũmque rationibus ſatis firmis in ſuis Comm.demonſtrat, adeo vt minime opus ſit ſententiã hanc manifeſte falſam multis explicare. Philotheus quidẽ & Braſauolus, alij quoq; nonnulli hunc aphoriſmũ tegere & tueri conantur, rationibus tamẽ minus idoneis, parũmq; roboris habentibus. Quæ quũ ſint eiuſmodi, vt eas quiſq; mediocriter ſaltem in re medica verſatus diluere, & penitus euertere poſsit, nõ eſt cur in iiſdẽ confutandis tẽpus temere teramus.

Qua ratione hic aphoriſm⁹ commode tueri poſſit.

Quod ſi tamen omnino tegenda hæc ſentẽtia eſſet, hac certe ratione (aliam enim nõ inuenio meliorem) tuẽda veniret, vt diceremus Hippocratem, vel aliũ quicunque eius autor fuit ſententiæ, docere voluiſſe quatuor eſſe cauſas ſterilitatis virorũ, haud ſecus atq; mulierũ: nempe ſiccitatẽ, humiditatẽ, frigiditatẽ, & caliditatẽ, vt hic eſſet ſenſus: Pari modo & in maribus euenit, hoc eſt itidẽ vt in mulieribus, eorundẽ ſterilitatis ſunt quatuor cauſæ.

Raritas.

Aut enim propter raritatẽ corporis ſpiritus exhalat, diffłatúrue, & extrà fertur, vt nihil ſeminis ad teſtes tranſmitti poſsit, Ita ſane vt per raritatem hoc in loco ſiccitatem intelligamus, quę ipſam raritatem ſequitur. Si enim multũ tranſpiret, neceſſe eſt corpus ſanguine, ex quo ſemen procreatur, minus abundare, vt teſtis eſt Gal.ca.2.libri de Morb.cauſis, vbi ita ſcriptum reliquit, Raritas ſi modũ non ſeruat, diſcutiendo & diſsipando natiuum calorem, corpus frigidius reddit. Et capite ſequenti inquit, Si aliquis plurimum tranſpiret, is facile ad ſiccum morbum perducetur. Quare minime mirũ eſt, raro corpore præditos viros, quum ſemine haud abũdent, temperaturáque ſint frigidiores & ſicciores, ad generationẽ eſſe ineptos. Vt certe prima eorundem ſterilitatis cauſa ſit, ſiccitas.

Humiditas.

Altera eſt humiditas, quę propter denſitatem, id eſt, craſsitudinem & lentorem excerni nõ poteſt, Vt hic autorem huius ſententiæ de viris loqui intelligamus, quorum corpora ſunt humida & pituitoſa: quos infœcundos eſſe dicat ideo, quòd ſemen illorũ, perinde atque ſanguis ex quo procreatum eſt, ſit craſſum ac lentum, adeóque ad excernendũ minus aptũ. Tertia cauſa

ſterilitatis eſt, nimia frigiditas, quam iis verbis expreſsit, Aut propter frigiditatẽ non caleſcit, ſcilicet ſanguis, adeóq; nec etiã concoquitur, ita vt in hoc loco, id eſt, vaſis ſeminariis, coaceruari non poſsit. Quippe ſi propter iecoris ac totius corporis frigiditatem ſanguis nõ procreatur niſi vitioſus, vt ex eo ſubinde etiam ſemen vitioſum naſcatur neceſſe eſt. Vel certe quũ ſanguine ipſo, qui exiguus tum erit in vniuerſo corpore, partes corporis, vt inde tenuiter etiã alantur indigeant, nihil illius ad vaſa ſeminaria tranſmittetur, ac ſubinde ſemine quoque deſtituẽtur. Variãt autẽ hic exẽplaria Græca, nõnulla enim legunt, οὐ πυριῆται, alia, οὐκ ἐᾷ πυριᾶσθαι, nullo prorſus diſcrimine ſenſus: nã dicere, nõ caleſcit, aut nõ ſinit calefieri, nihil differt. Senſus enim eſt, ſemen non fieri poſſe, quòd ſanguis in frigido corpore nõ cõcaleſcat, & cõcoquatur. Quarta cauſa ſterilitatis virorũ eſt immodica caliditas, quæ ſanguinẽ in corpore abſumit & depaſcitur. Hæc quidẽ noſtra explicatio à veritate nõ abhorret, multóq; melior eſt quã ſit vel Philothei vel Muſæ interpretatio, & cum ſuperiore aph. plane cõuenit. Eſt tamẽ aliquo modo detorta, præſertim in primis duabus cauſis, minus vero quã reliquorũ interpretũ ſit enarratio. Ita vt præſtet Galeni ſequi conſilium, ac ſuppoſititiã plane eſſe hanc ſententiã certo ſtatuere.

Frigiditas

Caliditas.

In Comm. Gal. vbi interpres conuertit, ſua intentione, reddendum erat, ſuo robore. Græcè enim eſt, τῇ συντονίᾳ.

APHORISMVS LXIIII.

Γάλα διδόναι κεφαλαλγέουσι, κακόν. κακὸν δὲ καὶ πυρεταίνουσι, καὶ οἷσιν ὑποχόνδρια μετέωρα διὰ βορβορίζοντα, καὶ τοῖσι διψώδεσι. κακὸν δὲ καὶ οἷσι χολώδεες αἱ διαχωρήσιες ἐν ὀξέσι πυρετοῖσιν ἐοῦσι. καὶ οἷσιν αἵματος πολλοῦ διαχώρησις γέγονεν. ἁρμόζει δὲ τοῖσι φθινώδεσι, μὴ λίην πολλῷ πυρέσσουσι. διδόναι δὲ καὶ ἐν πυρετοῖσι μακροῖσι, βληχροῖσι, μηδενὸς τῶν προειρημένων σημείων παρεόντος, παρὰ λόγον δὲ ἐκτετηκόσιν.

Lac dari caput dolentibus, & febricitantibus, malum eſt: & quibus hypochondria ſublata murmurant,

ac ſitibundis. Nocet etiam quibus in acutis febribus bilioſæ ſunt deiectiones, & quibus ſanguinis multi deiectio facta eſt. Prodeſt autem tabidis, qui non admodum febricitant: & in febribus diuturnis, debilibus, ſi nullum prædictorum ſignorum affuerit, & præter rationem extenuatis.

DE cõmodis & incõmodis quæ ex eſu potúque lactis ad ægros proueniũt, hoc in aph. Hipp. agit. Principio autẽ quibus vſus lactis obſit exponit, inquiens, Lac dolẽtibus caput, malum. Quod cõfirmat Gal. qui lib. 3. de Alim. facul. lac capiti minime vtile eſſe tradit niſi valenti. Cuius quidẽ rei cauſa alia nõ eſt, quàm quòd lac ſit nidoroſum, ac facile euaporet, capútque petat, adeóque dolorẽ augeat. Febricitantibus quoque lac nocet, quia plurimo calori conuerſatum, in nidorem ſtatim abit. Huc accedit quòd in ventriculo febricitantiũ lac haud cõcoquatur, ſed potius corrumpitur, adeóque febres auget. Præterea lac obeſt iis quibus hypochõdria ſublata ſunt. Per ſublata vero hypochõdria, quę μετέωρα Hippocrati dicuntur, nõ ſolum ea intelligit quæ propter flatus, ſect. 4. aph. 73. eſt commemoratũ, ſed etiã ea quæ ob inflammationem, vel alia mala, Gal. etiã in Comm. ſuis teſte, attolluntur. Cauſam vero cur inflatis hypochondriis noxius ſit vſus lactis, exponit lib. 3. de Alim. facul. Gal. iis quidem verbis, Sed nec, inquit, hypochondriis lac vtile, ſi qua leui de cauſa inflari nata ſunt, quandoquidem ventrem flatibus implere cõſueuit, vt pauciſsimos inuenias, qui nõ ita ab eo afficiantur. Hæc ille. Porro hypochondriis murmurantibus nocet lac, quia Galen. teſte, in iis aceſcit. Murmurantia vero nominantur hypochondria, Gal. Comm. 73. ſect. 4. aph. autore, in quibus ſonus alicuius ſpiritus auditur. Nocet lac etiã ſitibundis, ob cauſam à Galeno in Comm. expoſitã. His præterea quibus in acutis febribus bilioſę ſunt deiectiones. Cuius rei cauſam Gal. etiam in Comm. affert, vt nõ ſit opus noſtra explicatione. Lac quoq; iis quibus ſanguinis multi deiectio facta eſt, noxiũ eſſe, Hipp. ait. Quam ſane partem Gal. in Comment. non exponit, vt fere ſuſpicio nobis ſit, hæc verba præter Hippocratis mentem eſſe adiecta. Maxime quum conſtet

Febricitãtibus.

Sublata hypochõdria quæ.

Murmurantia.

An lac ſanguinis deiectioni aduerſetur

conſtet lac recens mulctũ, aut ad ignem decoctũ, ea ratione quæ à nobis lib. 3. de Sanandis corporis malis cap. 13. tradita eſt, ad alui qualeſcunque fluores ſiſtendos eſſe efficaciſsimũ. Quod Gal. li. 3. de Alimen. facul. iis cõfirmat verbis: Si quis lacti præferuefacto ſerum omne cõſumat, iam nihil prorſus ſubducet. At iniectis candentibus lapillis tantiſper dũ omne ſerum diſsipetur, adeò aluũ hoc modo accuratũ non ſubducet, vt contrariũ etiã ſit effecturũ. Hiſq; hoc exhibemus, quibus venter acriũ excrementorũ morſu infeſtatur. Hæc ille. Minus itaque recte ſentit hoc loco Muſa, qui lac fluorẽ alui concitare aſſerit. Quocirca quũ in Comm. ſuis prędictorum verborum Gal. nõ meminerit, ſuppoſititia eſſe iudicamus. Quod ſi tamen hæc vox διαχώρησις improprie accipiatur, idémque quod κένωσις, id eſt vacuatio ſignificet, qua quidem ratione à Philotheo interpretatur, poſſet eius partis cõmoda afferri interpretatio, vt ſcilicet lac nõ cõueniat iis quibus ſanguis copioſus eſt vacuatus, quod corpus refrigeratum lac nõ cõcoquat, ſed in ea planè aceſcat. Hac quidẽ lege hęc verba enarrat Philotheus inquiẽs, διότι τοῦ αἵματος πολλοῦ κενωθέντος, ἠσθένησαν αἱ φυσικαὶ δυνάμεις. παρεχόμενον οὖν τὸ γάλα, διὰ τὸ παχὺ αὐτοῦ ἀπεπτεῖται. ἀπεπτούμενον οὖν πῶς οὐχὶ πολλῶν κακῶν αἴτιον γενήσεται: quoniã copioſo ſanguine vacuato, facultates naturales imbecilles factæ ſunt. Exhibitum igitur lac, propter ſuam craſsitiem haud cõcoquitur. Non concoctũ vero, quomodo nõ multorum malorũ cauſa fieret? Atq; hactenus quibus vſus lactis non conferat, Hipp. cõmemorauit. Nunc quibus proſit exponit, inquiens: Prodeſt tabidis qui nõ valde febricitant, quod ſcilicet pus quod in pulmone eſt abſtergat, & vlcera eiuſdẽ conglutinet, ægróſque nutriat. Lac autẽ tabidis conuenire, docet lib. 5. The. Meth. cap. 12. & in libello de Cibis boni & mali ſucci Galenus. Si tamen plurimum febricitent, lac illis, propter cauſas antea recitatas, dandũ non eſt. Prodeſt lac in febribus diuturnis, & debilibus. Quod neceſſario adiectũ eſt: quippe ſi diuturnæ febres vehementes ſimul eſſent, lac iis haud cõueniens foret. Nam & antea dixit, valde febricitantibus non cõpetere lac. Prodeſt autem lac in diuturnis febribus, & tabe, ſi nulla prædictorum ſignorũ, hoc eſt ſi neque dolor capitis, neq; ſublata hypochondria, &c. affuerit. Conuenit etiam lac præter rationem exte-

Muſa notatur.

διαχώρησις.

Lactis vſus quibus proſit.

Lac quib⁹ in febrib⁹ prodeſt.

Præter rationem extenuati. nuatis, id eſt, iis qui alia ex cauſa q̃ pulmonis vlcere, ſunt graciles & macilenti. Illis enim lac bonũ ſuccũ generans abũde alimẽtũ ſuppeditat. Et mea quidẽ ſentẽtia iis verbis Hip. hecticâ febre laborantes intelligit. Hi enim diuturnis, hoc eſt firmis, fixis, & difficulter ſolubilibus febrib⁹ laborãt. paruis etiã: nanq; remiſſæ eſſe apparent, adeò vt illi quis iis detinẽtur, Gal. cap. 7. de Inæquali intẽperie teſte, nequaquam ſe febricitare exiſtimant. Neq; enim calorem percipiunt, cũ vniuerſæ ipſis particulæ æqualiter ſint excalfactæ. Præter itaq; rationem extenuatos vocat Hippocrates, quod nimirum cauſam extenuantem nõ ſentiant. Hecticis vero lac prodeſſe, li. 10. The. meth. Galenus copiosè monſtrat.

ANNOTAT. IN GAL. COMMEN.

Quando pluri adhęreat calori.] Gręcè, ὅταν μὴ ὁμιλῇ πλέονι θερμασίᾳ, quando plurimo conuerſatur calori. De huius autẽ verbi ὁμιλεῖν ſignificatioue plura tradit Gale. lib. 1. de Articulis, Commenta. 5. Facere.] Græcè eſt, ἐν τῷ κεῖσθαι, morari. Iacenti.] Cræcè, τῷ δ' ἀποκειμένῳ, repoſito autẽ. In ventriculo quidẽ frigidiore.] Idẽ lib. 3. de Alimen. facul. ſcribit Gale. inquiens: Lacti vel optimo pro diuerſa ventriculorũ natura „ accidit, vt modo aceſcat, modo fumoſum ructum ſurſum mã„ det. quanquam diuerſi affectus ſint, per quos acidũ aut fumoſum euadit, quod crudum in ventriculo manet. Siquidem caloris inopia acorem, eiuſdem exceſſus nidorem affert.

Hos effectus, &c.] Grçcè eſt ταῦτα μὲν οὖν αὐτῷ, hos igitur eius effectus, &c. Ilia.] Paſsim interpres male pro hypochondriis reddidit. Ilium inflare.] Græcè, ἐξαίρει τε τὰ ὑποχόνδρια, hypochondria attollere. Suſpenſa.] Græcè eſt μετέωρα, ſublata. Sale & melle.] Mel & ſalem prohibere ne in ventriculo concreſcat lac Gal. loco ſuprà citato teſtatur iis verbis. Quod ſi ſal cum melle adiiciatur, fieri non poteſt, vt in ventriculo concreſcat lac. Eandem ob cauſam vehementius aluũ deiicit. vtpote ſeri copia affluens, à quo omne lac facultatem accipit laxandi, vti à caſeoſa ſubſtantia ſiſtendi. A breuitate aphoriſtica.] Græcè, διὰ ἀφοριστικῆς διδασκαλίας, aphoriſticæ doctrinę.

Sal & mel lactis in vẽtriculo cõcretionem prohibẽt.

APHORISMVS LXV.

Ὁκόσοισιν οἰδήματα ἐφ' ἕλκεσι φαίνονται, οὐ μάλα σπῶνται, οὐδὲ μαίνονται, τουτέων δ' ἀφανισθέντων τῶν ἐξαίφνης,

φνης, τοῖσι μὲν ὄπισθεν σπασμοὶ, τέτανοι. τοῖσι δὲ ἔμπροσθεν, μανία, ἢ ὀδύναι πλευροῦ ὀξεῖαι, ἢ ἐμπύησις, ἢ δυσεντερίη, ἢν ἐρυθρὰ ᾖ τὰ οἰδήματα.

Quibus tumores in vlceribus apparent, ij raro conuelluntur, neque inſaniunt: ſi vero repente euaneſcunt, iis quidem quibus à tergo vlcera fuerint, conuulſiones & diſtentiones accidunt. quibus vero in anterioribus partibus vlcera fuerint, mania, aut lateris dolor acutus, aut ſuppuratio, aut dyſenteria, ſi rubri fuerint tumores.

Hic Aphoriſm. vt ſequentes etiam, ad eam artis partem ſpectat, quæ futura prædicit, quid enim boni vlcera, in quibus tumores apparent, & contrà, quid mali ea quæ tumore vacant, ſequatur, docet. Inquit enim Hippo. quibus tumores (οἰδήματα enim idem illi quod ὄγκοι denotare, iam ſæpe diximus) in vlceribus apparent, ij raro (hoc enim οὐ μάλα hoc loco Galen. in Commenta. teſte, ſignificat) conuelluntur, neque inſaniunt: quòd ſcilicet cum noxij humores circa vlcera ipſa hæreant, nec ad neruoſas partes aut cerebrum tranſmittantur. Quod ſi vero tumores repente euaneſcũt, tunc noxiis humoribus aliò tranſlatis, prędicta mala, & alia etiam eueniũt. Non autem temere dixit Hippocrates, repente: quippe hac voce manifeſte ſignificauit humorum ad alias corporis partes delationem. Senſim enim & paulatim ſi euaneſcerẽt tumores, nihil mali verendum foret, vtpote humorib' noxiis iam diſcuſsis ac reſolutis. Quare Philotheus ἐξαίφνης vocem non inepte idem quod ἄνευ φανερᾶς αἰτίας, hoc eſt, ſine manifeſta cauſa ſignificare ſcribit: id eſt, vt idẽ ait, ſine medicamento quod diſcutiendi facultatem obtinet, aut ſine ſanguinis excretione. Quum itaque tumores repente euaneſcunt, iis quidem quibus in poſterioribus partibus vlcera fuerint: ſic enim eſſe interpretanda hæc verba, τοῖσι μὲν ὄπισθεν, in Commenta. ſuis teſtatur Galen. & Philotheus, hunc exponens locum, ὅταν ἐν τοῖς ὀπίσω μορίοις ᾖ τὰ ἕλκη, τουτέστι κατὰ τὸν νῶτον, cõuulſiones & diſtentiones fiunt. Nam, vt inquit Philotheus, ἡ ὕλη ἣν εἶχεν πρὸς τὸ ἔσω νευρώδης γενομένη, ἢ αὐτὴ τούτου ῥαχίτας μύας,

οἰδήματα. — οὐ μάλα. — Repente.

καὶ πληρῶσα αὐτῆς σπασμὸς ποίει καὶ τετάνυς, materia tranſlata eſt ad internum genus neruoſum, aut ad dorſales muſculos, & eos implens conuulſiones & diſtentiones affert. Quare autem hic, & multis aliis locis, diſtentionem à conuulſione ſeparet, ſuprà Comm. 57. ſect. 4. cōmemorauimus. Quibus autem in anterioribus vlcera fuerint: ſic enim hæc verba τοῖσι δ' ἔμπροσθεν, interpretanda veniunt, Philotheo teſte, qui ait, ὅτι δ' ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐστιν ἕλκος, iis maniæ accidunt. Nam quū anteriores partes, vt Galenus quoque in Comment. notauit, venis & arteriis abundent magis, prompte per has ad caput noxia tranſmittuntur, ita vt tum maniam & furorem ſequi minime mirum ſit. Interpretes Latini phraſin Hippocraticam non videntur eſſe aſſecuti, eo quòd reddiderint à tergo conuulſiones, & antè inſania. Porro ſi noxij humores ad thoracem transferuntur, lateris acutus dolor, hoc eſt vera pleuritis accidit: quæ nihil aliud eſt quàm membranæ coſtas ſuccingentis inflammatio. Sic autem hūc locum eſſe intelligendum Philotheus teſtatur, qui ait, ὅτι ἐνεχθῇ ἡ ὕλη πρὸς τὰς ὑπεζωκότων τὰς πλευρὰς ὑμένων, ποιεῖ πλευρῶν ὀδύνας, καὶ φλεγμονάς, ſi materia tranſmiſſa eſt ad membranas ſuccingentes coſtas, laterum dolores, & inflammationes efficit. Quod ſi vero humores noxij non diſcutiuntur, ſed ſuppurantur, & pus ſubinde in vacuum ſpatium thoracis & pulmonis intermedium recipiatur, vt dictum eſt ſuprà Aphoriſ. 15. huius ſect. ſuppuratio fit. Si vero ad ventrem, aut inteſtina humorum tranſlatio fiat, dyſenteria accidit, non quidem ea quæ propriè ſic appellatur, hoc eſt, inteſtinorum exulceratio, ſed ea quæ αἱματηρὰ, id eſt, cruenta nominatur, quam Galen. lib. 3. de Sympto. cauſis cap. 8. & lib. 5. de Male affect. loc. capi. vlti. teſte, triplicem eſſe conſtat. Quod autem Hippoc. hoc loco de cruenta tantum dyſenteria loquatur, verba eiuſdem quæ ſtatim ſequuntur, hæc ſcilicet, ſi rubri fuerint tumores, euidenter oſtendunt. Nam rubri tumores non ſunt niſi qui ſanguinis colorem præ ſe ferunt: quū ἐρυθρὸν Greci, vt alibi copioſius demonſtrauimus appellent, quòd pomis rubeum præ ſe ferentibus colorem, & ceraſis eſt ſimile. Quare non rectè Braſauolus rubicundos tumores bilioſam materiam portendere ſcribit. Siquidem flauus potius color redundantis bilis indicium ſit. Et mirum eſt idipſum illi non eſſe animaduerſum, quum

Anteriores partes venis & arteriis abundant.

Interpretes Hippocr. notantur.

Lateris acutus dolor.

Pleuritis vera.

Dyſenteria.

Rubri tumores. ἐρυθρόν.

Muſæ interpretatio damnatur.

quum in Comm.ſuis vterq;,Gale.nępe & Philotheus,diſerte tradant,Hippocratē loqui hic de cruenta dyſenteria,non ea quæ inteſtinorū eſt exulceratio,& quæ fit,Gal.Comm.3.ſect. 6.aphoriſmorum teſte, ex bilioſis & acribus humoribus.

ANNOTAT. IN CAL. COMM.

Tumentes inflammationes.]Satis erat dicere inflammationes, quia Græcè eſt καὶ τῶν φλεγμονῶν. Magis inflammminibus.]Græcè, ὥδη δὲ φλογώσιος μᾶλλον, magis inflāmationibus. Quę ſine vllo tumore.]Gręcè eſt, ἢ καὶ χωρὶς ὄγκου συςαίη, quanuis ſine vllo ſunt tumore.In partibus retro.]Melius,poſterioribus.Græcè enim ἐν τοῖς ὀπίσω μέρεσιν.In tibiis itaq;.]De muſculis tibię plura lib.3.de vſu par.& li.2.Ana.admi.Galenus, vbi nō tres tantum eſſe eiuſdem,ſed ſex certe vel ſeptem rectius eſſe ſcribit muſculos.In chordas.]Græcè εἰς τένοντας, in tendines.In coxa.]Græcè eſt ὥδη δὲ τῷ μηρῷ,in femore autem.eſt enim μηρὸς, Latinis femur, tota pars illa coxa & genu intercepta.Sic paulò pôſt vbi interpres conuertit, in partibus coxæ ſuperioribus dicendum erat femoris.Quæ autem ad huius poſterioris partis explicationem attinent,ex anatomicis petenda ſunt.

Muſculi tibiarum. Interpretis lapſus. μηρός. Femur.

APHORISMVS LXVI.

Ἢν τραυμάτων πονηρῶν, καὶ ἰσχυρῶν ἐόντων ὁ οἰδήματα μὴ φαίνηται, μέγα κακόν.

Si in vulneribus prauis & magnis tumores non apparent,ingens eſt malum.

VT in eo qui hunc præcedit aphoriſmo Hippocrates tumores qui in vlceribus apparent, vtpote à conuulſione & mania vindicantes laudauit, ita nunc contrà ea vlcera in quibus nullus apparet tumor damnat,quandoquidem noxiorū humorū ad partes principes trāſmutationē ſignificēt.Loquitur autē Hippocrates nō de omnibus vlcerib⁹,ſed iis maxime quæ magna ſunt & praua.Praua vero quæ vocet in præſentia vulnera,Galenus in Commentariis docet. In vulneribus itaque effatu dignam magnitudinem habētibus,ac prauis, ſi tumores haud apparent, magnum malum eſt. Indicium enim eſt,humores noxios ad principes partes tranſmitti,qui tamen propter dolorem quem magna & praua vlcera ſequi par eſt,ad vulnera ipſa poti⁹ cōfluere deberet. Quippe

Cur malū eſt in magnis& prauis vulneribus nō apparere tumores.

dolor attrahit,fluxionéſq; cõcitat,quod Gal.lib.3.The.meth. cap.4.& ca.95.artis medicæ teſtatur, & experiẽtia cõfirmat.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Dictum eſt anteà.]Nempe Comm.præcedenti. Tumor.] Græcè οἴδημα, œdema.In capitibus aut finibus muſculorũ.] Hinc eſt quod li.1.de Motu muſculorũ ab initio fere ſic ſcriptũ reliquerit idẽ Gal.Euidẽter principiũ,quod vocãt caput

Caput muſculi. muſculi,magis neruoſum,media vero carnoſiora. Inde rurſus multo ſemp neruoſior,Chordæ.]Græcè τένοντες,tendones.

Quæ medicinas,&c.]Græcè eſt, δεόμενα διὰ τῶν θερμαινόντων καὶ ξηραινόντων θεραπεύεσθαι φαρμάκων,quæ per medicamenta calefacientia & exiccantia curari deſiderant.Quemadmodum copioſiſsimè libro 3.de Compoſi. medicamen. κατὰ γένη cap. 2.idem Galenus monſtrat.

APHORISMVS LXVII.

Τὰ χαῦνα χρηςὰ, τὰ δὲ ἔνωμα κακά.

Molles tumores boni,crudi vero mali.

QVum præcedenti Aphoriſmo Hip.docuiſſet,bonum eſſe vt tumores adſint magnis & prauis vulneribus ne quis parum prudens idipſum ſimpliciter de omnibus tumoribus inaudiret, prçſentem annectere ſententiam voluit,quæ eius quæ præcedit,vt Gale.etiam in Commentariis ſuis teſtatur, pars eſt:in qua quidem diſertè, quales tumores in vlceribus boni ſint,& quales item mali ſint,oſtendit inquiens: τὰ χαῦνα,δηλονότι οἰδήματα, molles tumores boni ſunt. Molles vero appellat hoc loco, qui renitentibus & duris contrarij ſunt.

Molles tumores. Crudi. Boni autem exiſtunt,eo quod concoctionem ſignificant.Crudi contrà,mali. Crudos autem intelligit duros,& ad tactum renitentes.Mali ſunt,qua cruditatem præ ſe ferunt.

APHORISMVS LXVIII.

Τῷ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς ὀδυνωμένῳ, ἡ ἐν μετώπῳ ὀρθὴ φλὲψ τμηθεῖσα, ὠφελέει.

Dolenti poſteriorem capitis partem, recta in fronte vena ſecta prodeſt.

QVo pacto dolor in poſteriore capitis parte natus ſit ſanandus, hoc in loco Hippocrates docet: Quum vero capitis dolor,bifariam,nempe κατὰ πρωτοπάθειαν,hoc eſt primaria

maria ratione,aut κατὰ συμπάθειαν, id eſt per conſenſum accidat,hîc de eo tantùm loqui Hipp.ſciendũ eſt,qui primaria fit ratione,Primaria verò ratione caput dolet,quãdo humor affligens ac dolorem excitãs,in capite continetur.Hac itaq; lege ſi caput in poſteriore eius parte dolet,recta in frõte vena ſecta prodeſt.Rectam autem vocat eam venã,quę rectitudine fibrarum ac filamentorum ei venæ quæ alit partẽ malè affectam reſpõdet.Hęc enim rectitudo ſemper eſt obſeruanda,ſiue vacuare ſiue reuellere velis, vt alibi copioſius dicemus.Prodeſt igitur huius venę ſectio, quod auertendo ſimul vacuet,Gal.etiam in Comm.teſte.Porrò quum præſidiũ hoc, cuius hîc meminit Hipp.ſit locale,quemadmodum Gal.lib. 6.Epid.par.2.Comment.15.vbi ad verbum ab Hipp.hæc ſententia repetitur, palàm atteſtatur, certè eo non vti licebit, niſi vbi corpus plus ęquo plenum non fuerit.Quod manifeſtè docet Gal.qui cap.95.Artis medicæ ita ſcriptum reliquit: " Si vniuerſum corpus plus æquo plenum fuerit, per malè af- " fectum locum vacuare minimè conuenit.Hæc ille. Proinde " quum de eo tantùm capitis dolore, cui non eſt totius corporis plenitudo coniuncta,loquatur Hippoc. vbi plethoricum fuerit corpus,prius vniuerſum corpus vacuãdum erit,quàm frontis vena incidenda. Quare initio humeralis, aut media vocata vena ſecanda erit, antequàm ad frontis venæ inciſionem progrediamur:veluti copioſius lib.6. Epid. Hippocratis in huius ſententiæ enarratione diximus.

Primaria ratione quãdo caput dolet. Recta vena quæ?

ANNOT. IN GAL. COMM.

Hoc in loco Gal.tres duntaxat reuulſionis ſpecies numerat,quum tamen lib.5.Ther.meth.c.3.& in libello de Reuulſione,quatuor recenſeat. De quo nõ eſt cur aliquis miretur. eam enim quę fit ab interiorib.ad exteriora,cuius hîc priuatim non meminit,ſub ſecunda complexus eſt ſpecie: quæ fit ſecundum latitudinem, vt fuſius in noſtra aduerſus Brachelium apologia monſtrauimus.Vel dicendum planè erit, hîc loqui de reuulſionibus quæ nihil humorũ vacuant, ſed tantùm eos tranſponunt, aut ab vno in alium locũ transferunt.

Obiectio diluitur.

APHORISMVS LXIX.

Ῥίγεα ἄρχεται γυναιξὶ μὲν ἐξ ὀσφύος μᾶλλον, καὶ διὰ νώτου ἐς κεφαλὴν, ἀνδράσι δὲ μᾶλλον ὄπισθεν, ἢ ἔμπροσθεν,

σθεν τοῦ σώματος, οἷον πηχέων, καὶ μηρῶν. ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιόν. δηλοῖ δὲ τοῦτο ἡ θρίξ.

Refrigerationes incipiũt mulieribus quidẽ à lũbis magis, & per dorſum ad caput deueniũt: viris vero in parte poſteriore potius quàm anteriore corporis, veluti cubitis, & femoribus. Sed & cutis rara, quòd pilus oſtendit.

REfrigerationes qua maximè parte corporis tam viris quàm mulieribus incipiãt, & quod illę mulieribus magis quàm viris accidant, & quod anteriora corporis ſint poſterioribus calidiora, hoc in aph. Hipp. docet. Initio autem animaduertendum erit, nos refrigerationes conuertiſſe, vbi Hipp. habet ῥίγεα. Neq; enim hîc ea voce vehementes totius corporis concuſsiones, quas hodie trito in Scholis medicorum vocabulo rigores appellant, intelligendę veniunt, ſed horrores potius, aut refrigerationes, quales ſunt qui vehementi gelu frigeſcentibus accidunt. Cuius rei teſtis eſt Philoth. qui in eum ſcribit modum: ῥίγεα λέγει οὐ τὰ σύνθετα ἐκ κλόνου καὶ περιψύξεως συγκειμένους, ἀλλὰ τὰς περιψύξεις μόνον, rigores vocat, non eos qui ex concuſsione & refrigeratione coniuncta cõponuntur, ſed refrigerationes tantùm. Quæ quidẽ mulieribus ex lumbis magis, quod ſcilicet is corporis locus ſit admodum neruoſus, eodem Philot. autore, & frigidus valde. Frigus autẽ per dorſum ad caput transfertur. Ex quibus omnibus perſpicuũ fit, duo potiſsimum iam dictis verbis Hipp. innuere. Vnum, quod frigora mulieribus magis quàm viris accidant, quod nimirum temperatura corporis frigidiore præditæ ſint, atq; imbecilliores. Alterũ, quod refrigerationes à lũbis magis & dorſo, hoc eſt partibus poſterioribus, vtpote neruoſioribus, atq; ad ſuſcipiendum ac ſentiendum frigus promptioribus, incipiant. Quinimò & viris parte corporis poſteriore magis quàm anteriore refrigerationes inchoantur. Quippe partes anteriores, quia venis & arteriis abundant, vt dictũ eſt Com. 65. huius ſect. calidiores ſunt. Quòd autẽ ait, veluti cubitis & femoribus, exempla affert partiũ poſteriorum. Cubiti enim ac femora corporis partes ſunt poſteriores, ideóq; ab iis frigoris initia fiunt. Quas autem partes hîc vocat poſteriores, eas lib. 6. Epidem. part. 3. aphor. 16. vbi ad verbum repetitur hæc

Refrigerationes.

Refrigerationes à partib⁹ poſterioribus magis incipiunt.

Veluti cubitis & femoribus.

ſententia, exteriores nominat. Cubitum autem eſſe partem exteriorem, ſatis eſt manifeſtum ex anatome, quum is non ſit niſi partis quæ inter brachium & brachiale conſiſtit inferius. ſuperius enim Radius dicitur, Galeno lib. 1. de Fract. oſsium Comment. 18. teſte. Femur quoque pars eſt exterior, interior enim femen vocatur. Verùm cutis rara, ſcilicet indicat anteriores partes eſſe poſterioribus calidiores, vt verborum Hipp. ille ſit ſenſus, partes anteriores eſſe calidiores, earundem raritas manifeſtè declarat. Raritatem autẽ ſequi caliditatem, notius eſt quàm vt demonſtrari à nobis debeat. Hipp. etiam in libello de Carnib. inquit, calidi eſt rarefacere & diffundere. Cæterùm anteriorum partiũ cutem eſſe raram, pilus oſtendit. Quanto enim denſior eſt cutis, tanto minus in ea capilli naſcuntur, id qđ animalia teſtaceam habentia cutem liquido teſtantur, vt fuſius lib. 2. de Tem. c. 5. Gal. demonſtrat. Quo in loco diſertè etiam ait, calidam temperiem hirſutam eſſe: ſicut cõtrà, nudam pilis, frigidam. Hinc rectiſsimè dictum eſt à Philotheo, τὸ πίπαν γὰρ ἐν τοῖσι πρόσω μερίοις ἐκφύεται ἡ θρὶξ οὐκ ἄλλῳ λόγῳ, ἀλλὰ τῇ ἀραιότητι τῶν πόρων, omnino enim in anterioribus partibus naſcuntur pili non alia quidem ratione, niſi propter meatuum raritatem. Repetitur hic aphoriſmus ab Hipp. lib. 2. Epid. ſect. 3.

Cubitus. Radius. Femen. Raritatem calor efficit. Pili raritatis ſigna.

APHORISMVS LXX.

Οἱ ὑπὸ τεταρταίων ἁλισκόμενοι, οὐ πάνυ τι ὑπὸ σπασμοῦ ἁλίσκονται. ἢν δὲ ἁλίσκωνται πρότερον, εἶτα ἐπιγένηται τεταρταῖος, παύονται.

Qui quartana laborant, conuulſionibus omnino non capiuntur. Si vero antea capiantur, & ſubinde quartana ſuccedat, ceſſant.

EVm qui quartana affligitur febre, non poſſe à morbo comitiali capi, & ab hoc malo correptũ quartana ſubinde ſuperueniente liberari, hoc in loco Hippoc. docet, inquiens: A quartanis capti, conuulſionibus non omnino corripiũtur. Per conuulſiones hîc nõ quaſuis, ſed eas potius quę ex plenitudine, & potiſsimũ vniuerſales, quas alio nomine morbos comitiales appellamus, intelligit. Quod in ſuis Com. palàm atteſtatur Gal. & metipſe Hippocr. qui lib. 6. Epidem. part. 6.

Conuulſiones.

aphor

„ aphoriſ.9.ita reliquit ſcriptum:A quartana correpti,magno Magnus morbus. morbo non capiuntur.Quòd ſi verò antè capiuntur; quartana ſuccedente liberantur. Per magnum verò morbum accipiẽdum eſſe comitialem,apertius eſſe iudico, quàm vt à me cõmoſtrari debeat,præſertim quũ in eius ſententiæ Comm. οὐ πάνυ. hoc ipſum Gal.palàm aſſerat.Cęterùm οὐ πάνυ hoc loco idem quod non omnino,vt nos conuertimus,ſignificat: & minimè ſicuti reliqui interpretes reddiderunt,non admodũ.„ Quippe „ fieri nequit,ait Gal.lib.6.Epid.in huius aphor.Comment.vt „ anteà quartana febre laborantes comitialis adoriatur mor„ bus,quãdoquidem iam adortũ ſuccedens diſcutiat. Quocir„ ca multò ſanè magis ipſum impendentem imminentém ve Muſæ ſententia improbatur. impedire & arcere poterit.Proinde mihi non probatur Muſæ ſententia,qui quartana laborantẽ febre,conuulſione poſſe affici,quando multa pituitoſa materia abundauerit, tradit. Nam ꝙ pituita in eo qui quartana laborat,redundet,non eſt veriſimile,quando hac febre melancholici plerunque corripiantur.Sed dato etiam eos redũdare pituitoſis humoribus, tamen vt morbo comitiali capiantur fieri nõ poteſt.Si enim quartana morbo comitiali ſuccedens eũdem abolere poteſt, multo magis præſtabit,vt ſi anteà quis eà correptus ſit,ne comitialis ſuccedat morbus. Cur autem quartana ſuccedente comitialis morbus qui præceſsit,deſinat,Gal.in Comm.ſuis luculẽter exponit. Eámq; partem nos in noſtris in 6. librum Epidem.Hipp.Comm.aliquot eiuſdem ſententiis confirmauimus.Ad eum itaq; locum lectorem ablegamus.In Comm. Interpretis lapſus. Gal.non rectè interpres conuertit, meminit autem Hippoc. nunc non de tali:omittenda enim erat negatio, quandoquidem Gręcè legatur,μέμνηται δὲ νῦν ὁ ἱπποκράτης τοιούτου σπασμοῦ, meminit verò Hippocrates huius conuulſionis: ſcilicet quæ ex plenitudine fit neruoſarum partium.

APHORISMVS LXXI.

Ὁκόσοισι δέρματα περιτείνεται καρφαλέα, καὶ σκληρὰ, ἄνευ ἱδρῶτος τελευτῶσιν. ὁκόσοισι δὲ χαλαρὰ, καὶ ἀραιὰ, σὺν ἱδρῶτι τελευτῶσιν.

Quibus cutis obtenditur arida & ſicca, ſine ſudore moriuntur. Quibus vero laxa & rara, cum ſudore int

re intereunt.

IN hac ſententia Hippo.breuiſsimè monſtrat,qui cum ſudore,& contrà qui citra ſudorẽ moriuntur.Quibus enim cutis arida & ſicca obtenditur,ij ſine ſudore moriũtur, quòd ſcilicet ob febris vehementiam humiditas omnis exhauſta ſit.In lib.6.Epide.part.6.aphor.15. vbi ad verbum hic aphoriſmus repetitur,pro *ξηρὰ* ſcribitur *σκληρὰ*, nullo ſanè ſenſus diſcrimine.Sicca enim cutis,dura etiam eſt.Gal.enim lib.2. de Temp.cap.4.teſte,quod ſiccum eſt,durum prorſus eſt.Eſt nanque inſeparabilis à ſicco corpore duritia. Quibus contrà laxa & rara eſt cutis,cum ſudore moriuntur:quòd videlicet cuti illi adhuc inſit aliqua humiditas, quæ iam propter extremam retentricis facultatis imbecillitatem exit. Duritia à ſicco corpore inſeparabilis.

APHORISMVS LXXII.

Οἱ ἰκτεριώδεες οὐ πάνυ τι πνευματώδεες εἰσίν.

Qui flaua bile abundãt,nõ admodum flatuoſi ſunt.

BIlioſos non admodum abundare flatibus, hoc in aphor. docet Hipp.Nam *ἰκτεριώδεις* vox hoc loco non ſignificat eos qui regio vocato morbo laborant, quandoquidem conſtet hos interdum ea ſpecie aquæ inter cutem corripi, quæ tympanites dicitur,adeóq; flatibus abundare. Fit etiam ſæpe regius morbus ab obſtructione à pituitoſis humoribus nata, quare & tum eo correpti flatuoſi erunt. Proinde per *ἰκτεριώδεις* Hippocrates bilioſos potius, quorum nimirũ cutis pallidum bilioſumque colorem refert, intellexit. Quod Gale.etiam in ſuis Comm.palàm innuere videtur, dum ait, *ἐναντίοι τοῖς ἰκτεριώδεσι εἰσίν, χολώδεσιν οὖσιν*, contrarij ſunt bilioſo colore infectis,qui bile abundant.Sic enim potius hæc verba interpretanda veniunt, & non quemadmodum interpres fecit, contrarij regio morbo laborantibus,qui ex bile accidit. Quippe nonnunquam ex pituita obſtructionem acceſente regius morbus oritur. In fine prætereà Comment. Gal.hæc verba, *οὐ πάνυ γάρ τοι τοῖς κατὰ γαστέρα μορίοις ἅπαντα ἄτονά ἐστιν ὑγρᾶ τοὺς ἰκτεριώδεις*, non poſſunt de iis, qui regio laborant morbo accipi, vtpote quos conſtat eas partes quæ ad ventriculum attinent, propter conſenſum cum iecore, habere imbecilles:ſed de bilioſis, quorum partes ad ventriculum ſpectantes validæ admodum ſunt,ita vt ea etiam quæ *ἰκτεριώδεις* quid.

conc

concoctu difficilia ſunt, verbi gratia bubulas carnes, Galeno lib.1.de Aliment.facult.cap.1.teſte, propter acrem & mordacem quo præditi ſunt calorem, concoquere & alterare queant. Hinc non immeritò eoſdem Hippocrat.lib. 6. Epidem.part.4. Aphoriſ.23. θερμοκοίλους, id eſt calido ventriculo præditos vocauit. Denique Hippocratem ἰκτερώδεις appellare omnes quorum corpus flaua bile redundat, quorúnque cutis bilioſo humore infecta eſt, ſatis apparet ex libr.3.Epide. ſect.1.ægrotante ſecundo, vbi Galenus in Comment. quoque idpiſum ſatis diſertè innuere videtur. Quod ſi itaq; in eum modum vocem ἰκτερώδεις interpretemur, veriſsima Hippocratis ſententia erit, bilioſos non eſſe admodum flatuoſos, propter calorem ac robur partium ad ventriculum attinentium, cibos plenè & perfectè concoquentium. Calor enim in cibos agens, Galeno lib.3.de Sympt.cauſis cap.7.autore, ſi parum validus fuerit, vt eos quodammodo diſſoluit, ita non omnino conficit, ideóque tum flatus exoritur. Vehemens autem calor eos quos complectitur cibos, prorſus vincit ac conficit, ideóque flatus nullos procreat. Philotheus aliam affert interpretationem, minimè tamen generalem, quamobrem illam non probo.

θερμόκοιλοι.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Ventoſos.] Græcè, πνευματώδεις, flatulentos. Ad ventrem.] κατὰ γαστέρα, ad ventriculum. Contrarij ſunt regio morbo laborantibus.] Quomodo ſit hæc ſententia conuertenda, diximus in explicatione Aphoriſmi. Ventoſi fierent.] Græcè, γίγνονται πνευματώδεις, flatuoſi fiunt. Continuum quidem negationi adimens.] Græcè, τὸ μὲν διηνεκὲς τῆς ἀποφάσεως κωλύων, perpetuitatem quidem negationis interpellans. Regio morbo laborantes.] Græcè, ἰκτεριώδεις, bilioſos. Ad ventrem.] τοῖς κατὰ γαστέρα, ad ventriculum, vt ſuprá. Loquitur enim non de ventre, ſed ea magis parte quæ cibi receptaculum eſt, & ventriculus dicitur.

ἹΠΠΟΚΡΆΤΟΥΣ ἈΦΟΡΙΣΜΩ͂Ν τμῆμα τὸ ἕκτον.

HIPPOCRATIS APHOriſmorum Sectio Sexta.

APHORISMVS PRIMVS.

Ἐν τῇσι χρονίῃσι λειεντερίῃσιν ὀξυρεγμίη ἐπιγινομένη, πρότερον μὴ γινομένη, σημεῖον ἀγαθόν.

In diuturnis leuitatibus inteſtinorum acidus ructus ſuccedens, qui prius non extitit, ſignum eſt bonum.

QVVM vniuerſa hæc ſectio ſexta ad eã artis partem, quæ futura bona aut mala ſint in morbis prædicit, pertineat, initio Hipp. quid boni acidus ructus longis inteſtinorũ leuitatibus ſuccedens præ ſe ferat, exponit. Quid autẽ ſit leuitas inteſtinorum, λειεντερία Græcis dicta, & quàm multæ ac variæ eiuſdem ſint cauſæ Gale. in Comm. ſuis docet. Loquitur vero hic de ea inteſtinorũ leuitate Hipp. quæ ex ventriculi & inteſtinorum imbecillitate naſcitur. Quod Galen. in Comm. & Philotheus quoque confirmat iis verbis, ἐνταῦθα ἐν περὶ τῆς διὰ ἀδυναμίαν τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως γινομένης λειεντερίας ὁ λόγος ἐστὶν τῷ ἱπποκράτει, hoc loco de leuitate inteſtinorum quæ fit propter imbecillitatem retentricis facultatis, Hippocrati ſermo eſt. In iis itaque inteſtinorũ leuitatibus diuturnis quidem, ſi acidus ructus fiat qui prius non extitit, ſignum bonũ eſt. Non autem temere adiectum eſt, qui prius non extitit, quippe ſi ſimul cum leuitate inteſtinorum inuadat acidus ructus, & ſubinde malo progrediente iterum ceſſat. bonum ſignum haud erit. In diuturnis vero, cũ quibus ſcilicet non incœpit, ſed quas ſequitur, indicium exiſtit bonum. Nam ſignificat iam cibum in ventriculo aliquandiu contineri, tanto nimirũ tempore, donec concoctionis initiũ accipiat. Proinde calorem natiuũ qui antea prorſus languebat, nunc validiorem fieri, & iterum augeri indicat. Quippe in ea inteſtinorũ leuitate de qua hac Hipp. ſermo eſt, alteratrix facultas ventriculi omnino abolita eſt: ideóque ac- Leuitas inteſtinorũ.

cidit vt tum cibus ſecundũ omnes ſuas qualitates talis permaneat, qualis eſt aſſumptus. Quare acido ſuccedente ructu, certum eſt augeri denuò calorem natiuum, atque principium alterationis accipere cibum aſſumptum, vt copioſius in Comm. Gal. docet.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Priuatio coctionis. Carentiã.] Græcè στέρησιν, priuationẽ, quę nihil eſt niſi ἀπεψία, id eſt, cruditas, quemadmodũ teſtatur cap. 5. li. de Symp.
„ diff. Gale. ita ſcribẽs: Cruditati homonymos cognominatur
„ & actionis priuatio. Quid autẽ per priuationẽ intelligat,
„ metipſe paulò pòſt iis verbis ſignificat: Priuationẽ, inquit,
„ in vniuerſum dicimus, quũ omnino non amplectitur cibus;
„ vt in leuitate inteſtinorum fieri ſolet. Hæ enim ſunt.] Adiiciendum, communes. Græcè enim eſt, αὗται γὰρ αἰτίαι κοιναὶ ἁπάσης εἰσὶν ἐκκρίσεως. In ſuperficie.] Gręcè eſt, ἐπιπολῆς ἑλκούντων αὐτῶν, ipſis nempe ventriculo & inteſtinis, in ſuperficie exulceratis. Vim denſandi.] Græcè eſt, στυφόντων adſtringẽdi. Nos vero didicimus.] Ex lib. nimirũ 2. de Tempe. cap. 8.

Acidi ructus cauſa. vbi ita ſcriptũ reliquit: Ventriculus ſi bene concoquit, temperatus eſt: ſi nõ bene concoquit, intemperatus. Si nidoroſos
„ vel fumoſos edit ructus, igneus in eo calor eſt. Sin acidos,
„ imbecillus & infirmus. Idem docet lib. 3. de Alimen. facult. cap. de Acido lacte. & lib. 3. de Sympt. cauſis cap. 1. Omnium vero copioſiſsime li. 4. de Simpli. medi. facult. cap. 14. vbi ex profeſſo aciditatis cauſas exponens, ipſam fieri ſcribit calido incipiente concoquere, nõ autem perfectã mutationem atque alterationẽ afferre potente. Proinde rectiſs. hic etiam tradit, acidum fieri ructũ, vbi imperfectæ fuerint cõcoctiones. In cauſis ſymptom.] Nempe lib. 3, cap 6. Tentionem,] Græcè eſt, τεινεσμὸν, teneſmum. Sic paulò poſt etiã legendum, Teneſmum paſsionem appellabant. Eorumqui poſteriores fuerunt.] Adiiciendũ, ad hos vſque nouiſsimos. Græcè enim eſt, ἔτι τῶν μετ' αὐτὸν γενομένων τῆς ἄχρι τῶν νεωτέρων τούτων, Ad Pheſtam.] Græcè, εἰς φερεκύδην, ad Pherecydem.

APHORISMVS II.

Οἷσι ῥῖνες ὑγρότεραι φύσει, καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη, ὑγιαίνουσι νοσηρότερον· οἷσι δὲ τἀναντία, ὑγιεινότερον.

Quibus nares natura ſunt humidiores, ſemẽnque

genit

genitale humidius, ij valetudinarij degunt: quibus verò contrà accidit, ſalubrius.

NAtura humidiores magis eſſe morbis obnoxios,quàm ſicciores,hoc loco Hipp.docet. Vt autẽ planè innueret ſe de ſuperuacua humiditate loqui, ὑγρόταται dixit:ſic enim meliora exẽplaria legunt.Dicẽdo autẽ nares,cerebrũ ſignificauit, quippe per has ipſum expurgatur. Plurimũ enim muci & humiditatis ſi è naribus defluxerit, cerebrũ humidius eſſe indicant. Quòd verò ait Natura,excludit eos qui propter externã aliquã cauſam nares humidiores obtinent. Vult itaque initio huius ſentẽtię docere,cerebrũ naturà eſſe humidius. Cæterũ per hæc verba,ſemẽq; genitale humidius,vniuerſi corporis humiditatẽ ſignificare voluit Hipp. Si enim ſemẽ humidius eſt,totius quoq; corporis ſanguinẽ, è quo ſemen genitale procreatur,eſſe humidiorem oportet. Quare rectè Philoth.inquit, Διὰ τοῦ εἰπεῖν γονὴν ὑγρὴν, τὸ πᾶν σῶμα δηλοῖ. Qui itaque naturà ſunt humidiores,ij minus ſalubriter degunt,valetudinariique ſunt,quòd ex leui admodũ occaſione deſtillationibus corripiantur,vt Gal.etiã in ſuis atteſtatur Cõm. Præterea multa capitis humiditas,ſæpe eiuſdem grauitatẽ,morbúmq; comitialem efficit. Vniuerſi vero corporis humiditas,febribus putridis, & id genus aliis malis ex putredine natis obnoxia eſt. Quibus autem cõtra accidit, vt ſint cerebro totiúſque corporis tẽperatura ſicciore præditi,ſalubrius degunt,quòd nimirũ cerebrum & corpus excremẽtis,& ſuperuacuis humiditatib. vacuũ obtineãt. Repetitur hic Aph.ab Hipp.li.6.Epid.par.6.Aph.19.iis verbis. Οἷσι ῥῖνες ὑγρόταται φύσει, καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη καὶ πλείων, ὑγιαίνουσιν ἧσσον νοσηρότερον, οἷσι δὲ τἀναντία, ὑγιεινότερον. Nec quicquã à præſenti diſtat,niſi ꝙ addatur dictio πλείων, qua ſignificat ſemen non tantũ humidius,ſed & copioſius eſſe:id quod verum eſt. Qui enim humidiores ſunt,iidem etiã ſemẽ genitale, copioſius obtinent.Sicuti cõtrà qui ſicciores ſunt, minus etiã ſeminis habent:In Comm.Gal. vbi interpres reddidit difficiles anhelitus,vertendum erat difficiles ſpirationes. Græcè enim δυσπνοίαι eſt. Rationem huius verſionis alibi expoſuimus.

Per nares quid intellexit.

Semen genitale.

ὑγρόταται

APHORISMVS III.

Ἐν τῇσι μακρῇσι δυσεντερίῃσιν αἱ ἀποσιτίαι, κακὸν,

καὶ σὺν πυρετῷ, κάκιον.

In diuturnis inteſtinorũ difficultatibus cibi faſtidia malum portendunt, & ſi cum febre accidant, peiora.

ἀποσιτία, Cibi faſtidium in appetentiámue (neque enim ἀποσιτία, Gal. in Cõm. ſuis teſte, ab ἀνορεξία differt) in diuturnis inteſtinorũ difficultatib. malũ ſignificare, præſertim vbi cum febre accidit Hipp. hoc in Aph. monſtrat. Non autem temere dictũ eſt ab eo, in diuturnis inteſtinorum difficultatibus: quippe cibi faſtidiũ nonnunquã iis ipſis incipientibus accidit, idque propter ſeroſos humores, Gal. in Comm. autore, ex iecore ad os ventriculi, tranſmiſſos: neq; tamen ſignũ eſt exitiale. Malum verò eſt, vbi in diuturnis dyſenteriis accidit: ſiquidem mortificationem nutritoriæ facultatis, Philotheo teſte propter ventriculi cõſenſum ſignificat. Si vero faſtidiũ cũ febre accidit, peius erit, propter cauſam à Gal. in Comm. expoſitã. Poſtremã hanc partẽ Hipp. lib. 6. Epid. part. 6. Aph. 16. vbi hæc ſententia ad verbũ repetitur, ita efferre voluit, ἄλλως τὲ καὶ ἢν ἐπιπυρετέωσιν, hoc eſt, præſertim ſi ſubinde febricitent. Per verbum enim ἐπιπυρετέωσιν diſertè ſignificauit, diuturnas dyſenterias ſequi febrem, idque ob inflammationes, aut putredinem vlcerum. Quare ſi vnà cum cibi faſtidio febris accidat, peius eſſe, rectè Hipporrates dixit.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Primum quidem, &c.] ἐν ἀρχῇ μὲν ἐπιπολῆς ξυμβαίνει, in ſuperficie ſummáue parte abraſorũ. Progreſſu autem temporis, &c.] τῷ χρόνῳ δὲ βαθύτερα καὶ σηπεδονώδη ἕλκεα ἰσχόντων τὰ ἕλκη, progreſſu vero temporis profundiora, & putredini omnino obnoxia vlcera habentium. Ad concoquendum.] περὶ τὰς πέψεις, circa concoctiones. Propter malos humores, &c.] διὰ τοὺς συρρέοντας ἰχῶρας, propter ſanies confluentes.

Amaræ bilis naturã.] Habet enim quiuis humor ſuã ſaniem, vt in Comm. noſtris in Apho. 25. part. 2. lib. 6. Epid. fuſius docuimus. Hoc in loco de flauę bilis ſanie loquitur Gal.

Mortem quandam.] νέκρωσιν ἤδη τινά, mortificationem iam quandam. Patiente.] συμπασχούσης, compatiente.

APHORISMVS IIII.

Τὰ ὑπερμεγάλα, ἕλκεα, κακοήθεα.

* Vul

** Vulnera vndiquaque glabra, maligna ſunt.* Vel, vlcera

QVæ in ambitu ſuo pilos non habent vulnera, Hipp. hoc in loco mala eſſe docet. Neq; enim περιμάδαρα vocat niſi vndiquaque glabra, hoc eſt, Philot. interprete, ψιλούμενα τριχῶν, pilis vndiquaque denudata. Hæc itaque κακοήθεα, id eſt, maligna ſunt, ſeu cõtumacia, vel rebellia. Quippe, vt lib. 4. The. meth. cap. 5. atteſtatur Gal. vlcera quæ omnibus rite decentérque factis, tamen non ſanantur, κακοήθεα nominantur. Philoth. quoque tradit κακοήθη eſſe dicta διὰ τὸ δυσχερῶς εἰς ἀπούλωσιν ἔρχεσθαι, quòd difficulter ad cicatricẽ perducantur. Eiúſque rei rationem reddit inquiens, μοχθηροῦ ἐν τῷ βάθει ὄντος χυμοῦ τοῦ τὰς ῥίζας ἐκτήκοντος τῶν τριχῶν ὥσπερ ἁλμυρὰ γῆ τὰς πόας, prauo humore in profundo deliteſcente, qui pilorũ radices depaſcitur, perinde atque ſalſa terra herbas. Repetitur hæc ſententia ad verbum lib. 6. Epid. par. 7. Aphor. 17.

Glabra vulnera. περιμάδαρα.

Maligna vlcera.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Qui vlcus erodunt,] ἀκριβῶς ἀναβιβρώσκοντας, perfecte erodunt. Neque enim radices.] οὐ γὰρ δήπου τὰς μὲν ῥίζας τῶν τριχῶν διαφθείρειν δύνανται, τὸ δ' ἡλκωμένον ἐᾶν συνεπουλοῦσθαι, Sed mea ſententia nõ recte. Legendũ enim, οἱ γὰρ δήπου τὰς μὲν ῥίζας τῶν τριχῶν διαφθείρειν δύνανται, τὸ δ' ἡλκωμένον οὐκ ἐῶσι συνεπουλοῦσθαι, id eſt, Hi enim humores nimirum praui vtique radices quidem pilorum corrũpere poſſunt, locũ vero exulceratum non permittunt cicatrice obduci. Sic autẽ eſſe legendũ antiquus interpres oſtendit, qui præſentem locũ ita conuertit: Qui ex neceſsitate nõ permittunt vlcera ſanari. Leonicenus ſententiam quidem hanc expreſsit, atqui obſcurius, inquiens: Neque enim radices quidem pilorum poſſunt corrũpere, loca autẽ vlcerata permittere ad cicatricem peruenire. Hoc eſt, fieri non poteſt vt radices pilorum corrumpant, & ſubinde vlcerata loca ad cicatricem peruenire permittant. Alij codices ita legunt, οὐ γὰρ ἄγε τὰς μὲν ῥίζας τῶν τριχῶν διαφθείρειν δύνανται, τὸ ἡλκωμένον ἐᾶσι συνεπουλοῦσθαι. neque enim ſi radices quidem pilorum poſſunt corrumpere, loca vlcerata ad cicatricem peruenire ſinent.

Galeni locus emendatus.

APHORISMVS V.

Τῶν ἑλκέων καὶ ἐν πλευρῇσι, καὶ ἐν στήθεσι, καὶ ἐν τοῖσιν ἄλλοισι μέλεσιν, ἢν μέγα διαφέρωσι καταμαθητέον.

Dolores qui fiunt in latere, & pectore, aliiſque partibus, num multũ præualeãt, differántve, conſiderandum.

Dolore affectus locus conſiderandus.

QVum multũ ad curãdi rationẽ ipſam conducat malorũ corporis exquiſita cognitio, ideo Hipp. hoc in Aphor. non temere hortatur medicum, vt locum dolore affectũ atq; doloris magnitudinem diligenter cognoſcat. Conſiderandũ itaq; nũ latus, aut pectus, aut alia quæpiam corporis pars doleat: quippe ex loco ſtatim nũ dolor ipſe ſit periculũ allaturus aut periculo vacet, cognoſcitur. Quòd autẽ inquit Hipp. ἢν μέγα διαφέρωσι, bifariã, prout varia eſt huius verbi διαφέρω ſignificatio, interpretari, quod nos etiã in noſtra fecimus cõuerſione, poteſt. Primò, quum διαφέρω idem quod excello, præualeo, præcello denotet, ita interpretari verba Hipp. licebit, ſi multum prævaleant, præcellántue, hoc eſt vehementes ſint: vt ſcilicet iis verbis moneat, doloris vehementiam magnitudinémue eſſe conſiderandam. Ad quod ſanè ſignificatũ reſpexit Theodorus qui conuertit, ſi multum infeſtant. Dein quia διαφέρω idẽ eſt quod diſcrepo, differo, poteſt etiã interpretari, quemadmodũ Leonicenus fecit, ſi multum differant. Vt nimirum iis verbis hortetur Hippo. eſſe animaduertẽdũ num dolores inter ſe differant: hoc eſt ſpecies dolorũ diligẽter ſunt diſcernendæ, an videlicet ſit punctorius, tendens, vel ſtimulans, quemadmodum in Commen. ſuis Gal. copioſè docet. Hęc certè legitima eſt huius aphoriſmi enarratio, quam tamen pauci interpretum recentiorum ſunt aſſecuti. Repetitur hæc ſententia lib. 6. Epidem. part 7. Aphor. 15. adiectis tamen aliquot verbis, quæ hic omiſſa ſunt.

Διαφέρω.

ANNOTAT. IN GALENI COMM.

Ilia.] Græcè, ὑποχόνδρια. Quare vox hæc erit retinenda, vt anteà ſæpe monuimus. In libro de Victu acutorum.] Nempe 2. Aphoriſ. 10. & 11. In Epidemiis.] Libro videlicet 6. part. 1. Aphoriſ. 5. Ventrem.] Græcè eſt κοιλίαν, cauitatem. Vaſorum vrinariorum.] Græcè, οὐρητήρων, meatuum vrinariorum. Acutus.] Græcè δριμὺς, acris. Si pungenti ſimilis, &c.] De doloris huius aliorúmque natura copioſè diſputat aduerſus Archigenem Galen. libro ſecundo de Male affect. locis capit. 1.

Vel ſtimulanti.] Adiiciendum, vel exedenti. Græcè enim eſt, ἢ διαβιβρώσκοντος.

APHORISMVS VI.

Τὰ νεφριτικὰ, καὶ ὁκόσα κατὰ τὴν κύστιν ἀλγήματα δυσχερῶς ὑγιάζεται τοῖσι πρεσβυτέροισι.

Vitia renum & quicunque dolores veſicæ, ſenioribus difficulter ſanantur.

DIuturnos morbos in ſenioribus non poſſe ſine multo negotio ſanari, renum & veſicæ exemplo Hipp. oſtendit. Quippe renum vitia, vt ſunt lapis, vlceratio, & eiuſmodi, doloréſque veſicæ, hoc eſt Philotheo interprete, ἕλκη, φλεγμοναὶ, vlcera & inflammationes, iiſdem difficulter ſanantur. Lapidem autem veſicæ præterit, eo quòd hoc malo raro admodum laborent ſeniores. Per ſeniores vero intelligit hic eos, qui in prima ſenectutis parte ſunt conſtituti, alióque nomine ὠμογέροντες dicuntur. Quæ quidem pars incipit anno 50. quemadmodũ ſuprà, nẽpe in enarratione Aphoriſmi. 31. ſectione 3 vbi de Aetatibus copioſè egimus, eſt à nobis indicatũ. Quod autem iam dictos per ſeniores accipiat Hippocr. confirmant ea quæ metipſe ſcribit libr. 6. Epidem. part. 7. Aphoriſm. 19. inquiens: Renum vitia poſt annos quinquaginta ſanata eſſe non vidi. Cur autem ἐργωδῶς, hoc eſt, δυσχερῶς, id eſt difficulter, vt Philotheus exponit, vel, vt Gale. multo negotio ſanantur, tres cauſas in Commenta. ſuis affert ipſe Gale. quibus addi poteſt quarta, niſi ſub tertia complecti hanc velimus, facultatum viriúmque imbecillitas. Seniores. ἐργωδῶς.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Ac tempore.] Addendum, longo. Græcè enim eſt, χρόνου μακροῦ. Superfluitas.] Adiiciendum, per ipſa vacuatur. Quippe Græcè ſcribitur, ὅτι περίττωμα δι' αὐτῶν κενοῦται. Tales autem.] Græcè eſt, τὰ γὰρ τοιαῦτα, tales enim & ipſe, &c.

Superius.] Nempe Aphor. 39. 2. ſectionis.

APHORISM. VII.

Τὰ ἀλγήματα καὶ οἰδήματα τὰ κατὰ τὴν κοιλίην γινόμενα, τὰ μὲν μετέωρα κουφότερα, τὰ δὲ μὴ μετέωρα ἰσχυρότερα.

Dolores & tumores ventris ſublimes quidem leniores, non ſublimes vero vehementiores.

DOlores & tumores qui in profundo corporis excitantur, eſſe vehementiores ac periculoſiores iis qui in eiuſdem ſuperficie accidunt, Hippocrat. in hoc Aphoriſm. docet. Neque enim, vt in Commenta. ſuis atteſtatur Gale. ſublimes dolores & tumores alij ſunt quàm qui in ſuperficie ſunt,& in iis partibus quæ peritonæo incumbunt.Eſt autem περιτόναιον Grecis membrana tenuiſsima araneorum telis ſimillima, omnibus tum inteſtinis, tum viſceribus quę intra ventrem ſunt, vnde nomen etiam obtinuit, obducta. Qui itaque ſupra peritonæum fiunt dolores & tumores, leuiores ſunt, quòd in partibus minus principalioribus fiant. Qui vero infrà & in profundo excitantur, eo quòd in partibus principatum aliquem obtinentibus fiunt, ventriculo nimirum, iecore & ſimilibus, vehementiores atque periculoſiores ſunt. Neque enim tam facile vt illis qui in ſuperficie ſunt corporis, remedia admoueri poſſunt. In Comment. Galen. vbi interpres conuertit, interſtinguuntur autem hi in locis ad ventrem attinentibus membrana interiore abdominis. Græcè eſt, ὁρίζει δ' ταῦτα ὧδι τ κατὰ τὴν γαςέρα χωρίον τὸ περιτόναιον. Quare ſatius erat dicere, membrana peritonæo, vel ſimpliciter peritonæo: neque enim peritonæum eſt pars abdominis, ſed ab eo prorſus diſtinctum. Prętereà vbi dixit interpres, quòd tales, adiiciendum rectè. Græcè enim eſt, καλῶς κινδυνώ ἰσχυρότερα.

Sublimes dolores.

περιτόναιον

APHORISMVS VIII.

Τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι τὰ γινόμενα ἕλκεα ἐν τῷ σώματι, ὀυ ῥηϊδίως ὑγιάζεται.

Aqua inter cutem laborantibus, vlcera quæ in corpore fiunt, non facile ſanantur.

QVod anaſarca laborantibus vlcera difficulter ſanentur, hoc in Aphoriſm. Hippocr. docet. Neque enim iis verbis τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι, quoſuis aqua inter cutem laborantes intelligit, ſed eos tantum qui anaſarca vocata correpti ſunt. Siquidem in ea totius corporis moles, ac vniuerſa caro ſpongiæ inſtar humida & laxa exiſtit. In cæteris autem duabus aquæ inter cutem ſpeciebus, partes corporis ſuperiores extenuantur, vt alibi copioſius commonſtrauimus. Quum itaque omne vlcus, qua vlcus eſt, ſiccari poſtulet, neque ad cicatricem

ὑδρωπικοί.

Omne vlcus qua vlcus eſt, ſiccari poſtulat.

catricem priuſquam ſiccetur perduci queat, vt libro 3. Ther. metha. Galenus fuſius demonſtrat, minime mirum quod in anaſarca, propter immoderatam vniuerſi habitus corporis humiditatem, vlcera difficille ſanentur.

APHORISMVS IX.

Τὰ πλατέα ἐξανθήματα οὐ πάνυ τι κνησμώδεα.

Puſtulæ latæ non valde pruriunt.

QVum latæ puſtulæ ex frigidiore humore generentur, & in latum extentæ diſſlentur, minime prurire poſſunt. Quod libro 6. Epidem. part. 2. Aphoriſm. 18. Hippocra. Simonis cuiuſdam exemplo oſtendit, inquiens, Latæ puſtulæ, quales hyeme Simon habuit, non admodum pruriunt. Quam ſententiam & nos poſt Galenum abunde enarrauimus: ad noſtros itaque Commentarios, lectorem ablegamus. Cæterum quòd latæ puſtulæ non ſint niſi à Barbaris noſtræ ætatis medicis vocatæ variolæ, lib. 5. de Sanandis corporis malis cap. 8. monſtrauimus. Latæ puſtulæ.

APHORISMVS X.

Κεφαλὴν πονέοντι, καὶ ὑπεροδυνέοντι, πύον, ἢ ὕδωρ, ἢ αἷμα ῥυὲν κατὰ τὰς ῥῖνας, ἢ κατὰ τὸ στόμα, ἢ κατὰ τὰ ὦτα, λύει τὸ νόσημα.

Dolenti caput, & vehementer dolenti, pus, aut aqua, aut ſanguis effluens per nares, aut os, aut aures, morbum tollit.

QVibus nonnunquàm rationibus capitis dolor ſoluatur, hoc in Aphoriſm. Hipp. oſtendit. Pro quo intelligendo notandum initio erit, Philotheum putare per hæc verba, Dolenti caput, τὸ ἐν μέρει ἄλγημα, id eſt, dolorem capitis particularem eſſe accipiendum. Per hæc autem, ὑπεροδυνέοντι, τὸ ἐν ὅλῃ τῇ κεφαλῇ ἄλγημα ἀπὸ τῶν πνευμάτων, ἢ ὑγρῶν τινὸς περιουσίας γινόμενον, hoc eſt, dolorem in vniuerſo capite ex flatuum aut humorum redundatia excitatum. Cuius quidem explicationem Muſa etiam ſequitur. Verum vterque fallitur. Nam ſi ad hunc modum Hippocratis verba interpretemur, Galeno ſecus illa in ſuis Commentar. interpretâti, & rationi quoq; ipſi aduerſabimur. Quippe dolores capitis propter flatuum, aut ſanguinis multitudinẽ, aut Philothei interpretatio reprobatur. Muſæ ſententia improbatur.

mordacem bilem, aut intemperaturam excitati iſtis rationi quoq; ipſi aduerſabimur. Quippe dolores capitis propter flatuũ, aut ſanguinis multitudinẽ, aut mordacẽ bilẽ, aut intẽperaturã excitati iſtis rationib⁹ quarũ in hac ſentẽtia meminit Hippo. haud ſanãtur, queãdmodũ diſertè Gal. in Cõ. ſuis teſtat. Spiritus enim flatuoſus diſcutiẽtib⁹, & extenuãtib⁹ poti⁹ medicamẽtis, mordax bilis eãdẽ purgãte medicamẽto, & intemperatura alterãtibus hanc ipſam remediis ſanantur. Quocirca repudiata eorundem ſententia, περιωδυνέοντι interpretandum, vehementer dolenti, quemadmodum Theodorus conuertit. Auget enim & intendit hoc loco vox περὶ, vt ſæpe aliàs in compoſitionibus, verbi ſignificationem. Sic certè περίφοβος, Græcis pertrepidus eſt. Dolores itaq; capitis ab inflammatione orti ſoluũtur, quando ſuppuratione iã facta, pus per aures effluit. Aqua vero per os effluente, ſanantur dolores ex crudis nati humorib⁹. Sãguis autẽ per nares ꝓfluẽs, eũ ſanat dolorẽ qui ex multitudine ſanguinis excitatus fuerit. Hanc tamẽ partem Galenus in ſuis Commentariis omittit: puris enim & aquæ tãtum meminit. Atque hinc eſt quod in fine Commentariorum ait, Si propter ſanguinis multitudinem dolor acciderit, per alia ſcilicet quàm puris aut aquæ effluxũ ſanantur, nẽpe venæ ſectionẽ, aut ſanguinis è narib⁹. profluuium. Si autem ſententiæ Hippocratis inſeruntur, vt in multis eſt ſcriptum exemplaribus, hæc verba ἢ αἷμα, tunc ſanguinis etiam multitudinem inter cauſas dolorum quorũ fit mẽtio, includit. Quod monere voluimus, ne quis Galeni, qui in ſuo contextu aquam & pus tantum habuit, enarrationem, cum Hippocratis verbis pugnare exiſtimaret.

(Margin: περιωδυνέοντι. περὶ.)

APHORISMVS XI.

Τοῖσι μελαγχολικοῖσι, καὶ τοῖσι νεφριτικοῖσιν αἱμοῤῥοΐδες ἐπιγενόμεναι, ἀγαθόν.

Melancholicis & renum malis affectis hæmorrhoides ſuccedentes bonum ſignificant.

MElancholicos & nephreticos iuuari à ſuccedẽtib⁹ hæmorrhoidibus, Hippo. in hac ſententia docet. Melancholici autem ſunt in quibus humor melancholicus, qui ab atra bile, vt diximus Apho. 21. ſect. 4. differt, abundare ſolet. Adeò vt interpres non recte cõuerterit, ab atra bile vexatis.

(Margin: Melãcholici. Interpretis lapſus.)

Nephriti

Nephritici verò hoc loco ij maximè ab Hipp. dici videntur, qui lapide renũ vexantur. Quum enim is ab humore craſſo & terreo procreetur, non immeritò hæmorrhoidum profuſione iuuantur. Gal. in Comm. ſuis huiuſcemodi mala ſanare hæmorrhoides dicit, non ſolũ ratione vacuationis, ſed & ipſa qualitate eius quod vacuatur, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ ποιότητι τοῦ κενουμένου, ſic enim emendandus Græcus codex erit. Qualitatem autem hîc, vt alibi ſæpe, quemadmodum apho. 2. ſect. 1. diximus, ſignificare ſpeciem humoris, notius eſt quàm vt denuò à me demonſtrari debeat. Quare verborum Galeni is ſenſus erit, Non ſolùm hæmorrhoides prædicta mala, nempe melancholiam & lapidem renum ſanant, quia vacuant, verum etiam quia talem humorem educunt, qualis vacuari debet, hoc eſt, eum à quo hæc mala procreantur. Qualitas.

APHORISMVS XII.

Αἱμοῤῥοΐδας ἰηθέντι χρονίας, ἢν μὴ μία διαφυλαχθῇ, κίνδυνος ὕδρωπα ἐπιγενέσθαι, ἢ φθίσιν.

Sananti diuturnas hæmorrhoidas, ſi non vna relicta fuerit, periculũ eſt aquã inter cutem, aut tabẽ ſuccedere.

HAec ſententia ad eam artis partem pertinet, quæ morbos ſanare docet. in ea enim qua ratione hæmorrhoides ſanari cõueniat, vt hinc nihil mali aut diſpendij ad eum qui ſanatus eſt, perueniat, oſtenditur. Idq; ſanè non temere. ſunt enim non pauci qui hæmorrhoidũ intempeſtiuam, aut minus aptam curationem à medico exigant. Quibus certè propter pericula quæ deinceps ſequuntur, haud parendum erit. Quippe ſananti hęmorrhoidas diuturnas, inquit Hipp. vt ne vna relinquatur, periculum eſt aquam inter cutem, aut tabem ſuccedere. Non autem ab re dixit diuturnas, recens enim ſi fluere cœperunt, ab earundem ſanatione & conſtrictione non erit tantum periculi: quod ſcilicet natura nondum aſſueta ſit huc omnia corporis excremẽta reponere. Diuturnas itaque ſi ita ſanabit medicus, vt ne vna relinquatur, per quam fæculẽtus & melancholicus humor expurgetur, periculum eſt ne aqua inter cutem, propter cauſam à Gal. in ſuis Comm. copioſe expoſitam ſuccedat. Aut tabes, copia nimirũ humorum malorũ à iecore ad pulmonem propulſa. Proinde accurata diligentia Hippocratis cõſilio acquieſcendũ erit,

Hæmorrhoidum intempeſtiua curatio.

Diuturnas.

vt vna ſaltem ſeruetur vena aperta, per quã natura corporis ſuperuacua expurget. Cæterùm Aet. lib. 14. ca. 5. cenſet contra Hippocr. ſententiam, iis qui proba victus ratione vſuri ſunt, deinceps omnes eſſe ſuppriműdas ac conſtringẽdas venas. Verùm quũ eius expoſitio non tantũ Hippocrati, ſed & rationi, adde etiã experiẽtię aduerſetur, repudiandã eſſe plane iudicamus. Hipp. nanq; diſertè docet, in ſanandis hæmorrhoidibus vnã ſaltẽ fore relinquendã. Quippe vtcũq; aliquis poſt integrã ſanationẽ proba victus ratione vſus fuerit, tamen fieri non poteſt, quin ſubinde quotidie ſuperuacua aliqua in corpore coaceruẽtur, quæ niſi per hãc vnam ſaltẽ relictam venã expurgentur, progreſſu tẽporis in iecore duritiẽ, aliáq; mala, quæ aquã intercutẽ accerſent, procreabunt. Præterea experientia cognitum eſt, omnimodã hæmorrhoidum ſuppreſsionem nocere. Vt Aetij ſententia meritò nobis veniat improbanda. In Comment. Galeni, vbi interpres conuertit, iter intercludat, Græcè eſt, ἀποκλείσῃ τις αὐτὸ τῆς ἐντεῦθεν φορᾶς, iter hoc vnde defertur, intercludat.

Aetij expoſitio refutatur.

APHORISMVS XIII.

Ὑπὸ λυγμοῦ ἐχομένῳ, πταρμοὶ ἐπιγενόμενοι λύουσι τὸν λυγμόν.

Singultienti ſternutamenta ſi ſuperuenerint, tollunt ſingultum.

STernutamenta ſanare ſingultum, non quidem omnem, ſed eum qui ex plenitudine natus eſt, hoc in aphor. docet Hipp. Sternutando enim non ſolum cerebrum, ſed & ventriculus ob neruos ad eum deriuatos, vehementer concutitur ac quaſſatur, humoréſq; ſingultum excitantes vacuantur, vt in Comm. ſuis fuſius monſtrauit Gal. In quibus ait, Autor eſt ipſe, ſcilicet Hippocrates aphor. 39. huius ſect. Vbi interpres conuertit, rigor autem & frigiditas, Græcè eſt, τὸ κρύος δὲ καὶ ψῦξις, frigus, algórve, autem & frigiditas. Et vbi tranſtulit, qui omnia neruoſa, &c. melius fuiſſet ſic dixiſſe, eò quòd omnia neruoſa corpora, &c. nam Græcè legitur, τῷ λυγμώδεα πάντα ἐργάζεσθαι πάντα τὰ νευρώδη σώματα.

Sternutaméta quę ſingultum ſanent.

Commentarij Galeni.

APHORISMVS XIIII.

Ὑπὸ ὕδρωπος ἐχομένῳ τοῦ ὕδατος κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κοι-

λὴν ὕδατος ῥυέντος, λύσις.

Aqua inter cutem correpto, ſi aqua quæ in venis eſt ad ventrem defluxerit, mali ſolutio fit.

QVòd aqua inter cutem per ſpontaneam nonnũquam vacuationem ſanetur, hac ſentẽtia Hipp. innuit. Loquitur autem potiſsimum de ea hydropis ſpecie, quæ Græcis ἀνασάρκα nominatur, ꝙ in ea venæ totius corporis aqua refertæ ſint, quam ſubinde etiam in vniuerſum diffundunt corpus. Quod ſi itaq; accidat, vt aqua illa quę in venis eſt, per iecoris portas in ventrem diffluat, eámq; deinde per aluum natura vacuet, malum ſoluitur. Non autem temere à nobis adiectũ eſt, eámque ſubinde natura per aluum vacuet: quia ſæpe fit, vt in hydrope intra peritonæũ & inteſtina contineatur aqua, quæ illuc ex venis confluxit: non tamen propterea malũ deſinit, ſed quotidie magis atq; magis intumeſcit venter. Proinde ſi ſequi mali illius ſolutio debet, neceſſe eſt vt aqua non maneat in ventre, ſed à iecore per portas ad inteſtina deriuata per aluum excernatur. Quare hoc in apho. quæ ſit optima & rectiſsima aquæ inter cutem curandi ratio, ea nimirũ quam natura ipſa deriuando aquam in ventrem, eámque deinceps per aluum vacuando inuenit, ab Hippocrate edocemur. Curabit itaque medicus, vt hanc, vtpote eius miniſter, diligenter imitetur: quod faciet, vbi aquam in ventre coaceruatam, per purgantia medicamenta vacuabit. Hæc enim inter initia maximè antequàm iecur prorſus vitiatum fuerit, propinata, præſens remedium afferunt. Optima aquę inter cutẽ ſanatio quæ.

APHORISMVS XV.

Ὑπὸ διαῤῥοίης ἐχομένῳ μακρῆς, ἀπὸ ταυτομάτου ἔμετος ἐπιγενόμενος λύει τὴν διάῤῥοιαν.

Alui diuturno profluuio laboranti, ſi vomitus ſua ſponte ſucceſſerit, alui profluuio liberat.

ALiud hoc loco naturæ exemplũ nobis ob oculos ponit, non quidem alia de cauſa quàm vt imitemur. Sicut enim hæc interdum diuturnum alui profluuium vomitu ſanat, ita quoque nos naturæ actionem imitari oportet. Quam ſi perficere ſua ſponte non poterit, eam iuuare conuenit, idoneiſque ad hoc medicamentis vomitum ciere, qui in Natura medico imitanda.

contrarium retrahendo malum ſanabit. Non autem temerè dixit Hipp. alui diuturno profluuio laboráti: ſi enim recens ceperit, nō facilè ſiſti debet: quemadmodum copioſius diximus lib. 3. de Sanand. malis corp. cap. 13. Si verò diuturnum fuerit, hoc ipſum vomitus à natura & ſponte factus, ſanabit.

APHORISMVS XVI.

Ὑπὸ πλευρίτιδος, ἢ ὑπὸ περιπνευμονίης ἐχομένῳ, διάῤῥοιη ἐπιγενομένη, κακόν.

Pleuritide, aut peripneumonia vehementer laboranti, ſi alui profluuium ſuccedat, malum eſt.

ALui profluuium in vehementi pleuritide aut peripneumonia ſuperueniens eſſe malum hoc in aphor. Hipp. docet. De vehemētibus autem pleuritide & peripneumonia loqui Hippoc. manifeſtum fit ex voce ἐχομένῳ, quod, Galeno in Comm. teſte, idem quod βιαζομένῳ ſignificat. Quare per hanc vocem malorum prædictorum vehemētiam exprimere voluit, quod clarius Philotheus iis verbis innuit, διὰ τὸ ἀπὸ ἐχομένῳ, ἐδήλωσεν ἰσχυρῶς κατέχεσθαι καὶ βιάζεσθαι τὸν κάμνοντα, per hoc quod ait, laboranti, vehementer laborare & violenter affici ægrotantem ſignificauit. Nec aliter hanc vocem Galen. Comm. 34. ſect. 1. interpretatus eſt. Si igitur ei qui vehementi pleuritide aut peripneumonia laborat, diarrhœa ſucceſſerit, malū eſt. Quippe ſignificat tum iecur per conſenſum earū partium quæ reſpirationi deſeruiunt ita affici, vt propter imbecillitatem ad ſe trahere alimētum, & in ſanguinem cōuertere aut poſsit. Hoc enim vbi acciderit, alui profluuium ſequi neceſſe eſt. Quare rectè Hipp. dixit, idipſum malū portendere. Si verò prædicta mala fuerint mediocria & mitiora, bonū eſt aluū turbari, pſertim vbi coctionis notæ ſimul apparuerint, vt fuſius in Com. Gal. monſtrat.

ἐχομένῳ. Alui profluuium in vehemēti pleuritide cur malū.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Difficilis anhelitus.] Græcè, δύσπνοια, difficilis ſpiratio. Vexato.] Græcè, βιαζομένῳ, vehementer affecto. Nullus extemporaneus, &c.] Græcè eſt, μηδὲν ἄλλο πρόσκαιρον τι καὶ πρόδηλον ἐπιγένηται τὸ σύμπτωμα, nullum aliud tempeſtiuum & manifeſtum ſymptoma ſuperuenerit. Eius morem.] Morem vocat modum, hoc eſt, eſſentiam, formam, ſpeciem, ſeu differentiam morbi, hoc eſt, num malus, vehemensve, aut

mit

mitior ſit morbus. Siquidem oportet,&c.} Græcè, ἄγι συνῆφθαι κατά τι τὶ σήμαῖον τῷ δηλουμένῳ πρὸ αὐτοῦ, ſiquidem oportet ſignum aliqua ratione ei quod ab ipſo ſignificatur, connexum eſſe.

APHORISMVS XVII.

Ὀφθαλμιῶντα ὑπὸ διαῤῥοίης ληφθῆναι, ἀγαθόν.

Lippientem alui profluuio deprehendi, bonum eſt.

ET hoc in aphoriſmo naturæ exemplo monſtrat Hippocrates, qua ratione lippitudo commodè curari debeat, nempe humoribus hanc ipſam efficientibus, ad inferiora tranſlatis,& ſubinde per aluum vacuatis, vt in Commentar. etiam ſuis Galenus copioſius docet. Lippitudinis curatio commoda

APHORISMVS XVIII.

Κύστιν διακοπέντι, ἢ ἐγκέφαλον, ἢ καρδίην, ἢ φρένας, ἢ τῶν ἐντέρων τι τῶν λεπτῶν, ἢ κοιλίην, ἢ ἧπαρ, θανατῶδες.

Veſica profundius inciſa, aut cerebro, aut corde, aut ſepto tranſuerſo, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut ventriculo, aut iecore, letale eſt.

HIppocrates hoc in aphoriſmo partes aliquot corporis commemorat, quarum vulnera eſſe letalia ait: hoc eſt, talia vt vel neceſſariò, vel magna ex parte mortem inferant. Intelligit autem non quæuis vulnera, ſed ea quæ magna & profunda ſunt, quod per vocem διακοπέντι innuere voluit, quemadmodum in Commentariis ſuis Galenus fuſius monſtrat. Et Philotheus quoque, qui ita ſcriptum reliquit, διὰ τὸ εἰπεῖν διακοπέντι, ἐδήλωσε τὴν διὰ βάθους διαίρεσιν, per hoc quod dixit diſciſſa, eam quæ ad profundum vſq; fit diuiſionem ſignificauit. Prima verò inter partes quæ ab Hippocrate commemorantur, eſt veſica: cuius quidem vulnus quod ad interiora eius progreditur, atque adeò profundum eſt, letale exiſtit, quod coaleſcere, quandoquidem neruoſa tenuis & exanguis ſit, non queat. Secus accidit vbi ceruix eius vulneratur, vt in Commentariis Galenus quoque annotauit. Altera pars cuius Hippocrates meminit, eſt cerebrum, quod quidem profundè & ad ventriculos vſque vulneratum; mortem affert, aut ſaltem omnes ita ſenſus lædit, Διακοπέντι. Veſicæ vulnera letalia quare. Cerebel.

vt ſi ſuperuixerit vulneratus, ferè ſtupidus reddatur. Tertia

Cordis.

pars eſt cor, cuius vulnera letalia & inſanabilia exiſtunt propter aſsiduũ motũ, & quod ſit ſpirituũ & vitalis caloris fons

Septi tráſuerſi.

& origo. Quarta pars eſt ſeptum tranſuerſum, quod Græcis διάφραγμα & φρὴν dicitur, quod itidem ſi vulneretur propter aſsiduũ motum coaleſcere nequit, adeóque mortem accerſit.

Tenuium inteſtinorum.

Quintò inter ea quorũ vulnera letalia ſunt, Hipp. tenuia cõmemorat inteſtina. Hæc enim ſi ad eorũdẽ caua vſque vulnerentur, coaleſcere nõ poſſunt: exanguia enim ſunt. Sexta pars cuius vulnera letalia eſſe Hippocrat. ait ventriculus, pro eo

Vẽtriculi.

enim hoc loco dictio illa κοιλία accipitur, exiſtit. Letalia verò ſunt non perpetuò, ſed magna ex parte, quẽadmodũ Gale. in Com. fuſius docet. Septima pars ab Hippo. commemorata

Iecoris.

iecur eſt. ſunt enim & huius vulnera profunda, letalia: quia hæc plurimo, vt Gal. in Comm. ait, ſanguine manant, ideóq; prius ita vulnerati moriũtur, ꝗ̃ vulnera agglutinari poſsint. Quæ autẽ vulnera in ſumma eius parte conſiſtunt, nec eò vſque vt vena diſſecetur penetrant, ea ſanari interdũ poſſunt. Hinc eſt ꝙ Cornel. Celſ. lib. 5. c. 26. Inter vulnera inſanabilia recenſeat ea quæ in porta iecinoris fiunt: ea enim parte venarum eſt multitudo. Inter ea verò quæ difficilem curationem habent, ſunt quæ in iecinoris craſſo fiunt vulnera. Qua-

Aldini codicis lectio improbatur.

re in Comm. mihi non probatur Aldini codicis lectio, qui habet, ὅτι οἱ τὰς ἐπιπολῆς αὐτοῦ τρώσεις ἰᾶσθαι λέγοντες, ὅτι οἱ τοὺς λόβους ἀφαιρῆσθαι δοκοῦσιν ἀληθεύειν. id eſt, neque qui vulnera in ſuperficie eius conſiſtentia ſanari dicunt, neq; qui fibras iecoris ablatas fuiſſe, verum dicere videntur. Nam ſi hæc lectio vera eſt, quid opus erat vt paulò antè tam accurata diligẽtia profunda vulnera, in quibus etiã diſſectam eſſe venã intelligi voluit, ab iis quæ in ſuperficie fiunt diſcernere, ſi vtraque ſunt inſanabilia perpetuò? Quin Gal. potius ſignificare voluit, illa iecoris vulnera quæ profundiora ſunt & in quibus vena quoq; præciditur, eſſe inſanabilia: quod ſcilicet ex iis plurimus emanet ſanguis, adeóq; ſic vulneratos mori ex ſanguinis emanatione priuſquã vulnera glutinẽtur cõtingat. Secus aũt accidere, ſi in ſumma iecoris parte vulnera ſint, nulláq; eius vena præcidat. Quocirca qui vulnera in ſumma eius parte cõſiſtẽtia ſanari, & fibras ablatas fuiſſe affirmãt, verũ dicere vidẽtur. Vult itaq; ꝓrſus dicere Gal. verisim

riſimile eſſe, vt vulnera in ſuperficie, & extremitate iecoris, vbi nulla vena eſt, conſiſtentia ſanari poſsint, minime vero ſi fuerint profundiora, Hanc lectionem eſſe veram, confirmat antiquus interpres, qui locum hunc ita conuertit: Hepar ſi incidatur, ſanguinis fluxus ſequitur; patiētes ergo moriuntur, antequam ſolidentur, quod fit, quū venæ inciſæ ſunt. Ideo arbitror verum dicere, affirmantes poſſe ſanari, cum inciſio intra concaua non fit. Et quidam dicunt, eius extremitates quaſi digitos eminentes poſſe incidi, & inde ſanari. Hæc ille. Proinde ſic potius legendū erit, διὰ τοῦτ' οὖν καὶ οἱ τὰς ἐπιπολῆς αὐτοῦ τρώσεις ἰᾶσθαι λέγοντες, καὶ οἱ τοὺς λοβοὺς ἀφειρηκέναι δοκοῦσιν ἀληθεύειν, propterea igitur & qui vulnera in ſumma eius parte conſiſtentia ſanari, & qui fibras eſſe ablatas aſſerunt, verum videntur dicere. Cæterum Celſus loco iam citato multa habet ad præſentem aphoriſmum attinentia, quæ legere cupientes poſſunt.

APHORISMVS XIX.

Ἐπὴν διακοπῇ ὀστέον, ἢ χόνδρος, ἢ νεῦρον, ἢ γνάθου λεπτὸν, ἢ ἀκροποσθίη, οὔτε αὔξεται, οὔτε ξυμφύεται.

Quum os præciſum fuerit, aut cartilago, aut neruus, aut buccæ tenuis particula, aut præputium, neque augetur, neque coaleſcit.

HOc in Apho. quæ corporis partes præciſæ, neq; augeantur, neque coaleſcant, Hipp. docet. Prima vero harū os exiſtit, quod quū frigidum ſit & ſiccū, adeóque durū, fractum coaleſcere haud poteſt. Hinc eſt ꝙ Gal. cap. 91. Artis medicæ ſic ſcriptum reliquerit; Fractura eſt cōtinuitatis in oſſe ſolutio, quæ quantū ad primum attinet ſcopū, inſanabilis exiſtit: quo ad ſecundū vero, quodammodo inſanabilis eſt. Primus igitur ſcopus eſt, coalitus partiū, qui ob oſsis duriciem fieri non poteſt. Secundus, alligatio, quæ fit callo ſupernato partes fractas colligāte. Et lib. 5. Ther. meth. cap. 7. vbi inter cetera ſic ſcribit; Quū mollium tantū corporū in vnū coeūdi ſit habilitas, vt tum in externis videre licet, nullo nec lapide cū lapide, nec teſta cū teſta coeunte, tum vero in nobis ipſis quādo nec cartilago cū cartilagine, nec os cū oſſe coaleſcat. Non enim fracta oſſa per vnionē cohærent, ſed per callū ceu

Puerorum oſſa mollia. glutino iunguntur. Hæc ille. Quod certè intelligendũ erit de oſsibus iã duris & ſiccioribus: puerorũ enim oſſa, vtpote mollia adhuc, coaleſcere poſſunt, quemadmodũ teſtatur Gal.
» lib.6. The. meth. cap.5. in eũ ſcribens modũ: Quoniã fracti
» oſsis ſoluta partiũ cõtinuitas eſt, vtiq; finis quò tendet is qui
» eas curabit, ſaltẽ primus, vnitio eſt. Quòd ſi is per affectarũ
» partium ſiccitatem perfici poſſe nõ videatur, reſtat alter, qui
» eſt vt alterius cuiuſdã interuentu glutinẽntur: qui ſi nec ipſe
» cõparabilis aduertitur, inſanabile eſſe vitiũ dixeris. Quod
» igitur coaleſcere nequeat tam durũ os quàm id quod in iu-
» uenibus, & adoleſcẽtibus & viris, multóq; magis in ſenibus
» cernitur, id profectò vel cuiuis patẽre poteſt. Poteſt certè il-
» lud tantũ vnitionem recipere quod abundè molle eſt, cuiuſ-
modi cõſpicitur in puerulis. Quinetiã in ca.91. Artis medi-
» cæ ait: Molle vero & puerile os coaleſcere poteſt. Pueros au-
» tem humida & mollia oſſa habere, diſertè Gal. lib.2. de Tẽp.
» ca.2. docet, dum in hãc ſententiã ſcribit, Eſt vero puellus ad-
» huc in ſummo humidus, veluti muſcus: idque nõ in ſangui-
» nis vaſis modo & viſceribus, ac carne, ſed etiã ipſis oſsibus,
» quæ ſcilicet ſiccißima ſunt omniũ quæ in nobis ſunt partiũ.
» Verum tum hæc, tum reliqua tota vnà cũ iis membra quaſi
» cerea ſint, infantium nutrices fingunt, formântq;. Tanta eſt
in toto puellorum corpore humiditas, Oſſeum genus vniuerſum caſeo, qui modo coagulatus ſit, adſimile eſt, Hęc quidem de oſsibus dicta ſufficiant. Altera pars quæ præciſa non

Cartilago. coaleſcit, cartilago eſt, de qua ſanè idẽ quod de Oſsibus iudiciũ erit. Cæterũ neruũ, tenuem buccarum partẽ, & præputium, quoniã ex ſemine nata ſunt: nõ regenerari eſt euidentiſsimũ ex iis quæ cap.87. Artis medicæ, & lib.1. de ſemine ſcribit Gal. Ob largæ enim materiæ penuriã nõ renaſcũtur. *Partes ex ſemine natę cur non renaſcuntur.* Tantũ enim nullibi aceruatim contentũ ſemen reperire licèt, quantũ vnumquodque eorũ quæ deperdita ſunt, indiget ad generationẽ: quin & quum per multũ tempus coaceruari poſſet, à præoccupante carnis generatione impeditur. Porrò quum prædicta omnia vel prorſus auferantur è corpore, vel tantũ diuidãtur, ideo Hipp. dixit ea neq; augeri, neq; coaleſcere. Augentur enim, quæ deficiunt. Coaleſcunt autem quæ diuiſa ac ſeparata ſunt. Quare rectè à Philo, dicitur, αὔξησις ἐστὶ τοῦ λείποντος ἀναπλήρωσις, σύμφυσις δὲ καὶ τῶν διεστώτων χειλέων ἕνωσις

ἑνώσεις καὶ κόλλησις, Auctio eſt deficientis reſtitutio, coaleſcentia autem, orarum quæ ab inuicem diductæ ſunt, vnitio & agglutinatio. De qua re Gal. initio ſuorũ Com. fuſius ſcribit.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Qualis abſciſſa, ſicut in cauis vlcerib.] Hinc lib. 2. Ther. meth. ca. 5. Gal. ita ſcriptũ reliquit. Cæterũ caro eadẽ ſpecie cum ea quæ periit, gigni in cauo vlcere poteſt. Sic igitur de iis quæ diximus, &c.] Græce eſt, οὕτω δὲ καὶ περὶ τῶν εἰρημένων ἀμφισβητοῦσί τινες, οἱ μὲν αὔξεσθαι λέγοντες. Sic vero & de iis quæ dicta ſunt, quidã ambigunt, ij quidẽ augeri dicentes, &c. illi vero. Igitur illa deſiderãt.] Græce eſt, τῶν μὲν οὖν αὐξηθῆναι τὰ κατὰ διάβρωσιν ἡλκωμένα δεῖται. Augeri igitur illa deſiderãt, quæ eroſione ſunt vlcerata. Sed quoniã iam ex eo, &c.] Græcè, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ τοιούτων ὄντων, ἀφίσταται τὰ χείλη τῶν τρώσεων ἀλλήλων οὐκ ὀλίγον, ſed quoniam talia ſunt, oræ vulneris nõ parum inuicem diſtant. Philot. fere clarius hanc ſententiam iis expreſsit verbis, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἀφίστασθαι τὰ χείλη τῶν τρώσεων ἀλλήλων οὐκ ὀλίγον. Sic enim legenda ſunt verba eiuſdem, vt quiuis prompte ex verbis Gal. colligere poteſt. Hoc eſt, ſed etiã propterea quòd oræ vulneris, inuicem plurimum diſtent. Philothei locus reſtitutus.

APHORISMVS XX.

Ἢν ἐς τὴν κοιλίην αἷμα ἐκχυθῇ παρὰ φύσιν, ἀνάγκη ἐμπυηθῆναι.

Si ſanguis præter naturam in cauitatem aliquam transfunditur, vt corrumpatur neceſſe eſt.

NObis placuit vt hanc Hipp. ſententiã generatim interpretaremur, quod Galenũ etiam feciſſe cõſtat, vt ſcilicet Hippocratem non tantũ de ea quæ fit in ventriculũ effuſione, ſed in omnes etiã alias cauitates ſanguinis præter naturã effuſione loqui intelligeremus. Verbũ enim ἐμπυηθῆναι non proprie, ſed improprie illũ vſurpaſſe cenſemus, vt generatim ſcilicet idem quod φθαρῆναι, hoc eſt, corrumpi, ſignificet. Erit itaque is plane ſenſus: Si ſanguis à propria cauitate, hoc eſt, venis & arteriis, in aliam præter naturam transfundatur, neceſſe eſt vt corrumpatur, hoc eſt, vt vel ſuppuretur, vel nigreſcat, liueſcatue, vel in grumos vertatur, quemadmodum copioſius in ſuis Comm. Gal. proſequitur. ἐμπυηθῆναι.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

In inflãmationib.quidẽ per minimas.] Hunc locũ pulchre explicãt,quæ ſcribit Gal.cap.3.de Inæquali intẽperie in hũc modũ,Vbi calida fluxio in muſculũ procubuit primũ maiores arteriæ venæq; opplẽtur,ac diſtendũntur ab iis minores, atq; ita res procedit, donec ad minimas ſit peruentum.Has quidã minimas partes Gal.hoc loco vocat,τὰς λόγῳ θεωρητὰς, id eſt,ratione contemplabiles.tam exiguæ enim ſunt,vt viſum effugiant:quare vt ratione contemplentur neceſſe eſt.

partes ratione cõtẽplabiles.

CANDIDO LECTORI TYPOGRAPHVS.

Non poſſum diſsimulare,cãdide Lector,magnã iniuriam quæ hic nobis,dum hæc excuderemus,accidit.Vix hucuſque magno & labore certe,& ſumptu nõ mediocri peruentũ impreſsione noſtra fuerat,quũ à perditiſsimo quodã nebulone pagella vna,qua XXI Aphoriſmi expoſitio,vnà cũ ſequentis parte cõtinebatur,ex αὐτογράφῳ fraudulẽter ſubtrahitur.Itaque quũ iacturã eã per tẽporis anguſtiã ſarcire aliter nõ liceret,viſum eſt id cõmodiſsimũ, quo ſaltẽ in Aphoriſmorũ ordine nihil deſideraretur,vt eoſdem vnà cum Gal.Comm. adiiceremus,quo tãtiſper vtereris,dum ad proximũ Francofordianũ mercatũ reſtitui per ipſum autorẽ,id quod nebulonis fraude magno certe cũ rerum noſtrarum diſpẽdio nunc deſideratur,poſsit.Vale,& ſtudiũ noſtrũ æqui boniq; facito.

APHORISMVS XXI.

Τοῖσι μαινομένοισι, κιρσῶν ἢ αἱμοῤῥοΐδων ἐπιγινομένων, τῆς μανίης λύσις.

Inſanientibus,ſi varices vel hæmorrhoides ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio.

HIc inſaniam illam quæ proprie melancholia dicitur, vocat:nõ illum qui fit ex bile furorem.Eſt autẽ varix, cũ venæ laxiores fiunt in coxis,& cruribus,quod ex craſſo & melancholico humore contingit:adeo quod pellente natura ad partes ignobiliores eos qui inſaniam efficiunt humores, & præſertim cum melancholici fuerint,ad craſsi,dictarum ſequitur paſsionum generatio,& inſaniæ ſolutio.

APHORISMVS XXII.

Ὁκόσα ῥήγματα ἐκ τοῦ νώτου ἐς τοὺς ἀγκῶνας καταβαίνει,

νη, φλεβοτομία λύει.

Quæcunque rupta ex dorſo ad cubitum deſcendunt, venæ ſectio ſoluit.

MEliusquidam ſcribunt, Quicunque dolores.nam ruptum ipſum deſcendere, vnum eſt impoſsibilium, ſiquidem diuulſa ac rupta muſculi parte carnoſa fit ruptum. Videtur quidem nonnunquam manifeſte admodũ collectus in loco corruptionis ſanguis,& diſcuſsione ſanatur. Reliqui vero qui ſunt in dorſo dolores, ex deffluente humore generantur ſolo aliquando, ſed magna ex parte craſſo, ac flatuoſo ſpiritui aſſociato, quẽ excipere oportet, atque euacuare, per venæ in cubito exiſtentis ſectionẽ, quãdo hic apparet fluens. Eſt enim eius præceptum, ſecundum quod humores repunt, facere euacuationes. Idem autem ſignificant & verba hæc, Eò ducendũ eſt quò repunt, per loca opportuna. Si autem de ruptis ſermo eſt ſcriptus ab eo, eos qui faciunt compatiendi ratione dolores intelligendum eſt dici ab ipſo deſcendere ad cubitos, non ipſam carnoſæ partis diuiſionem. Et quidem fieri poteſt, vt & talis venæ ſectio vtilis ſit communi euacuationis ratione. Hactenus Galenus.

* per ruptiones intelligendi ſunt, Galeno in Comm. teſte, dolores quos per conſenſum ruptiones ipſæ efficiunt: quod nimirum fieri haud poſsit vt ruptiones deſcendant. Deſcendunt autem ad cubitum in ipſa ruptione humores qui ſubinde illic dolorem excitant: quibus vacuatis per venæ ſectionem ſolui dolorem neceſſe eſt, vt fuſius in Comm. Gal. exponit. Ruptiones

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Ruptum.] Græce, ῥῆγμα, ruptio, Quam etiam lib.3. Therap. cap.1. ait eſſe, carnoſæ partis citra vulnerationem diuiſionem. Hæc verba.] Quæ ſcribuntur ſect.1. Aph.21. Reliqua nihil habent difficultatis. ῥῆγμα quid.

APHORISMVS XXIII.

Ἢν φόβος, καὶ δυσθυμίη πολὺν χρόνον διατελέῃ, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον.

Si metus & mæſtitia longo tempore perſeuerant, melancholiam ſignificant.

Varia melancholicorũ ſymptomata.
Metus.

QVanquam multa ſunt melancholicorũ ſymptomata, vt odiũ hominũ, ſolitudinis amor, viſa varia, quæ commemorat Gal. lib. 3. de Male affect. loc. cap. 6. tamen omnia hæc Hipp. in duo coegit, metum & mœſtitiã. Metus enim eos nũquã deſerit, ideóq; alius teſtã ſe factũ putãs, timet ne collidatur. Alter, ne Atlas qui mũdũ ſuſtinere dicitur, grauatus ſub tãto onere, ipſum à ſe excutiat, atq; ipſe cum illo collidatur, ac nos quoq; vnà pereamus formidat. Alius metuit ne in carcerẽ rapiatⷤ, aliáq; id genus multa. Præterea mœſtitia eos inducit, vt odio ꝓſequanⷮ omnes quotquot viderint, nunq̃ non triſtitiã præ ſe ferẽtes. Cẽs itaq; melãcholici timẽt, mœrent, vitã damnãt, odióq; habẽt homines, vt rectiſsime dictum ſit ab Hippocrate, ſi metus & mœſtitia diu durant & perſeuerant, melancholicũ eſſe. Per id enim quod ait, ſi diu durant, excludit primũ timorẽ & mœſtitiã à cauſa manifeſta & externa factos, vt, verbi gratia, ꝑpter incurſũ hoſtiũ, aut flagitiũ aliquod recẽs perpetratũ, mortẽ parẽtũ, & amicorũ: ij ẽm non diu durare ſolẽt, ſed progreſſu tẽporis deſinunt. Quod ſi tamen acciderit vt & ij perſeuerent, itidẽ melancholiã, vt in Commen. atteſtatur Galenus, ſignificabũt. Porro cur melancholicus humor metũ & mœſtitiã pariat, loco citato Gal. & libr. 2. de Sympt. cauſis cap. vlti. exponit.

Mœſtitia.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Etiamſi nõdũ tẽpus acceperint.] Variant hoc loco Græci codices. Aldinus enim ita legit, καὶ μᾶλλον, ἢν τύχῃ κεχρονικότα, id eſt, & magis ſi diuturna fuerint, ſcilicet hæc duo ſymptomata, timor & triſtitia, ſignificabunt melancholiã. Quę certe lectio à veritate ipſa nõ abhorret. Quãto enim diuturniora fuerint hæc ſymptomata, tanto magis melancholiã pręſe ferẽt. Alij codices habẽt, κἂν μηδέπω τύχῃ κεχρονικότα, hoc eſt, etiamſi nondum fuerint diuturna. Quę itidẽ vt prior lectio, veritati cõſona eſt. Nam metus & mœſtitia nonnũquã, etiãſi non diu durauerint, melancholiã tamẽ ſignificant, quod experiẽtia quoq; ipſa cõfirmat. Quando multi viſi ſint q̃ anteà ſatis læti ac hilares, mox autẽ triſtes facti, melancholiam inciderint. Hanc poſteriorem lectionẽ ſecutus eſt Leonicenus & antiquus interpres, qui locum hunc ita conuertit. Etſi hæc accidentia non diu morẽtur. Inſaniam ſignificabunt.] Gręcè eſt, μελαγχολίαν ἐνδεικνύμενα, melancholiam portendent.

APHOR.

APHORISMVS XXIIII.

Ἐντέρων ἢν διακοπῇ τ λεπ]ῶν τι, ὃ ξυμφύε).

Si quod ex tenuioribus inteſtinis præciſum fuerit, non coaleſcit.

QVum idem paulò ſuprà,nempe Aphor.18.huius ſect.dixerit Hipp.videtur temere hoc loco hęc denuo eſſe inſerta ſententia.Quę quum ibidem à nobis ſit abunde enarrata,non eſt cur hic eandem iterum explicemus.

APHORISMVS XXV.

Ἐρυσίπελας ἔξωθεν καταχεόμενον ἔσω τρέπεσθαι,ἐκ ἀγαθὸν, ἐσωθεν ἢ ἔξω, ἀγαθόν.

Eryſipelas exterius effuſum verti introrſum, non eſt bonum: ab interioribus autem foras, bonum.

ERyſipelatis exemplo docet Hip.bonum eſſe vt omne malum corporis à nobiliorib⁹ partibus, & ab interioribus ad ignobiliores atq; exteriores vertatur. Contrà vero malũ eſſe,ſi ab externis partibus ad internas tranſmutetur. Quippe internis & principalioribus partibus innatum eryſipelas vitæ periculum adfert. Contrà in externis ac ignobiliorib⁹ ortum,nullius momẽti incommodum infert. Hinc eſt quod ſuprà dixerit.Si mulieri grauidæ in vtero fiat eryſipelas, letale.Et li.3.Prog.Apho.20.Maxime vero poteſt ab ea ſecunda valetudo contingere,ſi robur ſimul & ceruicem & pectus cõprehendat,neq; ad interna recurrat eryſipelas.Si vero neq; in diebus iudicatoriis diſpereat, deleatúrue eryſipelas, neq; ad exteriores partes conuertatur tumor,neq; pus ſcreat,mortem ſignificat. Et ibidem. Tutius eſt tumorem & ruborem in externas partes maxime conuerti. Ex hoc itaque Aphor. diſcẽdum erit, quàmplurimum errent medici, qui eryſipelas extrà in cute apparens, intempeſtiue per frigida & reprimentia medicamenta ad interiora, & partes principes propellunt:quum conſultius ſit, vt quicquid eſt illorum humorum à quibus eryſipelas naſcitur,ab iis quæ principatum in corpore habent partibus, ad exteriora euocetur, quàm vt hac ratione ad ipſas protrudatur. Naturę itaque exemplo diſcamus, meli⁹ eſſe, in externis eſſe ryſipelas,aliúdque quodcunque malum corporis,quàm in internis.

[margin: 5. aph. 43.]

[margin: Eryſipelas ab externis partibus ad internas non propellẽdum.]

APHORISMVS XXVI.

Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι καύσοισι τρόμοι γίνονται, παρακοπὴ λύει.

Quibus in ardentibus febribus tremores ſiunt, iis delirium ſuccedit.

MVlti huic Hippocratis Apho. ex vocibus quibus in eo vtitur parum rectè intellectis, peruerſas affingũt interpretatiões. Nos Galeni expoſitionem, quę haud dubie legitima & germana eſt, ſequemur. Statuimus itaq; hũc apho. periude atq; præcedẽtẽ, eſſe exemplũ aliquod ſermonis vniuerſalis, eius nẽpe qui eſt de humorũ noxiorũ in febribus ab vna corporis parte in aliam trãſlatione. Quippe in eo docet Hippo. quod in febribus ardentibus, quarum cauſa eſt intra vaſa, nonnunquam transferatur ad neruos, & tum faciat *τρόμους*, hoc eſt tremores. Eſt autem tremor, Gal. lib. 2. de Sympt. cauſis ca. 3. teſte, malum quod ex duob[9] perficitur motibus: vno quidem, dum cogitur membrum ob morbum atq; grauitatem ad inferiora repere: altero, dum ſurſum à facultate fertur. Quare Braſauolus & alij quidam errant, qui per tremorem hic Hipp. rigorem intelligere cenſent, quum rigorem à tremore plurimum differre conſtet. In eum autem errorem non alia de cauſa lapſi ſunt quàm quòd viderint Hip. hic vti verbo *λύει*, hoc eſt ſoluit. Quare idem hoc loco illũ dicere arbitrati ſunt quod ſuprà, nempe ſect. 4. Aphor. 58. vbi dixit: Qui ardente febre correptus eſt, ſi rigor ſuccedat, à morbo liberatur. Non animaduertunt autẽ, ꝙ tamẽ in Com. etiam ſuis monuit Gale. impropriè hoc verbũ *λύει* vſurpaſſe Hip. Nam tranſlatis humorib[9] noxiis à venis ad neruos, ſubinde per cõſenſum afficitur cerebrum, deliriumq; ſequitur: quod certè non tantum nõ ſoluit prius malum, atq; adeò hominẽ liberat, ſed eo etiã peius & periculoſius exiſtit. Hinc vt iſtam ambiguitatẽ tolleremus, hanc poſtremam aphoriſmi partem ita conuertere voluimus, Iis deliriũ ſuccedit. Nã vt Gal. in Comm. atteſtatur, quæ ſuccedunt morbis, eorúmque conſtitutionẽ non ſoluunt, & hominem nõ prorſus liberant, hæc Hippocrates haud ait ſoluere. Verba eius hæc ſunt, *ταῦτα γὰρ ὀνομάζειν εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης ἐπιγινόμενά τισι λύειν αὐτῶν τὴν κατασκευὴν, ὅσα τελέως ἐκθεραπεύει τὸν ἄνθρωπον, οὐχ ὅσα γίνεται πάθος ἕτερον ὅλον ἧττον τοῦ προϋπάρχοντος ἐπικίνδυνον.* Quæ verba ideo

Tremor.

Muſæ erratum.

λύει.

recitare volui, quod nō ſatis rectè ab interprete cōuerſa ſint. Ita enim reddenda latinitati erant: Hęc enim quæ nonnullis ſuccedunt, Hippocra. nominare conſueuit, ſoluere eorundē conſtitutionem, quæ perfectè hominem ſanant, & minime quæ alterum malum priori non minus periculoſum generant. Hæc quidem breuis, attamen perſpicua, & Galen. interprtationi conſentanea huius eſt ſententiæ expoſitio.

Interpretis error.

APHORISMVS XXVII.

Ὁκόσοι ἔμπυοι, ἢ ὑδρωπικοὶ καίονται, ἢ τέμνονται, ἐκρυέντος τοῦ πύου, ἢ τοῦ ὕδατος ἀθρόου, πάντως ἀπόλλυνται.

Qui ſuppurati, aut aqua inter cutem correpti vruntur, aut ſecantur, ſi pus aut aqua confertim effluxerit, omnino intereunt.

EXemplo ſuppuratorum, & aqua inter cutem laborantium, confertas vacuationes eſſe noxias, imò letales, Hippocr. hoc in loco oſtendit. Quippe ſuppurati ſi vruntur, vt Hippocrat. ætate ſolenne erat, confertimque pus effluit, omnes moriuntur. Id quod etiam contingit hydropicis, vbi confertim aqua vacuata fuerit. Suppuratos autem eſſe ſecandos, aut vrendos, Hippoc. in lib. de interioribus malis, quem Galen. in Commen. librum magnum de Malis alio nomine appellat, diſerte docet, ita ſcribēs, ἢν ῥαγῇ τὰ πύα ἐς τὰ στήθεα, ὅπη ἂν σοι δοκέῃ ἀποσημαίνειν, ἐκεῖσε μάλιστα ταμὼν, ἢ καύσας ἀφιέναι τοῦ πύου ὀλίγον τὸ πρῶτον. Si pus in thoracem prorumpat, qua tibi monſtrare videtur, illic potiſsimum ſecans aut vrens, primum exiguum puris emittito. Quibus ſane verbis non tantum docet ſecandos aut vrendos eſſe ſuppuratos, ſed etiam pus non confertim, ſed paulatim eſſe educendum. Qua vero ratione vſtio & ſectio in ſuppuratis fieri debeat, docet Paulus Aegin. libr. 6. capit. 44. Commenta. quoque Cel. lib. 3. ca. 22. vt non ſit opus hic ea longius repetere. Cæterum aqua inter cutem laborantes aſcitè pręſertim, eſſe ſecādos & vrendos, Hippocrat. quoq; in libr. de Locis in homine, iis verbis docet, pharmaca inquit, πιπίσκειν ἐφ᾽ ὧν ὕδωρ καθαιρεῖται, καὶ σιτία τὰ φλεγματωδέστατα διδόναι, ἢν ἤ μηδ᾽ οὕτω ῥάων γίνηται, καίειν

Confertæ vacuationes noxæ.

Suppurati ſecandi & vrendi.

Aqua inter cutē laborantes ſecādi aut vrendi.

vt vna ſaltem ſeruetur vena aperta, per quā natura corporis ſuperuacua expurget. Cæterùm Aet.lib.14.ca.5. cenſet contra Hippocr. ſententiam, iis qui proba victus ratione vſuri ſunt, deinceps omnes eſſe ſupprimēdas ac conſtringēdas venas. Verùm quū eius expoſitio non tantū Hippocrati, ſed & rationi, adde etiā experiētię aduerſetur, repudiandā eſſe planè iudicamus. Hipp. nanq; diſertè docet, in ſanandis hæmorrhoidibus vnā ſaltē fore relinquendā. Quippe vtcūq; aliquis poſt integrā ſanationē proba victus ratione vſus fuerit, tamen fieri non poteſt, quin ſubinde quotidie ſuperuacua aliqua in corpore coaceruētur, quæ niſi per hāc vnam ſaltē relictam venā expurgentur, progreſſu tēporis in iecore duritiē, aliáq; mala, quæ aquā intercutē acceſſent, procreabunt. Præterea experientia cognitum eſt, omnimodā hæmorrhoidum ſuppreſsionem nocere. Vt Aetij ſententia meritò nobis veniat improbanda. In Comment. Galeni, vbi interpres conuertit, iter intercludat, Græcè eſt, ἀποκλείσῃ τι: αὐτὸ ἀὶ ὑπῶδεν φορᾶς, iter hoc vnde defertur, intercludat.

Aetij expoſitio refutatur.

APHORISMVS XIII.

Ὑπὸ λυγμοῦ ἐχομένῳ, πταρμοὶ ἐπιγενόμενοι λύουσι τὸν λυγμόν.

Singultienti ſternutamenta ſi ſuperuenerint, tollunt ſingultum.

STernutamenta ſanare ſingultum, non quidem omnem, ſed eum qui ex plenitudine natus eſt, hoc in aphor. docet Hipp. Sternutando enim non ſolum cerebrum, ſed & ventriculus ob neruos ad eum deriuatos, vehementer concutitur ac quaſſatur, humoréſq; ſingultum excitantes vacuantur, vt in Comm. ſuis fuſius monſtrauit Gal. In quibus ait, Autor eſt ipſe, ſcilicet Hippocrates aphor. 39. huius ſect. Vbi interpres conuertit, rigor autem & frigiditas, Græcè eſt, τὸ κρύος ἢ καὶ ψῦξις, frigus, algórve, autem & frigiditas. Et vbi tranſtulit, qui omnia neruoſa, &c. melius fuiſſet ſic dixiſſe, eò quòd omnia neruoſa corpora, &c. nam Græcè legitur, τῷ λυοδιάπτωντα ἐργάζεσθαι πάντα τὰ νευρώδη σώματα.

Sternutaméta quę ſingultum ſanent.

Commentarij Galeni.

APHORISMVS XIIII.

Ὑπὸ ὑδέρωπος ἐχομένῳ τ. κτλ τὰς φλέβας ἐς τὴν κοιλίην

λίω ὕδατος ῥυέντος, λύσις.

Aqua inter cutem correpto, ſi aqua quæ in venis eſt ad ventrem defluxerit, mali ſolutio fit.

QVòd aqua inter cutem per ſpontaneam nonnũquam vacuationem ſanetur, hac ſentẽtia Hipp. innuit. Loquitur autem potiſsimum de ea hydropis ſpecie, quæ Græcis ἀνασάρκα nominatur, quod in ea venæ totius corporis aqua refertæ ſint, quam ſubinde etiam in vniuerſum diffundunt corpus. Quod ſi itaq; accidat, vt aqua illa quæ in venis eſt, per iecoris portas in ventrem diffluat, eámq; deinde per aluum natura vacuet, malum ſoluitur. Non autem temere à nobis adiectũ eſt, eámque ſubinde natura per aluum vacuet: quia ſæpe fit, vt in hydrope intra peritonæũ & inteſtina contineatur aqua, quæ illuc ex venis confluxit: non tamen propterea malũ deſinit, ſed quotidie magis atq; magis intumeſcit venter. Proinde ſi ſequi mali illius ſolutio debet, neceſſe eſt vt aqua non maneat in ventre, ſed à iecore per portas ad inteſtina deriuata per aluum excernatur. Quare hoc in apho. quæ ſit optima & rectiſsima aquæ inter cutem curandi ratio, ea nimirũ quam natura ipſa deriuando aquam in ventrem, eámque deinceps per aluum vacuando inuenit, ab Hippocrate edocemur. Curabit itaque medicus, vt hanc, vtpote eius miniſter, diligenter imitetur: quod faciet, vbi aquam in ventre coaceruatam, per purgantia medicamenta vacuabit. Hæc enim inter initia maximè antequàm iecur prorſus vitiatum fuerit, propinata, præſens remedium afferunt. Optima aquæ inter cutẽ ſanatio quæ.

APHORISMVS XV.

Ὑπὸ διαῤῥοίης ἐχομένῳ μακρῆς, ἀπὸ ταυτομάτου ἔμετος ἐπιγενόμενος λύει τὴν διαῤῥοίην.

Alui diuturno profluuio laboranti, ſi vomitus ſua ſponte ſucceſſerit, alui profluuio liberat.

ALiud hoc loco naturæ exemplũ nobis ob oculos ponit, non quidem alia de cauſa quàm vt imitemur. Sicut enim hæc interdum diuturnum alui profluuium vomitu ſanat, ita quoque nos naturæ actionem imitari oportet. Quam ſi perficere ſua ſponte non poterit, eam iuuare conuenit, idoneiſque ad hoc medicamentis vomitum ciere, qui in Natura medico imitanda.

contr

contrarium retrahendo malum ſanabit. Non autem temere dixit Hipp. alui diuturno profluuio laboráti. ſi enim recens cœperit, nõ facilè ſiſti debet: quemadmodum copioſius diximus lib. 3. de Sanand. malis corp. cap. 13. Si verò diuturnũ fuerit, hoc ipſum vomitus à natura & ſponte factus, ſanabit.

APHORISMVS XVI.

Ὑπὸ πλευρίτιδος, ἢ ὑπὸ περιπνευμονίης ἐχομένῳ, διαῤῥοίη ἐπιγενομένη, κακόν.

Pleuritide, aut peripneumonia vehementer laboranti, ſi alui profluuium ſuccedat, malum eſt.

ALui profluuium in vehementi pleuritide aut peripneumonia ſuperueniens eſſe malum hoc in aphor. Hipp. docet. De vehemẽtibus autem pleuritide & peripneumonia loqui Hippoc. manifeſtum fit ex voce ἐχομένῳ, quod, Galeno in Comm. teſte, idem quod βιαζομένῳ ſignificat. Quare per hanc vocem malorum prædictorum vehemẽtiam exprimere voluit, quod clarius Philotheus iis verbis innuit, διὰ τοῦ ἀπὸ ἐχομένῳ, ἐδήλωσεν ἰσχυρῶς κατέχεσθαι καὶ βιάζεσθαι τὸν κάμνοντα, per hoc quod ait, laboranti, vehementer laborare & violenter affici ægrotantem ſignificauit. Nec aliter hanc vocem Galen. Comm. 34. ſect. 1. interpretatus eſt. Si igitur ei qui vehementi pleuritide aut peripneumonia laborat, diarrhœa ſucceſſerit, malũ eſt. Quippe ſignificat tum iecur per conſenſum earũ partium quæ reſpirationi deſeruiunt ita affici, vt propter imbecillitatem ad ſe trahere alimẽtum, & in ſanguinem cõuertere aut poſsit. Hoc enim vbi acciderit, alui profluuium ſequi neceſſe eſt. Quare rectè Hipp. dixit, idipſum malũ portendere. Si verò prædicta mala fuerint mediocria & mitiora, bonũ eſt aluũ turbari, p̃ſertim vbi coctionis notæ ſimul apparuerint, vt fuſius in Com. Gal. monſtrat.

ἐχομένῳ.

Alui profluuium in vehemẽti pleuritide cur malũ.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Difficilis anhelitus.] Græcè, δύσπνοια, difficilis ſpiratio. Vexato.] Græcè, βιαζομένῳ, vehementer affecto. Nullus extemporaneus, &c.] Græcè eſt, μηδὲν ἄλλο τρίσοκαιρόν τε καὶ πρόδηλον ἐπιγεγονέναι τὸ σύμπτωμα, nullum aliud tempeſtiuum & manifeſtum ſymptoma ſuperuenerit. Eius morem.] Morem vocat modum, hoc eſt, eſſentiam, formam, ſpeciem, ſeu differentiam morbi, hoc eſt, num malus, vehemẽnſve, aut

mit

mitior ſit morbus. Siquidem oportet,&c.] Græcè, δεῖ συνῆφθαι κατά τι τὸ σημεῖον τῷ δηλουμένῳ πρὸς αὐτοῦ, ſiquidem oportet ſignum aliqua ratione ei quod ab ipſo ſignificatur, connexum eſſe.

APHORISMVS XVII.

Ὀφθαλμιῶντα ὑπὸ διαῤῥοίης ληφθῆναι, ἀγαθόν.

Lippientem alui profluuio deprehendi, bonum eſt.

ET hoc in aphoriſmo naturæ exemplo monſtrat Hippocrates, qua ratione lippitudo commodè curari debeat, nempe humoribus hanc ipſam efficientibus, ad inferiora tranſlatis,& ſubinde per aluum vacuatis, vt in Commentar. etiam ſuis Galenus copioſius docet. Lippitudinis curatio commoda

APHORISMVS XVIII.

Κύστιν διακοπέντι, ἢ ἐγκέφαλον, ἢ καρδίην, ἢ φρένας, ἢ τῶν ἐντέρων τι τῶν λεπτῶν, ἢ κοιλίην, ἢ ἧπαρ, θανατῶδες.

Veſica profundius inciſa, aut cerebro, aut corde, aut ſepto tranſuerſo, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut ventriculo, aut iecore, letale eſt.

HIppocrates hoc in aphoriſmo partes aliquot corporis commemorat, quarum vulnera eſſe letalia ait: hoc eſt, talia vt vel neceſſariò, vel magna ex parte mortem inferant. Intelligit autem non quæuis vulnera, ſed ea quæ magna & profunda ſunt, quod per vocem διακοπέντι innuere voluit, quemadmodum in Commentariis ſuis Galenus fuſius monſtrat. Et Philotheus quoque, qui ita ſcriptum reliquit, διὰ τοῦ εἰπεῖν διακοπέντι, ἐδήλωσε τὴν διὰ βάθους διαίρεσιν, per hoc quod dixit diſciſſa, eam quæ ad profundum vſq; fit diuiſionem ſignificauit. Prima verò inter partes quæ ab Hippocrate commemorantur, eſt veſica: cuius quidem vulnus quod ad interiora eius progreditur, atque adeò profundum eſt, letale exiſtit, quod coaleſcere, quandoquidem nervoſa tenuis & exanguis ſit, non queat. Secus accidit vbi ceruix eius vulneratur, vt in Commentariis Galenus quoque annotauit. Altera pars cuius Hippocrates meminit, eſt cerebrum, quod quidem profundè & ad ventriculos vſque vulneratum; mortem affert, aut ſaltem omnes ita ſenſus lædit, διακοπέντι. Veſicę vulnera letalia quare. Cerebel.

vt ſi ſuperuixerit vulneratus, ferè ſtupidus reddatur. Tertia
Cordis. pars eſt cor,cuius vulnera letalia & inſanabilia exiſtunt pro
pter aſsiduū motū,& quod ſit ſpirituū & vitalis caloris fons
Septi trāſuerſi. & origo.Quarta pars eſt ſeptum tranſuerſum , quod Græcis
διάφραγμα & φρὴν dicitur , quod itidem ſi vulneretur propter
Tenuium inteſtinorum. aſsiduū motum coaleſcere nequit,adeóque mortem accerſit.
Quintò inter ea quorū vulnera letalia ſunt,Hipp.tenuia cō-
memorat inteſtina.Hæc enim ſi ad eorūdē caua vſque vulne
rentur,coaleſcere nō poſſunt:exanguia enim ſunt.Sexta pars
cuius vulnera letalia eſſe Hippocrat.ait ventriculus, pro eo
Vētriculi. enim hoc loco dictio illa κοιλία accipitur, exiſtit. Letalia ve-
rò ſunt non perpetuò,ſed magna ex parte,quēadmodū Gale.
in Com.fuſius docet.Septima pars ab Hippo.commemorata
Iecoris. iecur eſt. ſunt enim & huius vulnera profunda,letalia:quia
hæc plurimo,vt Gal.in Comm.ait,ſanguine manant, ideóq;
prius ita vulnerati moriūtur,q̄ vulnera agglutinari poſsint.
Quæ autē vulnera in ſumma eius parte conſiſtunt,nec eò vſ-
que vt vena diſſecetur penetrant , ea ſanari interdū poſſunt.
Hinc eſt ꝙ Cornel.Celſ.lib.5.c.26.Inter vulnera inſanabilia
recenſeat ea quæ in porta iecinoris fiunt : ea enim parte ve-
narum eſt multitudo. Inter ea verò quæ difficilem curatio-
nem habent,ſunt quæ in iecinoris craſſo fiunt vulnera.Qua-
Aldini codicis lectio improbatur. re in Comm.mihi non probatur Aldini codicis lectio, qui
habet, ὅτι οἱ τὰς ἐπιπολῆς αὐτοῦ τρώσεις ἰᾶσθαι λέγοντες, ὅτι οἱ
τοὺς λοβοὺς ἀφῃρημέναι δοκοῦσιν ἀληθεύειν. id eſt , neque qui vul-
nera in ſuperficie eius conſiſtentia ſanari dicunt, neq; qui fi-
bras iecoris ablatas fuiſſe , verum dicere videntur. Nam ſi
hæc lectio vera eſt,quid opus erat vt paulò antè tam accura-
ta diligētia profunda vulnera,in quibus etiā diſſectam eſſe
venā intelligi voluit,ab iis quæ in ſuperficie fiunt diſcerne-
ret,ſi vtraque ſunt inſanabilia perpetuò?Quin Gal.potius ſi-
gnificare voluit , illa iecoris vulnera quæ profundiora ſunt
& in quibus vena quoq; præciditur,eſſe inſanabilia:quod ſci-
licet ex iis plurimus emanet ſanguis,adeóq; ſic vulneratos
mori ex ſanguinis emanatione priuſquā vulnera glutinētur
cōtingat.Secus aūt accidere,ſi in ſumma iecoris parte vulne
ra ſint,nulláq; eius vena præcidat. Quocirca qui vulnera in
ſumma eius parte cōſiſtētia ſanari,& fibras ablatas fuiſſe af-
firmāt,verū dicere vidētur. Vult itaq; ꝓrſus dicere Gal.ve-
riſim

riſimile eſſe, vt vulnera in ſuperficie, & extremitatē iecoris, vbi nulla vena eſt, conſiſtentia ſanari poſſint, minime vero ſi fuerint profundiora. Hanc lectionem eſſe veram, confirmat antiquus interpres, qui locum hunc ita conuertit: Hepar ſi incidatur, ſanguinis fluxus ſequitur; patiētes ergo moriuntur, antequam ſolidentur, quod fit, quū venæ inciſæ ſunt. Ideo arbitror verum dicere, affirmantes poſſe ſanari, cum inciſio intra concaua non ſit. Et quidam dicunt, eius extremitates quaſi digitos eminentes poſſe incidi, & inde ſanari. Hæc ille. Proinde ſic potius legendū erit, διὰ τοῦτ᾽ οὖν καὶ οἱ τὰς ἐπιπολῆς αὐτοῦ τρώσεις ἰᾶσθαι λέγοντες, καὶ οἱ τοὺς λοβοὺς ἀφῃρῆσθαι δοκοῦσιν ἀληθεύειν, propterea igitur & qui vulnera in ſumma eius parte conſiſtentia ſanari, & qui fibras eſſe ablatas aſſerunt, verum videntur dicere. Cæterum Celſus loco iam citato multa habet ad præſentem aphoriſmum attinentia, quæ legere cupientes poſſunt.

APHORISMVS XIX.

Ἐπὴν διακοπῇ ὀστέον, ἢ χόνδρος, ἢ νεῦρον, ἢ γνάθου λεπτὸν, ἢ ἀκροποσθίη, οὔτε αὔξεται, οὔτε ξυμφύεται.

Quum os præciſum fuerit, aut cartilago, aut neruus, aut buccæ tenuis particula, aut præputium, neque augetur, neque coaleſcit.

HOc in Apho. quæ corporis partes præciſæ, neq; augeantur, neque coaleſcant, Hipp. docet. Prima vero harū os exiſtit, quod quū frigidum ſit & ſiccū, adeóque durū, fractum coaleſcere haud poteſt. Hinc eſt ꝙ Gal. cap. 91. Artis medicæ ſic ſcriptum reliquerit; Fractura eſt cōtinuitatis in oſſe ſolutio, quæ quantū ad primum attinet ſcopū, inſanabilis exiſtit: quo ad ſecundū vero, quodammodo inſanabilis eſt. Primus igitur ſcopus eſt, coalitus partiū, qui ob oſſis duriciem fieri non poteſt. Secundus, alligatio, quæ fit callo ſupernato partes fractas colligāte. Et lib. 5. Ther. meth. cap. 7. vbi inter cætera ſic ſcribit; Quū mollium tantū corporū in vnū coeūdi ſit habilitas, vt tum in externis videre licet, nullo nec lapide cū lapide, nec teſta cū teſta coeunte, tum vero in nobis ipſis quādo nec cartilago cū cartilagine, nec os cū oſſe coaleſcat. Non enim fracta oſſa per vnionē cohærent, ſed per callū ceu

[Puerorum oſſa mollia.] glutino iunguntur. Hæc ille. Quod certè intelligendũ erit de oſsibus iã duris & ſiccioribus: puerorũ enim oſſa, vtpote mollia adhuc, coaleſcere poſſunt, quemadmodũ teſtatur Gal.
» lib.6. The. meth. cap.5. in eũ ſcribens modũ: Quoniã fracti
» oſsis ſoluta partiũ cõtinuitas eſt, vtiq; finis quò tendet is qui
» eas curabit, ſaltẽ primus, vnitio eſt. Quòd ſi is per affectarũ
» partium ſiccitatem perfici poſſe nõ videatur, reſtat alter, qui
» eſt vt alterius cuiuſdã interuentu glutinẽtur: qui ſi nec ipſe
» cõparabilis aduertitur, inſanabile eſſe vitiũ dixeris. Quod
» igitur coaleſcere nequeat tam durũ os quàm id quod in iu-
» uenibus, & adoleſcẽtibus & viris, multóq; magis in ſenibus
» cernitur, id profectò vel cuiuis patẽre poteſt. Poteſt certè il-
» lud tantũ vnitionem recipere quod abundè molle eſt, cuiuſ-
modi cõſpicitur in puerulis. Quinetiã in ca.91. Artis medi-
» cæ ait: Molle vero & puerile os coaleſcere poteſt. Pueros au-
» tem humida & mollia oſſa habere, diſertè Gal. lib.2. de Tẽp.
» ca.2. docet, dum in hãc ſententiã ſcribit, Eſt vero puellus ad-
» huc in ſummo humidus, veluti muſcus: idque nõ in ſangui-
» nis vaſis modo & viſceribus, ac carne, ſed etiã ipſis oſsibus,
» quæ ſcilicet ſiccisſima ſunt omniũ quæ in nobis ſunt partiũ.
» Verum tum hæc, tum reliqua tota vnà cũ iis membra quaſi
» cerea ſint, infantium nutrices fingunt, formãntq;. Tanta eſt
in toto puellorum corpore humiditas, Oſſeum genus vni-
uerſum caſeo, qui modo coagulatus ſit, adſimile eſt. Hęc qui-
dem de oſsibus dicta ſufficiant. Altera pars quæ præciſa non
[Cartilago.] coaleſcit, cartilago eſt, de qua ſanè idẽ quod de Oſsibus iu-
diciũ erit. Cæterũ neruũ, tenuem buccarum partẽ, & præpu-
[Partes ex ſemine natę cur non renaſcuntur.] tium, quoniã ex ſemine nata ſunt, nõ regenerari eſt euiden-
tiſsimũ ex iis quæ cap.87. Artis medicæ, & lib.1. de ſemine
ſcribit Gal. Ob largæ enim materiæ penuriã nõ renaſcũtur.
Tantũ enim nullibi aceruatim contentũ ſemen reperire li-
cet, quantũ vnumquodque eorũ quæ deperdita ſunt, indiget
ad generationẽ: quin & quum per multũ tempus coaceruari
poſſet, à præoccupante carnis generatione impeditur. Porrò
quum prædicta omnia vel prorſus auferantur è corpore, vel
tantũ diuidãtur, ideo Hipp. dixit ea neq; augeri, neq; coale-
ſcere. Augentur enim, quæ deficiunt. Coaleſcunt autem quæ
diuiſa ac ſeparata ſunt. Quare rectè à Philo, dicitur, αὔξησις
ἐςὶν τοῦ λείποντος ἀναπλήρωσις, σύμφυσις δὲ καὶ τῶν διεςώτων χειλέων
ἕνωσις

ἐνώσει καὶ κολλήσει, Auctio eſt deficientis reſtitutio, coaleſcentia autem, orarum quæ ab inuicem diductæ ſunt, vnitio & agglutinatio. De qua re Gal. initio ſuorũ Com. fuſius ſcribit.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Qualis abſciſſa, ſicut in cauis vlcerib.] Hinc lib. 3. Ther. meth. ca. 5. Gal. ita ſcriptũ reliquit. Cæterũ caro eadẽ ſpecie cum ea quæ periit, gigni in cauo vlcere poteſt. Sic igitur de iis quæ diximus, &c.] Græce eſt, οὕτω δὲ καὶ περὶ τῶν εἰρημένων ἀμφισβητοῦσί τινες, οἱ μὲν αὐξῆσθαι λέγοντες. Sic vero & de iis quæ dicta ſunt, quidã ambigunt, ij quidẽ augeri dicentes, &c. illi vero. Igitur illa deſiderãt.] Græce eſt, τὰ μὲν οὖν αὐξηθῆναι τὰ κατὰ διάβρωσιν ἡλκωμένα δεῖται. Augeri igitur illa deſiderãt, quæ eroſione ſunt vlcerata. Sed quoniã iam ex eo, &c.] Græcè, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ τοιούτων ὄντων, ἀφίστανται τὰ χείλη τῶν τραυμάτων ἀλλήλων οὐκ ὀλίγον, ſed quoniam talia ſunt, oræ vulneris nõ parum inuicem diſtant. Philot. fere clarius hanc ſententiam iis expreſsit verbis, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἀφίστασθαι τὰ χείλη τῶν τραυμάτων ἀλλήλων οὐκ ὀλίγον. Sic enim legenda ſunt verba eiuſdem, vt quiuis prompte ex verbis Gal. colligere poteſt. Hoc eſt, ſed etiã propterea quòd oræ vulneris, inuicem plurimum diſtent. Philo thei locus reſtitutus.

APHORISMVS XX.

Ἢν ἐς τὴν κοιλίην αἷμα ἐκχυθῇ παρὰ φύσιν, ἀνάγκη ἐμπυηθῆναι.

Si ſanguis præter naturam in cauitatem aliquam transfunditur, vt corrumpatur neceſſe eſt.

NObis placuit vt hanc Hipp. ſententiã generatim interpretaremur, quod Galenũ etiam feciſſe cõſtat, vt ſcilicet Hippocratem non tantũ de ea quæ fit in ventriculũ effuſione, ſed in omnes etiã alias cauitates ſanguinis præter naturã effuſione loqui intelligeremus. Verbũ enim ἐμπυηθῆναι non proprie, ſed improprie illũ vſurpaſſe cenſemus, vt generatim ſcilicet idem quod φθαρῆναι, hoc eſt, corrumpi, ſignificet. Erit itaque is plane ſenſus: Si ſanguis à propria cauitate, hoc eſt, venis & arteriis, in aliam præter naturam transfundatur, neceſſe eſt vt corrumpatur, hoc eſt, vt vel ſuppuretur, vel nigreſcat, liueſcátue, vel in grumos vertatur, quemadmodum copioſius in ſuis Comm. Gal. proſequitur. ἐμπυηθῆναι.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

In inflãmationib.quidẽ per minimas.] Hunc locũ pulchre explicãt,quæ ſcribit Gal.cap.3.de Inæquali intẽperie in hũc modũ,Vbi calida fluxio in muſculũ procubuit primũ maiores arteriæ venæq; opplẽtur,ac diſtenduntur ab iis minores, atq; ita res procedit, donec ad minimas ſit peruentum.Has quidã minimas partes Gal.hoc loco vocat,τὰς λόγῳ θεωρητὰς, id eſt,ratione contemplabiles.tam exiguæ enim ſunt, vt viſum effugiant:quare vt ratione contemplentur neceſſe eſt.

Partes ratione contẽplabiles.

CANDIDO LECTORI TYPOGRAPHVS.

Non poſſum diſsimulare,cãdide Lector,magnã iniuriam quæ hic nobis,dum hęc excuderemus,accidit.Vix hucuſque magno & labore certe,& ſumptu nõ mediocri peruentũ impreſsione noſtra fuerat,quũ à perditiſsimo quodã nebulone pagella vna,qua XXI Aphoriſmi expoſitio,vnà cũ ſequentis parte cõtinebatur,ex αὐτογράφῳ fraudulẽter ſubtrahitur.Itaque quũ iacturã eã per tẽporis anguſtiã ſarcire aliter nõ liceret,viſum eſt id cõmodiſsimũ, quo ſaltẽ in Aphoriſmorũ ordine nihil deſideraretur,vt eoſdem vnà cum Gal.Comm. adiiceremus,quo tãtiſper vtereris,dum ad proximũ Francofordianũ mercatũ reſtitui per ipſum autorẽ,id quod nebulonis fraude magno certe cũ rerum noſtrarum diſpẽdio nunc deſideratur,poſsit.Vale,& ſtudiũ noſtrũ æqui boniq; facito.

APHORISMVS XXI.

Τοῖσι μαινομένοισι, κιρσῶν ἢ αἱμοῤῥοΐδων ἐπιγινομένων, τῆς μανίης λύσις.

Inſanientibus,ſi varices vel hæmorrhoides ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio.

HIc inſaniam illam quæ proprie melancholia dicitur, vocat:nõ illum qui fit ex bile furorem.Eſt autẽ varix, cũ venæ laxiores fiunt in coxis,& cruribus,quod ex craſſo & melancholico humore contingit:adeo quod pellente natura ad partes ignobiliores eos qui inſaniam efficiunt humores, & præſertim cum melancholici fuerint,ad craſsi,dictarum ſequitur paſsionum generatio,& inſaniæ ſolutio.

APHORISMVS XXII.

Ὁκόσα ῥήγματα ἐκ τοῦ νώτου ἐς τοὺς ἀγκῶνας καταβαί-

νη, φλεβοτομία λύει.

Quacunque rupta ex dorſo ad cubitum deſcendunt, vena ſectio ſoluit.

MEliusquidam ſcribunt, Quicunque dolores,nam ruptum ipſum deſcendere,vnum eſt impoſsibilium, ſiquidem diuulſa ac rupta muſculi parte carnoſa fit ruptum. Videtur quidem nonnunquam manifeſte ad modũ collectus in loco corruptionis ſanguis,& diſcuſsione ſanatur. Reliqui vero qui ſunt in dorſo dolores,ex deffluente humore generantur ſolo aliquando,ſed magna ex parte craſſo,ac flatuoſo ſpiritui aſſociato,quẽ excipere oportet,atque euacuare, per venæ in cubito exiſtentis ſectionẽ,quãdo hic apparet fluens. Eſt enim eius præceptum,ſecundum quod humores repunt, facere euacuationes. Idem autem ſignificant & verba hæc, Eò ducendũ eſt quò repunt,per loca opportuna. Si autem de ruptis ſermo eſt ſcriptus ab eo,eos qui faciunt compatiendi ratione dolores intelligendum eſt dici ab ipſo deſcendere ad cubitos,non ipſam carnoſæ partis diuiſionem. Et quidem fieri poteſt, vt & talis venæ ſectio vtilis ſit communi euacuationis ratione. Hactenus Galenus.

* per ruptiones intelligendi ſunt,Galeno in Comm.teſte, dolores quos per conſenſum ruptiones ipſæ efficiunt: quod nimirum fieri haud poſsit vt ruptiones deſcendant. Deſcendunt autem ad cubitum in ipſa ruptione humores qui ſubinde illic dolorem excitant:quibus vacuatis per venæ ſectionem ſolui dolorem neceſſe eſt,vt fuſius in Comm. Gal. exponit. Ruptiones

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Ruptum.] Græce, ῥῆγμα, ruptio,Quam etiam lib.3.Therap.cap.1.ait eſſe,carnoſæ partis citra vulnerationem diuiſionem. Hæc verba.] Quæ ſcribuntur ſect.1.Aph.21. Reliqua nihil habent difficultatis. ῥῆγμα quid.

APHORISMVS XXIII.

Ἢν φόβος, καὶ δυσθυμίη πολὺν χρόνον διατελέῃ, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον.

Si metus & mœſtitia longo tempore perſeuerant, melancholiam ſignificant.

Varia melancholicorũ ſymptomata.

Metus.

QVanquam multa ſunt melancholicorũ ſymptomata, vt odiũ hominũ, ſolitudinis amor, viſa varia, quæ commemorat Gal. lib. 3. de Male affect. loc. cap. 6. tamen omnia hæc Hipp. in duo coegit, metum & mœſtitiã. Metus enim eos nũquã deſerit, ideóq; alius teſtã ſe factũ putãs, timet ne collidatur. Alter, ne Atlas qui mũdũ ſuſtinere dicitur, grauatus ſub tãto onere, ipſum à ſe excutiat, atq; ipſe cum illo collidatur, ac nos quoq; vnà pereamus formidat. Alius metuit ne in carcerẽ rapiat, aliáq; id genus multa. Præterea mœſtitia eos inducit, vt odio ꝑſequant omnes quotquot viderint, nunq̃ non

Mœſtitia.

triſtitiã præ ſe ferẽtes. Oẽs itaq; melãcholici timẽt, mœrent, vitã damnãt, odióq; habẽt homines, vt rectiſsime dictum ſit ab Hippocrate, ſi metus & mœſtitia diu durant & perſeuerant, melancholicũ eſſe. Per id enim quod ait, ſi diu durant, excludit primũ timorẽ & mœſtitiã à cauſa manifeſta & externa factos, vt, verbi gratia, ꝑpter incurſũ hoſtiũ, aut flagitiũ aliquod recẽs perpetratũ, mortẽ parẽtũ, & amicorũ: ij enĩ non diu durare ſolẽt, ſed progreſſu tẽporis deſinunt. Quod ſi tamen acciderit vt & ij perſeuerent, itidẽ melancholiã, vt in Commen. atteſtatur Galenus, ſignificabũt. Porro cur melancholicus humor metũ & mœſtitiã pariat, loco citato Gal. & libr. 2. de Sympt. cauſis cap. vlti. exponit.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Etiamſi nõdũ tẽpus acceperint.] Variant hoc loco Græci codices. Aldinus enim ita legit, καὶ μᾶλλον, ἐὰν τύχῃ κεχρονικότα, id eſt, & magis ſi diuturna fuerint, ſcilicet hæc duo ſymptomata, timor & triſtitia, ſignificabunt melancholiã. Quę certe lectio à veritate ipſa nõ abhorret. Quãto enim diuturniora fuerint hæc ſymptomata, tanto magis melancholiã prę ſe ferẽt. Alij codices habẽt, κἂν μηδέπω τύχῃ κεχρονικότα, hoc eſt, etiamſi nondum fuerint diuturna. Quę itidẽ vt prior lectio, veritati cõſona eſt. Nam metus & mœſtitia nonnũquã, etiãſi non diu durauerint, melancholiã tamẽ ſignificant, quod experiẽtia quoq; ipſa cõfirmat. Quando multi viſi ſint q anteà ſatis læti ac hilares, mox autẽ triſtes facti, melancholiam inciderint. Hanc poſteriorem lectionẽ ſecutus eſt Leonicenus & antiquus interpres, qui locum hunc ita conuertit. Etſi hæc accidentia non diu morẽtur. Inſaniam ſignificabunt.] Gręcè eſt, μελαγχολίαν ἐνδεικνύμενα, melancholiam portendent.

APHORISMVS XXIIII.

Ἐντέρων ἢν διακοπῇ τῶν λεπτῶν τι, οὐ ξυμφύεται.

Si quod ex tenuioribus inteſtinis præciſum fuerit, non coaleſcit.

QVum idem paulò ſuprà, nempe Aphor. 18. huius ſect. dixerit Hipp. videtur temere hoc loco hęc denuo eſſe inſerta ſententia. Quę quum ibidem à nobis ſit abunde enarrata, non eſt cur hic eandem iterum explicemus.

APHORISMVS XXV.

Ἐρυσίπελας ἔξωθεν καταχεόμενον ἔσω τρέπεσθαι, οὐκ ἀγαθόν, ἔσωθεν δὲ ἔξω, ἀγαθόν.

Eryſipelas exterius effuſum verti introrſum, non eſt bonum: ab interioribus autem foras, bonum.

ERyſipelatis exemplo docet Hip. bonum eſſe vt omne malum corporis à nobiliorib⁹ partibus, & ab interioribus ad ignobiliores atq; exteriores vertatur. Contrà vero malũ eſſe, ſi ab externis partibus ad internas transmutetur. Quippe internis & principalioribus partibus innatum eryſipelas vitæ periculum adfert. Contrà in externis ac ignobiliorib⁹ ortum, nullius momẽti incommodum infert. Hinc eſt quod ſuprà dixerit. Si mulieri grauidæ in vtero fiat eryſipelas, letale. (5. aph. 43.) Et li. 3. Prog. Apho. 20. Maxime vero poteſt ab ea ſecunda valetudo contingere, ſi robur ſimul & ceruicem & pectus cõprehendat, neq; ad interna recurrat eryſipelas. Si vero neq; in diebus iudicatoriis diſpereat, deleatúrue eryſipelas, neq; ad exteriores partes conuertatur tumor, neq; pus ſcreat, mortem ſignificat. Et ibidem. Tutius eſt tumorem & ruborem in externas partes maxime conuerti. Ex hoc itaque Aphor. diſcẽdum erit, quàmplurimum errent medici, qui eryſipelas extrà in cute apparens, intempeſtiue per frigida & reprimentia medicamenta ad interiora, & partes principes propellunt: quum conſultius ſit, vt quicquid eſt illorum humorum à quibus eryſipelas naſcitur, ab iis quæ principatum in corpore habent partibus, ad exteriora euocetur, quàm vt hac ratione ad ipſas protrudatur. Naturę itaque exemplo diſcamus, meli⁹ eſſe, in externis eſſe ryſipelas, aliúdque quodcunque malum corporis, quàm in internis.

Eryſipelas ab externis partibus ad internas non propellẽdum.

recitare volui,quod nõ ſatis rectè ab interprete cõuerſa ſint. Ita enim reddenda latinitati erant:Hęc enim quæ nonnullis ſuccedunt, Hippocra.nominare conſueuit, ſoluere eorundẽ conſtitutionem, quæ perfectè hominem ſanant, & minime quæ alterum malum priori non minus periculoſum generant. Hæc quidem breuis,attamen perſpicua,& Galen.interprtationi conſentanea huius eſt ſententiæ expoſitio. Interpretus error.

APHORISMVS XXVII.

Ὁκόσοι ἔμπυοι, ἢ ὑδρωπικοὶ καίονται, ἢ τέμνονται, ἐκρυέντος τοῦ πύου, ἢ τοῦ ὕδατος ἀθρόου, πάντως ἀπόλλυνται.

Qui ſuppurati,aut aqua inter cutem correpti vruntur,aut ſecantur,ſi pus aut aqua confertim effluxerit, omnino intereunt.

EXemplo ſuppuratorum, & aqua inter cutem laborantium, confertas vacuationes eſſe noxias, imò letales, Hippocr.hoc in loco oſtendit. Quippe ſuppurati ſi vruntur, vt Hippocrat.ætate ſolenne erat, confertímque pus effluit, omnes moriuntur.Id quod etiam contingit hydropicis, vbi confertim aqua vacuata fuerit. Suppuratos autem eſſe ſecandos,aut vrendos,Hippoc.in lib.de interioribus malis,quem Galen.in Commen.librum magnum de Malis alio nomine appellat,diſerte docet, ita ſcribẽs, ἢν ῥαγῇ τὰ πύα ἐς τὰ στήθεα, ὅπη ἄν σοι δοκέῃ ἀποσημαίνειν, ἐκεῖσε μάλιστα τεμών, ἢ καύσας ἀφιέναι τοῦ πύου ὀλίγον τὸ πρῶτον. Si pus in thoracem prorumpat, qua tibi monſtrare videtur,illic potiſsimum ſecans aut vrens, primum exiguum puris emittito. Quibus ſane verbis non tantum docet ſecandos aut vrendos eſſe ſuppuratos, ſed etiam pus non confertim, ſed paulatim eſſe educendum. Qua vero ratione vſtio & ſectio in ſuppuratis fieri debeat, docet Paulus Aegin.libr.6.capit.44.Commenta quoque Cel.lib.3. ca.22.vt non ſit opus hic ea longius repetere.Cæterum aqua inter cutem laborantes aſcitè pręſertim,eſſe ſecãdos & vrendos,Hippocrat.quoq; in libr.de Locis in homine,iis verbis docet,pharmaca inquit, πιπίσκειν ἐφ' ὧν ὕδωρ καθαιρεῖται, καὶ σιτία τὰ φλεγματωδέστατα διδόναι, ἢν δὲ μὴ δ' οὕτω ῥάων γίνηται, καίειν

Confertæ vacuationes noxæ.
Suppurati ſecandi & vrendi.
Aqua inter cutẽ laborantes ſecãdi aut vrendi.

ὡς λεπ͂τότατα, καὶ ὡς ἐπιπολαιότατα, ὅπως τὸ ὕδωρ ἰσχέειν δύνῃ, πέριξ τοῦ ὀμφαλοῦ κύκλῳ, καὶ ἐς τὸν ὀμφαλὸν μίαν, καὶ ἀφιέναι ἑκάστης ἡμέρης, τῶν νοσημάτων ὅτι ἂν ἐπικινδυνοτάτην ὁδὸν, ἐν τούτοισι παρακινδυνεύειν χρὴ. ἐπιτυχὼν μὲν γὰρ, ὑγιέα ποιήσεις. ἀτυχήσας δὲ ταῦτα καὶ ὡς ἔμελλε γίνεσθαι, τοῦτο ἔπαθε. παιδίον δὲ χρὴ ὕδρωπα ὧδε ἰῆσθαι. τὰ οἰδέοντα καὶ ὕδατος ἔμπλεα, ἐξαίρειν μαχαιρίῳ, πυκνὰ καὶ σμικρὰ ἐξαίροντα. ἐξαίρειν δὲ ἐν μέρει ἑκάστῳ τοῦ σώματος, καὶ πυρίῃσι χρέεσθαι. καὶ ἀεὶ τὸ ἐξαιρεόμενον χρίειν ὑδραγωγῷ φαρμάκῳ. Medicamenta propinato quibus aqua purgatur, cibóſq; maximè pituitoſos porrigito. Quòd ſi verò ne ſic quidem leuetur, quàm ſubtiliſsimè & in ſuperficie maximè vrito, vt aqua in circuitu vmbilici emergere queat, per vmbilicum autem minimè extrahito, & emittito quotidie, quoniam morborũ periculoſiſsimus eſt. Oportet autem in illis periculũ facere: ſi enim ſuccedit, ſanũ facies. Sin fruſtratus fueris, ꝗ & vt fieri debebat, hoc paſſus eſt. Puerorũ autem aquam inter cutẽ ſic curare oportet: Tumidas & aquę plenas partes gladio aperito, crebro autem & parũ aperire oportet, & in vnaquaq; corporis parte, fomẽtiſque vtẽdũ, & nunquã non pars aperta calefaciẽte medicamẽto linienda. Hæc Hippoc. quæ quidem Caluus, vt alia ferè omnia, miſerrimè tranſtulit. Nos locum qui in Aldino codice eſt notatus aſteriſco, deprauatum eſſe putamus. Neq; enim vmbilicus ipſe incidendus erit, ſed ſectiones iuxta vmbilicum, & in ambitu eius faciendæ. Quod teſtatur etiam Hip. in li. de Externis morbis, inquiens: τέμνεται δὲ ὁ παρὰ τὸν ὀμφαλὸν, ſecatur autem iuxta vmbilicum. Cęterum Paul. Aeginet. li. 6. cap. 50. perſpicuè quoq; docet, quomodo hydropicorũ aqua ſit emittenda, nempe ad eum quem hic Hippocra. pręſcribit modum. Porrò quòd ij moriantur quibus confertim pus aut aqua emittitur, minimè mirum: quippe vnà cum humore ſpiritus vitalis vacuatur. atque adeò vires deficiunt, vt copioſius in Commen. Galen. oſtendit. Præſtat itaque ſenſim & paulatim vacuare, ac ſummopere cauere confertas, hoc eſt quæ ſemel vniuerſum educunt vacuationes.

Cõfertim vacuatio- nes quæ.

APHORISMVS XXVII.

Εὐνοῦχοι οὐ ποδαγριῶσιν, οὐδὲ φαλακροὶ γίνονται.

Eunuchi neque podagra laborant, neque calui efficiuntur.

Multi

MVlti reperti ſunt parũ certè memores eius ꝙ veterum dicta candidè ſint interpretanda, qui hoc loco Hipp. grauiſsimum ſcriptorẽ reprehendere non ſunt veriti. Quorum ſanè temeritatẽ quum Gal. in Com. ſuis, Hipp. honeſtis & optimis rationibus excuſans, ſatis ſupérq; retuderit, non eſt cur in iiſdẽ refutandis temere nos tẽpus denuò teramus. Rationẽ autẽ nominis eunuchi, ꝙ pleriq; eam nõ ſatis tenere videantur, paulò accuratius explicabimus. εὐνοῦχος enim Græcis, vt etiam Inſtitutiones Græcæ lib. 1. de Adopt. teſtantur, nomen eſt generale, & in tres ſpecies diuiditur. Quoniã eunuchorũ alij ſunt ſpadones, quidã thlibię, aliqui caſtrati. Et caſtrati quidẽ ſunt, quibus ante pubertatẽ mẽbra virilia, hoc eſt nõ ſolũ teſtes, ſed & totus coles ipſe, execta ſunt. aut qui naturaliter ſine teſtib. progeniti ſunt. hi penitus nõ arrigunt: ideóq; propriiſsimè eunuchi dicũtur Græcis, qui apud Latinos ſunt caſtrati. εὐνοῦχος enim Græcis, Phauorino teſte appellatus eſt ἀπὸ τοῦ τὴν εὐνὴν ἔχειν, hoc eſt, ab eo ꝙ lectum reginarũ ac virginũ cuſtodiant. ἔχειν enim illis idẽ ꝙ φυλάσσειν ſignificat. Vel, vt aliis placet, παρὰ τὸ εὖ νοῦν ἔχειν, καὶ ἀπηλλάχθαι τῶν ἀφροδισίων, οἱ γὰρ ἀρχαῖοι τὰ ἀφροδίσια ἀνόητα ἐκάλουν, ab eo ꝙ bonæ ſunt mentis, & à venereis ſemoti. veteres enim Græci venerea ἀνόητα vocabant. Sic Lucianus in Phamphilo, eunuchos ab ipſo ſtatim ortu exectos eſſe tradit, vt nihil virile vnquam experiri poſsint. Thlibię verò ſunt, quibus à nutrice vel forſitã matre attriti ſunt teſtes, eo modo vt generare haud queant. Dicti ἀπὸ τοῦ θλίβειν, id eſt ab atterendo. Alio nomine Thlaſiæ & Thladiæ, ἀπὸ τοῦ θλάειν, ꝙ teſtes illorũ fracti ſint. Hos etiã inter eunuchos haud ſecus quàm caſtratos recenſet Paul. Aegin. lib. 6. ca. 68. & colliſionis ſeu attritionis modũ docet, inquiens: “Pueri adhuc infantes in aquæ calidæ ſolium collocantur. deinde vbi corpora eodem ſolio fuerint relaxata, digitis teſticuli premuntur, vſq; dum aboleãtur & euaneſcant, nec contrectari amplius poſsint. Qui hanc teſticulorum attritionem ſunt experti, nonnunquam venerẽ appetunt, parte aliqua, vt veriſimile eſt, teſticulorum inter atterendum deliteſcẽte. Spadones tertiũ eunuchorum genus, qui Græcis etiam ὑποσπαδιαῖοι dicũtur, Gal. lib. 15. de Vſu par. corp. hu. c. 3. teſte, ſunt quibus meatus pudendi per quem ſemen eiaculatur, propter vinculum quod ad virgam habent,

Veterũ dicta cãdidè interpretãda.

Eunuchus qui.

Caſtrati.

Thlibiæ.

Thlaſiæ.

Attritionis teſtiũ modus.

Spadones. ὑποσπαδιαῖοι.

cont

contortus eſt. Generare itaq; non poſſunt, nõ ꝙ ſemen fœcũdum non habeant, ſed ꝙ in virgæ flexibus hærẽs, ferri prorſum nequeat. Quã rem curatio ipſa cõprobat, vinculo enim abſciſſo generant. Quam quidem Gal. ſententiã confirmant ea quæ ſcribit Cælius lib. Lect. ant. 18. c. 10. in eum modum: " Quibus meatus habitu ſuo naturali priuantur, vel quia oc- " cæcati ſunt qui ad penem tendunt, quod ſpadonibus euenit, vel etiam aliis de cauſis, iis ſemen in ſedẽ confluit, &c. Quare rectiſsimè in Inſtitutionibus Græcis ſpadones eſſe definiuntur, qui propter aliquod vitium membrorum genitaliũ liberos procreare non poſſunt, ſed eo ſublato liberos generant. Minus itaq; rectè Iuriſc. ff. de verb. ſig. l. ſpadonum, generalem eſſe ſpadonis appellationẽ tradit. Diuerſum enim paulò antè ex Gal. & Inſtit. Græcis cõprobauimus, nempe ſpadonis appellationem minimè eſſe vniuerſalem, ſed particurem, atq; eos priuatim qui vinculum quod ad virgam eſt cõtortum obtinent, ſignificare. Errãt quoq; nonnulli Iuriſconſultorum, qui ſpadones eſſe ſcribunt, quibus execta ſunt virilia, & dici ἀπὸ τοῦ σπᾶν. i. euellendo, contendũt. Quinetiam nomen ipſum docet, Græcis σπάδωνας eſſe quos diximus. Sic enim appellauerũt ἀπὸ τοῦ σπᾶν, hoc eſt conuellendo, ꝙ ſcilicet vinculũ quod ad virgã habent, pudendũ ſic conuellat, vt meatus eius contortus ſemen intus retineat, nec extrà ferri ſinat. Hæc duo eunuchorum genera, ſpadones potiſsimũ reginis olim, & aliis mulieribus, quę iniri volebant, non parere, in deliciis erant. Nam perpetuò ferè arrigunt, neq; mentula ſunt emortua, ꝙ nihil vnquam emittant, ſed tantùm arrigant. Quod Satyra 6. Iuuenalis iis innuere verbis voluit:

Inſtitutionũ Græcarũ magna commoditas.

Iuriſcõſultus notatur.

Spadones vnde dicti

Spadones reginis olim cur in deliciis.

Sunt quas eunuchi imbelles, ac mollia ſemper
Oſcula delectent, & deſperatio barbæ,
Et quod abortiuo non eſt opus.

Has tres eunuchorum ſpecies eo prolixius explicauimus, vt haberent etiam Medici quod hac in re certi reſponderẽt Iuriſconſultis, dum de Adop. diſputant. Hoc autem loco loquitur Hippocrates de prima ſpecie eunuchorum, qui Latinis caſtrati vocantur, ij enim Hippocratis ætate neque podagra laborabant, neque calui fiebant, propter rationes à Galeno in Comment. abundè expoſitas: quas nos in noſtris annotat. paulò pòſt latius proſequemur.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Aldin. Galeni codex Græcus emendatus.

Propter naturę humiditatē.] Rectè ita cõuertit interpres, legendum enim erit, διὰ τὸ ὑγρὸν, & non, vt habet Aldinus codex, διὰ τὸ ψυχρὸν. Nam caluitiei cauſa præcipua, Gal. lib. 1. de Comp. med. loc. c. 1. teſte, eſt inopia humorum, ex quibus capilli nutriri conſueuerũt. Quum igitur teſtium exectio eunuchos mulieribus ſimiles, hoc eſt natura humidos, reddat, minimè mirum eos non caluere. Hinc eſt ꝙ Ariſtot. lib. 5. de Gen. anim. c. 3. ita ſcriptum reliquerit, καὶ ὁ εὐνοῦχος οὐ γίνεται φαλακρὸς, διὰ τὸ εἰς τὸ θῆλυ μεταβάλλειν. Eunuchus non caluescit, ꝙ in fœminam mutetur. Eandem etiã cauſam cur non caluescãt eunuchi, affert Philot. qui inter cætera ita ſcribit, ἐπειδὴ θηλυγονεῖς εἰσιν, καὶ ἔχουσι πολλὴν ὑγρότητα πλεονάζουσαν, καὶ ἐπιῤῥέουσαν ταῖς θριξὶν ἐξ ἧς αἱ θρίχες τρέφονται καὶ πληθύνονται, quandoquidem fœminei generis ſunt, multámq; humiditatem redundantem obtinent, & ad capillos fluentē, ex qua capilli nutriuntur & augentur.

Eunuchi quare non caluescũt.

Verum exiſtit.] Græcè, ἦν ἀληθὲς, verum erat. Propter immodicum ocium, &c.] Hipp. itaq; tempore tribus potiſsimum de cauſis, enuchi non laborabãt podagra. Primò, quòd non vterentur prorſus ocio, ſed mulieribus inſeruiebant. Secundò, quia non vtebantur coitu, qui neruoſas partes, pręſertim articulos ac pedes, maximè vbi immodicus fuerit, plurimum debilitat. Tertiò, ꝙ moderata victus ratione vtebantur. Nunc quum contrà omnia faciant, nihil mirũ eos podagra quoq; laborare. Offendunt.] Variant hoc loco exemplaria Græca. Nonnulla enim habent πλήττουσι. Eam lectionē in ſua conuerſione ſecutus eſt Leonic. Aliqua legunt πληροῦσι, cõplent. Vtraque lectio vera. Nam ſi imbecillem neruoſam ſubſtantiã faciunt, atq; offendunt, ſubinde etiã ſuperuacuis complēt. Ad imbecilliores enim partes corporis ſuperuacua detruduntur, vt copioſiſs. lib. 3. de Natu. fac. Gal. docet.

Eunuchi Hippocratis tẽporibus cur podagra nõ laborabãt.

Vina potẽtia.] Nihil eſt enim in rerũ natura quod podagrã magis excitet, atq; vini robuſtioris, maximè ſi ieiunus id bibat, potio, & immodicus coitus. Quod poſtremũ lib. 2. Epig. elegãtiſsimè oſtendit iis quidē verbis, Λυσιμελοῦς βάκχου, καὶ λυσιμελοῦς ἀφροδίτης, γεννᾶται θυγάτηρ λυσιμελὴς ποδάγρα. Quo nihil aliud ſignificatur, niſi quod ex Baccho & Venere, mēbra corporis eneruãtibus, naſcatur podagra filia quæ & ipſa mēbra ſoluit, & eneruat. Quum itaq; podagra non inuadat niſi eos

Vinũ robuſtum & coitus podagrã generant.

qui

qui affluunt diuitiis, perpetuóq; ocio & luxu omnis generis vtũtur, rarò vel nunquã pauperũ ędes ingreditur. Quod eleganter eodẽ in loco ſcriptũ epigramma ſignificat, iis verbis;

Μισόπτωχε θεὰ μόνη πλούτου δαμάτειρα,
　Ἡ τὸ καλῶς ζῆσαι πάντοτ' ἐπισταμένη.
Εἰ δὲ καὶ ἀλλοτρίοις ἐπιζομένη ποσὶ χαίρεις,
　Οἱ πιλοφορεῖν οἶδας, καὶ μύρα σοι μέλεται.
Τέρπει καὶ στέφανός σε, καὶ αὐσονίου πόμα βάκχου,
　Ταῦτα παρὰ πτωχοῖς γίγνεται οὐδέποτε.
Τοὔνεκα καὶ φεύγεις πένιος τὸν χάλκεον οὐδόν,
　Τέρπῃ δ' εἰς πλούτου πρὸς πόδας ὀρχομένη.

Hoc Alciatus ſic conuertit:

Diua beatorum domitrix, inopéſque peroſa,
　Quæ lautè vitam ducere vbique ſoles:
Et gaudes reſidens alienis inuida plantis,
　Stant vnguenta tuis textáque ſerta comis.
Et larga Auſonij te oblectant pocula Bacchi,
　Quorum pauperibus copia nulla domi eſt.
Ergo inopum meritò ſcrupos, loca & aſpera vitas:
　Diuitis in pedibus ſed bene culta ſedes.

APHORISMVS XXIX.

Γυνὴ οὐ ποδαγρᾷ, ἢν μὴ τὰ καταμήνια αὐτῇ ἐκλείπῃ.

Mulier podagra non affligitur, niſi menſtrua deficiant.

EST & hæc ſententia ex earũ numero, quas candidè interpretari decet: quę ſcilicet ætate Hippoc. veriſsima fuerit, nunc, propter victus intẽperantiam, minimè, quemadmodũ Gal. etiã in Comm. ſuis annotauit. Mulieres enim quia tum moderata victus ratione vtebantur, & ſobriè viuebant, podagra non corripiebantur, niſi præter naturam illis menſtrua ſupprimerẽtur, ſuperuacuis ſcilicet tũ non vacuatis per vterũ, ſed ad partes imbecilliores ac ignobiliores à natura detruſis. Quare Hipp. etiã ſeculo propter retentos menſes mulieres podagra laborabant, & nulla alia de cauſa. Hodie plurimæ, etiam menſibus promanantibus, propter cauſam paulò antè dictam, podagra affliguntur. In Comm. vbi interpres Galeni conuertit, ex ſola partium imbecillitate, Gręcè legitur

Mulieres Hipp. ætate podagra non corripiebantur.

tur

τὴν ἐκ μόνης τῆ τῶν μορίων ἐπιτηδειότης, ex ſola partium ad patiendum habilitate:quod idem eſt.Nam tum vt affligantur, facilè partes ſunt aptæ,quum imbecilles fuerint.

APHORISMVS XXX.

Παῖς ὀ ποδαγρᾷ, πρὸ τῆ ἀφροδισιασμῦ.

Puer podagra non laborat, antequàm venere vti incipiat.

EXemplo puerorum mõſtrat vſum venereorũ plurimum momenti habere ad podagræ generationẽ. Pueri enim ante venereorũ vſum non laborant podagra. Neq; enim articulos ac pedes imbecillos priuſquam coeant obtinẽt, neq; etiam,vt Philot.ait, ἐπ' αὐτοῖς βραχμῶν γίνεται ἀποχῆ τῆ ἀφροδισίων. μετὰ δὲ τὸ ἀφροδισιάζειν ποδαγρῶσι, τῷ λόγῳ τῷ βρασμῶ τῷ κινήσεως τῆ ἀφροδισίων ἅπερ χέουσι πᾶσαν τὴν ὕλην, καὶ καταβλάπτουσι τοὺς πόδας, ἐν τύχῃ αὐτοὺς ἐπιτηδείους, καὶ τὴν ποδάγραν ποιοῦσιν, in ipſis concuſsio fit propter venereorum abſtinẽtiam: poſt verò veneris vſum podagra laborant, ratione concuſsionis & motus venereorum,quæ quidem materias fundunt, pedéſq; lædunt,potiſsimum ſi ipſos habiles eſſe ad patiendum contingit,ac podagram efficiunt.Puerorum itaq; exemplo qui coitus abſtinẽtia à podagra ſunt,moniti adulti etiã,immodicum veneris vsũ fugiant,modo è podagra ſecuri eſſe cupiãt. Veneris vſus podagrã affert.

APHORISMVS XXXI.

Ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἀκρητοποσίη, ἢ λουτρὸν, ἢ πυρίη, ἢ φλεβοτομίη, ἢ φαρμακίη λύει.

Dolores oculorum meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venæ ſectio, aut medicamentum purgatorium ſoluit.

REmediorum quibus oculorum dolores ſanãtur, quinq; genera hoc loco Hipp.tradit, ídq; citra vllam limitationem adhibitam. Quare diligenter conſiderandum erit, quandoquidẽ illa non omnibus ſimul doloribus cõueniant, in quibus ſingulum eorum affectibus vtile ſit. Quod niſi fecerimus,nihil prorſus vtilitatis hæc Hippocr. affert ſententia. Quare is verborum Hippoc.ſenſus erit:Aliquos dolores oculorum meri potio ſoluit,alios balneum,hos fomentũ,illos ſanguinis miſsio,&c.Meri itaq; potio ſonat eos dolores,

qui

q ex copia ſanguinis craſsioris in venulis oculorũ, citra ple-
nitudinẽ totius corporis contenti procreantur, queadmodũ
in Com.ſuis Gale.fuſius teſtatur.Quod etiam cõfirmat Pau-
lus Aeg.lib.3.cap.22.vbi inter cætera ſic ſcribit;In quib⁹ ſan
,, guis craſſus oculorũ venulas intẽdit,citra plethoricũ totius
,, corporis affectũ,vini potione vtẽdum eſt,quod poſsit calefa-
,, cere,vacuare,& obſtructiones tollere.Tale autem eſt,vt Ae-
tius etiã lib.7.cap.7.atteſtatur,colore fuluum, ſubſtantia te
nue,& ætate antiquũ. Quinetiã Philotheus ſcribit ἀκρατοπο-
σίαν τῷ θερμαίνειν, καὶ λεπτύνειν, καὶ διαφορεῖν τὴν ὕλην, meri potio-
nem calefaciendo,extenuando,& diſcutiendo materiam,cõ-
Balneum. ferre.Balneum vero conducit,Gale.in Commẽ. teſtimonio,
iis oculorũ doloribus,q ab acrib⁹ humoribus ad oculos fluẽ
tes,citra corporis plenitudinẽ oriuntur. Intelligit autẽ bal-
neum aquæ dulcis,quod vt Paul.lib.1.cap.51.ſcribit, dolores
mitigat,acréſq; humores,Gal.lib.3.de Tuen.ſan.cap. 3.teſte,
Fomentũ. euocat,atq; contemperat. Fomentum autem prodeſt,vbi ni-
hil omnino cõfluit in oculos. tum enim quod in ipſis eſt ſu-
peruacuum diſcutiẽs,ſanitatem affert, vt copioſius in Com-
Sanguinis miſsio. ment. Gal.tradit. Sanguinis miſsione autem vtendum inter
initia ſtatim, vbi plenitudine corpus vniuerſum laboraue-
rit.Incidendáq; humeralis vocata vena, & ea quæ ſecundum
rectum oculi male affecti exiſtit, quemadmodum luculẽter
Gal.c.16.libri de Cur.rat.per ſang.miſ.docet, in eũ ſcribens
modum: Oculorum perſæpe grauiſsimos dolores è directo
venæ quam humeralẽ nominant ſectio,intra vnius horę ſpa-
Purgatio. ciũ cõpeſcuit, Purgatio vbi malis ſuccis refertũ corpus fue-
rit,κακοχυμίαν Græci vocant,vtilis erit,quã pro redundantis
humoris qualitate ſeu ſpecie variare cõuenit, In Cõm.Gal.
vbi interpres cõuertit acutos humores,Græce eſt δριμέων,hoc
eſt,acres.Vbi idẽ trãſtulit,per infrigidãtia torpeſcere.Græ-
cè legitur,διὰ τῶν ναρκωτικῶν.per ſtupefacientia.Et vbi eſt ceſ-
ſante inflammatione: Græce habetur, μετὰ τὸ παύσασθαι τὴν
ὀφθαλμίαν,ceſſante lippitudine.Vbi eſt,tota die, adiiciẽdum,
ſæpius;quia Græcè eſt,πειρᾶσθαι πολλάκις δι' ὅλης ἡμέρας,
Vini potione.] omiſſum eſt,vti. Græcè enim legitur,οἴνου
χρῆσθαι πόσει. Obſtructiones aperire.] Græcè eſt, ἐμφράξεις ἐκ-
φράττειν,ea quæ obſiſtunt inſtallántue ſoluere. Sanguine re-
dundante.] Græcè eſt, πληθωρικοῦ μὲν ὄντος. Porro hæc Hip-
pocra

pocratis ſententia multis locis citatur à Gal.præcipuè vero lib.6.de Simplic.medic.facul.cap.de Abrotono. Lib.5.The. meth.cap.2.Lib.2.de Diff.feb.cap.11.

APHORISMVS XXXII.

Τραυλοὶ ὑπὸ διαῤῥοίης μάλιςα ἁλίσκονται μακρῆς.

Balbi ab alui profluuio longo maxime capiuntur.

QVi ſint proprie balbi, & quib.de cauſis balbuties,quæ Græcis τραυλότης & τραύλωσις dicitur,accidat, quódque de ea quæ ob multam humiditatẽ fit hoc loco Hippo.loquatur,& alia quæ ad huius Apho.intelligentiã faciunt,abunde Gal.in Com.ſuis docuit,vt nõ ſit neceſſe noſtra explicatione. Senſum igitur tantũ verborũ Hipp.adferemus paulo pleniorem,hunc nimirũ,Quũ balbi,de quibus hic ſermo eſt,natura humidius iuſto cerebrũ habeant, fit vt ab eo ſubinde in ventriculum humida illa excrementa defluant:quapropter vt longo alui profluuio capiãtur neceſſe eſt.Hoc eſt,ſi balbi corripiuntur alui profluuio,longo potiſsimũ capiuntur. Et hoc quidem Hipp.per hanc vocem maxime voluit innuere. Balbi.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Verũ ſiccitas tanta nulli ineſſe poteſt,&c.] Accidit quidem vt interdũ ob linguã vehemẽter exiccatã,veluti in ardẽtibus febribus,balbuties fiat;ea tamen nõ diu durat,cũ morbo eñ abit. Nulli enim eorũ qui ſecundũ naturã ſe habẽt,tanta poteſt ineſſe ſiccitas,vt illam balbuties ſequatur.Si igitur hæc accidit,fit nõ ratione naturalis ſiccitatis,ſed morboſę,ideóq; ceſſante morbo,& ipſa ceſſat balbuties, Quod eis poteſt accidere.] Sic in Græcis quoq; codicibus legitur αὐτοῖς, quare ad muſculos referendũ erit.Quod ſi fit,in ſequentib.non recte legetur λαμβάνει,hoc eſt ſuſcipit,ſed legendũ erit λαμβάνουσι,id eſt ſuſcipiunt,ſcilicet muſculi. Et hanc lectionẽ confirmat antiquus interpres,qui locũ hũc ita cõuertit;vel neruorum ad lacertos à cerebro venientium. Sin aliquis λαμβάνει planè eſſe legendũ contendat, neceſſe erit vt pro αὐτοῖς ſcribat αὐτῇ,id eſt ei,linguæ nimirũ,Et tum iterũ conſtabit ſenſus,nẽpe in balbutie muſculos linguæ nõ poſſe firmari,& ſtabiliri,vel propter ſuã,vel neruorum,quos à cerebro recipit, imbecillitatem. Vt qui alterã ſui tunicã.] Internã ſcilicet, communem habeat ad linguam,aliáſque oris partes,quem- Græc. Galeni codex emaculat.

admodum copioſius lib.4.de Vſu par.Galenus oſtendit.

APHORISMVS XXXIII.

Οἱ ὀξυρεγμιώδεες οὐ πάνυ τι πλευριτικοὶ γίνονται.

Qui acidum ructum habent, raro pleuritici fiunt.

ὀξυρεγμιώδεις. PRo pleniore huius ſententiæ intelligẽtia, initio qui ſint ὀξυρεγμιώδεις, nobis explicãdũ erit: quod pleroſq; in huius vocis enarratione plurimũ & turpiter errare ſciã, dum eos eſſe ructantes acidũ affirmãt, qui malo illo, quod Germanis *der Sodt* dicitur, laborant: qua re nihil ineptius dici poſſet.

ὀξυρεγμία. Acidus ructus. Quippe ὀξυρεγμιώδεις Græcis, vt in Com. teſtatur Gal. ſunt, qui acido ructu, qui Græcis ὀξυρεγμία appellatur, laborant. Acidus autẽ ructus eſt, qui acidũ ſaporẽ refert. Hic certe, vt lib.3.de Sympt.cauſis cap.1. teſtatur Gal. fit, quãdo cibi à frigore, aut pituitoſis humoribus in vẽtriculo corrũpuntur. Quod Philoth. etiã confirmat in eũ ſcribens modum. *ἡ ὀξυρεγμία γίνεται ἢ διὰ ψύξιν οὖσαν περὶ τὴν γαστέρα, ἢ διὰ φλεγματικῶν χυμῶν ἐν αὐτῷ τῷ κύτει τῆς γαστρὸς πλεονάζοντα.* Acidus ructus fit aut ob frigiditatem vẽtriculi, aut pituitoſum humorẽ in ventriculi amplitudine redundantẽ. Si itaq; acidus ructus propter cauſas iam cõmoratas fit, nulla ratione poteſt dici *der Sodt*, quod ſcilicet malum hoc à calidis potius & bilioſis fiat excremẽtis, adeóque non acidũ, ſed, vt Gal. loco citato teſtatur, κνισώδη, id eſt, nidoroſum ructũ excitet. Et quũ in hoc malo vehemens fiat oris ventriculi morſus, generatim quidẽ ſub eo malo quod

καρδιωγμός. Græcis, Hip. præſertim, καρδιωγμὸς dicitur, cõplecti poteſt. Eſt nanq; cordis morſus, Gal. ſect.4. Aph. Com.17. teſte, oris ventriculi vitiũ. Proinde quũ cordis morſus Gale. ibidẽ autore, cõmune ſit omniũ humorum mordacẽ habentiũ naturã ſymptoma, huius quidẽ ſpecies erit malũ quod Germani *dẽ Sodt* nominant. Priuatim autẽ hoc mali genus, vt teſtis eſt Gale. lib.8.de Cõp.medi.localiũ ca.3. καύσεως τοῦ στομάχου Græcis,

Ardor ſtomachi. Ardor ſtomachi latinis dicitur. Sentit nãque is qui eo laborat, Gal. ibidẽ autore, πολλὴν θερμασίαν, id eſt, multũ caloris, ſeu ardorẽ circa os vẽtriculi: quod Galeni tẽpeſtate, vt idẽ libro quinto de male affect.loc.cap.5. atteſtatur, στόμαχος dicebatur. Eſt itaque vitium oris ventriculi Ardor, diſtátque ab eo

Aeſtus vẽtriculi. quod Græcis καῦμα, hoc eſt æſtus ventriculi appellari ſolet. Hoc enim proprie fit, vt teſtis eſt Gal. ſect. iã citata Aphoriſ.

Comm,

Comm.65.quando flaua bilis in ventriculi tunicis ebullit & efferueſcit.Quare malum quod καῦμα vocant, ad ventriculum pertinet, ἔγκαυσις autẽ ad eiuſdem oſculũ.Hic certè clarum eſt,malũ prædictũ non eſſe ἐξυριγμίαν,id quod pueri etiã deprehendere poſſunt,ita vt non ſit neceſſe nos in manifeſti erroris cõfutatione longiores eſſe. Cæterum quum acidum ructantes ſint natura pituitoſi,& pleuritis bilioſos maximè inuadat,ideo raro admodũ acida ructantes pleuritide corripiuntur,quemadmodum copioſius in Comm.ſuis Gal.oſtédit. In quibus vbi interpres tranſtulit,cum flauis ac rufis: Græcè eſt, ὠχροῖσι καὶ ξανθοῖς,pallidis ac flauis. Quem quidem interpretis errorem,iam ſæpe indicauimus. Interpretis error.

APHORISMVS XXXIIII.

Ὁκόσοι φαλακροὶ, τούτοισι κιρσοὶ μεγάλοι οὐ γίνονται. ὁκόσοισι δὲ φαλακροῖσιν ἐοῦσι κιρσοὶ ἐπιγίνονται, πάλιν οὗτοι γίνονται δασέες.

Qui capillorum defluuio laborant, ijs varices magnæ non fiunt: quibus vero capillorum defluuio laborantibus varices ſuperuenerint, ijs capilli denuò naſcuntur.

ET hæc ſententia Hippoc.eſt,quæ candidè interpretanda erit,quod nimirum abuſus ſit voce φαλάκρωσις,quæ Græcis caluitiũ propriè ſignificat,pro μαδαρώσει,vt Galẽ.in Com. quoque monuit. Etſi autem μαδάρωσις proprie defluuium pilorum in palpebris denotat,tamen interdum, vt hoc loco, etiam capillorum defluuiũ ſignificat. Hinc μαδαρὸς Græcis, Phauorino autore eſt, ἀραιόθριξ,& ψεδνός,hoc eſt raris capillis præditus.Quocirca φαλακροὶ vocem hic non,qui calui ſunt, vt cæteri interpretes fecerunt,ſed qui capillorum defluuio laborãt,cõuertimus,vt Hippocratẽ,aut aliũ qui huius Aph. autor fuit,à mẽdacio vindicaremus.Quod vero hęc vox impropriè hic vſurpetur, Philoth.quoque iis teſtatur verbis: φαλακροὺς λέγει νῦν, οὐ τοὺς κυρίως, ἀλλὰ τοὺς διὰ πάθος λεπτῶν τριχῶν ὑποστάντας, οἷον τοὺς δι᾽ ἀλωπεκίαν, ἢ ὀφίασιν, nunc caluos appellat,nõ eos qui propriè ita nominãtur,ſed qui ob malũ aliquod capillorũ defluuiũ patiũtur,veluti propter alopeciam,

Margin notes: φαλάκρωσις. μαδάρωσις. μαδαρός. φαλακροί. Calui.

aut ophiaſin. Qui igitur capillorum defluuio laborant, iis magnæ varices non fiunt: quòd tum vitioſi humores ad caput, & non ad crura ferantur. Si vero iis qui capillorum defluuio laborant, varices ſucceſſerunt, iis capilli denuò naſcuntur. Nam vitioſi humores qui antea radices capillorum corruperant, nunc ad crura transferuntur. Quemadmodum enim ſtirpes alienis naturæ ipſarum humoribus occurrentes pereunt: ſic etiã capilli, ex humiditatis qua nutriuntur prauitate corrumpuntur, vt copioſius lib. I. de Comp. medi. localium cap. I. Gal. docet. In Comm. Gal. vbi interpres conuertit, quaſi neque illa quæ ſint manifeſta noſcẽtibus: Græcè eſt, ὡς μηδὲ τὰ φανερὰ γινώσκουσι, quaſi non ſint manifeſta etiam iis qui iudicio valent.

Capillorũ defluuij.

APHORISMVS XXXV.

Τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι βὴξ ἐπιγινομένη, κακόν.

Aqua inter cutem laborantibus, ſi tuſſis ſuperueniat, malum eſt.

Tuſsis hydropicorũ cur mala.

TVſsim quæ ratione aquæ inter cutẽ accidit, Hipp. malam, imò letalẽ eſſe innuit, idque meritò ſanè. Quippe aquoſum humorẽ ita adauctũ ſignificat, vt iam aſperam arteriam occupet, atq; adeò ſuffocationis periculũ immineat. Nõ autẽ temerè à nobis dictũ eſt, ratione aquæ inter cutem. Nam ſi alia de cauſa, verbi gratia, propter deſtillationem à capite, aut fumũ, aut puluerẽ, hydropicis accidat tuſsis, letalis non eſt. Id quod per hanc vocem ἐπιγιγνομένη Hipp. ſignificare voluit, vt in Comm. ſuis Gal. copioſius explicauit.

APHORISMVS XXXVI.

Δυσουρίην φλεβοτομίη λύει· τάμνειν δὲ τὰς ἔσω.

Difficultatem vrinæ venæ ſectio ſoluit: incidere autem oportet interiores.

NOn omnem difficultatem vrinæ venæ ſectio ſoluit, ſed eam tantũ quæ ob inflammationem aut plenitudinẽ fit. Neque etiam hanc cuiuſque venæ ſectio tollit, ſed eius duntaxat quæ in cruribus eſt, & quidem interior, poplitis nimirum vena, aut malleolorum, quod Gal. etiã in Comm. docet. ibidem tamen interpres σφυρὸν, non rectè talum conuertit. De quo errore alibi diximus plura. Interior enim vena magis

gis è directo eſt. Hanc quoque rationẽ Philotheus aſsignat, dicens, ἐῶν δὲ φλέβα τὴν ἐσαμένην κατ' ἀντυχίαν, interiorem venam quæ ſecundum rectum eſt. Hæ ſiquidem venæ partium quæ infra iecur ſunt, vteri potiſsimum & veſicæ malis conferunt. Quod cap. 18. lib. de Curandi ra. per ſang. miſsionem palàm atteſtatur Gal. in eum ſcribens modũ: Porro quemadmodũ omnes ſuperiores thoracis partes in cubito ſecta vena iuuantur, ſic quæ iis inferiores ſunt, illis quæ per poplites & malleolos decurrunt. Sunt autẽ iis inferiores, coxendix, vterus, veſica. Repetetur hæc ſententia in ſect. 7. Aphor. 49.

APHORISMVS XXXVII.

Ὑπὸ κυνάγχης ἐχομένῳ οἴδημα γενέσθαι ἐν τῷ τραχήλῳ, ἀγαθόν.

Ab angina correpto, ſi tumor in ceruice fit, bonũ eſt.

Anginæ exẽplo mõſtrat, bonũ eſſe vt à partibus nobilioribus ad ignobiliores mala corporis transferantur. Loquitur autẽ de vehemẽtiore angina, ideóque vſus eſt participio, ἐχομένῳ. Dictum enim iam ſæpe eſt, Hipp. vti hac voce, quũ mali vehementiam ſignificare vult. Si itaque in angina tumor extrà in ceruice apparuerit, bonũ eſt: humores enim noxij ab internis ad externa transferuntur. Hinc eſt quod lib. 3. Prognoſt. Aph. 18. ita ſcriptũ reliquerit: Angina periculoſiſsima eſt, celeritérque enecat, ſi neque in faucibus, neque in ceruice quicquam apparet. Et paulo pòſt: Tutius eſt & tumorem & ruborem in externas maximè partes conuerti.

Bonũ eſt mala ad exteriora corporis conuerti. ἐχομένῳ. aph. 21.

APHORISMVS XXXVIII.

Ὁκόσοισι κρυπτοὶ καρκίνοι γίνονται, μὴ θεραπεύειν, βέλτιον. θεραπευόμενοι γὰρ ἀπόλλυνται ταχέως, μὴ θεραπευόμενοι δὲ, πολλὺν χρόνον διατελέουσι.

Quibus cancri occulti fiunt, eos non curare præſtat. Qui enim curantur, celerius pereunt: qui verò non curantur, longiore tempore durant.

Cancros occultos non eſſe curandos, hoc loco hortatur Hippocr. eiúſque rei cauſam adiungit, quam in Comm. ſubinde Gal. fuſius explicat, vt non ſit opus à me repeti. Oc-

Occulti cãcri qui.

cultos autem cancros haud dubiè vocat, qui in profundo corporis ſunt, nec in ſuperficie apparent. Hi ſane neque medicamentis, neq; ſectione, neque vſtione curandi, quod ita magis irritentur, & vlcera ad cicatricẽ perduci non poſsint, aliaq; multa ſymptomata periculoſa ſequantur. Placandi igitur potius ac mitigandi, quemadmodum Gal. in Commen. Paulus lib. 3. cap. 77. & nos lib. 5. de Sanand. malis corp. cap. 15. docuimus, medicamentis dolorẽ mitigantibus, ſaniémque eluentibus. Quod ſi verò occultos cancros ſanare conabimur, efficiemus haud dubiè, vt iis laborantes citius pereant, quum non curati longiore tempore perdurare poſſent, vt abundè in Commenta. ſuis Galen. docet, ad quos nunc, vt aliàs ſemper, lectorem ablegamus, quandoquidem ſtudio quæ ab illo ſufficienter ſunt expoſita prætereamus. Accedit quòd curatio cancri à Paulo & Aetio copioſè perſcripta, vt non ſit opus noſtram enarrationem hic eſſe longiorem.

APHORISMVS XXXIX.

Σπασμὸς γίνεται, ἢ ὑπὸ πληρώσιος, ἢ κενώσιος. ὅτω ἢ καὶ λυγμός.

Conuulſio fit vel ab expletione, vel inanitione. Eodem vero modo & ſingultus.

Cõuulſionis duæ cauſæ.

DVas eſſe cauſas conuulſionis, eius quidem quę primogenium eſt malum, hoc in Aphor. docet Hipp. nempe expletionem & vacuationem. Non autem temere à nobis dictum eſt, conuulſionis quæ primogenium eſt malum. Pręter hanc enim eſt conuulſio, quæ per conſenſum partis alicuius accidit, vbi nimirum aliquid à parte primò malè affecta ad cerebrũ ipſum transfertur. Hoc enim quum à ſe cerebrum depellere conatur, conuulſorio motu concutitur. Recentiores barbaram ſectantes medicinam, Spaſmum non proportionatum ad materiam vocant. Cuius appellationis cauſam lib. 1. de Sanand. corp. malis capi. 30. recenſuimus. Conuulſionem autẽ fieri ab expletione & inanitione, Gale. chordarum exemplo in Comm. oſtendit. Quod etiam facit lib. 2. de Male affect. loc. ca. 2. vbi in hunc modum ſcribit: Neruorum dolores vtrinq; vehementer diſtendere poſſunt, quia ad vtraq; extrema tenduntur, tum id à quo incipiunt, tũ illud in quod finiũtur. Non ſecus quàm chordę in cithara, quę ſępenumero

Conuulſio per cõſenſum.

Spaſmus non proportionatus ad materiam.

vbi nimis intenduntur, diſrumpi ſolent. Quapropter citharistæ, quum inſtrumenta ſua poſt vſum reponere voluerint, chordas relaxant. Nam plane cõſtat eas, à cõtrariis tum cauſis tũ affectibus intendi, ſiue humidus fuerit ambiens aër, vt rigare ipſas & implere poſsit, ſiue vehementer aridus. Ab vtraq; enim ambientis tẽperie, ad vltimam tenſionẽ perueniunt. Proinde rectè dixit Hipp. neruorũ cõuulſiones & à plenitudine, & ab inanitione euenire, vtpote p quas nerui immodicè ſcilicet tenduntur. Hęc ille. Fuſius vero eadem deinde tractat lib. 3. cap. 5. & lib. 6. ca. 5. atq; vtrobiq; hanc Hippo. ſententiá citat. Plura etiá ad inſtitutũ faciẽtia habet Gale. li. 2. de Sympt. cau. ca. 2. vt nõ ſit neceſſe plurib. hic nos vti verbis, ad explicandá hanc Aphor. præſentis partem. Cæterum quemadmodum conuulſio duas præcipuas habet cauſas, impletionem & vacuationem, ſic etiá ſingultus. Quippe fit ſingultus etiam ab aliis cauſis, nempe vbi ventriculus, vt autor eſt Gal. li. 3. de Male affect. loc. cap. 8. corruptis cibis mordicus infeſtatur, aut acrib. humoribus exagitatᷣ. Quod clarius ſignificauit lib. 8. de Comp. med. localium cap. 3. in hunc modum ſcribens: Hippo. quidem dixit cõnuulſionem fieri & ab expletione & inanitione, adiectúmq; eſt Aphoriſmo propemodum in omnibus exemplarib⁹, ita & ſingultus. Ergo vero in conuulſione tertiam præter vacuationem & expletionem cauſam, nondum reperi. Singultum vero video etiam citra hęc fieri, nonnunquá vbi acres humores, aut medicamẽtoſæ ſanies ſtomachum mordicant, quos ſi euomuerint, ſtatim ſingultire deſinunt. Multi quoq; medicamentum Diatrionpipereon deglutientes, ſi confeſtim vinum ſuperbibát, omnino ſingultiunt, quorum vnus & ego ſum. Prętereà cibo etiam in mordacem qualitatem corrupto quidá ſingultiunt. Quidá etiá quibus os ventriculi refrigeratũ eſt, ſingultiũt. Maximè verò pueris aſsiduè vt ſingultiát accidit, tũ ex cibi in vẽtriculo corruptione, tũ refrigeratione partis. Hæc. Gal.

Singultus cauſæ.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Sicuti etiá eſt motus eorũ, &c.] Græcè non rectè legitur, ἐπεὶ καὶ τῇ κατὰ φύσιν αὐτοῖς ἐστὶ κίνησις. Habent vero aliqui codices ὥσπερ, etiam minus rectè. Legẽdum enim εἴπερ, vt ſit ſenſus: quandoquidem etiam ipſis, ſcilicet muſculis, motus ſit ſecundum naturam. Colliguntur.] Græcè eſt συνάγεσθαι, contra-

Græc. Galen. codex emẽdatus.

Singultus non eſt cõuulſio ſtomachi. Stomach⁹

huntur. Singultus concedatur conuulſio ſtomachi nominari.]Neq; enim eſt abſoluta conuulſio,eodẽ Gal.lib.2.de Sympto.cauſis cap.2.teſte,hæc enim ſolis muſculis accidit, atqui neq; ventriculus ipſe neq; ipſius oſtiolum muſculus eſſe cenſebitur.Stomachum,qui propriè ſic appellatur.].Stomachus autem propriè veteribus, vt teſtis eſt Gal.lib.4.de Vſu part. corp.huma.cap.1.omnis vẽtris cauiue ceruicẽ inſtar iſthmi anguſtam præpoſitam ſignificabat.Poſt Ariſtotelis vero ſeculum,vt idem Galen.lib.5.de Male affect. loc.cap. 4. ſcribit, ad οἰσοφάγον, hoc eſt gulam, tranſlata vox eſt.

APHORISMVS XL.

Ὁκόσοισι περὶ τὸ ὑποχόνδριον πόνος γίνεται, ἄτερ φλεγμονῆς, τουτέοισι πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὸν πόνον.

Quibus dolor circa hypochondrium fit citra inflammationem, iis febris ſuccedens, dolorem ſoluit.

Phlegmone.

DOcet in hoc Aphoriſmo Hipp. qui dolores hypochondriorũ à febre ſuccedẽte ſanari poſſint, nempe qui neque à morſu, neque à phlegmone ſunt excitati. Accipitur autem vox Phlegmone hoc in loco communiter pro omnibus calidis & dolorificis cum feruore tumoribus. Qua quidem in ſignificatione ab Hippocrã. paſſim vſurpatur. Idem igitur illi quod φλόγωσις denotat,adeóq; in ſe eryſipelata etiã herpetas & carbunculos complectitur. Tria igitur genera dolorum hypochondriorum à febre ſuccedente ſanantur, nempe qui propter obſtructionem, vel ſpiritum flatulentum, vel inæqualem intemperiem frigidam fiunt. Quippe febris craſſos humores obſtructionem efficientes diſſoluens & extenuans, flatúsque diſcutiens, atque intemperiem frigidam corrigens, & ad æqualitatem perducens, dolores ſanat.

Quot dolores hypochondriorum à febre ſanãtur.

APHORISMVS XLI.

Ὁκόσοισι διάπυον τι ἐὸν ἐν τῷ σώματι μὴ ἀποσημαίνει, τουτέοισι διὰ παχύτητα τοῦ πύου, ἢ τοῦ τόπου, οὐκ ἀποσημαίνει.

Quibus ſuppuratio aliqua in corpore abdita non innoteſcit, iis propter craſſitudinem vel puris,vel loci deliteſcit.

Duabus

DVabus de cauſis pus in aliqua corporis parte natum occultari poſſe, hoc in Aphoriſ. Hippo. docet, nempe propter puris vel loci male affecti craſsitudinem. Si enim pus craſſum fuerit in profundo manens, nunquam ad circunferentiam mouetur, & tumorem excitat, qui nos puris illic latentis commonefacere queat. Sic quoque cutis ipſa ſub qua pus coaceruatur, ſi craſsior & denſior fuerit, vt eſt ea quæ in calcaneo exiſtit, in tumorem attolli non poteſt ideóque nos latet. Quare Philotheus nõ inepte ἀποσημαίνει interpretatur ἀποκορυφοῦται, id eſt, eminentiam quandam præ ſe fert. Vtcunque autem oculorum adiumento puris generationẽ deprehendere nobis non liceat, ſunt tamen duo alia ſigna quibus idipſum cognoſcere certo licebit, nempe dolor & febris. Hinc ſuprà dixit, Dum pus generatur dolores ac febres accidunt magis, quàm iam confecto.

Pus duabus de cauſis occultatur.

ἀποσημαίνει.

2. aph. 47.

APHORISMVS XLII.

Ἐν τοῖσιν ἰκτεροῖσι τὸ ἧπαρ σκληρὸν γενέσθαι, πονηρόν.

Morbo regio correptis iecur durum effici, malum eſt.

DVritiem iecoris in morbo accidentem, hoc loco Hippocrates malum eſſe inquit. Significat enim hæc ipſa vel inflammationem, vel durum tumorem in iecore eſſe: quorum vtrunque malum & letale eſt. Morbum autem regium à iecoris inflammatione ortum, eſſe malum, ſect. 4. Aphoriſm. 62. & 64. copioſè demonſtrauimus, vt non ſit opus explicatione fuſiore.

Durities iecoris in morbo regio.

APHORISMVS XLIII.

Ὁκόσοισι σπληνώδεσιν ὑπὸ δυσεντερίης ἁλίσκονται, τουτέοισιν ἐπιγινομένης μακρῆς δυσεντερίης, ἢ ὕδρωψ ἐπιγίνεται, ἢ λειεντερίη, καὶ ἀπόλλυνται.

Quicunque lienoſi à difficultate inteſtinorum corripiuntur, iis longa difficultate inteſtinorum facta, aut aqua inter cutem, aut inteſtinorum leuitas ſuccedit, & moriuntur.

VT plenius hic Hippocratis ſermo intelligatur, animaduertẽdum Lienoſos ab eo dici, quib⁹ lõgo tẽpore lien

Lienoſi.

obduratus fuit. Quod in Commen. Galenus teſtatur dicens, σπληνώδεις εἰσὶ ὅσοι σπλῆνα χρονίως ἐσκληρωμένον ἔχουσι. & Philotheus, σπληνώδεις εἰσὶν οἱ ἔχοντες τὸν ὄγκον ἐκ μελαγχολικοῦ χυμοῦ περὶ τὸν σπλῆνα. Lienoſi ſunt, qui in liene habent tumorem ex melancholico humore natum. Hi itaque ſi capiuntur à difficultate inteſtinorum, breui à morbo liberantur, quod per eam vacuentur craſsi & melancholici lienem obſidentes humores. Sin longa difficultate inteſtinorum corripiuntur, ex multa vacuatione iecur debilitatur, & refrigeratur, fitque hydrops. Aut ventriculus & inteſtina ab immodica vacuatione læduntur, & fit leuitas inteſtinorum, & moriuntur, vt copioſius in Commenta. Galenus oſtendit.

APHORISMVS XLIIII.

Ὁκόσοισιν ἐκ στραγγουρίης εἰλεὸς ἐπιγίνεται, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται, ἢν μὴ πυρετοῦ ἐπιγενομένου ἅλις τὸ οὖρον ῥυῇ.

Quibus à ſtillicidio vrinæ ileos ſuperuenit, intra ſeptimum diem moriuntur, niſi febre ſuccedente vrina ſatis effluat.

IS Aphoriſmus vehementer eſt obſcurus, adeo vt Galenus etiam faſſus ſit ſe non ſatis intelligere ea quæ in illo Hippocrates tradiderit, vt patebit legentibus eius Commentarios, in quibus veterum in hanc ſententiam expoſitiones prolixe conuellit. Nobis ſane videtur particula ἐκ hoc loco idem quod μετὰ, id eſt, poſt ſignificare. In qua etiam ſignificatione ſuprà hanc ſæpe vſurpauit, vt in ſectione 4. Aphoriſmo qudrageſimoprimo. Sudor multus à ſomno factus, vt ſit ſenſus. Quibus poſt vrinæ ſtillicidium, quod ex crudis & frigidis humoribus natum eſt, ileos ſuccedit, (nam id diſerte innuit per verbum ἐπιγίνεται) ij intra ſeptimum diem propter immenſos, quos ileos excitat dolores, & quod vrina retinetur, pereunt. nequeunt enim duobus maximis malis obſiſtere: quare deuicta violentia iſtorum malorũ virtute, moriuntur. Si vero ileos non ſuccedit ſtillicidio vrinæ, ſed febris, tum ſi ſatis vrina effluxerit, non moriuntur, ſed à malo liberantur. Febris enim ſua caliditate humores craſſos concoquit & extenuat, vt ſubinde commodius

per

per vrinæ meatus vacuari poſsint. Hęc quidem commoda & veritati conſona eſſet interpretatio. Sin aliam effinxerimus, hanc nimirum, vt durante ſimul ileo, ſuccedens febris malum ſoluat, manifeſtè falſum aſſeremus. Nam quum febris tunc non fieret niſi propter inflammationem ileum excitantem, quanto certè febris tum maior & grauior eſſet, tanto quoq; magis augeretur inflammatio, cuius febris ſymptoma eſt. Ad crudorum autem & frigidorum humorum extenuationem ac diſſolutionem febris non ſatis vehemens requiritur. Febris autem vehemens non niſi magnam ac vehementem inflammationem, quæ haud dubiè ægrum interimet, ſequetur. Non poterit igitur febris ſuccedens, vtcunque vrina ſatis fluat, ægrum ab interitu vindicare. Liberabit quidem à ſtillicidio, vt nihilominus ab ileo quem inflammatio, quod febris ſatis indicat, excitauit, æger morietur. Quare noſtram præſtat ſequi expoſitionem.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Vomitus ſtercoris aduenit, &c.] De qua re aliqua annotabimus infrà in ſect. 7. aph. 10. Interclusa via.] Græcè, ἀποκεκλεισμένης τῆς κάτω διεξόδου, interclusa inferiori via. Stercoris ſicci.] Græcè eſt, κόπρου σκληρᾶς, ſtercoris duri, nullo certè ſenſus diſcrimine. Eſt enim aridum ſtercus etiam durum. Atque tenacium.] Græcè, ἢ γλισχρῶν, aut tenacium. Quod videtur omnibus.] Adiiciendum propemodum. Græcè enim eſt, ὡς ἂν εἴποι γε τὸ σχεδὸν ἅπασι δόξαν, Ex compreſsione in inteſtinis.] Addendum, nonnullis. Græcè enim legitur, ἐν τισὶ τῶν ἐντέρων. Vſque ad ilia.] Græcè, μέχρι τῶν ὑποχονδρίων, vſque ad hypochondria. De quo errore interpretis iam crebrò diximus. Neque enim neque ſi legitimus.] Abundat alterum neque, quum Græcè legatur, οὔτε γὰρ εἰ γνήσιός ἐστιν ἀφορισμὸς, εἰπεῖν ἔχω, neque enim an legitimus ſit aphoriſmus, dicere poſſum. Interpretis lapſus.

APHORISMVS XLV.

Ἕλκεα ὁκόσα ἐνιαύσια γίνεται, ἢ μακρότερον χρόνον ἴσχουσιν, ἀνάγκη ὀστέον ἀφίστασθαι, καὶ τὰς οὐλὰς κοίλας γίνεσθαι.

Quæcunque vlcera annua ſunt, aut longiore tempore durant, in ijs os abſcedere, & cicatrices cauas fieri eſt neceſſe.

Cauſam

Diuturnorũ vlcerũ cauæ cica trices.

CAuſam hoc in aphoriſmo exponit Hippoc. cur vlcerum quæ annum integrum, aut longius tempus durauerunt, cicatrices cauæ fiant. Nam quum hæc ipſa ſint maligna, neceſſe eſt vt non tantùm caro ipſa, verumetiam os quod carni ſubiectum eſt, corrumpatur, & abſcedat. Eo verò abſcedente, quum non poſſit regigni aliud, vt dictum eſt ſuprà in apho. 19. huius ſect. neceſſe eſt, vt cicatrix, propter os deperditum, caua fiat. Atque hæc quidem breuis & plana eſt huius ſententiæ explicatio, quam Galenus in ſuis Commentariis copioſius tractat. In quib⁹ nihil eſt quod moneamus, niſi quod interpres non ſatis ſignificanter dixerit, paſsio implicita, quum Græcè ſit, ἐπιπεπλεγμένων πάθος, malum complicatum, compoſitúmve. Multa autem ad huius loci intelligentiam conducentia reperient ſtudioſi lib. 3. Therap. metho. cap. 9. & 10. Dein vbi interpres habet, vocatur autem & anthrax, Græcè eſt, καλεῖται δέ τι καὶ ἄνθραξ, vocatur autem aliquod etiam anthrax. In fine pro craſsitudinem, ſignificantius conuertes amplitudinem.

APHORISMVS XLVI.

Ὁκόσοι ὑβοὶ ἐξ ἄσθματος, ἢ βυχὸς γίνονται πρὸ τῆς ἥβης, ἀπόλλυνται.

Qui gibbi ex aſthmate aut tuſſi fiunt ante pubertatem, intereunt.

Gibbi.

QVi ſint propriè gibbi, eorundémq; cauſas, Gal. in Comment. & in expoſitionibus ſuis in librum Hipp. de Articulis copioſè docet. Et nos nonnulla ſuprà de iis diximus in enarratione apho. 40. ſect. 2. Abundè quoq; hanc Hippoc. ſententiam Galenus explicauit, vt nõ ſit neceſſe noſtrâ commentatione. Senſum igitur tantùm illius diſertè exponemus, adiecta eiuſdem ratione. Vult certè Hippo. quòd hi qui ante pubertatem ex aſthmate, aut tuſſi, gibbi fiunt, citò moriantur. Quippe thorax in iis malè affectus non poteſt cum corde & pulmone augeri. Quum igitur pulmo vnà cum corde in gibbis iſtis augeatur, locus verò continens minor efficiatur, neceſſe eſt breui tempore tantam fieri ſpiritus difficultatem, vt homo intereat, quemadmodum fuſiſsimè Gal. in Comm. docet. Quocirca hęc verba πρὸ τῆς ἥβης, id eſt, ante pubertatem, ad præcedentia ſunt referenda, & comma poſt ἥβης ſub-

Cur gibbi ante pubertatẽ ex aſthmate facti citò moriãtur.

πρὸ τῆς ἥβης

ſubiiciendũ,quod interpretes non videntur animaduertiſſe. Sic autem eſſe legendũ,verba Gal.in Com.euidenter teſtantur dicentis, ἀλλὰ νῦν γιτὸς πρὸ τῆς ἥβης ὑβωθῆναι ἐπ᾽ ἄσθματι καὶ βηχὶ, διαφθείρεσθαι φησὶ ταχέως.Sed nunc quidẽ eos qui ante pubertatẽ ex aſthmate aut tuſsi gibbi facti ſunt,citò mori ait. Interpretũ lapſus.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Conuexos.] Græcè eſt κυρτὸς. Regibbum.]Græcè, λορδὸν, recuruũ,repandúmve. Sed hæc quidẽ.] Nempe gibbum & recuruum, illa verò, κυρτὸν & cauum. Recurua fit.] λορδοῦται. λορδόω. Neque enim vult.] Græcè, οὐ γὰρ ἐθέλει, neque enim poteſt. Vnà cũ aliis.] Græcè eſt, ἐφεξῆς, deinceps. Difficilem.] Græcè,δυσπνοωτέρους,difficilius ſpirãtes. Aliquando ſuppurari,&c.] Gręcè eſt,ἀναγκαῖον αὐτοῖς ἐκπυῆσαι,ποτὲ δὲ καὶ διαφθεῖραι τὸν ἄνθρωπον,neceſſe eſt eis ſuppurari,aliquando verò etiam interficere hominem. Quæ verò vnà cum tuſsi.]Græcè eſt, ὅσα δ᾽ ὡς ἔφην, ἅμα βηχὶ,quæ verò vt dixi,vnà cum tuſsi. Cum difficili anhelitu.] Græcè, μετὰ δυσπνοίας, cum difficili ſpiratione. Ad vitam opportuno.]Gręcè eſt,ἐν ἐπικαίρῳ χωρίῳ τοῦ θώρακος,in loco thoracis opportuno. Anhelitus difficultatem.]Græcè, δύσπνοιαν, difficilem ſpirationem.

APHORISMVS XLVII.

Ὁκόσοισι φλεβοτομίη, ἢ φαρμακίη ξυμφέρει,τουτέους τοῦ ἦρος προσήκει φλεβοτομεῖν, ἢ φαρμακεύειν χρή.

Quibus ſanguinis miſsio, aut medicamentum purgans confert, his verno tempore ſanguinem detrahere, aut medicamenta purgantia adhibere oportet.

VEre eſſe venã ſecandã, purgánsve medicamentũ exhibendũ iis qui adhuc ſani ſunt, ægri autẽ niſi vacuentur, futuri ſunt,Hippo.hoc in loco docet.Vernum enim tempus, quum ſit temperatum,vt ſect.3.demõſtrauimus, ad corporis per ſanguinis miſsionem aut purgationẽ aptiſsimum exiſtit.Id quod Philoth.iis verbis innuere etiam voluit, ἐπειδὴ, inquit, τότε οὐ θερμασία ἐστὶν, ἡ διάλυσιν τῶν σωμάτων ἐργαζομένη, οὔτε ψύξις τὴν πῆξιν ἐπιφέρουσα τῶν χυμῶν, οὐκ ἀνωμαλία ταράττουσα τὰς δυνάμεις, ἀλλὰ μᾶλλον εὐκρασία, quoniam tum non eſt calor qui corporum efficiat diſſolutionem, neq; frigus humorum concretionem afferens:nõ inæqualitas vires perturbãs, Vere vacuantibus præſidijs vtendum.

ſed

Philothei locus reſtitutus.

ſed potius medium temperamẽtum. Legitur autẽ perperam in omnibus ferè Philothei exemplaribus ψύξιν pro πῆξιν, non ſine magno errore. neq; enim frigus mordacitatem humorum, ſed concretionem potius efficit, atque adeò fixos, & ad vacuationem ineptos reddit humores, vt videre licet apud Gal. lib. 1. de Simpl. med. fac. c. 17. Falſam lectionẽ ſecutus eſt quoq; Braſauol. in ſuis Comm. de quo ſanè miror, quãdoqu idem à frigore humores mordaces fieri planè rationi aduerſetur. Quod autem verna ſanguinis detractio multos à morbis præſeruet variis exemplis Gal. in Comm. ſuis oſtendit.

Muſæ lapſus.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Plenitudinis paſsionibus.] Græcè eſt, εἰ πληθωρικοῖς νοσήμασι, ſi plenitudinis morbis. Nos plurimos ita ſeruauimus.] Quod multis etiam oſtendit cap. 7. lib. de Cur. rat. per ſang. miſs. Et in libello cui titulus eſt, Quos purgare oporteat. Ex acritudine eorum quæ excernuntur, &c.] Sic aloë quoque aperit ora venarum: id autem minimè facit per ſe & primo, ſed ex accidente, quia nimirum expurgat per inferiora bilem, quę ſua acrimonia ſubinde hæmorrhoidas aperit. Circa finem veris.] Quia vt anteuertamus ne febres æſtiuo tẽpore accidant, circa finem veris purgare oportet. Quæ ex craſsis humoribus generantur, circa veris initia.] Eius rei rationem reddit Galenus ſectione 1. Comment. 15. aphor. ad quem quidem locum lectorem ablegamus.

Aloë ex accidente ora venarũ aperit.

APHORISMVS XLVIII.

Τοῖσι σπληνώδεσι δυσεντερίη ἐπιγενομένη, ἀγαθόν.

Lienoſis difficultàs inteſtinorum ſuccedens, bono eſt.

SAtis ſupérque hæc Hippocratis ſententia ſuprà eſt explicata, ideóque vberiore enarratione non eget. Fuit autem ordine 43.

APHORISMVS XLIX.

Ὁκόσα ποδαγρικὰ νοσήματα γίνεται, ταῦτα ἀποφλεγμήναντα ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν ἀποκαθίσταται.

Podagrici morbi, intra quadraginta dies ſedata inflammatione finiunt.

Terminus ſolutionis

QVis ſit perfectę ſolutionis podagricarum inflammationum terminus, hoc in aphoriſmo docet Hippoc. eas intra

tra quadrageſimum diem finiri dicens: id quod verum eſt, podagricarũ inflãmationũ.
quemadmodũ in Comm. etiã monet Gal. ſi medicus omnia rectè fecerit,& æger illi obedierit. His itaq; duobus accidentibus ſimpliciter vera ſententia Hipp. erit. Nullo enim prædictorum aberrante, fieri non poteſt, quin intra quadrageſimum diem finiatur podagrica inflammatio, vt copiosè in Comm. ſuis Gal. monſtrat. Quare minimè opus erat Muſam hoc loco producere neſcio quas inutiles diſtinctiones. Neq; Muſa notatur.
enim Hipp. negat ante quadrageſimum diem interdũ finiri poſſe podagricam inflammationem, quum dicat eandẽ intra quadrageſimum diem ceſſare. Quòd autem hodie ſæpe terminum ab Hippoc. præſcriptum excedat inflammatio podagrica, partim ęgrotantis, partim etiam imperitorum medicorum culpa accidit. Proinde perperam etiam, Calui cõuerſionem, paſsim monſtroſiſsimam exiſtentem, ſecutus Muſa, Calui conuerſio mõſtroſiſsima.
Hippocratis verba ex libro eiuſdem περὶ κρίσιων citat, quum in iis non habetur dictio, plerunq;. ita enim Hippocrates illic ſcribit, ὁκόσα ποδαγρικὰ νοσήματα γίνεται, ταῦτα ἐν τεσσαράκοντ' ἡμέρῃσιν ἀποφλεγμήναντα καθίσταται. Quicunque morbi podagrici fiũt, hi intra quadraginta dies ſedata inflammatione finiuntur. Quam quidem ſententiam eo libentius citaui, quòd magnam lucem aphoriſmo quem nunc enarramus afferat. Disertè enim oſtendit, Hippocratem hîc tantùm loqui de termino inflammationis, quum dicat ἀποφλεγμήναντα καθίσταται. Quanquàm omnia exemplaria, etiam ea quæ ex Frobeniana prodierunt officina, falsò legant ἀφλεγμάναντα. Hinc Hippocratis locus emendatus.
erroris quoquè ſui occaſionem ſumpſit Caluus, qui conuertit pituita ſiſtuntur. Cæterùm ſententiam hanc Hippocratis confirmant ea quæ lib. 4. cap. vltimo de podagra ſcribit Celſus inquiens: Vbi dolor & inflammatio ſe remiſerunt, quod „
intra dies quadraginta fit, niſi vitium hominis acceſsit, &c. „
Hæc quidem nos dixiſſe in præſentia ſatis ſit, quum Galenus hanc ſententiam ſufficiẽtibus & copioſis illuſtrauerit Commentariis, vt non ſit opus noſtros accedere.

APHORISMVS L.

Ὁκόσοισιν ἂν ὁ ἐγκέφαλος διακοπῇ, τουτέοισιν ἀνάγκη πυρετὸν, καὶ χολῆς ἔμετον ἐπιγίνεσθαι.

Quibus cerebrum vulneratur, ijs febrem & bi-

lis

lis vomitum ſuperuenire neceſſe eſt.

HAec Hippocrat.ſententia ad eam artis partem ſpectat quæ futura prædicit. Quippe præciſo aut vulnerato cerebro, ſequi febrem & bilis vomitũ neceſſe eſt, idq; propter rationes quas Galen.in Commen.abunde expoſuit. Siue autem διακοπὴν præciſionem, ſiue vulnerationem vertas, nihil refert, Gal.enim τρῶσιν, Philotheus vero διὰ βάθος τομὴν, hoc eſt, ſectionem ad profunda penetrantem interpretatur. In li. quidem 1.de Morbis Hippoc. pro eo quod hic dixit διακοπῇ, vſus eſt verbo τρωθῇ, inquiens, ἢν ὁ ἐγκέφαλος τρωθῇ, πυρετόν τε ἐπιγίνεσθαι ἀνάγκη, καὶ χολῆς ἔμετον, Si cerebrum vulneretur, febrem & bilis vomitum ſuccedere neceſſe eſt. Febrem. διὰ τὸ φλεγμαίνειν, vt ait Philothe' ἐγκέφαλον αὐτὸν κύριον ὄντα μόριον, propterea quòd cerebrum pars princeps exiſtens inflammatione afficiatur. Vomitus bilis, propter conſenſum ventriculi cum cerebro. Quam ſanè Celſus etiam lib.5. c.26. & Paul. lib.6.cap.88.inter vulnerati cerebri ſigna recenſent.

διακοπή.

APHORISMVS LI.

Ὁκόσοισιν ὑγιαίνουσιν ὀδύναι γίνονται ἐξαίφνης ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ παραχρῆμα ἄφωνοι γίνονται, καὶ ῥέγχουσιν, ἀπόλλυνται ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν, ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ.

Quibus bene valentibus dolores capitis repente accidunt, ſtatimque obmuteſcunt, & ſtertunt, intra ſeptem dies pereunt, niſi febris apprehendat.

ET hæc Hipp. ſententia ad prædictionis partem ſpectat, correptos enim ab apoplexia mori intra ſeptimũ diem, niſi febris eos corripiat, docet, inquiens: Quibus ſanis & adhuc illęſas actiones omnes habẽtibus, ſubitò dolores capitis accidunt, ſtatímq; muti fiunt, actionibúſq; voluntariis deſtituuntur, & ſtertunt, intra ſeptimũ diem pereunt, niſi febris ſatis valida, ſpiritus flatuoſos, & humores pituitoſos diſſoluens & extenuans, ſuccedat. Hinc vt idipſum innueret Hippocrates, in lib.2.de Morbis, vbi præſentem ſententiam repetit, hanc febrẽ ignẽ, caloris vehementiã ſignificare volens nominauit. Verba eius ita habẽt, ἐξαπίνης ὀδύνη λαμβάνει τὴν

κεφαλὴν, καὶ παραχρῆμα ἄφωνος γίνεται, καὶ ἀκρατὴς ἑωυτοῦ, ὅτος ἀποθνήσκει ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν, ἢν μὴ μιν πῦρ ἐπιλάβῃ, Si dolor repente caput inuadit, & confeſtim mutus fit, & imbecillior ſeipſo, is intra ſeptem dies moritur, niſi ipſum ignis validæ febris corripiat. Quum vero abunde ſatis hic Aphoriſ. à Galeno ſit enarratus, non eſt cur in eo explicando nos longiores eſſe deceat. Hoc tamen adiicere impreſentiarũ placuit, quòd locus primus qui citatur in Comm. eſt in ſect. 2. Aphor. 42. Alter in lib. 3. de Male affect. locis cap. 10.

APHORISMVS LII.

Σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ τὰς ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν. ἢν γάρ τι ὑποφαίνεται ξυμβαλλομένων τῶν βλεφάρων τοῦ λευκοῦ, μὴ ἐκ διαῤῥοίης ἐόντι, ἢ ἐκ φαρμακοποσίης, φλαῦρον τὸ σημεῖον, καὶ θανατῶδες σφόδρα.

Conſiderare oportet oculorum per ſomnum ſuſpectiones. Si quid enim candidæ partis commiſſis palpebris apparet, neque ex alui profluuio, neque ex purgantis medicamenti potione iſtud cõtingat, prauum eſt ſignum, & admodum exitiale.

Est & hic Aphoriſmus ex numero eorum qui ad prædicendi artem pertinent: quippe docet quomodo ex candida oculorum parte per ſomnos palpebris commiſsis apparente, malum & exitium interdum ægrotantis prædici poſſit. Nam ſignificat hoc ſymptoma imbecillitatem palpebras mouentis facultatis, modò nõ præceſſerit alui fluor, aut purgantis medicamenti potio, aut vehemens triſtitia, aut vigilia, aut alimenti indigentia, aut ſanguinis eruptio copioſa, aut ſimpliciter quæuis alia immodica vacuatio, quemadmodum in Commen. Gal. fuſius docet, & lib. 1. Progn. 14. vbi id verbum hæc ſententia repetitur. Eſt itaque candidi oculorum in palpebris commiſsis in ſomno apparitio ſignum exitiale, quoties non fit à cauſa aliqua externa: extremam enim eam facultatis cerebri motricis imbecillitatem portendit. Cãdidum oculorum commiſsis palpebris apparens, quãdo exitium præ ſe fert.

APHORISMVS LIII.

Αἱ παραφροσύναι αἱ μὲν μετὰ γέλωτος γινόμεναι, ἀσφαλέστεραι. αἱ δὲ μετὰ σπουδῆς, ἐπισφαλέστεραι.

Deliria quæ cum riſu accidunt, tutiora ſunt: quæ vero ſerio, periculoſiora.

AD præſagiendũ & hæc Hipp.ſententia conducit, vt ſcilicet ſciamus quæ deliria ſint ſecura, & cõtra quæ peri-
Deliria ſecuriora. culoſa. Quippe quæ cum riſu fiunt, ſecuriora & minus periculoſa ſunt, quòd nimirum à ſanguine parũ aduſto, aut ſola caliditate ſine vitioſo, Gal. in Cõm. teſte humore procreen-
Periculoſiora. tur. Quæ vero ſerio quodã fiunt, periculoſiora ſunt, quòd ſcilicet ex atra bile, quæ ex flaua bile ſuperaſſata procreata eſt, nata ſint. Quid multa? Deliria cum riſu orta, quòd ab humore aut qualitate minus praua concitentur, minus ſunt periculoſa: quæ vero ſerio (id enim eſt *μετὰ σπουδῆς*) fiunt, pericu-
μετὰ σπουδῆς. loſiora, quòd à prauo humore genita ſint.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Ex ebrietate] Græcè, ἐπὶ οἴνου πόσιος, ex vini multa potatione. Ex ſanguinis fæce.] Græce, αἵματος ἰλύος καὶ τρυγὸς, ex limo & fæce. In aliis locis de atra bile.] Suprà potiſsimum ſect.1. Comm.22. Nondum atram bilem.] Vt dictum eſt ſect.4. Aphor 21.

APHORISMVS LIIII.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσι τοῖσι μετὰ πυρετοῦ αἱ κλαυθμώδεες ἀνάπνοαι, κακόν.

In acutis morbis qui cum febre affligunt, luctuoſæ ſpirationes malum ſignificant.

LVctuoſas ſpirationes in acutis morbis qui cũ febribus affligunt, eſſe malas, hoc Aphor. docet Hippoc. Sunt autem luctuoſæ ſpirationes, quæ in medio ſui interrumpun-
Luctuoſæ ſpirationes quæ. tur, atque adeo luctui ſimiles exiſtunt. In lib.2. Epid. ſect.3. & lib.6. Epid. part.2. Apho.5. id genus ſpirationis διπλῆ ἔσω ἐπαναχλήσει, καὶ ἐπιπνοῇ, id eſt, ingeminatam intro reuocationem, & iteratam ſpirationem. libr.2. Vict. acu. morb. aph.47. πνεῦμα προσπταῖον, & ſect.4. aph.68. πνεῦμα προσκόπτον, id eſt, ſpirationem ſubſiſtentem appellat. Ea vero ſi in acutis

mor

morbis cum febre affligentibus accidit malum portendit. Quippe muſculorum & neruorum præſe fert duritiem, vel virium imbecillitatem, vel dolorificum aliquē, vel conuulſorium affectū, quemadmodum in Comm. ſuis fuſius docet Gal. Hinc eſt quòd ſuprà dixerit: In febrib. ſpiratio ſubſiſtēs, malo eſt: conuulſionem enim ſignificat. In cuius ſententiæ enarratione multa ad inſtitutū facientia diximus. In Com. Gal. vbi interpres conuertit, pectoris ſimilem conuulſioni diſpoſitionem, Græcè eſt, σπασμώδη τινὰ τ. μυῶν τοῦ θώρακος διάθεσιν, conuulſoriū aliquem muſculorū thoracis affectum. Et vbi tranſtulit, vult tactā: Græcè eſt, εἰρημένην, dictam. 4. aph. 68.

APHORISMVS LV.

Τὰ ποδαγρικὰ τοῦ ἦρος, καὶ τ. φθινοπώρου κινέεται, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

Podagrici morbi vere & autumno, magna ex parte mouentur.

POdagricos morbos vere & autumno magna ex parte moueri & excitati, hoc in Aphoriſ. docet Hipp. Quippe τῷ ἦρι θερμῷ ὄντι συμμέτρως. δι. προσωραχθείσης ἐν χειμῶνι ὕλης ... καὶ ἀποδίωξις ἀπὸ τ. ἰσχυρῶν τόπων, ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ, τουτέστι ... πόδας, vere mediocriter calido exiſtente, materiæ per hyemē antea congeſtæ fit effuſio, & à validioribus partibus ad imbecillas, nēpe pedes, detruditur. Ideóque minime mirum tum podagricos & articulares morbos excitari. Quòd autumno excitantur podagrici morbi, duplici fit ratione, Philoth. autore. Primò, quod vitioſi humores in æſtate propter fructuum eſum coaceruati, tum ad imbecilliores partes decumbunt. Secunda cauſa eius eſt inæqualitas, quæ hominum aliorúmque multorū morborum cauſa eſſe ſolet, vt in Sectione tertia dictū eſt. Quòd autem dixit magna ex parte, non temere eſt factū; interdum enim hyeme & æſtate morbi podagrici fiunt, ſed hóc rarius eſt. Cur in autūno podagrici morbi excitentur. Magna ex parte.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Superius in enumeratione vernalium, &c.] Sectione nirū. 3. aph. 20. Qualitate extranea.] Græcè eſt, τῷ δὲ ποιότητι ἀλλοτρίῳ, aliena qualitate, hoc eſt cacochymia. Sæpe enim qualitas apud Galenū pro cacochymia vſurpatur, ſeu differentia humoris moleſtantis & praui, quemadmodū in Qualitas pro cacochymia.

explicatione Aphoriſ.ſecundi primæ ſectionis copioſe à nobis eſt demonſtratum. Et certe ex iis quæ præcedunt palàm fit, hic qualitatem ſumi pro cacochymia. Secundũ alterum enim ſolum, hoc eſt qualitatem alienam, ſeu humorũ prauitatem, in autumno excitari dolores articulorum, ait in fine Comm. ſui Gal. Id quod paulo ante iis verbis efferre voluit. παροξύνονται γε μὴν ἐνίοτε καὶ κατὰ τὸ φθινόπωρον, οἷς ἂν ἐν τῷ θέρει κατὰ τὴν ὀπώραν συναθροισθῇ τις κακοχυμία, excitatur autem quandoque & autumno, iis vtique quibus in æſtate, hoc quo maturantur fructus tempore, aliquis vitioſus ſuccus cacochymiáve coaceruata fuerit. Ita vt nihil ſit certius quàm alienam qualitatem hoc loco ſignificare humoris praui ſpeciem aut differentiam. Quòd hic monuiſſe placuit propter parum peritos, qui fortè à nuda qualitate fieri poſſe articulorum dolores exiſtimarent.

Articulorum dolores nõ fiũt à nuda qualitate.

APHORISMVS LVI.

Τοῖσι μελαγχολικοῖσι νοσήμασιν ἐς τάδε ἐπικίνδυνοι αἱ ἀποσκήψιες, ἢ ἀποπληξίην τοῦ σώματος, ἢ σπασμὸν, ἢ μανίην, ἢ τύφλωσιν σημαίνει.

In melancholicis morbis ad has partes decubitus ſunt periculoſi. aut enim apoplexiam, aut cõuulſionem, aut furorem, aut cæcitatem ſignificant.

Quatuor modi periculoſi mutatiõis melãcholicorũ humorum.

QVatuor eſſe mutationis melancholicorum morborum modos periculoſos, hoc in Aphoriſmo Hipp. mõſtrat; quum nimirũ ad cerebri ventriculos, neruos, ac cerebri ſubſtantiã vel membranas eiuſdẽ, vel ad oculos decumbunt, melancholici humores. Si enim ad cerebri ventriculos deferuntur, apoplexiam: ſi ad neruos, conuulſionem: ſi ad ſubſtantiã aut membranas, ſuprà modum exuſtus, aut putrefactus melancholicus humor translatus fuerit, furorẽ: ſi ad oculos cæcitatem parit. Non autẽ temerè à nobis adiectũ eſt, ſuprà modũ exuſtus, aut putrefactus, niſi enim talis fuerit humor melancholicus, nõ creabit furorem, ſed potius melancholiã. Ad furorem enim requiritur, vt in Comm. teſtatur Galenus humor irritans ac mordicans, qualis eſt flaua bilis, aut melancholicus humor plurimum aduſtus, aut putrefactus. nam ita malignam quandam etiam acrimoniam induit.

APHORISMVS LVII.

Ἀπόπληκτοι δὲ μάλιστα γίνονται ἡλικίῃ τῇ ἀπὸ τεσαράκοντα ἐτέων ἄχρις ἑξήκοντα.

Apoplexia in ea ætate quæ eſt à quadrageſimo anno vſque ad ſexageſimum, maxime corripiuntur.

DE ea hoc in loco apoplexia agit Hippocrates, quæ ex melancholia oritur: quare præcedẽti Aphoriſmo recte copulabitur, quemadmodum etiam in Comm. ſuis Gal. ſignificauit. Quum itaque hac ætate, quæ eſt à quadrageſimo anno vſque ad ſexageſimum melancholia plurimum in corporibus noſtris abũdet, nihil mirum hoc tempore maxime fieri apoplexiam. Siquidem atra bilis ventriculos cerebri ſua craſsitie obſtruens, hanc ipſam efficit.

APHORISMVS LVIII.

Ἢν ἐπίπλους ἐκπέσῃ, ἀνάγκη ἀποσαπῆναι.

Si omentum procidat, vt putreſcat neceſſe eſt.

PRo huius ſententiæ intelligentia initio ſciendum erit, omentum eſſe membranã nullis fibris implicitã, ſimplicémque, ſed multis abundantem venis, arteriis, & neruis, & aliqua ſui regione glandoſum ſibi innatum habẽs corpus, & multũ quoq; adipẽ. Græcis ἐπίπλοον, & cõtractẽ ἐπίπλουν, dicitur, quod ſcilicet vẽtriculo, Gal. lib. 4. de Vſu part. autore, inſideat, & veluti ſupernatet, innatúmq; eius calorẽ foueat, ac tueatur. Arabibus, Zirbus, vulgo Rete appellatur. Hoc itaq; ſi abdomine, quod Græcis περιτόναιον dicitur, vulnerato exciderit, longóq; tẽpore haud repoſitũ fuerit, neceſſe eſt vt putreſcat. Quippe vt teſtatur Philotheus, facile aẽri ambienti expoſitũ patitur, adeóq; putrefactioni obnoxiũ eſt. Quũ itaq; quod excidit facile putreſcat, vbi reductũ & repoſitũ fuerit, ideo pars eius quæ nudata eſt, reſecanda & amputanda erit: maxime ea quæ nigra & liuens fuerit, quemadmodũ libr. 6. Ther. meth. cap. 4. vbi ex profeſſo de omẽti ꝓcidẽtia tractat, Gal. copioſius docet. Et Paulus lib. 6. cap. 52. Ex amputatione tamẽ omenti hoc mali cõſequũtur homines, vt ſubinde maḣe cõcoquant. Quod Gal. exemplo cuiuſdã gladiatoris lib. 4. de Vſu part. cap. 9. oſtẽdit, in eũ ſcribens modũ, Quod autem calefaciendi gratia factũ ſit omentũ, euidenter diſcere licet

Omẽtum.

ἐπίπλοον.

Amputatio omẽti coctioné intercipit.

,, in illis, quibus vulnerato abdomine omẽtũ per vulnus excidit, deinde liuidum factum medicos partem læſam adimere cogit. Omnes enim hi frigidiorem ſentiunt vẽtriculum, minúſque concoquunt, ac pluribus operimentis extrinſecus egent, & maxime quando inſigni fuerit magnitudine quod abſciſſum eſt. Quemadmodum certe & nos aliquando fere totum ipſum abſcidimus gladiatori cuidam ita vulnerato. Homo autem ſanatus quidem confeſtim eſt, ſed tamen adeo facile & patiebatur & lædebatur ab extremo frigore, vt non ſuſtineret nudum habere vẽtrem, ſed lanis aſsidue eſſet obuolutus. Hæc ille.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Extra peritonæum, id eſt, membranam, &c.] Hæc verba, extra membranam abdominis interiorem, prorſus ſunt expungenda. Græce enim eſt, προπέσῃ ἐκ τοῦ περιτοναίου τὸ ἐπίπλοον, extra peritonæum exciderit omẽtum. De hoc autem errore interpretis ſæpe antea dictum eſt. quare hic obiter tantum me miniſſe ſatis ſit. In parte ventris ſuperiore,] Græcè eſt κατὰ τὸ ἐπιγάστριον, in abdomine.

Interpretis error.

APHORISMVS LIX.

Ὁκόσοισιν ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι χρονίως ἐξίσταται τὸ ἰσχίον, καὶ πάλιν ἐμπίπτει, τούτοισι μύξαι ἐγγίνονται.

Quibus à coxendice infeſtatis diuturna coxa exit, & rurſus illabitur, iis mucores in ea parte naſcuntur.

Cauſam hoc in Aphoriſmo exponit Hippocrates, cur in coxendice diuturna coxa è ſua cauitate exeat, & rurſus ingrediatur. Hoc ipſum enim ob pituitoſum humorem qui ligamenta articulationis humectat, & laxiora efficit, fieri ait, quem mucorem appellat. Coxendicem autem hoc loco non pro parte corporis, ſed dolore ac malo quod eam partem infeſtat, accipimus.

Mucor.

Coxẽdix.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

His qui ita morbo laborãt coxendicum.] Græcè eſt, τοῖς οὕτω διακειμένοις ἰσχιαδικοῖς, iis qui ita affecti ſunt in morbo coxendicum. Vel, qui ita affecti ſunt, iſchiadicis. Quando autẽ coxam ait excidere, articulum coxæ debemus intelligere.] Hoc non temere monuit Galenus, quippe quum proprie lo-

quendo

quendo, vt cap. 21. lib. de Oſsibus teſtis eſt Gal. coxa non ſit ni- Coxa.
ſi os quod continet ſinus in quos fœmorũ capita inſeruntur, certè excidere & incidere nõ poteſt. Adeo vt hoc in loco minus rectè dixerit Muſa, os coxę incidit & excidit. Caput quidẽ fœmoris quod coxę inſeritur, excidere & illabi rectè dicitur, at nõ coxa quæ fixa eſt, & caput hoc in ſe recipit. Hinc Philotheus inquit, κἀντεῦθεν ἐξίσταται, καὶ πάλιν ὑπεισέρχεται ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ, & inde exit & rurſus illabit caput fœmoris. Quare rectiſsime Gal. monuit, per coxã non os ipſum quod excidere & incidere, vt cõprehenſum eſt, haud poteſt, ſed τὸ κατ' ἰσχίον ἄρθρον, articulũ coxæ potius eſſe inaudiendũ. Quod autẽ per articulũ caput ſit intelligendũ & non cauitas. lib. 1. Hippocratis de Articulis Apho. 1. Comm. in eum ſcribens modũ oſtẽdit Gale. ὅτι τὸ διαρθρουμένων ὀστῶν ἀλλήλοις ἄρθρον ὀνομάζειν ἔθος, οὐ τὴν ὑποδεχομένην κοιλότητα τὸ τοῦ πλησιάζοντος ὀστοῦ πέρας, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πέρας ἄρθρον, Dearticulationem inter ſe iunctorũ oſsium appellare articulum ſolere, non ſinũ qui alterius oſſis caput in ſe recipit, ſed ipſum quod inſeritur caput, dictũ eſt. In lib. de Articulis.] Nempe Aphoriſ. 1. cuius nunc etiam Comment. citauimus. Articulus.

APHORISMVS LX.

Ὁκόσοισιν ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισιν χρονίης τὸ ἰσχίον ἐξίσταται, τουτέοισι τήκεται τὸ σκέλος, καὶ χωλοῦνται, ἢν μὴ καυθῶσιν.

Quibus à coxendice vexatis diuturna coxa excidit, ijs crus contabeſcit, & claudicat, niſi vratur.

HAec ſententia cum ſuperiori eſt nectanda, ꝙ nimirum quid ſequatur crebrum articuli coxæ propter mucoris multitudinem exitum & ingreſſum, oſtẽdat: Nam mucoris copia frigiditate ſua obſtructionẽ parit, atq; adeo impedit, ne nutrimẽtum illuc deferatur. Quo fit, vt ἀτροφίᾳ laborans crus contabeſcat, & ſubinde claudicet, niſi vratur. Quippe vſtio mucorem illapſum abſumit & exiccat, ac ligamẽta ſolidiora efficit, neq; habitũ naturalẽ reducit. Reliquũ igit eſt, vt deinde fœmoris caput à ſua cauitate excidere nequeat. Vſtionis effectus.
Quomodo autem facienda vſtio, docet Paulus lib. 6. capi. 77. Et in lib. 6. cap. 76. Aetius lib. 12. cap. 3. Celſus lib. 4. capit. 21.

ANNOTAT. IN COMMEN. GAL.

Os contabeſcere.] Græcè eſt, φθίνειν τὸ σκέλος, crus contabeſcere. In libro de Articulis.] Scilicet primo, Aphoriſ. 40. ſequentibus. Vt etiam aliis.] Adiiciendum, omnibus. Græcè enim legitur, καθὸ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν.

ἹΠΠΟΚΡΆΤΟΥΣ ἈΦΟΡΙΣΜῶΝ

τμῆμα τὸ ἕβδομον.

HIPPOCRATIS APHOriſmorum Sectio Septima.

APHORISMVS PRIMVS.

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι ψύξις ἀκροτηρίων, κακόν.

In acutis morbis frigiditas extremarum partium, malum eſt.

VT vniuerſa propemodum hæc ſectio ad prædicendi artem pertinet, ita hic quoque primus eiuſdem Aphoriſmus, in quo, quid frigiditas extremarum partium corporis in acutis morbis ſignificet, oſtendit. Significat autem exitium, nempe vehementiſsimam viſceris cuiuſdam, verbi gratia, iecoris aut ventriculi, inflammationem, cuius calor inſtar cucurbitæ ſanguinem ad ſe trahit, vt abunde in Commenta. à Galeno eſt oſtenſum: Per acutos vero morbos, febres maxime continuas, & eas præſertim quæ ardentes pernicioſæ vocantur, intelligit. Hinc eſt quod ſuprà dixerit, In non intermittentibus febribus ſi exteriores partes frigidæ fuerint, interiores vero vruntur, & ſitim habent, letale eſt. In cuius quidem Aphoriſmi enarratione multa diximus ad hunc locum attinentia, ita vt non ſit opus nos in hac ſentẽtia explicanda longiores eſſe. Ibidem quæ ſint extremæ corporis partes, copiosè etiam expoſuimus.

Frigiditas extremarũ partiũ corporis quid ſignificat.

Acuti morbi.

4.aph.48.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Quod magnis accidit viſcerũ inflammationibus.] Græcè legit, φλεγμοναῖς σφοδροτάταις τῶν σπλάγχνων, vehementiſsimis

viſcerum inflammationibus. Febres magna ex parte.] Græcè eſt, οἱ πυρετοὶ τὸ πάμπαν εἰσὶ συνεχεῖς, febres omnino ſunt cõtinuę. Sunt enim febres morborum acutorum, vt teſtatur ſect. 1. Aphoriſ. Commenta. 7. Galenus, inſeparabiles, ita vt nulla vnquam febris in acutis morbis intermittens eſſe queat, veluti fuſius in enarratione loci Galeni iam citati demonſtrauimus, vt erraſſe hoc loco interpretem ſit manifeſtiſsimum, τὸ πάμπαν conuertentem magna ex parte, quãdoquidẽ omnes febres acutorum morborum ſint continuę, ac nulla intermittens. Non igitur magna ex parte, ſed ſemper cõtinuæ erunt.

Febres morborũ acutorum ſunt inſeparabiles.

Interpretis lapſus.

APHORISMVS II.

Ἐπὶ ὀστέῳ νοσοῦντι σὰρξ πελιδνὴ, κακόν.

In oſſe ægrotante caro liuida, malum ſignificat.

Caro liuida quid ſignificat.

Carnem liuidam propter os quod ægrotat ſignificare malum, hoc in Aphoriſmo Hippocrates docet. Quippe immenſam oſsis putredinem, atque adeò natiui caloris extinctionem præ ſe fert. Liuidum autem colorem natiui caloris extinctionem, ac quaſi mortificationem partium ſignificare, externum frigus abundè teſtatur, vtpotè à quo corporis partes omnes liueſcant.

APHORISMVS III.

Ἐπὶ ἐμέτῳ λὺγξ, καὶ ὀφθαλμοὶ ἐρυθροὶ κακόν.

A vomitu ſingultus, & oculi rubri, malũ portendunt.

Singultus & rubor oculorum quid præ ſe ferant.

Singultum à vomitu excitatum, & oculos rubros malum ſignificare, hac in ſententia Hippocrates oſtendit. Coniungit autem vtrunque malum, nempe ſingultum & oculos rubros, vt diſertè quid hæc ipſa portenderent nobis ſignificaret, nimirum aut mediocrem vel cerebri vel ventriculi inflammationem, quemadmodum copioſius in commẽtariis ſuis docet Galenus. Quod ideo monere volui, ne quis putaret perpetuò ſingultum ſignificare prædictarũ partium inflammationem. Nam ſi citra oculorum ruborem fieret, poſt vomitum, inanitionem magnam præ ſe ferret potius quàm inflammationem. Quare vt Hippocrat. ſententiam ſuã nobis planè exponeret, adiecit, & oculi rubri. Hi enim, vt ait Philotheus, δεξάμενοι τὴν ὕλην καὶ διατεθέντες ὡσαύτως, ἐρυθροὶ γίνονται, materiam excipientes, & ſimiliter affecti,

rubri fiunt. Hoc autem inflammatione in cerebro exiſtente præcipuè accidit, quemadmodum in ſuis Commentariis Galen. indicauit. In iis vbi interpres conuertit, nonnunquam eius: Græcè eſt, ὡς τὰ πολλὰ ᾗ τὸ ςόμα. vt plurimum autem os eius, &c.

APHORISMVS IIII.

Ἐπὶ ἱδρῶτι φρίκη, οὐ χρηςόν.

Poſt ſudorem horror, minime bonum ſignificat.

Horror à ſudore malus.

HOrrorem poſt ſudorem eſſe malum, hoc loco Hippocrates oſtendit. Nam ſudor qui ægrotantem à morbo non leuat, aut imbecillitatem excretricis facultatis, aut materiæ noxiæ copiam ſignificat: ideóque hunc ſtatim horror ſequitur, vtpote vniuerſis noxiis per ſudorem non expulſis, ſed iuxta ſenſiles partes hærentibus. Horror igitur qui ſudori ſuccedit, malam iudicationem ſignificat, iuxta Hippocratis dictum libr. 2. Epid. ſectio. 2. quod à Galeno citatur in Com. inquientis: Signa iudicatoria non iudicantia, nonnulla mortem, aliqua vero malam iudicationē portendunt.

APHORISMVS V.

Ἐπὶ μανίῃ δυσεντερίη, ἢ ὕδρωψ, ἢ ἔκστασις, ἀγαθόν.

A furore difficultas inteſtinorū, vel aqua inter cutem, vel mentis alienatio, bona eſt.

HAec quidem ſententia, vt ſuperiores omnes, ad prædicendi artem ſpectat. In ea enim Hippocrates oſtendit, quòd bonum ſit ſi à furore fiat difficultas inteſtinorū, vel hydrops, vel vehemēs mentis alienatio. Signum enim eſt, vt in Com. etiam Galeni teſtatur noxios humores à capite ad inferiora transferri. Nam ſi illi ipſi ad vētrem & inteſtina defluxerint, difficultatē inteſtinorum efficiūt. Si ad iecur, eius facultatis ſanguinem procreantis imbecillitatem pariunt, quam ſubinde aqua inter cutem ſequitur. Vtrunque igitur iam dictum malum, bonum eſt: non quidem ſimpliciter, ſed collatione ad id quod præceſsit. Vt idem hoc loco bonum ſignificet, quod melius. Quo pacto etiam ſumebatur ſuprà ſectione quarta Aphoriſ. 25. Bonum præterea eſt, ſi furorem

Bonum.

ἔκστασις.

ἔκστασις, hoc eſt alienatio mentis vehemens, qualis fit in iis quib' paulò pòſt futura eſt iudicatio, accidit, ſequatur. Signi

ficas

ficat enim naturam in hoc eſſe, vt noxios humores iam concoctos paulò pòſt per iudicationem euacuet. Sic quoque Philotheus ἐκστασιν interpretatur, eſſe hoc loco κίνησιν καὶ ταραχὴν μέλλησαν κρίνεσθαι, motum ac perturbationem quæ iudicationem eſt factura. Et certè huic expoſitioni Galenus etiam ſubſcribit. Quam niſi ſequamur, neceſſe erit Hippocratis ſententiam falſam eſſe dicamus.

APHORISMVS VI.

Ἐπὶ νόσῳ πολυχρονίῃ ἀσιτίη, καὶ ἄκρητοι ὑποχωρήσιες, κακόν.

In diuturno morbo cibi faſtidium, & ſinceræ deiectiones, malum oſtendunt.

QVòd in ſectione ſexta aphoriſ. 3. ſpeciatim de difficultate inteſtinorum diuturna dixit, hoc in vniuerſum de omnibus longis morbis nunc pronunciat Hippocrates, nempe faſtidium cibi in his malum oſtendere: concoctricis enim facultatis imbecillitatem præ ſe fert. Ea autem imbecilla exiſtente, nutriri corpus haud poteſt, ſed quotidie imbecillius fit. ideóque virtus imbecilla ad finem morbi, qui diuturnus eſt, perdurare non poteſt. Significant & in iis morbis malum, ſinceræ; & quæ nullos aquoſos ſibi permixtos humores habent deiectiones. nam omnem natiuam humiditatem à febrili calore eſſe exuſtam, vt Galenus etiam in Commentariis monſtrat, indicant. Quid ſit ἀσιτίη, ſeu ἀποσιτίη, in expoſitione ſuprà citati aphoriſmi diximus.

Faſtidium cibi in longis morbis, malū.

Sinceræ deiectiones.

ἀσιτία.

APHORISMVS VII.

Ἐκ πολυποσίης ῥῖγος, καὶ παραφροσύνη, κακόν.

A multa potatione vini rigor & deſipientia, malum portendunt.

SAepe accidit, vt à vini potatione aliquis deſipientia corripiatur, quemadmodum in ebriis liquidò apparet. Hæc tamen non admodum magni momenti malum præ ſe fert. Verùm vbi ſimul etiam rigor acceſſerit, haud dubiè malum non leue portendit, nempe caloris natiui à multa vini potatione extinctionem. Quòd autem vinum non ſemper calefaciat animal, luculenta ſimilitudine, cuius etiam hic in

Rigor & deſipiētia à vini potatiōe, malū mōſtrāt.

Vinū non ſemper calefacit.

Comment. meminit Galenus lib. 3. de Temper. cap. 1. oſtendit, inquiens: Proinde nec vinum ipſum ſemper calefacit animal, ęquè vt nec oleum flammam accendit, tametſi aptiſſimum eſt ignis nutrimentum. Imò ſi imbecillæ & exiguæ flammæ cōfertim multum oleum infundas, ſuffocabis eam, „ prorſúſque extingues, potius quàm augebis. Sic igitur & „ vinum, vbi plus bibitur, quàm vt vinci poſsit, tantum abeſt „ vt animal calfaciat, vt etiam frigidiora vitia gignat. Hæc Galenus. Quapropter vt Hippocrates ſignificaret hanc noxam vini, rigorem deſipientiæ coniunxit.

APHORISMVS VIII.

Ἐπὶ φύματος ἔσω ῥήξιος ἔκλυσις, ἔμετος, καὶ λειποψυχίη γίνεται.

A tuberculi interna ruptione exolutio, vomitus & animi defectio eueniunt.

Interna ruptio.

QVæ ſymptomata ſequantur internam tuberculi ruptionem, hoc loco Hippocrates monſtrat. Internam autem ruptionem vocat eam, Galeno in Commentariis teſte, quæ in ventriculum fit. Hanc enim ſolam vomitus conſequitur. Quare quum reliqua duo ſymptomata, nempe exolutio & animi defectio, omnium ruptionum communia ſint, vt diſertè ſe hic tantùm de eo tuberculo, cuius ruptio in ventriculum fit, loqui ſignificaret, tertium adiecit ſymptoma, nimirum vomitum. Hic enim ſolam quæ in ventriculum fit, ruptionem conſequitur. Cur verò ruptionem tuberculorum ſequatur exolutio, & animi defectio, Galenus in Commentariis expoſuit. Philotheus cenſet qualitatem puris ad cor delatam, exolutionem & animi defectum excitare. Cæterùm tuberculum, quod Hippocrati φύμα dicitur, generatím accipitur pro omni tumore, qui ſtatim augetur, & ad ſuppurationem feſtinat. Qua in ſignificatione hîc quoque vſurpatur, nempe pro eiuſmodi tumore qui in ventriculo naſcitur.

Tuberculum. φύμα.

APHORISMVS IX.

Ἐπὶ αἵματος ῥύσει παραφροσύνη, ἢ καὶ σπασμὸς κακόν.

A profuſione ſanguinis delirium, aut etiam conuulſio,

uulſio, malo eſt.

DElirium, aut conuulſionem à copioſa ſanguinis vacuatione accidentem, malum portendere, hoc in aphoriſmo Hippocrates monſtrat. Quippe defectum, & ſiccitatem corporis magnam, viriúmque cerebri imbecillitatem ſignificant, vt in Commentariis quoque Galenus monuit. Peius tamen eſt, ſi à profuſione ſanguinis fiat conuulſio, quàm ſi delirium accidat. Quippe quum hæc conuulſio ex inanitione fiat, inſanabilis ſit neceſſe eſt, quemadmodum ex quatuor primis ſectionis quintæ aphoriſmis palàm fit, potiſsimum verò ex tertio, qui ita habet: Sanguine copioſo profluente ſi conuulſio ſucceſſerit, malum eſt. Ad huius itaque ſententiæ explicationem, ne præter neceſsitatem longiores ſimus, ablegamus lectorem.

ANNOT. IN COMM. GAL.

Quo manuum & pedum tremores.] Græcè eſt, παραπλησίῳ τρόπῳ τοῖς κατὰ κῶλα τρόμοις; inſtar qui in membris fiunt tremorum. κῶλα, quæ Latinis artus & membra dicuntur, non ſunt niſi manus integra, quæ brachio, cubito, & ſumma manu conſtat: & pedes, qui ex fœmore & tibia conſtituuntur. Quare non ineptè interpres ea per manus & pedes expreſsit. Delirantis.] Græcè λῃρώδης, nugatorium. Hoc eſt, tale genus eſt delirij, quòd conferre poſſumus cum illorum deſipiẽtia qui ſibi quidem pulchrè ſapere videntur, interim tamen ita nugantur, vt plus iucunditatis afferant auditoribus, atque riſum maiorem moueant, quàm ſi decem moriones adhibeas.

κῶλα.

λῃρώδης.

APHORISMVS X.

Ἐπὶ εἰλεῷ ἔμετος, ἢ λύγξ, ἢ σπασμὸς, ἢ παραφροσύνη, κακόν.

Ab ileo vomitus, aut ſingultus, aut conuulſio, aut delirium, malum portendit.

EXitialis ilei ſigna hoc in aphoriſmo tradit Hippocrates. Horum autem primum eſt vomitus, de quo ita Galenus libro ſexto de Malè affec. loc. cap. 2. ſcriptum reliquit: Atque interdum alij quoq; dolores, & quidem vehementiſsimi

Exitialis ilei ſigna. Vomitus.

„ mi in ſublimioribus inteſtinorum partibus eueniunt, grauiter vomitionibus cruciantes, adeò vt nõnulli ſub fine ſtercus quoque euomere conſpiciantur, à quo malo vix vnquam aliquis potuit ſanus euadere: hoc εἰλεὸν Græci vocant. Quare verò ſtercus vomant, Galenus in Commentariis ſuis expoſuit. Clariùs verò libro tertio de natural. facultat. vbi inter
„ cætera in eum ſcribit modum de ileo: Ipſum quod phle-
„ gmone laborat inteſtinum, nec pondus, nec acrimoniam
„ tolerat excrementorum, eóque excernere expelleréque ea
„ quàm longiſsimè à ſe nititur: prohibitum verò deorſum
„ perſequi, quum ſcilicet hoc loco grauiſsima pars phlegmo-
„ nes fuerit, in proxima ſuprà poſitorum inteſtinorum extrudit.
„ Itaque iam excretricis facultatis momento per conti-
„ nuum inteſtinum ſurſum verſo, excrementa vſque ad os
„ aſcendunt. Hæc ille. Eandem rationem affert libro tertio

Singultus. de ſymptom. cauſis, cap. 1. Alterum ſignum letale eſt ſingultus, qui cum maximè fit, vbi ſtercus ad ventriculum vſque conſcenderit, quemadmodum in Comment. Galeni & Philotheus etiam ita ſcribens teſtatur, ἢν ἅψηται δὲ οὐσίας τῆς γαστρὸς ὁ κόπρος, δῆξιν ποιοῦσα, λύγγα ποιεῖ, Si igitur ventriculi eſſentiam ſtercus ipſum attingat, morſum excitans, ſingultum parit. Tertium ſignum eſt delirium, quod accidit pro-

Delirium. Côuulſio. pter conſenſum cerebri cum ventriculo, quemadmodum etiam conuulſio, quartum letalis ilei ſignum.

APHORISMVS XI.

Ἐπὶ πλευρίτιδι περιπνευμονία, κακόν.

A pleuritide pulmonis inflãmatio, malum præſefert.

Malum eſſe ſi pleuritidi ſuccedat pulmonis inflammatio, Hippocr. hoc in aphoriſmo docet, quod ſcilicet ſatis periculi ſit à ſola pleuritide, etiamſi non ſuccedit peripneumonia. Maius itaque eſſe malum ſuccedente inflammatione etiam pulmonis, eſt neceſſe, quod tum pars noxiorum humorum à parte ignobiliore, coſtis nimirum ad magis principem partem, pulmonem ſcilicet, transferatur.

APHORISMVS XII.

Ἐπὶ περιπνευμονίῃ φρενῖτις, κακόν.

A pulmonis inflãmatione phrenitis, malũ portẽdit.

Phren

PHrenitim à pulmonis inflammatione fieri, malum eſſe, Hippocrates monſtrat: quòd ſcilicet altero manente, nouus ſuccedat morbus, vaporibus à pulmone ad cerebrum delatis, vt in Comment. etiam ſuis docet Galenus.

APHORISMVS XIII.

Ἐπὶ καύμασιν ἰσχυροῖσι, σπασμὸς, ἢ τέτανος, κακόν.

A vehementibus æſtibus conuulſio aut diſtentio, malum ſignificat.

QVum vox καύματα, hoc eſt æſtus variè, vt in Commentariis teſtatur Galenus, exponi poſsit, factum eſt vt alij aliter etiam hunc aphoriſmum enarrauerint: Quidam enim de febribus vehementibus loqui Hippocratem dixerunt. Alij de ambientis feruore, nonnulli de cauteriis, ſeu ignitis candentibuſve ferris: Et ij ſanè omnes rectè de hac ſententia ſtatuerunt. Ad quodcunque enim prædictorum ſequitur conuulſio, vel diſtentio, malo eſt: quandoquidem neruorum ſiccitatem præ ſe ferat. Melius tamen vt de febribus intelligamus, & ita quidem interpretatus eſt Philotheus, qui ἐπὶ καύμασι exponit, ὑπὸ καυσώδει πυρετῷ, hoc eſt ab ardente febre. Celſus etiam libro 2. cap. 6. ſic ſententiam hanc intellexiſſe videtur, quod illam ita conuerterit: Per magnos feruores corporis, rigor aut diſtentio, malum. Et huc ſanè quadrat, quod ſuprà dixit: Febrem conuulſioni ſuccedere melius eſt, quàm febri conuulſionem. Sunt qui legunt pro καύμασι, τραύμασι, id eſt vulneribus. Quæ quidem lectio nihil habet abſurditatis. Nam & ipſe ſuprà dixit: Conuulſio ex vulnere letalis eſt. Ne tamen eandem rem bis dixiſſe videatur Hippocrates, conſultius eſt legere καύμασι.

καύματα

2. aph. 16.

5. aph. 2.

APHORISMVS XIIII.

Ἐπὶ πληγῇ ἐς τὴν κεφαλὴν ἔκπληξις, ἢ παραφροσύνη, κακόν.

In capitis ictu ſtupor, aut delirium malum.

QVid ſit ſtupor, qui Hippocrati ἔκπληξις, & item quid ſit delirium, Galenus in Commentariis ſuis expoſuit. Siue

ἔκπληξις.

ue autem ſtupor, ſiue dilirium fiat vulnerato & icto capite, malum certe eſt ſignum; quippe vulnus ad cerebrum penetraſſe ſignificat.

APHORISMVS XV.

Ἐπὶ αἵματος πτύσει, πύου πτύσις, κακόν.

A ſanguinis ſputo, puris ſputum, malum.

PVris ſputum à ſanguinis ſputo factum, malum eſſe Hippocrates hoc loco docet: quippe pulmonis exulceratione͂ ſignificat. Quibus vero de cauſis ſanguis primum expuatur, lib. 2, de Sanand. malis corp. cap. 10. diximus.

APHORISMVS XVI.

Ἐπὶ πύου πτύσει φθίσις, καὶ ῥύσις· ἐπὴν δὲ τὸ πτύελον ἴσχηται, ἀποθνήσκουσιν.

A puris ſputo tabes, & fluor: quum vero ſputum retinetur, moriuntur.

HAec ſententia cauſam exponit, cur malum ſit, puris ſputum ſequi ſanguinis ſpuitionem. Nam poſt puris ſputum, quandoquidem pulmonis exulcerationem præ ſe fert, tabes ſequitur, cui deinde fluor ſuccedit. Per fluorem autem licebit vel capillorum defluxum, vel alui fluorem intelligere. vtrunque enim tabem ſequitur, quemadmodum metipſe Hippocrates teſtatur iis verbis: Si tabidis capilli à capite defluunt, letale eſt. Et iterum: Quibus tabe correptis capilli à capite defluunt, ij alui profluuio ſuccedente, moriuntur. In quorum aphoriſmorum explicatione multa diximus huc ſpectantia. Cæterum vbi in tabidis illis ſputum detinetur: quod accidit tum quãdo facultas expultrix tam imbecilla eſt, vt pulmonem à pure expurgare haud poſſit, moriuntur, quod nimirum ſtatim à puris copia in pulmone coaceruata reſpirationis itinere obſtructo ſtrangulentur.

Fluor.

5. aph. 12.

5. aph. 14.

APHORISMVS XVII.

Ἐπὶ φλεγμονῇ τοῦ ἥπατος λύγξ, κακόν.

Ab inflammatione iecoris ſingultus, malum portendit.

Singul

SIngultus à iecoris inflammatione ortus malum ſignificare, ſuprà quoque monuit Hippo. In cuius quidem loci explanatione multa diximus, quæ huc referri poſſunt. Quare non eſt cur hic ſermonem protrahamus, præſertim quum Galenus etiam hunc Aphoriſmum abunde ſuis illuſtrauerit Commentariis. Satis itaque ſit, dixiſſe ſingultum in iecoris inflammatione eſſe malum, quod inflammationis magnitudinem ſignificet, propter quam ventriculus in conſenſum rapitur.

APHORISMVS XVIII.

Ἐπὶ ἀγρυπνίῃ σπασμὸς, ἢ παραφροσύνη, κακόν.

A vigilia conuulſio, aut delirium, malum.

QVum præſens ſententia, vt etiã præcedentes, facilis admodum intellectu ſit, non eſt cur in ea enarranda longiores ſimus. Nemo enim eſt qui neſciat, immoderatam vigiliam corpus maxime exiccare & vacuare. Quare ſi hanc comitatur conuulſio, à ſiccitate fiet, adeóque letalis erit. Ita delirium quoque immodicæ ſiccitatis ratione accidit, vt abunde eſt à Galeno in Commentariis ſuis expoſitum. A vigilia conuulſio.

APHORISMVS XIX.

Ἐπὶ ὀστέου ψιλώσει, ἐρυσίπελας, κακόν.

Ab oſſis denudatione, eryſipelas, malum.

MAlum eſſe, ſi oſſe denudato circunſtans caro eryſipelate deprehendatur, Hipp. hoc in loco docet. Significat enim confluere ſanguinẽ calidiorem, & flauam bilem, quæ adiacentes carnes ſua acrimonia exedit & abſumit. Eryſipelas enim nõ naſcitur niſi ex ſanguine feruenti & tenui, aut ex ſanguine & flaua bile calidioribus quàm oportet, vt lib. 5. de Sanandis corp. malis cap. 3. demonſtrauimus. Eryſipelatis cauſa.

APHORISMVS XX.

Ἐπὶ ἐρυσιπέλατι σηπεδὼν, ἢ ἐκπύησις, κακόν.

Ab eryſipelate putredo, aut ſuppuratio, malum.

SI eryſipelati comitetur putredo aut ſuppuratio, certum eſt eryſipelas eſſe malignum, quod nõ tantum in ſuperficie exiſtentes partes corporis exulcerat, ſed & profundiores depaſcitur, adeóque, vt Philotheus quoque teſtatur vlcus Eryſipela malignũ.

putridum efficit, quod vndiquaque ad ſanas partes paſcendo ſerpit.

APHORISMVS XXI.

Ἐπὶ ἰσχυρῷ σφυγμῷ ἐν τοῖσιν ἕλκεσιν, αἱμοῤῥαγίη.

A vehementi in vlceribus pulſu, copioſa ſanguinis fit eruptio.

Pulſus vehemēs quibus vlceribus accidit.

DOcet in hoc Aphoriſmo Hippocrates, quod vehementem in vlceribus pulſum copioſa ſanguinis ſequatur eruptio. Pulſus vero vehemens eſt in iis vlceribus, quibus phlegmone accedit. Cauſam copioſe in Commentariis ſuis expoſuit Galenus, quare non eſt cur repetam. Quod ſi itaque copioſa ſanguinis eruptio prædictum pulſum ſequatur, malum certe erit. idque duabus de cauſis. Primò, quia vlceri eſſe coniunctam maximam inflammationem oſtendit. Dein quod hæc ſanguinis eruptio non fiat niſi aperto arteriæ ore. Quàm vero difficile ſit ſanguinē ex arteria promanantem compeſcere, Gal. lib. 5. The. meth. abunde commonſtrat. Perperam igitur hanc Hippoc. ſententiam interpretantur, qui prædictam ſanguinis eruptionem bonum portendere tradunt. Horum enim ſententiam ſatis, præter ea quę diximus, explodit, quod conſtat Hippocratem in hac ſectione, quemadmodum Galenus ſuprà Commentario vndecimo huius ſectionis diſerte eſt teſtatus, de iis loqui quæ aliis morbis ſuccedunt, quæ ſanè bona eſſe haud poſſunt, ſed potius mala, quandoquidem, vt eodem in loco inquit Galenus, iis ſtatim hoc inſit quod mala ſint, vtpote priorem morbum augentia, pejorémque facientia.

Dānatur ineptaquo rūdam interpretatio

APHORISMVS XXII.

Ἐπὶ ὀδύνῃ πολυχρονίῃ τῶν περὶ τὴν κοιλίην ἐκπύησις.

A ventris diuturno dolore, ſuppuratio fit.

Suppuratio ventris dolorem ſequens.

VEntris diuturnum dolorem ſequitur ſuppuratio, quod ſcilicet fieri nequeat, vt is dolor fiat vel à frigore, vel inæquali intemperie, vel flatibus multis, vel mordacibus humoribus: ſi enim omnia quæ ægro conueniunt adhibita

fue

fuerint, dolor ſanè à prædictis cauſis excitatus, in longum tempus extrahi non poteſt: reliquũ igitur eſt, ſi diutius tum durauerit, vt propter inflammationem ſit ortus. Hæc autem temporis progreſſu ſuppurabit. Quare rectè Hippo. dixit, à diuturno ventris dolore fieri ſuppurationem. Eſſe autem hanc ſuppurationem malam, ex iis quæ iam ſæpe dicta ſunt, abunde conſtat. Per ea quę περὶ τὴν κοιλίην, Hipp. intelligit totum ventrem inferiorem, omniáque quæ in eo continentur, non tantum ventriculum. Quod Philoth. etiam iis teſtatur verbis, καὶ ἔστιν ὁ λόγος οὐ μόνον ἐπὶ τῆς σιτοδόχου κοιλίας ἁρμόδιος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ παντὸς μορίου, & hic ſermo non ſolum competit ventriculo, qui eſt cibi receptaculum, ſed & toti parti hoc eſt, omnibus quæ in inferiore ventre continentur. Sic enim hæc verba Philothei, ἐπὶ παντὸς μορίου, veniunt intelligenda. Quod ſubiicere placuit propter Muſam, qui hæc verba ſic interpretatur, vt Philotheum de omnibus partibus corporis loqui putet, ideóque Aphoriſmum hunc ad omnes corporis noſtri partes eſſe ampliandum ait. Quum tamen nihil tale Philotheus dixerit, ſed hoc tantum monuerit, quod per κοιλίην hoc loco Hippocrates non vnam tantum ventris partem, nempe cibi receptaculum ſeu ventriculum, ſed omnes partes in ea cauitate contentas, ſeu vniuerſum ventrem intellexerit.

κοιλία.

Muſæ interpretatio improbatur.

APHORISMVS XXIIII.

Ἐπὶ ἀκρήτῳ ὑποχωρήσει, δυσεντερίη.

A ſyncera deiectione difficultas inteſtinorum ſequitur.

SYnceras deiectiones eſſe, quando ſola bilis vel flaua vel atra aquoſæ humiditati non permixta per inferna excernitur, Galenus in Comment. huius Aphoriſmi, & ſuprà Commentario ſexto diſerte monſtrat. Et de bilioſis tantum intelligi deiectionibus, ſatis teſtantur quædam Hippocratis exemplaria, quæ legunt ἐπὶ χολώδει ὑποχωρήσει, à billioſa deiectione. Et hanc lectionem ſecutus eſt antiquus interpres. Quare quum vterque humor ſuo tranſitu morſus & eroſiones, adeóque exulcerationes in inteſtinis efficiat, minimè mirum eſt eorum excretionem ſequi dyſenteriam.

Syncerę deiectiões.

APHORISMVS XXIIII.

Ἐπὶ ὀστέου διακοπῇ παραφροσύνη, ἢν κενεὸν λάβῃ.

In oſsis capitis præciſione, ſi vacuum excipiat, delirium fit.

OSſis capitis præciſionem, quæ vſque ad interiorem ſuperficiem, quam vacuus locus qui cerebrum excipit, vt verbis Gal. in Comment. vtar pertingit, delirium ſequi hoc in Aphoriſmo Hippocrates monſtrat. De oſsibus autem capitis tantum hic loqui Hippocratem, ex Galeni Comment. palàm fit. Et ex Philotheo, qui ita ſcribit, ἐνταῦθά φησιν ὅτι ἂν τὸ τῆς κεφαλῆς ὀστοῦν διακοπῇ, hic ait, quod ſi vtique capitis os præciſum fuerit. Loqui autem de capitis tantum oſsibus Hippocratem, ſatis apparet ex decimoquarto huius ſectionis Aphoriſmo, vbi eadem ſententia iiſdem fere verbis repetitur. Inquit enim, In capitis ictu ſtupor, aut deliriũ, malum. Sunt autem quædam exemplaria, in quibus præſens Aphoriſmus ita ſcribitur, ἐπὶ ὀστέου διακοπῇ παραφροσύνη, καὶ ἔκπληξις ἢν κενεὸν λάβῃ: in oſsis capitis præciſione ſi vacuum apprehendit, delirium & ſtupor fit. Quare vtrobique idem docetur, vt non ſit opus vberiore explicatione.

APHORISMVS XXV.

Ἐκ φαρμακοποσίης σπασμὸς, θανατῶδες.

A purgantis medicamenti potione conuulſio, letalis eſt.

5. aph. 1. 5. aph. 4. HAec ſententia Hippocratis bis ſuprà eſt repetita, primum iis verbis: Conuulſio ex veratro, letalis eſt. Dein hoc modo: Ex immodica purgatione conuulſio, letalis eſt. Significat enim ſiccitatem inſanabilem.

APHORISMVS XXVI.

Ἐπὶ ὀδύνῃ ἰσχυρῇ τῶν περὶ τὴν κοιλίην ἀκρωτηρίων ψύξις, κακόν.

In vehementi ventris dolore frigiditas partium extremarum, malum ſignificat.

Algoris

ALgoris extremarum partiũ cauſam hoc in Aphoriſmo particularem nempe vehemẽtem dolorem affert Hippocrates. Quum autem dolor vehemens non fiat, niſi propter inflammationem inſignem, quæ inſtar cucurbitæ ad ſe ſanguinem trahit, neceſſe eſt vt illum frigiditas extremarum partium ſequatur, adeóque malum non leue portendat. Nam & in primo huius ſectionis Aphoriſmo generatim dixit: « In acutis morbis frigus extremarum partium « eſſe malum. — Algor extremarum partium.

APHORISMVS XXVII.

Γυναικὶ ἐν γαςρὶ ἐχούσῃ τεινεσμὸς ἐπιγινόμενος, ἐκτρῶσαι ποιέει.

Si grauidæ mulieri teneſmus acciderit, abortum excitat.

COnſenſum vteri cum recto inteſtino Hippocrates hoc in Aphoriſmo monſtrat, eúmque tantum poſſe ſignificat, vt propter hunc grauidæ abortiant. Nam quum in reliquis vehementioribus corporis motibus aut doloribus grauidæ abortiant, minimè mirũ ſi ob frequentes illas exurrectiones ad quas teneſmus grauidas impellit, fœtũ eiiciant, quemadmodum abunde in Comm. ſuis Gal. oſtendit. — Teneſmus abortus cauſa.

APHORISMVS XXVIII.

Ὅτι ἂν ὀςέον, ἢ χόνδρος, ἢ νεῦρον ἀποκοπῇ ἐν τῷ σώματι, οὔτε αὔξεται, οὔτε συμφύεται.

Quodcunque os, aut cartilago, aut neruus in corpore præcidatur, neque augetur, neque coaleſcit.

HAec Hippocratis ſententia repetita eſt ſuprà ſectione ſexta, ordinéque fuit 19. ibidémque abunde à nobis expoſita.

APHORISMVS XXIX.

Ἢν ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγένηται ἰσχυρὴ, λύει τὴν νοῦσον.

A pituita alba correpto ſi alui profluuium ſucceſſerit vehemens, tollit morbum.

Alba pituita.

PEr albam pituitam Hippocratem intelligere eam aquę inter cutem ſpeciem, quæ λευκοφλεγματίας dicitur, ex Galeni Comment. patet. Quinetiam Philoth. ait, περὶ λευκοφλεγματίας ὅλεγε τοῦτον τὸν λόγον εἶναι τῷ Ἱπποκράτει, de aquæ inter cutem ſpecie, quæ alba pituita dicitur, hunc ſermonem Hippocrati eſſe. Hanc autem tollit vehemens ſeu diuturnum alui profluuiũ, τῷ λόγῳ, inquit Philotheus, τὸ ἐκκενοῦσθαι τὴν νοσοποιὸν αἰτίαν, eo quod cauſam efficientẽ morbum vacuat. Idque ſi valida modo virtus excretrix fuerit, verum erit. Nã ſi propter imbecillitatem virtutis retentricis accideret alui profluiuum, mortem potius inferret.

APHORISMVS XXX.

Ὁκόσοισιν ἀφρώδεα τὰ διαχωρήματα ἐν τῇσι διαῤῥοίῃσι, τουτέοισιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς φλέγμα καταῤῥέει.

Quibus in alui profluuijs ſpumoſa excrementa ſunt, ijs pituita à capite defluit.

CItra diſtinctionem hæc ab Hippocrate dicuntur. quum enim multę ſint cauſę ſpumoſorum excremẽtorum, hic vnam tantum refert; nempe pituitæ à capite deflexum. Quum enim pituita ſit humor flatuoſus, minimè mirum ſi in eius à capite in ventriculum motu ſpumoſa fiat. Simile enim accidere videmus in mari vehementioribus ventis agitato, quemadmodum copioſius in Commenta. 4. ſectio. 3. Aphoriſmorum Galenus moſtrat, vbi ex profeſſo de ſpumæ generatione agit. Quare quum in alui profluuiis pituita illa in multas partes paruas atque ampullas fracta ſit, neceſſe eſt vt excrementa ſubinde ſpumoſa fiant. Neque enim ſpumoſa excrementa alia ſunt, quàm quæ multas ampullas habent.

Spumoſa excrementa vnde generãtur.

Spumoſa excrementa quæ.

ANNOTAT. IN GAL. COMM.

Eſt autem huius pituitæ cauſa continens. Huius ſcilicet flatuoſæ pituitę ſpiritus flatuoſus cauſa eſt continens, hoc eſt commiſcetur pituitæ, atque adeò illam continet. Atque eum eſſe horum verborum ſenſum, metipſe Galenus clarè monſtrat, dum ſeipſum iis verbis interpretatur, dicens: Eſt vero continens huius pituitæ cauſa ſpiritus flatuoſus, qui in commixtione cum humore vehementi & inæquali motu indiget

Spirit⁹ flatuoſus pituitæ flatuoſæ cauſa cõtinẽs quomodo dicitur.

diget, vt dum ipſe frangitur, pituitam quoque in multas & exiguas partes frangat. Sic in Commenta. paulo antè citato flatuoſi ſpiritus & humoris mixtionẽ fieri ait, ambobus in multa perfractis, & multis mutuo congreſſu cõplexúue exiguís ampullis ab ipſis effectis. Vnde manifeſtiſsimũ fit, quomodo ſpiritus flatuoſus ſit pituitæ iã dictę cauſa continens. Quare prorſus delirant, qui pro cauſæ continentis in morbis aſſertione hunc locum proferunt, cum nihil prorſus πρὸς ἔπος, vt Græci dicunt, faciat. Habere enim pituitam hanc cauſam continentem, & alia multa quæ eſſentiam ſuam, in fieri obtinent nihil reluctamur, minimè tamen concedimus in rebus permanentibus, qualis morbus eſt, hanc reperiri, vt alibi copioſius commonſtrauimus. Sed neque omnino ex pulmone.] Græcè eſt, ἀλλ' οὐδ' αἷμα διὰ παντὸς ἀφρῶδες ἀναπτύουσιν ἐκ πνεύμονος. Sed neque ſemper ſanguinem ſpumoſum ex pulmone expuunt. Quippe ruptis interdùm vaſis pulmonis ſanguis plurimus bene coloratus; & ſine ſpuma expuitur, quemadmodum Commenta. 13. ſectio. 5. Gale. monſtrat.

Nulla cauſa continens in morbis.

APHORISMVS XXXI.

Ὁκόσοισι πυρέσσουσιν ἐν τοῖσιν οὔροισι κριμνώδεες αἱ ὑποστάσιες γίνονται, μακρὴν τὴν ἀρρωστίην σημαίνουσιν.

Quibus febricitantibus vrinæ ſedimina craſsioris farinæ ſpeciem referunt, diuturnum fore morbum ſignificant.

QVum vniuerſa hæc ſectio ſeptima ad eam artis partem pertineat, quæ futura prædicit, ad præſagiendum vero non parum conducat vrinæ inſpectio, ideò per aliquot nunc Aphoriſmos Hippocrates de vrinis agit, quidque ex iis ſit prædicendum medico, monſtrat. Primũ autem de vrina quę craſsioris farinę ſpeciem refert, & Græcis κριμνώδης dicitur, tractat, quódque morbi diuturnitatem ſignificet monſtrat, præſertim vbi in febribus apparet. Quippe materiam ſignificat craſſam, quæ exiguo tempore diſcuti non poſsit. ,, Hinc eſt quod libro ſecundo Prognoſtico. 28. ſcriptũ relique ,, rit: Si in vrina ſedimenta ſpeciem farinæ craſsioris refe-

κριμνώδης

rant, mala ſunt. Viribus enim robuſtis exiſtentibus, morbi vt dictum eſt, diuturnitatem ſignificant. Imbecilliores vero ſi fuerint, ægrotantes cito moriuntur.

ANNOTAT. IN GALENI COMM.

In Prognoſtico.] lib. 2. Aphoriſ. 28. In lib. de Iudiciis.] Scilicet. 1. cap. 12. Tales vrinæ.] Græcè, ὀλέθρια μὲν γὰρ δὴ τὰ κριμνώδεα τῶν οὔρων, exitiales enim ſunt vrinæ craſsioris farinæ ſpeciem referentes. Minxit totum ſimul ſubcraſſum euacuatum.] In codice Galeni Græco locus hic eſt deprauatus: habet enim οὔρησεν ἀθρόως ὑπὸ τὸ χυμοῦ κινούμενον, quum Hippocratis, vnde hæc citantur, emendata exemplaria legant, οὔρησεν ἀθρόον ὑποπαχυνόμενον, minxit confertim, quod ſubcraſſum in matella euadebat.

Græc⁹ Galen. codex emẽdatus.

APHORISMVS XXXII.

Ὁκόσοισι δὲ χολώδεες αἱ ὑποστάσιες, ἄνωθεν δὲ λεπταὶ, ὀξεῖαν ἀῤῥωστίην σημαίνουσιν.

Quibus vero ſedimina, nunc ſunt bilioſa, quæ ab initio fuerunt tenuia, acutum morbum ſignificant.

Bilioſa ſedimina.

Bilioſa vocat Hippocrates ſedimina, quę à flaua bile ſunt colorata: tenuia vero, quæ aquoſa ſunt. Cuius rei teſtis eſt in Commen. ſuis Gal. & Philotheus quoque, qui χολώδεις ὑποστάσεις, interpretatur eſſe κεχρωσμένας ὑπὸ χολῆς, λεπτὰς autem ὑδατώδεις. Cæterum aduerbium ἄνωθεν conuertimus ab initio: quippe & Galenus, & Philotheus hoc loco οὐ τόπου εἶναι δηλωτικὸν, ἀλλὰ χρόνου, non locum, ſed tempus ſignificare tradunt, idémque denotare quod ἐξ ἀρχῆς τοῦ νοσήματος, hoc eſt ab initio morbi. Neque eam dictionem ſic vſurpat Hippocrates tantum, verumetiam alij. Nam vt Phauorinus annotauit ἄνωθεν etiam rhetoribus dicitur ἐκ τόπου, ἢ χρόνου. Quum itaque ſedimina virinarum ab initio tenuia fuerint, & ſubinde bilioſa fiunt, acutum, hoc eſt breuem, fore morbum ſignificant. Nam, vt initio ſuorum Commentariorum ait Galen. bilioſum ſemper acutos morbos efficit.

ἄνωθεν.

Bilioſum ſemp. acutos morbos efficit.

APHORISMVS XXXIII.

Ὁκόσοισι διεστηκότα τὰ οὖρα γίνεται, τουτέοισι ταραχὴ ἰσχυρὴ ἐν τῷ σώματί ἐστιν.

Quibus vrinæ inæquales ſunt, ijs vehemens perturbatio in corpore eſt.

VRinas inæquales diximus, quas Hippocrates δυσηκέτα τὰ οὖρα nominauit. Nam δυσηκὸς οὖρον Galeno & Philotheo teſtib⁹, nihil aliud eſt Hippocrati, quàm ἀνώμαλον. Minime vero mirum, has vrinas ſignificare vehementem turbationem corporis, quòd nimirum alicubi ἐπικράτειαν τῆς φύσεως, ait Philotheus, hoc eſt, victoriam, non temperiem (vt conuertit perperam Muſa) naturæ, alicubi autem cauſarum morboſarum præ ſe ferant, quemadmodum abunde in Commentariis ſuis Galenus monſtrat. Vrinæ inæquales. Muſa notatus.

APHORISMVS XXXIIII.

Ὁκόσοισι ἐν τοῖσιν οὔροισιν ἐφίστανται πομφόλυγες νεφρητικὰ σημαίνουσι, καὶ μακρὴν ἀῤῥωστίην ἔσεσθαι.

Quibus in vrinis ſuperſtant bullæ, ijs morbum renum, & longum fore ſignificant.

QVum bullæ fiant ab humiditate, vt in Commenta. ſuis atteſtatur Galenus, quæ à flatuoſo ſpiritu circum extenditur: ideo quibus in vrinis bullæ ſuperſtant, ſignificant flatuoſum ſpiritum, adeóq; frigidum renum morbum: ex propinquis enim partibus is ipſe fertur. Si autem frigidus eſt morbus, vt longus quoque ſit neceſſe eſt. Quippe frigidum omne ſolutu ac concoctu difficile exiſtit, vt in Commenta. quoq; ſuis Galenus monſtrat. Cæterum Leonicenus hoc loco non recte conuertit, ſubſidunt. eſt enim in contextu Hippocratis ἐφίστανται, quod Philotheo teſte, ἵστανται δὲ ἐπάνω τοῦ οὔρου, id eſt, in ſuperficie vrinæ conſiſtunt, ſignificat. Bullarum in vrina cauſa. Leoniceni conuerſio improbata.

APHORISMVS XXXV.

Ὁκόσοισι δὲ λιπαρὴ ἡ ἐπίστασις, καὶ ἀθρόη, τούτοισι νεφριτικὰ, καὶ ὀξέα σημαίνει.

Quibus pinguedo in vrina ſupernatat, & confertim exit, ijs renum vitium, & acutum morbum ſignificat.

PInguedinem in vrinæ ſuperficie innatantem, tabem vniuerſi corporis ſignificare, Hippocrates li. etiã 2. Progno. Pinguedo vrinæ. in-

natans. Aphoriſ.35.prodidit ita ſcribẽs. Et pingue telis araneorum ſimile in vrinæ ſuperficie natans, damnandum eſt, indicat enim conſumptionem. Hic vero renum vitium monſtrare tradit. Hinc loco iam citato ſcribit. Ne te fallat, ſi ipſa veſica male affecta huiuſmodi reddiderit vrinam. Nõ enim totius corporis, ſed ipſius tantum veſicæ ſignum eſt. Legendum itaque ἐπίσταται, & non ὑφίσταται, vt habent aliqua deprauata exemplaria; quæ magna ex parte in ſuis conuerſionibus ſecuti ſunt interpretes. Et ſane eam lectionem eſſe veriorem, res ipſa ſatis teſtatur. Pingue enim nõ ſubſidet, ſed potius ſupernatat. Vtitur & Hippocrates in iam citata ex libro Progno. ſententia, hac dictione, inquiens, καὶ τὰς λιπαρότητας δὲ τὰς ἄνω ἐφισταμένας. Sic quoq; Philotheus legit, etſi falſo in quibuſdam exemplaribus ſcribitur ὑφίσταται. Nam eam lectionem eſſe falſam, verba eiuſdem quæ ſtatim ſubiiciuntur, euidentiſsimè commonſtrant, ait enim ἥτις ἄνω ἐπίσταται. Emendandus itaque in hunc modum Philothei locus erit, λιπαρὰν ἐπίστασιν λέγει τὴν πιμελώδη καὶ ἐλαιώδη, ἥτις ἄνω ἐπίσταται, ἢ ἐν ποιότητι ἐπίστασις, &c. Vt autem medicus ſciat quando pingue quod vrinæ innatat, veſicæ tantum vitium præ ſe ferat, Hippocrates hoc in Aphoriſmo eius rei indicium aliquod tradit, nempe ſi pingue hoc confertim & non paulatim exit, renum malum ſignificat: ſi vero paulatim, vniuerſi potius corporis colliquationem oſtendit, vt latius in Commentariis ſuis Galenus docuit. Quid confertim denotet, ſect.2. Aphoriſ.18, diximus.

Aph.37.

Philothei locus emẽdatus.

Cõfertim.

APHORISMVS XXXVI.

Ὁκόσοισι δὲ νεφριτικοῖσιν ἐοῦσι τὰ προειρημένα συμβαίνει σημεῖα, πόνοι τε περὶ τοὺς μύας τοὺς ῥαχιαίους γίνονται, ἢν μὲν περὶ τοὺς ἔξω τόπους γένωνται, ἀπόστημα προσδέχου ἐσόμενον ἔξω. ἢν δὲ μᾶλλον οἱ πόνοι περὶ τοὺς ἔσω τόπους γίνωνται, καὶ τὸ ἀπόστημα προσδέχου ἐσόμενον μᾶλλον ἔσω.

Quibus nephriticis prædicta ſigna accidunt, doloréſque circa ſpinæ muſculos fiunt, ſiquidem in locis exterioribus accidunt, abſceſſus quoque exterius fu-

turos expecta. Si vero dolores in interioribus locis fuerint, abſceſſus etiam intùs fore expecta.

DOcet hoc in aphoriſmo, quòd iis qui longò tempore nephretici ſunt, doloréſque circa ſpinæ dorsive muſculos obtinent, abſceſſus accidant. Eos autem pro vario poſitu muſculorum vel internos vel externos futuros eſſe ait, quemadmodum copioſius Galenus in ſuis Commentariis expoſuit.

APHORISMVS XXXVII.

Ὁκόσοι αἷμα ἐμέουσιν, ἢν μὲν ἄνευ πυρετοῦ, σωτήριον· εἰ δὲ ξὺν πυρετῷ, κακόν. θεραπεύειν δὲ τοῖσι στυπτικοῖσι, καὶ τοῖσι ψυκτικοῖσι.

Sanguinis vomitus ſine febre ſalubrior eſt, cum febre vero peior. Curare autem hunc oportet cum adſtringentibus & refrigerantibus.

QVum omnis ſanguinis vomitus malus ſit, id quod met ipſe teſtatur Hippocrates, qui ſuprà dixit, Sanguis ſuprà emiſſus, qualiſcunque fuerit, malus: idcirco hoc loco quis illorum ſalubrior aut peior ſit, docet. Neque enim σωτήριον ſimpliciter ſalubre aut ſalutare dicitur, ſed collatione: ideo nos ſalubrius conuertimus, vt κακόν, quod ſimpliciter aliàs malum ſignificat, peius. Vomitus itaque ſanguinis febre vacans ſalubrior eſt, quòd nullam eſſe phlegmonem in eo loco, vndè ſanguis fertur, ſignificat, quemadmodum Galenus in Commentariis ſuis fuſiùs monſtrat. Cæterùm hunc vomitum, qui ſcilicet fit ſine phlegmone, adſtringentibus & refrigerantibus curare oportet. Quippe hæc impetum ſanguinis erumpentis cohibent ac reprimunt, ſuáque ſiccitate vlcera ſanant, de quibus multa habet Galen. libro 4. Simp. capite ſexto. Et hoc loco monendus erit lector, interpretes non rectè hanc vocem στυπτικοῖς, reddidiſſe acerbis, quæ quidem Græcis non στρυφνὰ, ſed στρυφνὰ potiùs dicuntur. Vſi ſunt enim nomine ſpeciei pro genere. στύφον nanque genus eſt ad acerbum & auſterum, quandoquidem vtraque adſtringant, vt Galenus loco iam citato, & libro 3. de Compoſit. medic. localium cap. 3. in eum ſcribens modum teſtatur, ἀπάγεται μὲν ἐν ἀνδρείοτι τὰ τε αὐστηρὰ, καὶ στρυφνὰ κοινῇ

4. aph. 25.

Interpretũ lapſus.

στύφον.

προσηγορίας κεκληρωμένα τῇ τῶν στυφόντων, Reprimunt itaque tum auſtera,tum acerba, quæ communem adſtringentium appellationem obtinent.

APHORISMVS XXXVIII.

Κατάῤῥοι ἐς τὴν ἄνω κοιλίην, ἐκπυοῦνται ἐν ἡμέρῃσιν εἴκοσιν.

Deſtillationes in ventrem ſuperiorem intra viginti dies ſuppurantur.

TErminum ſuppurationis eorum quæ ex capite in thoracem defluũt, hoc in aphoriſmo exponit. Neque enim κατάῤῥους aliud eſt niſi humoris ex capite ad os & aſperam arteriam, atque per eam ad pulmonem delatio, vt etiam hinc intelligi poſsit, per ventrem ſuperiorem Hippocratem non accipere niſi thoracem, in quo pulmo continetur. Quod etiam diſertè in Commentariis ſuis Galenus monſtrat, vt Philotheus quoque idipſum non obſcuris verbis ſignificat inquiens, κοιλίαν τὴν ἄνω λέγει θώρακα, παραβάλλων πρὸς τὴν κοιλίαν, Ventrem ſuperiorem vocat thoracem, hunc ſcilicet ad inferiorem ventrem referens. Harum itaq; deſtillationum terminus eſt vigeſimus dies, ita vt hunc non tranſcendat,ſed in eo planè,aut alio quodam decretorio die intra hunc dierum numerum contento,verbi gratia,decimoquarto,vel decimoſeptimo ſuppurentur, idque ob loci caliditatem. Vnde colligitur, vigeſimum diem, & non vigeſimumprimum eſſe iudicatorium: quod in Commentariis etiam ſuis Galenus monuit.

κατάῤῥους. — Venter ſuperior.

APHORISMVS XXXIX.

Ἢν οὐρέῃ αἷμα καὶ θρόμβους, καὶ στραγγουρίην ἔχῃ, καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸν περίνεον, καὶ τὸ ὑπογάστριον, καὶ τὸν κτένα, τὰ περὶ τὴν κύστιν νοσέειν σημαίνει.

Siquis ſanguinem mingat,& grumos, atque vrinæ ſtillicidium habeat,dolórque ad interfœmineũ,imũ ventrem,& pectinem incidat, veſicã ægrotare ſignificant.

HAec ſententia Hippocratis eſt ſuprà repetita, nempe ſectione quarta, in qua ordine fuit 80. Quum autem ibidem

ibidem à nobis ſit abundè expoſita, non eſt cur hîc vberiorem eiuſdem explanationem afferamus.

APHORISMVS XL.

Ἢν ἡ γλῶσσα ἐξαίφνης ἀκρατὴς γένηται, ἢ ἀποπληκτόν τι τοῦ σώματος, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον.

Si lingua ſubitò infirma fiat, aut pars aliqua corporis reſoluatur, hoc à melancholico humore accidit.

QVid per linguam ἀκρατῆ, & ἀποπληκτικὴν ſit intelligendum, Galenus in Commentariis ſuis diſertè expoſuit, eiúſque expoſitionem nos in noſtra conuerſione ſecuti ſumus. Docet autem hoc in aphoriſmo Hippocrates, linguam interdum ſubitò ita infirmam fieri, vt non poſsit articulatam efficere vocem, aut aliquam corporis partem reſolui, ídque nulla alia de cauſa, quàm quòd melancholicus humor ſua craſsitie neruos ſenſum & motum deferentes à cerebro obſtruit, atque adeò impedit, ne vis ſenſifica & motrix ad linguæ aliarúmque partium muſculos peruenire queat. Et hunc quidem eſſe huius aphoriſmi ſenſum, ex Galeni Commentariis abundè liquet. Atque hanc ipſam interpretationem confirmat Philotheus, qui hæc verba Hippocratis, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον, eſſe poſita tradit, ἀντὶ τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ ἐμφράττοντος γίνεται, pro eo quod eſt, à melancholico humore obſtructionem efficiente fit. Et certè minimè mirum hæc ipſa à melãcholico humore fieri, quum ſuprà dixerit apoplexiam nonnunquam à melancholico fieri humore. Cæterùm interpretes Latini hoc loco temere Galeni Commentar. diſcerpſere, ac aphoriſmum, quem in Commentar. citat Galenus, in Hippocratis contextum minus rectè rapuerunt. Nam præter hoc quod in Aldino Græco codice continua eſt horum Commentariorum ſeries, etiam quiuis, modò amens non ſit, legens intelligit, quòd toti huius aphoriſmi explicationi ſint deſtinati, nec ſine ſumma inſcitia vnam eorundem partem ab alia euelli poſſe. In iis ſanè Commentariis, vbi interpres conuertit, linguæ intemperaturæ, Græcè legitur, κατὰ τὴν γλῶτταν ἀκρατείας, Quare vertendum erat, linguæ incontinentiæ, infirmitatisve, ἀκρατὴς enim Græcis, Phauorino atteſtante, idem eſt quod

6. Aph. 57. Interpretes notantur.

ἀκρατής.

ἀκράτεια. quod ἀσθενής. Hinc ἀκράτεια ſignificat iiſdem ἀσθένειαν.

APHORISMVS. XLII.

Ἢν ὑπερκαθαιρομένων τῶν πρεσβυτέρων λὺγξ ἐπιγένηται, οὐκ ἀγαθόν.

Si ſenioribus ſupra modum purgatis ſingultus ſuperuenit, non bono eſt.

5.aph.4. QVod ſuprà generatim de omni ætate docuit, inquiens, Ab immoderata purgatione conuulſio, aut ſingultus ſuperueniens, malum ſignificat: hoc nunc ad ſenilem duntaxat ætatem transfert. Si itaque in cæteris omnibus ætatibus malum eſt, vtpote immodicam ſiccitatem præ ſe ferens, vbi ab immoderata purgatione ſingultus fit, multò certè peiùs erit, ſi ſenioribus, vt quos iam imbecilliores, ætatis ratione, eſſe conſtat, ſuperuenerit.

APHORISMVS XLIII.

Ἢν πυρετὸς μὴ ἀπὸ χολῆς ἔχῃ, ὕδατος πολλοῦ, καὶ θερμοῦ καταχεομένου κατὰ τῆς κεφαλῆς, λύσις τοῦ πυρετοῦ γίνεται.

Si febris non ex bile nata ſit, aqua copioſa & calida affuſa, tollit febrem.

HAec quidem ſententia, vt aliæ multæ, propter antiquam Hippocratis breuitatem ſubobſcura eſt. Docet autem in ea, quæ ſint febres, quæ ex infuſione balneóve calidæ aquæ vſum aliquem ſentiunt. Quum enim tria ſint prima genera ſimplicium febrium, vnum quod in ſpiritibus accenditur, alterum quod in ſolidis, & tertium quod in humoribus, prioribus quidem duobus generibus tantùm, tertio prorſus excluſo, conuenire balneum tradit. Per febrem enim ex bile natam, omnes alias putridas intellexit, adeóq; bilis nomine omnes reliquos humores inaudiri voluit. Quod ex Galeni Commentariis ſatis liquet, & ex Philotheo, qui ita ſcriptum reliquit, χολῆς μνησθεὶς λόγῳ παραδείγματος, ὡς βραχύλογος, τοὺς λοιποὺς χυμοὺς προσυπακούεσθαι ἐσήμανε, τουτέστι φλέγμα, αἷμα, μέλαιναν χολήν. οὐδὲ γὰρ ἀπ' ἄλλου συνίσταται χυμοῦ, ἀλλ' ἐπὶ πνεύμασιν, ἢ στερεοῖς ἀναπτομένων πυρετῶν ὠφελεῖ ἡ κατάχυσις τοῦ θερμοῦ ὕδατος, Bilis vice exempli men-

Tria prima genera febriũ. Febris ex bile nata.

tionem faciens, reliquos humores, tanquam breuiloquus, ſubaudiendos eſſe ſignificauit, nempe pituitam, ſanguinem, & atrabilem. Neque enim ab vllo alio humore, ſed in ſpiritibus, aut ſolidis accenſam febrem infuſio aquæ calidæ iuuat. Febribus autem diariis balneum aquæ dulcis eſſe vtile, potiſsimùm iis quæ ab vſtione ſolis, frigore laſsitudine, & cutis ſtipatione naſcuntur, Galenus in Commentariis, & in Therap. method. & libro primo ad Glauconem oſtendit. Hecticis autem conuenire, in decimo Therap. metho. capite decimo, iis verbis teſtatur: Quicunque hectica febre laborant, atque ex iis præcipuè, qui iam maraſmode hectica febricitant, modò iis alia nulla febris, nec ex putreſcente humore, nec phlegmone ſit adiuncta, eos omnes audacter lauabis. Sed inquies, quî igitur fit, vt in aliis locis febribus putridis balneum eſſe vtile doceat Galenus, quum tamen hîc diuerſum tradat Hippocrates? Reſpondeo, Hippocratem & Galenum velle, quòd balneum ſimpliciter, ac quouis tempore diariis & hecticis febribus conueniat. Putridis verò, non niſi noxiis humoribus prius concoctis aut vacuatis. Et hanc eſſe Galeni ſententiam, ex Commentariis eius fit euidentiſsimum. Cur autem prædictis febribus vtile ſit balneum aquæ calidæ, in Comm. etiam expoſuit Gal.

Balneum aquæ dulcis hecticis vtile.

An balneũ omnibus ex æquo febribus cõpetat.

ANNOT. IN GAL. COMM.

Quòd reliquæ omnes.] Græcè, δηλοῖ, δὲ καὶ ὅτι, πλὴν τῶν ὑπὸ χολῆς γινομένων, οἱ λοιποὶ πάντες. Oſtendit autem, quòd reliquæ omnes exceptis iis quæ à bile factæ ſunt, &c. Volentes febrem non eſſe morbum.] Græcè eſt, σύμπτωμα τιθέμενοι τὸν πυρετὸν αὐτὸν, οὐκ αὐτὸ πάθος, febrem ipſam ſymptoma eſſe ſtatuentes, non ipſum pathos. Lypyria.] De hac febre diximus in enarratione aphoriſmi quadrageſimi octaui ſectionis quartæ. Eloden & typhoden.] De iis vide quæ annotauimus in Commentario Galeni duodecimo primæ ſectionis aphoriſmorum. Adeò quòd nunc ſermo, &c. Græcè eſt, ὥστε νῦν ὁ λόγος ἐστὶ τῷ ἱπποκράτει. Proinde nunc ſermo eſt Hippocrati.

APHORISMVS XLIIII.

Γυνὴ ἀμφιδέξιος οὐ γίνεται.

Mulier ambidextra non fit.

Mul

Mulieres raro ambidextræ.

MVlierem propter naturæ imbecillitatem nō naſci ambidextram, Hippocretes hoc in Aphoriſmo teſtatur. Eſtque quod docet ex eorum numero quæ magna ex parte ita accidere ſolent. Id quod teſtatur etiā Philetheus iis verbis, ὅθεν μᾶλλον ἄῤῥενες ἀμφιδέξιοι ἢ γυναῖκες, hinc viri magis quàm mulieres, ambidextri. Reliqua in Commentariis Galeni expoſita ſunt.

APHORISMVS XLV.

Ὁκόσοι ἔμπυοι καίονται, ἢ τέμνονται, ἢν μὲν τὸ πῦον καθαρὸν ῥυῇ, καὶ λευκὸν, περιγίνονται· ἢν δὲ ὕφαιμόν τε βορβορῶδες, καὶ δυσῶδες, ἀπόλλυνται.

Qui ſuppurati vruntur, aut ſecantur, ſi pus effluxerit purum & album, euadunt: ſi vero ſubcruentum, fæculentum, & fœtidum, pereunt.

Aph. 27. Quando ſuppurati vſti aut ſecti euadāt.

DOcet hoc in Aphoriſmo Hippocrates, qua ratione medicus cognoſcere poſsit, num ſuppurati dum vruntur, aut ſecantur, ex morbo euadere queant, an non. Vri autem & ſecari ſuppuratos, in ſectione ſexta eſt dictum. Cognoſcet itaque num euaſuri ſunt, ex puris inſpectione. Si enim hoc ipſum purum & album effluxerit, haud morientur. Significat enim Philotheo teſte, ὅτι ἡ φύσις ἔῤῥωται, καὶ κατεκράτησε τὸ παρὰ φύσιν διαθέσεως, quòd natura valida fuit, & affectum præter naturam deuicit. Si verò pus quod effluit, ſubcruentum, fæculentum & fœtidum fuerit, pereunt. Nam δηλοῖ ἐπικράτειαν τοῦ νοσήματος, κατάπτωσιν δὲ τῆς δυνάμεως, ſignificat morbi victoriam, facultatúmque caſum, atque adeò ſuperaſſe has ipſas putredinem. Hinc non temere alibi ita ſcriptum reliquit Hippocrates, Pus illud optimū eſt, quod albū, æquale, leue eſt, & haudquaquam fœtidum. Quod vero huic contrarium eſt, peſsimum eſſe ſolet. Repetitur hæc ſententia ad verbum 2. Pro. 70. In Galeni Commentariis, vbi citatur ſententia Platonis Comici, non ſatis bene eiuſdem per interpretem ſunt reddita verba. Sic autē conuertes, Poſt hæc Euagoræ filius Cineſias ex pleuritide aridus, puris expers, arundinacea crura ferās, tabis præſagus, plurimas in corpore gerens cruſtas, ab Euryphonte vſtus. Græce enim eſt, μετὰ

1. Progn. 40.

τὰ ταῦτα δὲ Εὐαγόρου ὁ παῖς ἐκ πλευρίτιδος Κινησίας σκελετὸς, ἄπυρος, καλάμινα σκέλη φορῶν, φθοῆς προφύτης, ἐσχάρας κεκαυμένος πλείστας ὑπ' Εὐρυφῶντος ἐν τῷ σώματι.

APHORISMVS XLVI.

Ὁκόσοι τὸ ἧπαρ διάπυον καίονται, ἢ τέμνονται, ἢν μὲν τὸ πῦον καθαρὸν ῥυῇ, καὶ λευκὸν, περιγίνονται. ἐν χιτῶνι γὰρ τὸ πῦον τουτέοισίν ἐστιν. ἢν δὲ οἷον ἀμόργη ῥυῇ, ἀπόλλυνται.

Qui iecore ſuppurato vruntur, aut ſecantur, ſiquidem pus purum effluxerit, & album euadunt: iis enim pus concluſum in membrana eſt. Si verò veluti amurca effluxerit, intereunt.

HIc Aphoriſmus præcedentis veluti exemplum eſt. Nam cùm ibidem ſignũ tradidiſſet, quo eos qui propter tubercula ad ſuppurationem tendentia vruntur aut ſecantur, num euaderent aut perirent, dignoſcere liceret, hîc certe quòd dixerat exemplo ſuppurationis quæ in iecore excitatur, confirmat. Quippe ſi poſt vſtionem aut ſectionẽ pus excretum, purum & album fuerit, euadunt. Rationem metipſe ſubiungit dicẽs, Pus enim tum in membrana eſt iecur ambiente, adeoque iecoris ſubſtantia nihil patitur. Philotheus quoque idipſum bonum portendere duplici de cauſa inquit, σημαίνει γὰρ τὸ τοιοῦτον πῦον ῥώμην τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως, καὶ τὴν φλεγμονὴν ἔξω περὶ τὸν ὑμένα τοῦ ἥπατος εἶναι, ſignificat enim tale pus facultatis alteratricis robur, & inflammationem extra iecur, nempe eius membranam eſſe. Membrana autem hęc, ſeu tunica, quæ iecoris inuolucrum quoddam & tegumentum eſt, non eſt niſi peritonæum iecori tenuius obductum, vt teſtis eſt Galen. lib. 4. de Vſu part. & 6. Anato. adminiſtrationum. Si verò pus effluens amurcam referat, pereunt. Alteratricem enim facultatem imbecillam eſſe, & corruptionem vſque ad iecoris carnem perueniſſe ſignificat. Mẽbrana iecur ambiens.

APHORISMVS XLVII.

Ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἀκρητοποσίας, καὶ λούσας

πολλῷ θέρμῳ; φλεβοτομίη.

Dolores oculorum vbi merum biberis, & multum calida laueris, venæ ſectione curato.

QVum hic Aphoriſmus manifeſte doceat multa abſurda, quemadmodũ in Commentariis ſuis Galenus copioſe mõſtrát, ideo ab alio inſertum adeóque adulterinum eſſe, nemini non conſtat. In ſexta vero ſectione de ſententia Hippocratis ponitur, ibidémque nobis eſt abunde enarrata.

Aph.21.

APHORISMVS XLVIII.

Ὑδρωπιῶντα ἢν βὴξ ἔχῃ, ἀνέλπιστός ἐστιν.

Aqua inter cutem laborantem ſi tuſſis corripiat, deſperatus eſt.

6.aph.35. REpetita eſt hæc ſententia ſuprà, & à nobis quoque ibidem expoſita: idéoque noua explicatione non eget.

APHORISMVS XLIX.

Στραγγουρίην, καὶ δυσουρίην θώρηξις, καὶ φλεβοτομίη λύει. τέμνειν δὲ τὰς ἔσω.

Stillicidium & difficultatem vrinæ vini potio, & ſanguinis miſſio tollit. Incidere vero internas venas oportet.

CVrationem ſtillicidij & difficultatis vrinę hoc in Aphoriſmo docet, non quidem omnis, ſed eius tantum ſtillicidij quod fit à frigiditate, & difficultatis vrinæ quæ à craſſis & glutinoſis humoribus, flatuoſoque ſpiritu fit. Hęc enim mala, vini potio, vtpote illa diſſoluens & diſcutiens, ſanat. Quod ſi vero ab inflammatione prædicta mala oriantur, venæ ſectione, modo virtus valida ſit, curantur: queádmodum copioſius in Commentariis Galenus monſtrat. Interiores autem venas, hoc eſt, poplitum, aut malleolorum, eſſe incidendas, in explicatione aph.36. ſect.6. diximus.

Interiores venæ.

APHORISMVS L.

Ὑπὸ κυνάγχης ἐχομένῳ οἴδημα, καὶ ἐρύθημα ἐν

τῷ

τῷ στήθει ἐπιγινόμενον, ἀγαθόν· ἔξω γὰρ τρέπεται τὸ νόσημα.

Ab angina detento, ſi tumor & rubor in pectore ſuperueniunt, bonum: foras enim vertitur morbus.

HIc Aphoriſmus ab eo qui eſt in ſectione 6. ordine 37. nihil differt, niſi quòd illic eſt in collo, hic vero in pectore. Iſta vero diuerſitate nihil aliud innuere Hippocrates voluit, niſi quod bonum ſit in angina noxios humores à partibus internis & nobilioribus ad externas & ignobiles quaſcunque transferri. In Commentariis autem Galeni perperam legitur, ἐν τῷ τετάρτῳ. nuſquam enim in quarta ſectione reperitur hæc Hippocratis ſententia, ſed in ſexta, vt eſt comprehenſum. Legendũ itaque erit, ἐν τῷ ἕκτῳ, in ſexta.

In angina bonum eſt noxios humores ad exteriora transferri.

APHORISMVS LI.

Ὁκόσοισι σφακελισθῇ ὁ ἐγκέφαλος, ἐν τρισὶν ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται· ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ὑγιέες γίνονται.

Quibus cerebrum corrũpi incœperit, intra tertium diem moriuntur. Si vero hos euaſerint, ſani fiunt.

CErebri corruptione incipiente, quam σφακελισμὸν Hipp. aliique Græci vocant, intra triduũ, propterea quòd malum ſit grauiſsimum, párſque male affecta maxime princeps, ægrotantes perire neceſſe eſt. Si vero hos dies ſuperuixerint, ſanitati reſtituentur. Quippe hinc conficimus vires eſſe robuſtas, quæ corruptionem ſuperare poſſunt. In Galeni Comm. vbi eſt de fracturis, Græcè legitur, ἐν τῷ περὶ ἀγμῶν καὶ ἄρθρων, de fracturis & articulis. Vbi legitur, Ne forte igitur, &c. Græce eſt, μήποτ᾽ οὖν, nunquid igitur, &c. habentibus? Per interrogationem enim legenda hæc verba. Vterque locus in poſtrema Galeni editione eſt emendatus, idéoque non eſt cur longiores ſimus.

σφακελισμός.

APHORISMVS LII.

Πταρμὸς γίνεται ἐκ τῆς κεφαλῆς διαθερμαινομένου τοῦ ἐγκεφάλου, ἢ διυγραινομένου τοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ, ὑπάρχει-

ται γὰρ ἀὴρ ὁ ἐνεὼν ἔξω. ψοφεῖ δὲ, ὅτι διὰ στενοῦ αὐτῷ ἡ διέξοδός ἐστιν.

Sternutamentum fit ex capite cerebro calefacto, aut humectata capitis parte inani. Aër enim intus contentus extrà erumpit. Sonat autem, quoniam per anguſtum exit.

QVum multæ ac variæ ſint cauſæ ſternutamenti, vt Galenus etiam in Commentariis ſuis mõſtrauit, Hippocrates tamen de eo ſolo ſternutamento hoc in aphoriſmo agit, quod principium ſuæ generationis habet naturæ motum ſpiritum flatuoſum ex capite excernere appetentis. Ideóque ait, ſternutamentum fit ex capite, eiúſque duas cauſas ſubiungit, calorem nimirum, & humorem. Calor enim humores rarefacit, & in flatûs conuertit, quôs ſubinde natura per ſternutamentum expellit. Solus autem humor in capite redundans ſternutamentum haud excitat, vt in Commẽtariis fuſius Galenus docet. Per inanem vero capitis partem, cerebri ventriculos, aut vniuerſum quod ambit cerebrum, eſſe intelligẽdum idem Galenus diſerte docet. Porro quum ſpiritus flatúſue qui continetur in cerebro, erumpit, ſonat: ídque nõ aliam fit ob cauſam, niſi quòd per anguſtum narium meatum egreditur, vt copioſe à Galeno in Commentariis oſtenditur. Qui quum ſatis prolixi ſint, hãcque Hippocratis ſententiam abunde explicent, non eſt cur in ea enarranda longiores ſimus.

Inanis capitis pars.

APHORISMVS LIII.

Ὁκόσοισιν ἧπαρ περιωδυνέει, τουτέοισι πυρετὸς ἐπιγινόμενος, λύει τὴν ὀδύνην.

Quibus iecur vehementer dolet, iis febris ſuccedens leuat dolorem.

DOlores iecoris vehementes citra febrem, ex flatibus fiunt, quaproptèr febre ſuccedente ſoluuntur dolores, propterea quod hæc ipſa flatus diſſoluat & diſcutiat, vt copioſius eſt à nobis dictum in expoſitione aph. 40. ſect. 6. vbi iis verbis repetitur hic Aphoriſmus, Quibus dolor iuxta

Dolores iecoris vehementes citra febrẽ vnde.

hypoc

hypochondrium fit citra inflammationem, iis febris ſuccedens dolorem ſoluit. Pręterea monendus nobis etiam lector venit, περὶ in hac Hippocratis ſententia intendere & augere ſignificationem verbi ὠδύνεσι, vt aliàs ſæpe, quemadmodum oſtenſum eſt Aphoriſmo 10. ſectionis ſextæ.

APHORISMVS LIIII.

Ὁκόσοισι συμφέρει αἷμα ἀφαιρεῖσθαι ἀπὸ τῶν φλεβῶν, τουτέοισι ξυμφέρει ἔαρι φλεβοτομεῖσθαι.

Quibus ſanguinem à venis detrahere confert, ijs vere ſanguinem mittere prodeſt.

HIc Aphoriſmus abunde eſt à nobis enarratus ſuprà: quare non eſt cur hunc denuo explicemus. 6. Aph. 47.

APHORISMVS LV.

Ὁκόσοισι μεταξὺ τῶν φρενῶν, καὶ τῆς γαστρὸς φλέγμα ἀποκλείεται, καὶ ὀδύνην παρέχει, οὐκ ἔχον διέξοδον, οὐδὲ ἐς ἑτέρην τῶν κοιλιῶν, τουτέοισι κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κύστιν τραπέντος τοῦ φλέγματος, λύσις γίνεται τῆς νόσου.

Quibus inter ſeptum tranſuerſum & ventrem pituita concluditur, doloremque infert, vtpote quæ ad alteram cauitatem exitum non habet: ijs per venas ad veſicam conuerſa pituita, morbus ſoluitur.

IN hoc aphoriſmo docet Hippocrates, quod natura interdum pituitam inter ſeptum tranſuerſum & ventrem concluſum, doloremq; inferentem, per latentes vias ad venas, & ſubinde ab iis ad veſicam tranſmittat: vt veriſsimũ ſit quod alibi de natura dixit, Natura ipſa ſua ſponte, non ex intelligentia, viam impetúmue ad ſuas actiones inuenit. Quippe natura à nullo edocta eſt, neque ea quæ conueniunt facere didicit. Per ventrem autem hoc loco, Galeno in Commentariis teſte, inaudire oportet, τὴν εὐρυχωρίαν, ἔσω κάτω μὲν ὄντι τῶν φρενῶν, ἔνδον τὸ ἀπὸ κατ' ἐπιγάστριον περιτοναίου, laxius ſpacium quod eſt infra ſeptum tráſuerſum, & intra peritoneum quod 6. Epid. part. 5. aph. 2. Venter.

iuxta abdomen eſt. Quum itaque pituita intra hoc ſpatium clauditur, dolorémque ſua tenſione excitat, nec ad alteram cauitatem tranſmitti poteſt, neceſſe eſt vt hanc ipſam naturam extenuet, atque ſubinde per ocultas vias ad venas, & ab iis rurſus ad veſicam tranſferat. Quo facto, accidit vt morbus ſoluatur, expulſa nimirum per vrinas pituita ipſa.

ANNOTAT. IN COMM. GAL.

Quod eſt inter ſepti corpus.] Græcè eſt, ἀντὶ τοῦ μεταξὺ τοῦ τῶν φρενῶν ἰδίου σώματος, ὃ σαρκῶδές ἐστι, quod eſt inter ſepti tranſuerſi proprium corpus quod carnoſum eſt. Tranſumptionem ad venas.] Hic locus non tantum in Latinis, ſed & Græcis codicibus eſt deprauatus. Videtur autem in eum eſſe emendandus modum, ἀλλ' εἰ καὶ οὕτως ἀκούσαιμεν ὦ Μαρῖνε, τὴν εἰς τὰς φλέβας μετάληψιν, ὁμοίως εὔπορος ἂν ἦ. εἰ δύναται γὰρ ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς νεφροὺς ἀφικέσθαι διὰ φλεβῶν, οὐδ' ἐκ τῆς ὑπὸ τὸ περιτόναιον εὐρυχωρίας ἀδύνατον. Sed & ſi ita inaudierimus ô Marine, tranſlationem ad venas, ſimiliter meatus facilis erit. Si enim hinc ad renes per venas peruenire poteſt, neque ex eo ſpacio quod eſt ſub peritoneo, impoſſibile erit.

Galeni locus emendatus.

APHORISMVS LVI.

Ὁκόσοισι τὸ ἧπαρ ὕδατος πλησθὲν, εἰς τὸν ἐπίπλοον ῥαγῇ, τουτέοισιν ἡ κοιλίη ὕδατος ἐμπίπλαται, καὶ ἀποθνήσκουσιν.

Quibus iecur aqua completũ, ad omenti regionem eruperit, iis venter aqua impletur, & moriuntur.

PEr iecur aqua impletum Hippocrates intelligit, Galeno in Commentariis teſte, quod in membrana extrinſecus idipſum ambiente multas veſicas aqua plenas obtinet. Quæ ſi rumpantur, ad omenti regionem, hoc eſt, Galeno interprete, εἰς τὴν κατ' ἐπιγάστριον ἀσφετεραίς χώραν, in locum peritonæi quod iuxta abdomem eſt, aqua effunditur. Quare hæc Hippocratis verba, εἰς τὸν ἐπίπλοον, non ſunt ſic intelligenda, vt aqua ex veſicis iecoris ruptis effuſa in omentum effluat. Solidum enim & firmũ eſt, ita vt nihil in ipſum incidere queat, quemadmodum in Commentariis Galenus fuſius docet. Aqua vero ad prædictum locum effuſa moriuntur, niſi naturæ ope, aut medicamentorum admotione

Iecur aqua impletum

ſeruen

ſeruentur.

APHORISMVS LVII.

Ἀλύκην, χάσμην, φρίκην, οἶνος ἴσος ἴσῳ πινόμενος λύει τὴν νοῦσον.

Anxietudinem, oſcitationem, horrorem, vinum æquali portione aquæ mixtum epotum, ſoluit morbum.

Anxietudinis, oſcitationis, & horroris curationem, per vini cum æqua portione aquæ mixti potionem, fieri hoc loco tradit Hipp. Quippe vinum moderato ſuo calore in corpus digeſtum, eas quæ infeſtant materias, maláq; hæc efficiunt, expellit & vacuat, reliquúmque temperat. id enim eſt Græcis ἐπικεράσαι, quo verbo Galenus in Commentariis eſt vſus. Quid autem proprie hæc vox apud medicos Græcos ſignificet, alibi copioſe, & in explicatione Aphoriſmi 17. ſect. primæ diximus. Quid vero ſit anxietudo, quam ἀλύκην Hippocrates nominat, in Commentariis ſuis copioſe Galenus expoſuit. Errant qui pandiculationem conuertunt, ea enim Græcis propriè σκορδινισμὸς dicitur, & nihil aliud eſt niſi omnium partium corporis diſtenſio. Differtque ab oſcitatione non alia ratione, quàm quod pandiculatio omnium muſculorum ſit Symptoma: oſcitatio vero eorum tantum quę iuxta maxillas ſunt, quemadmodum libro ſexto, Epide. Hippocr. part. 5. Aphoriſm. quarto commonſtrauimus. Cauſas horum ſymptomatum in Commentariis, & lib. 2. de ſympto. cauſis capit. 7. refert Galenus, vt non ſit neceſſe nos prolixiores eſſe. Quod etiam rarius per totam hanc ſectionem errata interpretis in Commentariorum Galeni conuerſione admiſſa annoto, non alia fit de cauſa, quàm quod magna ex parte in recenti editione operum Galeni ſint emendata.

ἐπικεράσαι

Anxietudo. ἀλύκη.

Pandiculatio. σκορδινισμός.

Oſcitatio.

APHORISMVS LVIII.

Ὁκόσοισιν ἐν τῇ οὐρήθρῃ φύματα γίνονται, τουτέοισι διαπυήσαντος καὶ ἐκραγέντος, λύεται ὁ πόνος.

Quibus in vrinaria fiſtula tubercula naſcuntur, ijs ſuppuratione & eruptione factis, leuatur dolor.

Hic Aphoriſmus eſt à nobis ſuprà, nempe ſectione quarta, in qua ordine 82. fuit, enarratus: ideo non eſt cur denuò illum exponamus.

APHORISMVS LIX.

Ὁκόσοισι δ᾽ ἂν ὁ ἐγκέφαλος σεισθῇ ὑπὸ τινὸς προφάσιος, ἀνάγκη ἀφώνους γενέσθαι παραχρῆμα.

Quibus cerebrum aliqua de cauſa concuſſum eſt, eos repente fieri mutos neceſſe eſt.

προφάσις. EOs quorum cerebrum ob cauſam aliquam externam (id enim προφάσιν apud Hippocratem, vt lib. 6. Epid. par. 6. Comm. 17. diximus ſignificat) verbi gratia, caſum ex alto loco, aut ictum capitis commotum & concuſſum eſt, amittere vocem omnéſque alios motus voluntarios (id enim per mutos intelligit Hippocra. vt in Comm. ſuis, & ſect. 6. ſuprà Commen. 51. atteſtatur Galenus) experientia quotidiana confirmat. Quare non eſt cur prolixius hanc Hippocratis ſententiam enarremus, preſertim quùm Galenus eandem abunde explicauerit.

Muti qui?

APHORISMVS LX.

Τοῖσι σώμασι τοῖσιν ὑγρὰς τὰς σάρκας ἔχουσι, λιμὸν ἐμποιέειν. λιμὸς γὰρ ξηραίνει τὰ σώματα.

Corporibus humidas habentibus carnes, famem adhibere oportet. Fames enim corpora exiccat.

Carnes humidæ. Fames. COrporibus carnes humidas, hoc eſt pituitoſas & molles, habentib. famem eſſe adhibendam, hoc loco Hippocrates docet: per famem autem nõ omnimodam, aut diuturnam ciborum detractionem intelligere cõuenit, ſed planè mediocrem quæ nimirum ad carnium humiditatem corrigendã ſufficiat. Nã vt Hippocrates in libro de Veteri medicina ſcriptum reliquit, „ non minus delictum eſt, nec minus hominem lædit ſi pauciora, minúſque quàm conueniat „ aſſumantur. Fames enim magnam vim in natura hominis obtinet, & ſanandi, & debilitandi, & occidendi. Quod vero ex accidente ſiccet fames, & quomodo id accidat, Galen. in Commen. ſuis oſtendit.

Fames ex accidente ſiccat.

APHORISMVS LXI.

Ὅκου ἂν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ τὸ σῶμα καταψύχηται, καὶ πάλιν θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου μεταβάλλῃ, μῆκος νόσου σημαίνει.

Vbi in vniuerſo corpore mutationes fiunt, & modo corpus frigeſcit, & rurſus caleſcit aut colorem alium ex alio recipit, longitudinem morbi ſignificat.

Eſt & hic Aphoriſmus antea enarratus, nempe ſectione quarta, in qua ordine quadrageſimus fuit.

APHORISMVS LXII.

Ἱδρὼς πολὺς θερμὸς, ἢ ψυχρὸς ῥέων αἰεὶ, σημαίνει ἔχειν πλησμονὴν ὑγροῦ, ἀπάγειν οὖν χρὴ τῷ μὲν ἰσχυρῷ ἄνωθεν, τῷ δ᾽ ἀσθενεῖ κάτωθεν.

Sudor copioſus, calidus aut frigidus aſſidue effluens, humoris copiam ſignificat. Deducere itaque oportet robuſto quidem ſuprà, debili verò infrà.

QVum Hippocrates ſuprà monuerit, humores eò ducendos eſſe quò ſua ſponte repunt, faciléque vacuantur, hic vero in validis per vomitum, in imbecillibus autem per alui deiectionem redundantes humores educendos eſſe ſtatuat, idque præter omnem rationem, per alium quendam eſſe hunc Aphoriſmum adiectum quòd Galenus etiam in ſuis Commentariis conſtanter affirmat, nemini non ſit manifeſtū. Vt autem inſereretur, occaſionem dedit imperito cuidam Aphoriſmus 42. ſectionis quartæ, cuius initium à præſenti aphoriſmo nihil diſtat, quemadmodū in ſuis Commentariis Galenus etiam ſignificauit. 1.aph.21.

APHORISMVS LXIII.

Ἤν τις πυρέσσοντι τροφὴν διδῷ, τῷ μὲν ὑγιαίνοντι ἰσχὺς, τῷ δὲ κάμνοντι νοῦσος.

Si quis cibum febricitanti dederit, ſano quidem robur, laboranti autem morbus.

EſT & hic Aphoriſmus, vt omnes ſequentes, ab alio quodam inſertus. abſurdam enim plane ſententiā de ſe præbet. Si quis enim febricitat, nō poteſt eſſe ſanus & laborans, quare quomodo cibus febricitanti datus ſano poſsit eſſe ro-

bur, laboranti autem morbus, non video. In adulterinis itaque ac ſuppoſititiis iis aphoriſmis enucleandis, non eſt cur temerè tempus teramus.

APHORISMVS LXIIII.

Τὰ διὰ τῆς κύστιος διαχωρέοντα ὁρᾷν δεῖ, εἰ οἷα τοῖς ὑγιαίνουσιν ὑποχωρέεται. τὰ ἥκιστα οὖν ὅμοια τουτέοισι, ταῦτα νοσωδέστερα. τὰ δ᾽ ὁμοιότερα τοῖς ὑγιαίνουσιν, ἥκιστα νοσερά.

Quæ per veſicam excernuntur, conſpicienda ſunt num talia ſint qualia ſanis excernuntur. Quæ igitur iis minimum ſimilia ſunt, hæc morboſiora. Quæ vero ſanis ſunt magis ſimilia, minimum morboſa.

ET ſi hæc ſententia à veritate non abhorret (docet enim ea quę ſanis ſunt ſimilia eſſe bona: contrà quæ iiſdem diſsimilia ſunt, mala. quòd Hippocrates etiam in Prognoſticis exemplo faciei, decubitus, excrementorum alui, & vrinæ monſtrat) tamen quia Hippocratis phraſim haud refert, ideo cum Galeno ſuppoſititium eſſe iudicamus. Quare non eſt cur aliquid Galeni Comment. adiiciamus.

APHORISMVS LXV.

Καὶ οἷσι τὰ ὑποχωρήματα ἢν ἐάσῃς στῆναι, καὶ μὴ κινήσῃς ὑφίσταται οἷον ξύσματα, καὶ ἢν ὀλίγα ᾖ, ὀλίγη ἡ νοῦσος γίνεται. ἢν δὲ πολλὰ, πολλή. τουτέοισι ξυμφέρει ὑποκαθῆραι τὴν κοιλίην. ἢν δὲ μὴ καθαρὴν ποιήσας, δίδως τὰ ῥοφήματα, βλάψεις, ὁκόσῳ ἂν πλείω δίδως, μᾶλλον βλάψεις.

Quorum deiectionibus ſi ſtare ſinas, & non moueas quaſi ſtrigmenta ſubſiſtūt, ſique pauca fuerint, exiguus morbus eſt, ſin multa, maior. His confert alui purgatio. Quòd ſi vero aluo haud purgata ſorbitiones dederis

dederis, nocebis: & quo vtique plus dederis, eò magis nocebis.

QVum obſcurus ſit admodum hic aphoriſmus propter improprium nominum & verborum vſum, quemadmodum in ſuis Comment. Galenus copioſè monſtrauit, palàm hinc coniicimus eum non eſſe Hippocratis, ſed ab alio quopiam obſcuritatis affectatore inſertum. Quare quum conſtet non eſſe legitimum, ab eius enarratione lubentes abſtinemus, præſertim quum in eum ſcripſerit prolixos admodum Commentarios Galenus.

APHOR. LXVI.

Αἱ ἀποχρέμψιες ἐν τοῖσι πυρετοῖσι. τοῖσι μὴ διαλείποισι πελιδναὶ, καὶ αἱματώδεες, καὶ χολώδεες, καὶ δυσώδεες, πᾶσαι κακαί. ἀποχωρέουσαι δὲ καλῶς, ἀγαθαί, καὶ κατὰ τὴν κοιλίην, καὶ κύστιν. καὶ ὅκου ἄν τι ἀποχωρέον στῇ μὴ κεκαθαρμένον, κακόν.

Excreationes in febribus intermittentibus liuidæ, cruentæ, biliosæ, & fœtidæ, omnes malæ. Si verò bene excernuntur, bonæ, & per ventrem, & per veſicam. Et vbi aliquid ſecedere debens ſteterit non purgatum, malo eſt.

HAec ſententia ſuprà in ſectione quarta, vbi ordine erat 47. eſt à nobis expoſita, vbi ad verbum ferè eſt repetita. In fine enim adiectum eſt aliquid quod in priore non erat, nempe, Et vbi aliquid ſecedere debens ſteterit non purgatum, malo eſt. Quorum quidem verborum is eſt ſenſus: Si in purgationibus quæ vel per ventrem, vel per veſicam, vel per alia vacuationis loca fiunt, aliquid quod vacuandum erat in corpore manſerit, & non expurgatum fuerit, malum affert. Quæ enim à iudicatione relinquuntur in morbis, Hippocrate ipſo teſte, recidiuas facere conſueuerunt. 2.aph.12.

APHORISMVS LXVII.

Τὰ σώματα χρὴ ὅκου τις βούλεται καθαίρεσθαι, εὔροα

ποιέειν

ποιέειν, καὶ ἢν μὲν ἄνω, στῆσαι τὴν κοιλίην, ἢν δὲ κάτω, ὑγρῆναι τὴν κοιλίην.

Corpora vbi quis purgare voluerit, fluida efficere oportet: & ſi per ſuperiora, aluum ſiſtere: ſi vero per inferiora, humectare.

EXpoſitus eſt hic aphoriſmus in ſectione ſecunda, in qua ordine nonus fuit.

APHORISMVS LXVIII.

Ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα, μᾶλλον τοῦ μετρίου γινόμενα, νοῦσος.

Somnus, vigilia, vtraque plus iuſto facta, morbum præ ſe ferunt.

HIc aphoriſmus ſectione ſecunda, in qua ordine fuit tertius, à nobis eſt abundè enarratus.

APHORISMVS LXIX.

Ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δ᾽ ἔσω καίηται, καὶ πυρετὸς ἔχῃ, θανάσιμον.

In febribus non intermittentibus ſi exteriora frigent, interiora vero vruntur, & febris habeat, letale.

EXplicauimus hanc ſententiam ſuprà, ſectione quarta: in qua ordine 48. fuit.

APHORISMVS LXX.

Ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ ἢν χεῖλος, ἢ ῥὶς, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ὀφρὺς διαστραφῇ, ἢν μὴ βλέπῃ, ἢν μὴ ἀκούῃ, ἤδη ἀσθενὴς ἐὼν, ὅ τι ἂν τουτέων γένηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος.

In febre non intermittente ſi labium, aut naſus, aut oculus, aut ſupercilium peruertatur, ſi non videas, nec

audiat, iam imbecillus exiſtens æger, quicquid horum acciderit, mors in propinquo eſt.

EXpoſitus eſt & hic aphoriſmus anteà ſectione quarta, in qua ordine quadrageſimumnonum fuiſſe conſtat.

APHORISMVS LXXI.

Ἐπὶ λευκῷ φλέγματι, ὕδρωψ ἐπιγίνεται.

A pituita alba, aqua inter cutem ſuccedit.

NOn certè omnis, ſed ea quæ Græcis λευκοφλεγματία, & alio nomine ὑποσάρκα καὶ ἀνασάρκα dicitur. Idque accidit, vbi in venis, & totius corporis habitu pituita fuerit accruata, vt in Comment. ſuis teſtatur Galenus. λευκοφλεγματία.

APHORISMVS LXXII.

Ἐπὶ διαῤῥοίῃ, δυσεντερίη.

Ab alui profluuio, difficultas inteſtinorum ſuperuenit.

NOn quidem omni alui profluuio inteſtinorum difficultas ſuccedit. ſed huic duntaxat quod diuturnum eſt, & in quo deiectiones ſynceræ, hoc eſt bilioſæ, ſunt. Hinc paulò antè dixit. A ſyncera deiectione, difficultas inteſtinorum ſequitur. Bilioſi enim humores paulatim abradunt inteſtina, donec in profundum ſubeũte eroſione, prorſus exulcerentur. Aph. 25. huius ſect.

APHORISMVS LXXIII.

Ἐπὶ δυσεντερίῃ, λειεντερίη ἐπιγίνεται.

A difficultate inteſtinorum, leuitas inteſtinorum ſuccedit.

HIc aphoriſmus pars eſt aphoriſmi quadrageſimitertij, ſectionis ſextæ: quare enarratione non eget.

APHORISMVS LXXIIII.

Ἐπὶ σφακελισμῷ, ἀπόστασις ὀστέου.

A corruptione, oſsis abſceſſus ſuccedit.

COrruptionem & carnis & oſsis ſuccedere oſsis abſceſſum, hoc loco Hippocrates docet. Caro enim ſi corrumpitur,

pitur, corruptio ipſa ad oſſa vſque procedit: quæ & ipſa læſa, ſubinde abſcedere ſolent. Quod multò magis accidit, ſi in ipſo oſſe corruptio cœpit.

APHORISMVS LXXV.

Ἐπὶ αἵματος ἐμέτῳ φθόη, καὶ πύου κάθαρσις ἄνω· ἐπὶ τῇ φθόῃ, ῥεῦμα, ἐκ τῆς κεφαλῆς, ἐπὶ δὲ τῷ ῥεύματι, διάῤῥοια, ἐπὶ διαῤῥοίᾳ, σχέσις τῆς ἄνω καθάρσεως ἐπὶ τῇ σχέσει, θάνατος.

A ſanguinis vomitu, tabes, & puris per ſuperiora purgatio: à tabe, fluxio de capite: à defluxu, alui profluuium: ab alui profluuio, retentio purgationis ſuperioris: à retentione, mors.

Eſt & hæc ſententia ſuppoſititia, quòd multa in ſe abſurda, & ab Hippocratis placitis aliena contineat. Neque enim ſanguinis vomitioni tabes ſuccedit, ſed ſanguinis potius ſputo. Eſt autem coaceruata è duobus aphoriſmis ſupra poſitis & enarratis, videlicet 15. & 16. huius ſectionis, vbi legitimum eorum malorum, quorum hîc fit mentio, Hippocrates ordinem recenſuit.

APHORISMVS LXVI.

Ὁκοῖα καὶ ἐν τοῖσι κατὰ τὴν κύστιν, καὶ τοῖσι κατὰ τὴν κοιλίην ὑποχωρέει, καὶ ἐν τοῖσι κατὰ τὰς σάρκας, καὶ ἤν πῃ ἄλλῃ τῆς φύσεως ἐκβαίνει τὸ σῶμα, ἢν ὀλίγον, ὀλίγη ἡ νοῦσος γίνεται, ἢν πολὺ δὲ, πολλή, ἢν πάνυ πολὺ, θανάσιμον τὸ τοιοῦτον.

Qualia ſint quæ per veſicam & aluum excernuntur, & per carnes, atque ſicubi aliter à natura ſua corpus exceſſerit, conſiderare oportet, ſi parum, exiguus ſit morbus: ſi multum magnus: ſi valde multum, letale eſt ſignum.

Et

ET hic aphoriſmus per alium eſt adiectus, atque è multis Hippocratis ſententiis aceruatus. Docet enim ea quæ ex veſica, aluo, & carnibus excernuntur, hoc eſt vrinas, deiectiones, & ſudores, à medico diligenter conſideranda. Quod in Prognoſticis etiam, & libro ſexto Epidem. Hippocrates multis in locis faciendum eſſe monet. Poſt hæc hortatur, etiam exceſſus corporis à propria natura eſſe contemplandos. Si enim parui fuerint, paruus erit morbus. Si verò multi, magnus. Si valde magni, letales erunt: id quod cuiuis patet, nec prolixiore explicatione opus eſt.

SECTIONIS SEPTIMAE FINIS.

INDEX RERVM INSIGNIVM.

ABdomen quid. 132
Abdominis muſculi qui. 131
Abdominis muſculi craſsi vbi ſint concoctionem probe fieri: ſi tenues, contra. 131
Ad abdomen & imum ventrem partes eſſe craſſas & robuſtas eſſe oportet in vomitu. 132
Abdomen, περιτόναιον. 517
Abortiunt grauidæ miſsione ſang. 408
Abortus cauſa, aluus ſine modo fluens. 412
Abortum portendunt mammæ repente extenuatæ 416
Abortus quibus mẽſibus fiat. 426
Abſceſſus quibus in febribus potiſsimum fiant. 292
Abſceſſuũ cauſæ in laſsitud. 293
Abſceſſus in buccis cur maxime. 293
Abſceſſus in conualeſcentibus è morbo, fiunt ea parte qua laborauit aut dolet. 294
Abſceſſus qui in primis iudicationibus febres non ſoluunt, diuturniores ſignificant. 322
Abſceſſus quibus in febribus fieri ſolet. 359
Abſolutiſsima ſanitas quæ. 134
ἀκαταστασίη. 183
In Acceſsionibus cur à cibis abſtinendum. 33.34
Acceſsio, παροξυσμὸς, quid. 33
Acceſsio interdum pro quatuor morbi temporibus particularibus accipitur. 33.34.35.38
Acceſsiones & cõſtitutiones quo modo morbi indicant. 36
Acceſsiones & conſtitutiones quæ anni tẽpora indicant. 36
In Acceſsionibus per circuitus non eſſe cibandum. 53
Acceſsionum in initiis nõ dormiendum. 72
Acceſsionis initium cõſiderandum. 252
Acceſsiones ſi eandem ſemper horam ſeruauerint, febrem longam portendunt. 292
Ante Acceſsionem in qua fit iudicatio, tempus quodcunque cur difficile ægris, ſequẽs vero facile. 87.88
Acceſsionibus ſingulis febres ſolutæ cur ſubinde reuertantur. 339
Acerba non penetrare ad profunda. 84
Acetabula, κοτυληδόνες. 406
ἄχροα. 415
Acidus ructus, vide ructus.
ἀρατὴς, ἀδυνής. 342
ἀκράτεια, ἀδύναμα. ibidem
ἀκρασἰσωμοσία, θώρηξις. 104
ἄκοπον quid. 155
ἀκρόδρυα quæ. 189
ἀκρὶς locuſta. 48

Actiones animales ſenſificæ. 273
Actuarius. 249
Acutus morbus triplex, Acutus ſimpliciter vel exquiſitè, acutus non exquiſitè, acutus ex mutatione. 20.109.110
Acutus morbus cur dictus. 20
Acutis morbis qui cibus conueniat. 20.21
Acutorum morborum febres continuæ. 24
Acutis in morbis cur raro, & inter initia non purgandum. 66
Acutis in morbis aluo aſtricta quid faciendum. 68
Acuto morbo quæ medicamenta apta purgationi ſunt. 69
Acutorum morborũ prædictiones non eſſe tutas. 100
Acutus morbus quis. 100.520
In Acutis morbis etiam bonos medicos falli. 101
Acuti morborum intra 14. diẽ iudicatio & finis. 109
Acuti morbi ex degeneratione. 110
Acuti morbi cur autũno & æſtate exitioſiſsimi. 186
Acuti valde morbi. 264
Acutis in morbis turgente humore eademdie purgandum, aliàs non. 264
Acutorum morborũ terminus 40. dies. 385
In Acutis morb, frigiditas extremarũ partiũ corp. qd ſig. 520
Acutus morbus grauidis, letale. 407
Acutæ febres, quæ. 181.303
Acutas febres per ſiccitatem fieri. 180
Acutæ febres cur in ſiccitatibus fere contingant. 181
Acutiſsimi morbi qui. 186
Acutas febres excretione ſanat natura. 68
Acutæ febres quibus ætatibus contingere ſolent. 191
Acutorum morborũ febres inſeparabiles. 521
Vide plura in dict. purgare, vacuare, morb. victus, cibus, febres.
Adiectiones, προσθέσεις. 54
Adoleſcentia quando & quouſque. 40
Adoleſcentes cur famem ferre non poſſunt. 42
Adoleſcẽtia ſub pubertate complectitur. 221
ἁδροτέρα δίαιτα, plenior victus. 28
Adſtites variciformes. 420
Aegri partes quę in morbo profligando. 7
Aegri quomodo in tenui victu delinquant. 23
Aegrotanti deteriora exhibere medico quando liceat. 138
Aeruginoſa bilis, ἰώδης. 371
Aerugo, viride æris. ibidem
Aeſtiuorum morborum conſtitutio qualis. 36
Aeſtas quæ veri ſimilis. 178
Aeſtate intemperata cur multi ſudores in febribus. ibidem
Aeſtas ſi ſicca & Aquilonia, quid afferat. 205

Aeſtate & autũno cur ægri diffi-
cili mè cibantur. 53
Aeſtate cognati morbi. 225
Aeſtate per ſuperiora, hyeme per inferiora purgandũ. 254
Aeſtiui morbi cur plerunque breues, autumnales longiores, hyemem attingentes longiſsimi. 116
Aeſtus vehemẽs in febribus circa ventriculum malus. 342
αἰσθητικὸν, ſenſitiuum. 74
Aetates quot numero. 40
Aetatum differentiam ad victus rationem conſtituendam conferre. 40
Aetas quia nobis ſecundum naturam ineſt, ſimilem ſibi victum poſtulat. 50
Aetati aliquid dandum. 51.52
Aetati morbi non congruentes, cur periculoſi. 130
Aetatis mutationes. 150
Aetates aliæ ad morbos alios magis ac minus aptæ. 171
Aetati cuilibet cognati morbi. 230.
Aetates certo annorum numero circumſcribi nõ poſſunt. 236
Aetij & Pauli locus enarratur. 142.
Aetij ſenten. refellitur. 476
Affectus quomodo curentur. 108
Affectus qui morbus nominatur, non ſemper in vigore vehementior exiſtit. 123
Affectus & pathema differũt. 126
Affectus qui dicantur. 176
Affectus corporis duplex. 289
Agens quodcunque in alterum hoc etiam ab eodẽ patitur. 163
ἀγωγὴ, κατάστασις. 185
αἷμα Hipp. quid. 366
αἱμοῤῥαγεῖν. 391
αἱμοῤῥαγία. 286. αἱρετέον. 138
Alacriores pueri calidiores, eóque minime ferunt famẽ. 42
Alacritas in pueris; ſignum eſt copioſioris caliditatis. 42
Alexandrinorum victus. 102
Alentia celeriter & confertim, excretiones quoque celeres faciunt. 97
Algor extremarum partium vehementem dolorẽ affert. 533
Alica, χόνδρος. 21
ἀλύκη, anxietudo. 551
Alimenta plura hyeme quã æſtate cur exhibenda. 46.47
Alimentum confertum quid. 52
Alimentum humidum cur ſolido citius reficiat. 82
Alimentum bifariam capi. 94
Alimentũ quod in corpore continetur triplici differẽtia. 135
Alimenti cognatio cũ eo quod alitur. 137
Plura quęre in Cibus.
ἄλλως pro μάλιστα. 160
Aloë ex accidente ora venarum aperit. 510 Alphi. 224
Alteratio quid & purgatio. 96
Alterationes tres in corporibus animantium. 153
Alui profluuiũ diuturnũ inteſtinorũ difficultas ſequitur. 557
Aluo humida qui iuuenes ſunt, iis qui ſicca melius degunt,

contra,in ſenectute, 164
Aluus humida & ſicca quid. 101
Aluus quibus in iuuentute humida,in ſenectute ſicca,& cõtrà. ibidem
Aluus dura quæ. 176
Alui deiectiones vnde. 213
Alui profluuia æſtiua. 226
Alui profluuia infant. 232
Alui profluuiũ cur tabidis malum. 383.384
Aluus ſine modo fluens cur abortus cauſa. 412
Alui fluoribus ſiſtendis lac efficacisſimum. 453
Alui diuturnum profluuiũ aliquando vomitus ſanat. 477
Alui profluuiũ vehementi pleuritide & peripneumonia laboranti ſuperueniẽs cur malũ. 478
ἀμαυρῶν,obſcurare. 152
ἄμπωτις quid. 13
Agitatio Gal.quid. 350
ἂν potentiua particula. 194
ἀναδύομαι,ὑποστέλλομαι. 34
ἀναιώρημα,ſublimamentum. 353
ἀναλόω euaueſco,pereo. 99
ἀναπνοὴ,reſpiratio. 230
ἀνάπωσις quid. 13
ἀναφέρειν,ad vitam redire. 146
Anaſarca laborantibus vlcera difficulter ſanantur. 472
Anaſarca quid. 557
Anaſarca quomodo interdum ſanetur. 477
ἀνδρία virilis ætas. 41
ἀνδρόμενοι qui. 297
ἄνεσις ſiue παρακμὴ remiſsio, qd 33.34.
Anethum. 248
In Angina quò transferendi humores. 547
Anginæ quæ & quando fiunt. 213 & vnde. 213,214.
Anginæ autumnales. 228
Angina ſubita febricitantibus letalis. 296
Anginæ quarta ſpecies letalis. 298
Anginæ malum ad pulmonem tranſiens,letale quando. 381
Angina quæ & quando periculoſa. 501
Anhelitus. 296
Ad animi deliquium cur interdum & quando vacuet Gal. 17
Animi vſque ad deliquiũ quando vacuandum. 65
Animi exolutio,ἔκλυσις. 65
Animi deliquiũ quomodo effugiant qui venæ ſectionẽ primum patiantur. 66
Animi defectionem citra manifeſtam cauſam,patientes,citò mori. 143
Plura quære in Exolutio.
Anni tẽpora quomodo acceſsiones & cõſtitutiones indicãt. 36
Anni conſtitutionibus plerũque reſpõdere morbos. 180.181
Anni conſtitutio , ſicca melior continuis imbribus. 211
ἀντ[ι]απόδοσις quid. 37
Anteriores partes venis & arteriis abundant. 456
ἀντέχειν,perdurare. 440
ἀντιάδες, glandulæ. 233
Anticanis. 257
ἀντικείμενον cõtrarium quid. 100

Antonius Muſa, vide Muſa.
Anxietudinis curatio. 551
ἀπαγχόμενοι qui. 146
ἀπαλλάττομαι, degere. 102
ἀπαλλάττω. 127.150
ἀπυρεξία, integritas. 311
ἄπνοια ὑστερικὴ quæ. 413
ἀποχρέμψεις, ἀποπτύσματα. 316
ἄφωνοι qui Gal.& Hipp. 386
Aphoriſm. autor Hippocrates. 1
ἀφορισμὸς quid. 1.& 2
Aphoriſmorum libri verè cur dicti cōtra recentiorū nōnullorū medicorū opinionē. 1. 2
ἀφορίζειν quid. 1.& 2
Aphoriſtica doctrina cur nobis chariſsima cōmendatiſimáq; eſſe debeat. 2.3
Aphor. Hippo. ſemper in ſcholis medicis publice enarrandi. 2
ἀποδιδόναι τὸ αὐτοῦ ἔργον, ſuo munere, officióque fungi. 163
Apoplexia vehemens cur curari non poſsit. 144
Apoplexia ſenibus. 242
Apoplexia correpti mori intra ſeptimum diem, niſi eos febris corripiat. 512
Apoplexia qua ætate maxime graſſetur. 517
ἀπορία. 93
ἀποσιτίη, ἀνορεξία. 274
ἀποσκήμματα quæ. 313
ἀποσμικρύνειν, ἀποκορυφοῦσθαι 505
Appetentiā in ſenibus nimia frigiditas cur deiicit. 103
Aqua ſolida cur corporis ſolidas partes non humectet. 270
Aqua optima quæ. 403
Aqua leuiſsima quæ 403
Aqua quæ cito calefcit, & cito frigeſcit leuiſsima. 403
Aqua mulſa à cœna cur exhibēda, &c. 422
Plura vide in dict. frigida & calida.
Aquæ inter cutem autū. 227
Aqua inter cutem per ſpontaneā vacuationem interdum quomodo ſanetur. 477
Aqua inter cutē ſicca, quibus euētura certò cognoſcatur. 265
Aqua inter cutem ab alba pituita ſuccedit. 557
Plura vide in Hydropici.
Aquilonis conſtitutio quæ incōmoda afferat. 173
Aquiloque incōmoda afferat. 175
Aquilonia horrida conſtitutio. 176
Aquiloniæ conſtitutiones quotidianæ quales. 216
Aquilonem imbecillis, ſiccis, &c. tenuibus obeſſe. 218
Aqloniæ cōſtitutionis noxæ. 317
Arcturus. 211
ἀρχὸς, rectum inteſtinum. 442
Ariſtoteles refellitur. 74
ἀῤῥωστία νόσος. 125.323
Ars longa, vita breuis. 3
Ars longa cur dicta. 4
Ab omni arte aliena procraſtinatio, & potiſsimū à medicina. 5
Arteriæ aſperæ tunicæ. 297
Arthritis quid. 214
Articulus. 519
Articulorum dolores. 214.224
Articulorū dolores ſenibus. 242

Articuli qui. 293
Articulorum dolores, à bilioſo ſanguine & flaua bile. 401
Articul.dol. frigida ſanat.ibid.
Articulorum dolores non fieri à nuda qualitate. 516
Artus & membra, κῶλα. 525
ἄσαι, κορέσαι, ἢ πληρῶσαι. 447
ἄση. 253
ἄση etiam δυσφορία, inquietudo. 125
ἄση, faſtidiũ è ſatietate. 125.446.
ἀσήμιος, ἀγχινοῦς. 113
Aſsſtientium partes in morbo profligando. 7
ἀσώδεις, febres quæ. 125
ἀσώμενοι qui. ibidem.
Aſſueta longo tempore etiam ſi deteriora, inſuetis minus moleſtare. 157
ἄσταχοι, cammari ſiue leones piſces. 98
Aſthmata. 233.240.
Aſtronomia medico cognitu neceſſaria. 257
Athletarum affectio qualis. 16
Athletarum genus miſerr.ibid.
ἀθληταὶ quaſi ἄθλιοι. ibidem
Athletæ cur plurimo alimento egent. 46
ἀθρόως τρέφειν. 97
ἀθρόως, opponitur κατὰ βραχὺ. 97 109. 366.
αἰθρία, ſerenum cœlum. 200
Atlantiades. 211
Auditum hebetat auſter. 174
Auerrois cauillum. 335.337
Auicenna notatur. 77
Auriũ humiditates infantiũ. 231
Aurium dolores æſtiui. 226
αὐξανόμενα quæ. 43
Auſter ab hauriendis aquis. 174
Auſter quæ incõmoda affert.ib.
Auſtri ventri cõſtitutio quæ incommoda afferat. 173
Auſter lenis, quid. 300
Auſtrinæ conſtitutiones quotidianę quales. 216
Auſtrinæ cõſtitution.noxæ. 218
Autumno & æſtate cur ęgri difficillime cibos ferant. 53
Autumnus pluuius & auſtrinus quid mali afferat. 205
Autumnales morbi quomodo expectandi. 172
Autumnales morbi qui & quales. 173
Autumnus inæqualis, cuiuſmodi & eius morbi. ibidem
Autumnus cur inſalubris. 186
Autũnus tabidis, cur malus. 190
Autumni cognati morbi. 227
Autumnus non eſt natura frigidus. 205
αὐχμηρὸν 191
αὐχμὸς, ſiccitas. 186
BAlbi qui, & quib' de cauſis balbuties oriatur. 497
Balbi quia humidiore cerebro ſunt, longo alui profluuio corripiuntur. 497
Balneum quos oculorum dolores ſanet. 496
Balneum an omnibus ex æquo febribus competat. 543
Balneum aquæ dulcis hecticis vtile. ibidem
Bibentibus noctu quomodo medendum

dendum. 404
Bilis cruda,& bilis cocta quę. 61
Bilis non euicta à natura qualis. 62
Bilis non eget craſsitie vt educatur. ibidem.
Bilis vt commode vacuetur, an concoctionem exigat. ibidē.
Bilis atra canicā non naturalem appetentiam efficit. 104
Bilis nigra. 280
Bilis atra in quocunque morbo incipiente exierit,letale 281 & ſequentibus.
Bilis atra generatio. 282
Bilis æruginoſa, ἰώδης. 371
Bilioſos oīno non eſſe flatuoſos. (493
Bilioſus ſemper acutos morbos efficit. 536
βίος, δίαιτα interdum. 150
βλάβη. 58. βουβών. quid. 327
βόρβορος, βορβορώδης. 348
βορβορυγμὸς quid. 346
βράγχος, raucitas quid & vnde. 90.142.
Bulla q̃re celeriter ſoluatur.147
Bullarum in vrina cauſa. 537
Bulimos quid, & vnde fit. 105
Καχεξία, infirma conſtitutio. 15.
κακοήθεια quę & vnde. 469
κακοχυμία. 80
In κακοχυμίᾳ humor quatenus peccet. 13
κακοχυμίαν quidam perperam prauam humorum qualitatē interpretātur, cùm ſit potius vitium ſucci aut vitioſus ſuccus. 11. 12
καιρὸς,occaſio, ſeu tempus opportunum, non ſimpliciter tempus. 5 Calculi. 2.3
Calculi nota,vrina arenoſa. 366
Calculo ſeniores raro laborant. 471
Caliginem obducit auſter. 174
Calor innatus quid. 43
Calorem externum cōcoquere quomodo intelligendum. 60
Calor natiuus concoctionem facit. ibidem.
Calor natiuus æſtate paucùs,hyeme contrà plurimus. 46
Calor natiuus duplex. 46.397
Calor famem impedit. 103
Calor aut frigus quā parte corporis eſt,ibi morbus. 304
Calor immodicus ſterilitatis in mulieribus cauſa. 448
Calida fractis oſsib⁹,cōfert.396
Calida herpetibus confert. 396
Calida ſupputat. 395
Calidæ facultates quę. 395
Calidæ variæ acceptiones. 179
Calidum θερμόν. 43
Calidum duplex. 385
Calidū qūo de tēpato dicat̄. 386
Calidū immodicè corp⁹ quę mala & detrimenta afferat. 385
Caliditas. 451
Caliditas & humiditas aëris nō ſunt qualitates noſtræ propinquæ. 188
Caliditas fluxiones attrahit. 294.
Calefacere multum & repente cur non liceat. 160
Calui. 499

Caluitium, φαλάκρωσις. ibidem.
Cammari, ſiue Leones piſces ἄστακοι 98
Cancri occulti qui. 502
Cancros occultos non eſſe curãdos. 501
Candidi oculorũ palpebris comiſsis in ſomno apparitio, ſignum exitiale. 513
Canina fames. 104
Canina appetentia magis vniuerſalis, quàm bulimos. 105
Canini dentes infant. 232
Canis, Canicula, σείριος. 257
Canis minoris ortus. 256.257
Canis minor. 257
ſub Cane & ante canem purgantis medicamenti vſus moleſtus. 256.258
Capere & nõ capere cibum. 79
Capite dolentib' lac, malũ. 452
Capitis dolores quæ ſenatu difficiles. 474
Capite icto, ſtupor aut delirium ſi fiat, malum. 527
Capitis dolores vnde oriantur, & quomodo ſanentur. 473
Capitis grauitatem auſter efficit. 174
Capitis pars inanis quæ. 548
Capitis dolor duplex. 458
Capitis poſteriore parte dolenti, recta in fronte ſecta vena prodeſt. 458
Caput quando dolet primaria ratione. 459
Capillorum defluuium in tabidis letale ſignum. 382
Capillorũ defluuio laborãtibus magnæ varices nõ fiunt: quod ſi fiũt, capilli renaſcũt. 499.500
Capillorum defluuij ratio. 500
Carabi. 98
καρδία quid. 342
καρδιωγμὸς, cordis dolor. 275.498
καρὶς piſcis, ſquilla. 98
Caro liuida propter os ęgrotãs, malum. 521
Carnoſus. 149
Carũculæ in vrina qd notẽt. 361
Carus, quid. 376. (362
Caſtrati. 491
καταγλισχραινόμενα quæ. 325
κατ' ἕξιν quid. 56.58
καταλύω. 146
κατα προαίρεσιν. 93
καταῤῥήγνυμι. 357
κατάῤῥους quid. 540
κατὰ βραχύ. 97.109. 36.211
κατασκήπτειν. 313
κατάστασις. i. conſtitutio, quid.
κατάψυξις, φρίκη. 338
καθαίρειν, purgare. 81
καθαρθέω, πλύνω. 385
καθεστῶτες καιροὶ qui. 182
καθεστηκυῖα ætas. 220
καθίστημι, moderor. 182
καῦμα quid. 498.527
καυσώδεις, ardentes febres. 38
Cauſa continens nulla in morbis. 107
κενεαγγίη quid 12 κενόν. 160
κένωσις, vacuatio. 106
διὰ κεφαλαίων, ἢ ἐν κεφαλαίῳ, paucis ſeu ſummatim. 38
κεφαλαλγικὸν 351
Cerebrũ primũ ſenſitiuum. 74
Cerebri humiditatẽ nariũ copioſus

ſus mucus indicat. 468
Cerebrum, humidius eſſe natura. 467
Cerebro præciſo aut vulnerato, ſequi vomitum & febrem. 511
Cerebri vulnus letale. 479
Cerebri corruptione incipiente ęgrótantes intra triduũ mori aut ſi illud euadát, ſanari. 547
Cerealia, δημήτρια. 449
χείμετλα, perniones. 396
χειρονομεῖν, χειρονομία, χειρόνομος. 156
χόριον, fœtus inuolucrum, Latinis Secunda. 413
χρήσιμον medicam. 252
χωρέοντα quæ. 65
Cibandi conſilia duo eſſe potiſſima. 31
Cibãdum potius initio morbi, quàm vbi vires collapſę 23. 32
Cibi ſumẽdi modus quibus metiendus rebus. 51. 52
Ciborum vſus in ægris. 53
Cibum cur difficillime ferant ægri æſtate & autumno. 53
Cibum virium gratia non mor bi dandum. 31
Cibi plus quàm naturæ conueniat, non ingerendum. 93
Cibum præter naturã trifariam ingeri. ibidem
Cibos qualitatis ratione etiam obeſſe. 95
Cibis cur abſtinendum in acceſſionibus, & quando non. 33. 34 35.
Ciborum natura diligẽter conſideranda. 97
Cibus prauus in bonum alimentum verti non poteſt. 135
Cibus prauus quis. ibidem
Cibo prauo vtẽtes cur nõ purgãdi, & quomodo curãdi. 134. 135
Cibo prauo vtẽtes celeriter exolutionem pati. 134
Cibus paulo deterior cur interdum ægroto exhibendus. 138
Cibus quando rectè à ventriculo complectatur. 139
Cibo vberiore vtendũ quõ. 269
Cibi faſtidiũ in diuturno morbo, malum. 523
Plura vide in Alimento.
Cicatrices diuturnorum vlcerũ cauæ. 508
κυνάγχη quid. 38
κύφωσις, gibbus. 142
Circuitus, περίοδος, quid. 34. 332
Circuitus totius ſex tẽpora. 332
Circuituum incrementa quę, & quomodo obſeruanda. 36. 37
κίῤῥος fuluus. 105
κιρσοειδεῖς qui. 420
κυρτὸς, cauus. 509
κίττα, pica, quid. 447
κνήμη, tibia. 97
κνισσώδης, ructus nidoroſus. 498
κοχλίαι, limaces. 98
κοιλία quid. 11. 45. 147. 215. 342. 480. 531.
κῶλα, artus, membra. 525
Colliſio, θλᾶσμα, & θλάσις. 77. 239.
Collum ſi febricitanti luxetur, letale. 298
Colores in deiectionibus quomodo obſeruandi. 279. 280
κῶμα quid. 8. 73. 74
Comitiali morbo pueri quomo

do liberantur. 149
Comitiales morbi qui, & vnde, & quando fiunt. 150. 222
Comitiales morbi adoleſc. 238
Comitiales morbi qui mutatio nem capiant, qui non. 377
Comitiali laborantes quartana ſuperueniente liberari. 461
Comitiali morbo nõ capi, quartana laborantes. 461
Comitialem efficit multa capitis humiditas. 467
Conceptionis ſignum, vteri coarctatio. 417
Concipientibus & ſecundo tertióq; mẽſe ſine cauſa abortiẽtibus, iis acetabula vteri plena mucoris eſſe. 426
Concipere quas ob cauſas mulieres nequeant. 447
Cocta quæ. 61
Concoctio quid. 58
Coctio ſeu concoctio morbi quid. 31
Concoctio duplex. 59
Concoctio naturalis quæ. ibid.
Coctio, à calore natiuo fit. 60
Coctionẽ iuuantia quę. ibidem.
Cõcoctio altera partim naturalis, partim præter naturã. 61
Cõcoctio interdũ alteratio humoris morbum efficiẽtis. 142
Coctionis ſigna. 353
Coction. priuatio, ἀπεψία. 466
Confertim nutrire quid. 98
Confertim, quid. 538
Per conſenſum pati quid. 100
Conſiſtendi tempus quod. 40
Conſiſtentia, σύστασις. 348
Conſiſtentia inæqualis & aſpera. 348
Conſtans ſeu media ætas, καθεστηκυῖα. 220
Conſtantis ętatis frigidiores iuuenibus, eóque facilius famẽ ferunt. 41
Cõſtãti ętati cognati morb. 240
Cõſtitutiones ſummè firmæ. 15
Conſtitutio κατάστασις quid. 36
Conſtitutiones & acceſsiones quomodo morbi indicant. 36
Cõſuetudo, acqſititia natura. 50
Cõſuetudinis indicatio, eadem quæ & ætatis 50
Cõſuetudini aliquid dãdũ. 51. 52
Cõſuetudo altera natura. 155
Conſuetudo exercitiorum. ibi.
Conſuetudo vnius formę cur periculoſa. 157
Conſueta etiamſi deteriora, inſuetis minus moleſtare. ibid.
Cõſuetudo etſi altera ſit natura, mutanda tamen. ibidem.
Conſuetudinis mutatio non ſit repentina. 158
Conſuetudinis mutatio qua ætate fieri debeat. ibidem.
Continens cauſa in morbis nulla. 107. 535
Continuæ febres quæ. 308
Contrariũ ἀντικείμενον quid. 106
Cõtraria cõtrariorũ remed. 154
cõtraria cõtrariis curãt. 105. 390
Cõualeſcẽs ſi nõ cõedat, neq; cibũ appetat, vacuatiõe eget. 79
Conuulſio duplex. 117
Cõuulſio ſi febrẽ pręcedat quàm ſi ſequatur, melius eſt. 117

Conuulſio per conſenſum. 118
Conuulſiones infan.dĕtient.232
Conuulſiones in acutis febribus malum portendere. 343
Conuulſiones. 344
Conuulſiones aqua frigida parit. 388
Conuulſio ex ſiccitate cur inſanabilis. 372
Cõuulſio ex vulnere, letalis. 373
Conuulſionẽ aut ſingultũ à copioſo ſanguine profluente, malum eſſe. 374
Conuulſio immodicã purgationem ſubſequens, malum.ibi.
Cõuulſionẽ cur faciat vinũ. 375
Conuulſionibus frigida quomodo prodeſt. 402
Conuelli rarò quibus tumores in vlceribus apparent,& contrá. 455
Conuulſiones accedente quartana diſſolui. 461
Conuulſionis cauſæ duæ. 502
Conuulſio duplex. ibid.
Conuulſ.ilei exitialis ſignũ.526
Conuulſio à vehementi feruore, malum. 527
Conuulſio aut delirium à vigilia, malum. 529
Conuulſio ex immodica purgatione letalis. 532
Copi erratum. 85
Cordis morſus in febribus, malus. 342
Cordis vulnus cur letale. 480
Cordis dolor, καρδιωγμὸς. 275
κόρυζα, grauedo vnde. 142
Cor non eſſe primũ ſenſitiuũ.74
Cornelij Celſi locus explicatur. 118
C.Celſi conuerſio probatur.206
Celſi locus enarratur. 260
Corpora quæ creſcunt, augentúrque, cur plurimo alimento egeant. 43
Corpus tertiũ, quod primæ noſtræ naturæ ſubſtantiam complet, eſſe ſemen. 47
Corpus noſtrum è tribus conſtat. 78
Corpus extenuatum quomodo reficiendum. ibidem.
Corpora impura quo magis nutriueris, eo magis lædi. 80
Corpora fluida faciendi ratio duplex. 81
Corpora quæ qui purgare vult, fluida eſſe oportet. ibidem
Corpora ſana per medic. purgans celeriter exoluunt. 134
Corpus ſymmetrũ ſiue cõmodè ratũ non eſſe purgandũ. 134
Corporis, quum fatigari cœperit, laſsitudinis remedium quies. 154
Corporis partes exercitatæ, robuſtiores fiunt. 156
Corpus quocunq; modo ſubito multum & repente mouere cur non licet. 160
Corporis proceritas cur in iuuenta liberalis, in ſenectute ĩutilis, breuitatéq; peior. 165
Corpus magnum quod.ibidem.
Corporis omne malum à nobiliorib.part. & interiorib. ad ignobiliores & exteriores

ver

verti, bonum eſſe: & contrà, malum. 487
Corruptela quõ curanda. 135
Cotyle attica, quæ. 409
κοτυληδόνες, acetabula. 406
Coxa, ἰσχίον. 228. 429. 519
Coxa quibus excidit, quæ mala ſuccedunt. 519
Coxendix quid. 228
In Coxendice diuturna coxa è ſua cauitate cur exeat, & rurſus ingrediatur. 518
Craſsities vnde fiat. 62
Craſsitiem attractioni medicamenti purgãtis obſiſtere. 62
Craſſæ immodicè concipere nõ poſunt. 427
κριμνώδης, farinacea vrina. 535
κρίνεσθαι. 397. κρίσις. 7
κρίσις, iudicatio ſiue acceſsio. 54
κριτήριον, δοκιμαστήριον, δικαστήριον. 403
Crudi humores cur mouẽdi. 59
Cruda, ὠμά, quæ. 59. 60
Cruda non medic. purgantibus vacuanda, ſed concoctio expectanda. 61
Cruda non eſſe vacuanda, niſi turgeant. 58. 63
κτείς, pecten. 368
Curationes ſummæ quæ. 26
Curatio quandoque à ſummis præſidiis auſpicanda. 26
Cubitus. 96. 461
Cucurbitula maxima. 432
Cutis & cuticula. 265
Cutis vniuerſi corporis excrementa ſuſcipit. 57
Cutis quib. arida & ſicca obtendit, ſine ſudore: quib. laxa & rara, cũ ſudore moriunt̃. 463
Cutem extenuat calida. 395
Cutem emollit calida. ibid.
Cutem frigida obdurat. 391
D
Declinatio παρακμὴ quid. 33. 34
In Declinationibus nemo vnquam vi morbi periit. 31
Declinans ætas quæ. 41
Decretoriorum dierum ratio à lunari curſu. 115
Deficiens iudicatio. 86
Defrutum & ſapa. 371
Deiectiones nigræ quomodo ab atra bile differunt. 279
Deiectio nigra quid notet. 279
Deiectionum colores deteriores quæ. 280
Deiectiones bilioſę ſurditate ſuperueniente deſinere. 288
Deiectiones ſyncerę in diuturnis morbis, malum. 523
Delirium, παραφροσύνη quid. 72
Delirium quid, & vnde. 321
Delirium & ſpirandi difficultas in febre cõtinua ſignum eſſe letale. ibid.
Delirium aliud q̃ phrenitis. 355
Delirium in febribus ardentibus quibus fiat, & cur. 488
Deliria quæ ſecura, quæ periculoſa. 514
Delirium aut conuulſionem à profuſione ſanguinis malum ſignificat. 524
Deliriũ ilei exitialis ſignũ. 526
Delirium à vigilia, malum. 529
Denigrationes, μελασμοί. 388

Denigrationes facit aqua frigida. 388
Dentiẽdi tempus & morbi. 232
Dentes canini infant. ibid.
Dẽtibus in febre lẽtores enati, vehementiores indicant. 324
Dentes ſenſibiles eſſe. 389
Dentes cur lædat frigida. 389
Deplorati non curandi, neq; victus ratione, neque aliis præſidiis. 30.124
δέρμα, cutis. 365
Deſtillatio ſenibus. 242
Deſtillationes tuſsis comitatur. 400
Deſtillationes frigida excitat. ibid.
Deſtillationes in ventrem ſuperiorem, vltra 20. dies ſuppurantur. 540
δεύτερον. 53
διακοπὴ, τρῶσις, ἢ διὰ βάθος τομὴ, præciſio, vulneratio. 512
διακόπτω, profundè ſeco, diuido, & vulnero. 479
διαχωρήσιαι, excretiones. 94
διαχώρησις, κένωσις. 453
διαιτητικὴ medicina quæ. 138
διάλειμμα, intermiſsio quid. 33
διαλάπειν quid. 315
διαφέρω quid. 470
διάφραγμα, φρὴν, ſeptum tranſuerſum. 276.480
διαπνοή. 47.27.413
διάρροια, profluuium. 213
διαστρέφεσθαι quid. 320
διαθέσεις ἐν σχέσει καὶ ἕξει. 289
Dies iudicatorij qui & quomodo contẽplabiles. 113.& ſeq.
Dies ſextus quis. 109
Dies intercidentes & prouocatorij. 111
Diei ſexti iudicat. ſuſpecta. 291
Dies ſextus tyrãno collatus. 291
Plura vide in Iudicatorius.
Dignotio, σημείωσις. 96
Dignotio à triplici tempore deſumpta. 96
δημήτρια, Cerealia. 449
διωκτέον. 175
Diocles Caryſtius. 215
δι' ὅλου, aſsiduè. 193
διὰ ταχέων. 348
δύσκριτον, δύσλυτον. 292
δύσκριτοι καιροί. 183
δυσεντερία. 82
Dyſenteria ab atra bile facta cur letalis. 284
Dyſenteriæ ſpecies. ibid.
Dyſenteriæ letalis ſigna. 280
Dyſenteria αἱματηρὰ quæ. 456
In Dyſenteria præcipuè febrili cibi faſtidium, malum. 468
Dyſenterias diuturnas cur ſequantur febres. ibid.
Plura quære in Inteſtina.
δυσεξανάλωτα quæ. 99
Diſpoſitio non ſignificat affectum. 51
Diſtentio, τέτανος. 290
Diſtẽtio eſt peracut⁹ morb⁹. 376
Diſtentiones facit aqua frigida. 388
Diſtentionem quãdo & quomodo ſanet frigida aqua. 392
Diſtentio à vehementi feruore, malum. 527
Diuturnus morbus. 22

Dolor, πόνος, duplex. 76
Doléctibus aliqua corporis parte, dolorémq; non ſentientibus, iis mens ægrotat. 78
Dolor bifariam accipitur. 151
Dolores gemini ſi ſint in diuerſis locis, vehemẽtior alterum obſcurat. ibid.
Doloris ex motu remedium quies. 154
Dolorem inſuppurabilem frigida parit. 391
Dolorem lenit calida. 395
Dolores cur ſoluat frigida. 402
Dolore affectus locus & magnitudo cõſiderãda medico. 470
Dolores & tumores in profundo corporis excitati, vehemẽtiores & periculoſiores iis q in eiuſdem ſuperficie. 472
Dolores ſublimes qui. ibid.
Non Dormiendũ à purgat. 271
Dorſi dolores ad cubitũ deſcendẽtes, venę ſectione ſolui. 485
Duritia à ſicco corpore inſeparabilis. 463

EBrios quãdo cõuulſos mori contingat, quando non. 375
Ebrietas nocentiſsima. ibid.
Ebrij cur muteſcant. ibid.
ἐκ, pro μετὰ. 314. 384. 506
ἐκ νοσημάτων & ſimilia. 282
ἐκθήλυνσις, χαυνότης. 387
ἔκκρισις, excretio. 88
ἔκλυσις, animi exolutio. 65
ἔκλυσις ἢ λειποθυμία. 142
ἔκπληξις, ſtupor. 527
ἔκστασις, alienatio mentis. 522
ἐκτιτρώσκειν quid. 101
ἐκτροπὴ, degeneratio, immutatio. 97
ἐχόμενα quid, & ἐχόμενοι. 219
ἐχόμενον, βιαζόμενον. 478. 501
ἐγκαταλιμπανόμενα. 86
ἔγκαυσις, exuſtio. 95
ἔγκαυσις στομάχου quid. 498
εἰλεὸν quid. 526 εἰσβολὴ. 32
Elebori albi exhibendi pondus & præparatio. 268
Plura, quære in veratrum.
ἑλκώδης, laſsitudo quæ. 76
ἔμμοτον quid. 429
Emmotorũ præcipuus vſus. 430
ἐμπνευθῆναι, φθαρῆναι. 483
Empiricorum obſeruatio. 96
ἔνδεια. 92
ἐν πλάτει quid. Gal. 152
ἔντονος, robuſtus. 216
ἐντονία, καρτερία. ibidem
ἐπιβραχὺ. 97
ἐπιβρύχια. 112
ἐπικερᾶσαι, temperare. 551
ἐπικύησις, ſuperfœtatio quid. 434
ἐπίκρασις quid. 52. 80. 135
ἐπικραστικὰ medicamẽta quæ. 52
ἐπιδερμὶς, cuticula. 365
ἐπιλείχεσθαι. 20. 21
ἐπιδιδόναι. 126 ἐπιδημεῖν. popülariter graſſari. 193
ἐπιδήμιον νόσημα quid. ibidem
ἐπιγάστριον, abdomen. 132. 133
ἐπίμετρον quid. 189
ἐπιφαινόμενα quæ. 37
ἐπιφλογίσματα, inflammina. 399
ἐπίπλοον, omentum. 428. 517
ἐπίπτυσις. 346
ἐπισημασία quid. 71
ἐπίσημος. 304

ἐπι

ἐπιτηδεύματα quid. 38.253
ἔπομβρος & ἐπομβρία. 192.205
ἐπίκρασις quid. 135
ἔργον, munus, officium. 163.166
ὀργαλέες, χαλεπόν. 136.471
ἐρυγμοὺς. 362
Eryſipelas vnde, & quotuplex. 399
Eryſipelas in vtero grauidæ, letale. 425
Eryſipelas ab externis partibus ad internas propelli, malum: & contrá. 487
Eryſipelas vnde naſcitur. 529
Eryſipelati ſi comitatur putredo au ſuppuratio, malũ. 529
Errata tum in tenui victu tũ in pleniore inter ſe cõparata. 22
Erraticæ ſeu incertę febres. 217
ἔσχατα quid Hipp. 28
Eteſiæ venti & vnde. 195
Euacuatio, quære vacuatio.
εὖ, σύμμετρον. 136
εὐκρινέω. 69
εὐκρινής. 182.183
εὔδιος, & εὐδία quid. 197.184 198.199
εὐεξία, firma conſtitutio. 15
εὐεξία duplex. ibidem
εὐλαβεῖσθαι. 246
εὔφορος. 81
εὔσχημος. 149.261.392
εὐσιτεῖν & εὐσιτία quid. 125. 127
εὐπαθεῖς ἢ εὐκρινεῖς νόσοι. 182
Eunuchus quid. 491
Eunuchi qui neque podagra laborant, neq; calueſcunt. 490 & ſeq.
ἐξαίφνης quid ſign. 455
ἐξανθήματα, papulæ. 253
ἐξανθήσεις. 224 ἕξις quid. 15
Excreationes quæ bonæ, quæ malæ. 555
Excrementa alui quãdo in praua commutentur. 89
Excretiones cur inſpiciẽdæ. 90
Excretiones alui nũ mala totius corporis ſignificare poſsũt. 91
Excretiones celeres faciunt celeriter alentia. 97
Excrementorum mutationes in profluuiis iuuant, niſi in praua mutentur. 88
Excretiones λιχνώδεις. 98
Excretiones faciles ab alimentis facilè nutrientibus. ibid.
Excretiones in febribus continuis quæ malum, quæ contrà portendunt. 316
Excretiones in diebus non decretoriis factæ, malæ. 335
Excrementorum alimenti duo genera. 212
Excrementa ſpumoſa quę & vnde generantur. 534
Plura, vide in dictione, purgatio. Ad exemplum. 18
Exercitiis ſolitis aſſueti, etſi inualidi, non aſſuetis etiam robuſtis facilius ferunt. 155
Exercitatæ corporis partes, robuſtiores fiunt. 156
Experimẽtum in medic. cur periculoſum. 6
Experientia & ratio ſiue iudicium duo inſtrumẽta medic. ad remedia inuenienda. 7

Expletiones multæ & repentinæ noxię. 16
Exquiſitæ tenuis victus. 20
Externa quæ ægro obſeruanda in morbo. 7
Extenuatis lac vtile. 453
Extreme leuiſsimus victus. 20. 407.
Extremorum nomina per abuſionẽ mediocriter tribuũt. 428
Exolutio animi, ἔκλυσις. 65. 143
Exolutionis manifeſtæ cauſæ. 143.
Exolui quid. 134
Exolutionem qui celeriter patiantur. 134
Exolutionem crebrã citra manifeſtam cauſam patientes cito mori. 147
Plura quære in animi defectio.
FAcultates quæ medicamentis à tota ſubſtantia inſunt ſemper validiores. 248
Facultates gubernantes animal, tres. 93
Famem qui facile, quíque nõ facilè ferant. 41. 42
Famẽ diutius tolerare, vẽtriculũ malis replet humorib. 75
Fames, λιμὸς. 92
Fames bifariã accipitur. 92. 104
Fames vbi eſt, ibi minimè laborare oportet. 92
Famem calor quõ impedit. 103
Famem cur excitat frigus. 103
Famis non naturalis cum naturali ſimilitudo. 104
Famem vinum meracius potum tollit. ibidem
Faſtidium cibi, ἄση. 446
Fatigatio ex motu, quiete ſanatur. 154
Fauces vbi ægrotant, quid obſeruandum. 89
Fauces, φάρυγξ. 89. 175. 297
Fauciũ aſperitates efficit aquilo. 175
Fauces tenues. 297
Fauilla, fumus, fuligo cur ignẽ extinguere ſolent. 147
Febres acutorum morborũ continuæ. 29
Febres intermittentes quæ, quõ in iis nutriendum. 34
Febribus continuis non niſi in declinatione nutriendum. 34
Febres humidæ, τυφώδεις ἢ ἠλώδεις. 38
Febres ardentes, καυσώδεις. 38
Febribus acutis cur ſenes non corripiantur. 44
Febris vnde dicta. 49
Febris omnis præter naturã. 49
Febricitantibus humidus victus confert. 49
Febris cum affectus ſit ſiccus & calidus, cur humidũ ei victũ ſolum, non ſimul etiam frigidum aſsignet Hipp. 49
Febres acutas excretione ſanat natura. 68
Febres raro ventris deiectione ſanat natura. 68
Febri peſtilẽtiali quomodo ſuccurratur. ibidem
Febrem in conuulſione fieri melius, quàm conuulſionem in febre. 117

In

In Febre exigua in eodem ſtatu permanere corpus, malũ. 121
Febres καυσώδεις quæ. 125
Febres acutæ ſi ſenes inuadunt, cur exitioſæ. 130
Febres & dolores accidunt magis quum pus cõficitur, quàm eo confecto. 152
Febres vt in ſuppuratione accendantur. 154
Febribus ſudores multi in temperata æſtate. 178
Febres acutæ. 209
Febres lõgæ cur accidant. ibid.
Febres longæ vnde. 213
Febres erraticæ autũnales. 227
Febres infant. dentientium. 232
Febres diuturnæ quibus. 235
Febres acutæ adoleſc. 238
Febricitãs per ſuperiora an per inferiora purgandus ſit, notę. 274. 275. 276. 277. 278
Febris intermittẽs cõtinua. 308
Febres non intermittentes continuæ. 308
Febris ſemitertiana. ibidem
Febres cõtinuæ tertio die vehementius affligentes, quæ. ibi.
Febrium intermittentium differentiæ. 311
Febres quibus diuturnæ, iis tubercula & dolores in articulis innaſci. 312
Febres poſt diuturnas quibus tubercula & articulorum dolores fuerint, ij pluri cibo vtũtur. 314
Febris ardẽs quæ pernicioſa. 318
Febris cõtinuæ letalis ſigna. 319
Febres ardentes quæ interdum non ſiticuloſæ. 325
Febres in adenum tumoribus ortæ præter diarias, malæ omnes. 327
Febrẽ cõuulſioni ſuccedere, quã febri conuulſionẽ melius. 329
Febrem ardentem cur rigor ſuccedens ſoluat. 330
Febricitantẽ niſi diebus imparibus febris dimiſerit, reuerti ſolet, q̃uo intelligendum. 334
Febres ſingulis acceſsionibus ſolutę, cur ſubinde reuertantˉ. 339
Febres interdum morbi, interdum ſymptomata. 343
Febres diuturnæ an ſemper per abſceſſus & deceſſus iudicentur. 358
Febres vnde fiant. 388
Febres laborioſæ quæ. 389
Febricitantibus lac nocet. 452
Febribus diuturnis debilibus lac prodeſt. 453
Febribus ardẽtibus tremores ſuperueniẽtes deliriũ faciũt, 488
Febres acutorũ morborum ſunt inſeparabiles. 521
Febrium ſimplicium tria genera prima. 542
Febris ex bile nata. ibidem
Plura quære in acutus, tertiana, diaria. Ficus σῦκος quid, 140
Fidendũ non eſſe iis, quæ præter rationem leuant. 119
Femur, μηρός. 457
Flatuũ generationis cauſa. 267
Fluida corpora bifariã accidere. 81

Florens ſeu vigens ætas quæ. 40
Fluori muliebri conuulſionem & deliquium ſuccedētia, malum. 440
Fœmen quid. 368. 461
Fœmina in coitu ſemen excernit. 265
Fomentum quos oculorum dolores ſanet. 496
Frigus cur excitat famem. 103
Frigiditas nimia cur in ſenibus appetentiam deiicit. 103
Frigidū, ψυχρὸν, 238. 391
Frigidæ aquæ immodicus vſus quibus maximè partibus corporis obſit. 388. 389
Frigida quæ mala afferat. 391
Frigidæ vſum quæ commoda ſequantur. 392
Frigida quæ commoda quæque incommoda afferat. 398
Frigida quando & quibus phlegmonibus admouenda. 399
Frigidæ adhibendus modus. 398
Frigida admodum, quæ mala adferant. 399. 400
Frigiditas. 450
Frigiditas extremarū partium corp. quid ſignificet in acutis morb. 520
Frigus vlceribus mordax. 190. 391
Frigidū mordax quomodo. 217
Frigus & calor qua parte corporis eſt, ibi & morbus. 304
Frigora quibus in febribus quotidie fiunt, iis febres quotidie ſoluuntur. 338
Frigidum, calorem ex accidente reuocat. 393
Frigus nimium, ſterilitatis cauſa mulieribus. 448
Frigida, quæ commoda in tumoribus & doloribus calid. affert. 401
Fuluus, κιῤῥός. 99. 105
Furfurea vrina quæ. 364
A Furore inteſtinorum difficultas, hydrops, mentiſque alienatio, bonum. 521
Furores & melancholiæ cur vere fiant. 222
GAleni locus explicatur, de vacuatione ad vſque deliquium animi. 17
Galeni locus li. 10. Ther. metho. de cibando in acceſsionibus, explicatur. 34
Galenus ab iniuriis Auicennæ defenditur. 77
γαστὴρ, venter. 281
ἐν γαστρὶ ἔχειν, phraſis in prægnātibus tantum vſurpata. 447
γένυς, maxillæ. 293
Genitalium putredines æſtiuæ. 226
γέροντες, ſenes, qui. 41
Gibbus, κύρτωσις, κύφωσις. 142
Gibbi ex aſthmate aut tuſsi ante pubertatem, cur cito moriantur. 508
γυμναστικοὶ qui. 15
γυναικεῖα, ἔμμηνα, καταμήνια, mēſes. 405. aliàs pro omnibus mulieb. malis.
Glabra vlcera. 469
Gracilem quā obeſum eſſe præſtat. 149

Glandulæ ſeu tonſillæ παρίσθμια. 233
Glaucedo ſenibus. 243
γλαύκωσις καὶ γλαύκωμα. 243
γνάθοι, buccæ & malæ. 293
γνώμη mens & ratio. 77
γνῶμαι, διάνοια. 387
γνωρίσματα, notæ, indicia. 65.80
Graciles quomodo purgandi. 259
Graciles magna ex parte bilioſi. 260
Grauedo κόρυζα vnde. 142. 290.223
Grauedo ſenum difficilis. 141
Grauidis cur non ſint danda purgantia medicamenta. 250
Grauida ſi morbo acuto corripiatur, quid faciendum. 250
Grauida mulier, acuto morbo facile conſumitur. 407
Grauidæ ſi mammæ repente extenuentur, abortiunt. 416
Grauidę ſanguinis miſsione abortiunt. 408
In Grauidarum morbo acuto laborantium victu indicationes duæ. ibidem
Grauidis an ſanguis mittendus. 409
Grauida geminos ferens, ſi altera mamma extenuatur, alterum abortit. 417
Grauidæ ſi dextra mamma extenuatur, marem: ſi ſiniſtra, fœminam fert. ibidem
Grauida mulier eſſe quomodo deprehendatur. 421
Grauida bene colorata marem gerit: fœminam malè. 424
Grauidæ admodũ tenues, ſecundo abortiunt menſe. 425
Grauidæ quæ à febribus corripiuntur, extenuantúrque, difficulter pariunt & cum periculo, aut abortiunt. 439
Grauidæ mulieres quibus in morbis, & quo tempore purgandæ. 244.245
Grauidæ ſi menſtruoſa, fœtus non rectè valet. 445
Grauidæ quomodo ſanguinem per vterum excernant. ibid.
Grauidarum tempora tria. 246
Vide alia in dict. prægnans.
Grumus, & mictus quid portendat. 307
Grumoſa vrina. 347
Gula non habet muſculos. 299
Habitus quid. 129
Habitu mediocri corpus laudandum, contrà vituperandum. 149
Habitus mali ſenibus. 242
Hæmorrhoides quomodo calculum ſanent. 475
Hæmorrhoidum commodiſsima curatio quæ, ibidem
Hecticæ febres quales. 289
Hecticis lac prodeſſe. 454
Hecticis balneum aquæ dulcis vtile. 541
Herpetibus calida confert. 396
Hydropiſis ſpecies. 472
Hydropiſis optima ſanandæ ratio. 477
Hydropici quomodo ſecādi aut vrendi. 489

Hydropici,vbi aqua confertim vacuatur,moriuntur 489
Hydropicorũ tuſsis cur & quæ mala, 500
Plura vide in aqua inter cutẽ.
Hyemalium morborum conſtitutio qualis. 36
Hyeme ægri cur facillime cibos ferant, 53
Hyemis cõſtitutio qualis. 192
Hyems auſtrina & pluuia quæ mala adferat, 196
Hyemi cognati morbi. 229
Hyeme totum corpus per inferiora purgandum. 267
Hymen, 446
Hypochondrium dexterum durum fieri quid, 341
Hypochondria murmurantia quæ, 356.452
Hypochõdria inflata & murmurantia quid portendant. 355
Hypochondriis inflatis lac noxium, 452
Hypochõdria ſublata quæ. 452
Hypochondriorũ dolores qui & quot à febre ſuccedente ſanentur, 504
Hip.Cous aphoriſmorũ autor,1
Hipp.brachylogus. 49.53
Horroris curatio, 551
Horrorem aquilo excitat. 176
Horror à ſudore,malum, 522
Humectatione cur in acceptione veratri opus. 269
Humidũ cur ſolido citius reficiat. 82
Humidiores,ſemẽ copioſius habent, 467
Humidiores,minus ſalubres viuere,morbiſq; magis obnoxios, (461
Humiditas. 450
Humiditas copioſa quos pariat morbos. 467
Humiditas immodica ſterilitatis mulieribus cauſa, 448
Humores quos natura expellit non mouendi, 35
Humoribus turgẽtibus in principio morborum purgare licet. 58.63
Humor crudus quis. 59
Humores ſibi familiares purgãtia medicamẽta trahunt, 136
Humor qualis per purgãtia medicamenta vacuandus. 252
ICteri cauſa 336
ἰκτερώδεις,bilioſi, 463.464
Plura quære in morbus regius.
ἥκιστα,minimum,nõ minime.85
ἰχὼρ ῥύπος,ſanies. 152.317,331
ἵδρωα, ſudamina,quæ. 226
ὑδρωπικοί qui. 472
ὑγιεινά quæ, 50
Iecoris obſtructi ſigna. 337
Iecur inflãmatione laborare,ſingultus ſuccedẽs indicat. 442
Iecoris quod letale vulnus,quod non. 480
Iecoris durities in morbo regio letalis, 505
Iecore ſuppurato poſt vſtionem aut ſectionem,ſi pus purum& album effluxerit,euadunt:ſin contrà,moriuntur. 545
Iecur membrana ambit. ibid.
Iecur aqua impletum quid, & quomodo curetur. 546

Iecoris dolores vehementes citra febrem vnde. 548
Iecoris dolores febris ſuccedẽs leuāt. ibidem
Iia, λαγόνες. 39,340
Ileos quid,& vnde. 506
Ilei exitialis ſigna quæ. 525
Imbecillitas ſuperuacuorũ cauſa 294
Immoderata omnia, naturę inimica. 73
Infantibus cognati morbi. 230
Impetigo quid , & quando fiat. 223.224
Inediæ ſummæ periculoſæ , vt ſummæ repletiones. 21
Inflammina, ἐπιφλεγίσματα. 399
Inſaniam raro incurrere, quibus tumores in vlceribus apparent,& contrà. 455
Inſaniā varices & hæmorrhoides ſuperueniẽtes ſoluũt. 484
Inſenſibilia patiuntur, etiamſi non dolent. 389
Integritas, ἀπυρεξία. 311
Intemperatā ſanitas quæ. 134
Intemperies duplex. 442
Intemperies ſimplices quæ. 449
Intercidentes dies, παρεμπίπτοντες. 111
Interfœmineũ, πτερίναιον. 368
Intermiſſio, διάλειμμα quid. 33
Intermittentes febres quæ. 308
Inteſtinorum difficultas quibus & quando ſolet fere continge re. 191 (228
Inteſtinor. difficultas autũnalis
Inteſtinorũ leuitatis cauſæ. 267
Inteſtinis quæ cõtineantur, per vomitũ an vacuari quæſt. 267
Inteſtinorũ tunicæ duæ. 287
Inteſtina quomodo cõprimant vterum grauidæ. 423
Inteſtinũ rectũ, ἀρχός. 442
Inteſtinorum ordo. ibidem
Inteſtinorum leuitas, λειεντερία. 456
Inteſtinorum tenuium vulnus letale. 480
Inteſtinis ex tenuioribus ſi quod reciſum eſt, non poſſe coaleſcere. 487
Vide plura in Dyſenteria.
ὑπεκκαύματα, τροφαὶ, alimenta. 44
ὑπεκκρίσις. 291
ὕπνος, ſomnus. 8. ὑπὸ pro περὶ. 382
ὑπογάστριον & ἦτρον. 132.367
ὑποσάρκα quid. 557
ὑποστέλλομαι, ἀναδύομαι. 34
ὑποστροφὴ, recidiua ſiue reuerſio. 87
ὑποχόνδριον quid vocẽ Latinā non habet, eoque retinẽdũ. 39.350
Reliqua vide in Hypoch.
Irritamenta. 55 ἰσχύειν. 79
ἰσχναίνειν, refocillare, mitigare, leuare dolorem. 402.440
ὑστερικὰ, vteri præfocationes. 413
Iſthmos inter os & gulam. 233
ἦτρον & ὑπογάστριον quid. 132
Iudicatio κρίσις. 54.86.87
Iudicatio imperfecta quæ. 56
Iudicationis futuræ ſigna. 87
Iudicatio imperfecta & infida quæ. ibidem
Iudicatio duplex. 88
Iudicatio per abſceſſum quõ. 89
Iudicationes ſemirepẽtes q̃. 110

Iudicatorij dies veri vſq; ad quadrageſimum tantum ſex, non quatuordecim. 111
Iudicatoriorũ dierũ tabula. 115
Iudicatio imperfecta & obſcura & ſine ſignis quę. 291
Iudicationes intercidentiũ dierum malæ. ibidem
Iudicatoria ſigna. 302
Iudicatorij dies pares & impares. 301
Iudicatoria ſigna quando bona, & quando mala. 353
Plura vide in dies, & Decretor.
Iudiciũ in med.cur difficile. 6
Iudicium. 290
Iuſti Velſij ſententia refellit. 23
Iuuenes cur ſenib⁹ magis ęgrotent. 40
Iuuenes qui aluo humida ſunt, iis qui ſicca, meli⁹ degũt: in ſenectute contrà, deterius. 164
Iuuẽtus qñ & quouſque. 40. 150
Iuuentuti cognati morbi. 238
Labores q dicantur med. 27
Laborioſa febris quarto dię prodiens, ab abſceſſu liberat. 359.
Lac in mammis, neq; pręgnãtis, neq; puerperæ, mẽſtruorũ ſuppreſſorũ indicium quãdo. 418
Lac in primis menſibus non generatur. 435
Lac quibus in febribus ꝓſit. 453
Lac ad alui fluores ſiſtendos efficaciſsimum. ibidem.
Lactis commoda & incommoda. 452.453
Lactis in vẽtriculo concretionẽ ſal & mel prohibent. 454
Lachrymæ volũtariæ & nõ volũtariæ quid portendãt. 323.324
λαγόνες, ilia Lat. 39.340
λαῦρον ὕδωρ. 193
Languidos facit auſter. 174
Lapide ſenes raro laborant. 471
Largus imber quid. 193
Laſsitudinis ſpecies tres. 76
Laſsitudinis ſenſus. 293
Laſsati corporis ex motu remedium, quies. 154
Laterũ & thoracis dolores. 176
Laterũ dolores qui. 229. 465
λειεντερία, inteſtinorum leuitas. 6
λειποθυμία, animi defectio. 65
λειποθυμία, ἔκλυσις. 143
Lẽtores iuxta dẽtes in febribus nati vehemẽtiores indicãt. 324
Leones ſiue cammari. 98
Leonicenus à Muſæ iniuria defenditur. 233
Leonici erratum. 327
Lepræ quando fiant. 223
λεπτὴ δίαιτα, tenuis victus. 28
λεπτύνω & λελεπτυμένοι. 74. 282
Lethargi hyemal. 229
Lethargicæ febres. 241
Leuantibus pręter rationem nõ eſſe fidendum. 119
λευκοφλεγματία, alba pituita. 534. 557.
λύγξ idem quod λυγμός. 144
Lienes magni autumnales. 227
Lienoſi qui. 505
Lienoſos quę mala comitãt. ibi.
Lienoſis ſuccedẽs difficultas inteſtinorum, bona. 510
Ligamenta quæ. 372

Limaces

Limaces, κοχλίαι. 98
λιμὸς, fames. 92
Lippitudines quando ſolent cōtingere. 191
Lippitudines ſiccæ. 209
Lippitudines æſtiuę. 226
Lippitud. curatio cōmoda. 479
Liquida ſolidis citi⁹ reficiūt. 82
λιρῶδες, nugatorium. 521
Liuores, πελιώματα. 388
Liuidus color quid ſign. 521
Loca vacuationi cōferētia. 57
Locorum mutationes. 150
Loca alia ad morbos alios magis ac minus apta. 170
Loci, τόποι, partes corporis. 151
Loci qui Latin. 414
Locuſta, ἀκρὶς. 98
λόρδωσις quid. 142
λορδὸς, recuruus, repandus. 599
Lumbi, ὀσφύες. 229
MAδάρωσις & μαδαρὸς quid. 499.
Mala præter rationem accidentia non admodū formidabilia. 128.
Malum malo minime curandū 118
Malis duob⁹ vrgentibus, vehemētiori primo ſuccurrēdū. 151
Mala corporis ab internis & nobilioribus ad externas propelli, bonum. 501
Malæ, maxillę. 293
Maleoli, σφυραὶ. 67
Maligna vlcera quæ. 397.469
Mammarum è conſiſtentia fœtus in vtero quō imbecillitatē aut robur iudicetur. 435
Manardi reſpōdet obiect. 199
μανία, melancholia. 209
μαρασμὸς & μαρῶνεν. 121
Mariſca. 240
μαρμαρυγαὶ, ſplendores. 40
Martianus Rota refellitur. 106
Mas an fœmina concipiatur, ſigna. 417.424.430
Medēdi ratio in ægris medico non temere mutanda. 162
Medicus naturæ miniſter in humorib⁹ noxiis expellēdis. 57
Medico quę quantáque cognitu neceſſaria. 4
Medica in arte pērdiſcenda, inutilia recidenda. ibidem.
Medicus naturæ imitator. 411
Medico quid faciēdū, vbi noxia non integre expelluntur. 57
Medicorū noſtri tēporis error de purgatione minorāte. 123
Medicorū imperitorū & circūforaneorum error in ſtupefacientibus medic. 401
Medicus ſalutem haud temere promittet. 144
Medicamenta non toto genere letalia. 95
Medicamenta purgātia quando initio morborum danda. 123
Medicamenta qualitatis familiaritate trahere. 137
Medicamenta in ęgris medicus non temere mutabit. 162
Medicamentis purgātibus propinandis nimij ſunt noſtri tēporis medici. 212
Medicamētū vere purgant. 245
Plura quære in Purgantia.

Medicina multarum rerum cognitionem deſiderat. 4
A Medicina dilatio, vitæ periculum eſt. 5
Medij qui inter adoleſcentiam & ſenectutem. 220
Mediæ ętati cognati morbi. 233
Mediocre intelligendum in vnoquoque genere. 106
Medullæ dorſali frigida oheſt. 389
Medulla oſsiũ nutrimẽtum. 420
μάκωσις, augmentum quid. 34.38
Mel crudum flatuoſum, coctum contrà. 422
Melancholię quib' accidũt. 209
Melancholia μανία. ibidem.
Melancholiæ & furores cur vere fiãt. 222
Melãcholici quõ purgandi. 263
Melancholicus humor vehemẽtiora medic. requirit. ibidem.
Melancholicus humor. 276
Melancholici qui. 474
Melancholicos & nephreticos iuuari à ſuccedentibus hæmorrhoidibus. ibidem
Melancholicorum ſymptomata varia. 486
Melancholicorũ humorum mutatiõis modi 4. periculoſi. 516
μελασμοὶ, denigrationes. 388
Mens, γνώμη. 77
Menſis medius & Criticus. 115
Menſtrua mulieribus quomodo euocanda. 405
Mẽſiũ ſuppreſsionẽ ſanat per nares ſanguinis profluuium. 411
Menſes decolores, nec eodẽ tempore ſemper fluentes, purgatione opus eſſe ſignificãt. 415
Menſtruus ſanguis quis. 419
Menſtruus ſanguis excrementum. ibidem.
Menſtrua excrementi & alimẽti rationẽ quõ obtinẽt. ibidẽ.
Mẽſtra immodica quõ ſiſtãt. 432
Mẽſtruorũ immodico fluore, eorundémque defectu qui morbi fiant. 441
Mentagra quid. 223
Meri potio quos oculorum dolores ſanat. 496
Meracum vinum, vide Vinum.
Meſues erratum. 250
μεταβάλλω, διαδέχομαι, migro, ſuccedo. 167
μετέωρα quæ Gal. 356.452
μετόπωρον cur dicatur. 211
Met' & mœſtitia diu pſeuerantes melãcholiam ſig. 485.486
Mictio noctu copioſa, exiguam deiectionem ſignificat. 370
μυδάω, humecto, putreſco. 193
Minimè & minimũ differũt. 85
Minoratiua purgatio. 64
Minoratiua purgatio medicorum recentium. 123
Mirach Arab. abdomen. 132
μηρὸς, fœmur. 457
Mneſitheus. 215
Moderata tempora quæ 182
Mœſtitia melãcholic. facit. 486
Morbilli. 253
Morbus diuturnus quis. 20
Morbi ſummi qui. 26
Morbus peracutus duplex. ibi.
Morbus exquiſite peracutus. 27

Morbi

Morbi vi nemo vnquã in declinationibus periit. 31
Morbi hyemales vt plurimum pituitoſi,quotidiéque affligẽtes tardius deſinunt. 36
Morbi indicant acceſsiones & conſtitutiones. ibidem.
Morbi breuitas & lõgitudo quomodo cognoſcatur. 36. 37
Morbi ęſtiui magna ex parte bilioſi,terníſque acceſsionibus, citóque finientes. 36
Morbus & pathos differunt. 51
Morborum in iudiciis quando opitulandum naturę. 55
Morbi bifariam iudicantur. 56
Morborũ initiis non purgandũ, niſi turgeant humores. 63
Morborũ initiis an mitioribus purgationibus vti liceat. ibi.
Ex Morbo cõualeſcẽtes ad ſatietatem haud comedant. 79
Morbi qui adhuc fiũt,vacuatione curãtur,non iam facti. 106
In Morbis qui ſunt in generatione, duo conſideranda. 107
Morbus quis. ibidem.
Morbus quomodo non ex ſubſiſtentium numero. 108
In morb. nulla cauſa cõiũcta. ib.
Mobi tropici. 113
Morbi æſtiui cur fere breues, autumnales longiores. 116
Morbi principium quid. 122
Morborũ in vigore qeſcẽdũ. 123
Morborum initio quando medicamẽta purgãtia danda. ibid.
Morbis in omnibus, non eſſe vtendum remediis. ibidem.
Morbi in vigore à præſidiorum vſu cur abſtinendum. 124
Morbi in initio,& fine, omnia eſſe leuiſsima, in vigore vehementiſsima. ibidem.
Morbi ab initio cui cibum bene capienti corpus non augetur, malum. 125
Morbi initio cibum capientes, nec proficientes, in fine rurſus non appetunt, neque capiunt:& contrà. 126
Morbo in omni rationẽ valere, & firmam eſſe ad cibos oblatos,bonum:contrà malũ. 128
Morbi qui minus periculi habeant,& qui plus. 129
Morbi ætati non congruentes, cur periculoſi. 130
Morbi diuturni ſenib⁹ familiares. 141
Morbos maximè pariunt mutationes temporum. 166
Morbi alij ad alias regiones magis aut minus apti. 170
Morborum alij ad alia tempora, ętates, loca, & victus rationes magis aut minus apti. 171
Morborum qualitatẽ, anni conſtitutioni plerunq; reſpondere. 180. 181
Morbi quando ſtabiles boníque iudicij, quando non. 182
Morbi acutiſsimi exitioſiſsimi cur in autumno. 187
Morbi qui per aſsiduos imbres fiant. 213
Morbi tẽporibus qũo tribuẽdi. (221

Morbi alieni qui. 225
Morbi æſtati cognati. ibidem.
Morbi autúnales, plurimi qui æſtiui. 227
Morbi quibuſque ætatibus cognati. 230
Morbum in partem dolétem & laſſatam decumbere. 295
Morbus qui ſeptimo die iudicatur, quarto die nubeculam rubram habet vrina. 352
Morbi peracuti quis finis. 376
Morbo in diuturno cibi faſtidium, malum. 523
Plura vide in Acutus.
μετά κὴ μετοὶ, quid. 429
Motus. 271
Motum naturę medicus cognoſcere debet. 68
Motus naturæ in febre peſtilentiali ad cutem eſt. 68
Motus difficil. in corpore q. 218
Motu cur à purgatione vtendū.
Mouere quid. 122. (270
Mouendum quando. ibidem
Mucor quid. 427
Mucor coxendicis quid. 518
Mulieres grauidæ quibus in morbis purgandæ. 244
Mulier ſi non cóncipit, ſua an viri culpa ſterilis ſit, quomodo deprehendatur. 444
Mulieres craſſas immodice non concipere. 428
Mulieres Hipp. ætate cur podadra nō laborabant ante menſtruorum repreſsionem. 494
Mulieres cur raro ambidextræ. 543
Mulſa aqua cruda ſit. 411
Mulſa à cœna cur mulieri grauidæ exhibenda. ibidem
Murmur hypochōdrior. qd. 356
Muſa refellitur. 17. 80. 84. bis. 95. 96. 132. 133. bis 135. 142. 164. 169. 170. ter. 175. 176. bis. 177. 183. bis. 185. 186. bis. 187. 192. 193. 194. 200. 201. 203. 205. 206 217. bis. 220. 226. 233. 234. 246. 247. 252. 255. 384. 290. 297. 301. 312. 322. 331. 345. 348. 351. bis. 356. 359. 361. 362. 364. 369. 373. bis. 374. 378. bis. 379. 386. 391. 395 398. 401. 402. 408 412. 414. 423. 430. 447. 453. 462. 488. 510. 511. 519. 531. 537.
Muſculi tibiarum. 457
Muſculi caput. 458
Mutatio non ſit repetina. 160
Mutationes repentinæ cur cauendæ. 161
Mutandum nihil temere. 162

NArium copioſus mucus, cerebri humiditatem indicat. 467
ναρκη, ſtupor. 376
Natura interdum expultrix facultas Galen. hinc naturales vacuationes. 11. 16. 18. 45.
Natura. 45
Præter Naturam quęcunq; ſunt, contrariam: quæ ſecundum naturam, ſimilem victus rationem expetere. 49
Natura non niſi poſt concoctionem ſecernit. 67

Naturæ

Naturæ motũ medicus cognoſcere debet. 68
Naturam excedentia omnia, noxam afferunt. 75
Natura variè accipitur. 129
Naturæ quæ æſtate bene, quæ malè afficiantur, quę hyeme. 168
Natura pro vniuerſa ſubſtantia & temperie ex primis elementis. 136. 168. 397
νεανίσκος, iuuenis. 238
νέος quis. 149
Nephreticos & melancholicos à ſuccedentibus hæmorrhoidibus iuuari. 474
Nephretici qui. 475
Nephreticis diuturnis, quíque dolores citra ſpinæ dorſive muſculos obtinent, abſceſſus accidere. 538
Neruorũ nutrimentũ quale. 119
Nerui ad ventriculũ delati. 276
Nerui, τόνοι. 372
Nimiũ oẽ naturæ aduersũ. 160
νήπιοι καὶ νέοι. 150
νοσέειν, ἐνοχλεῖσθαι. 90
Noxia vbi nõ integrè expelluntur, quid medico faciendũ. 57
Nox quæ acceſsionem præcedit, cur difficilis: quę verò ſequitur, facilis. 87
Nox iudicationem ſequens cur lenior. 88
Nocte cur potius ægri moleſtãtur, quàm die. 87. 88
Notæ quibus naturæ motus ad ſuperiora cognoſcitur. 274. 275. 276. 277. 278.
νότος, νοτὶς. 174 νωθρῶς. 78
Numiſianus. 426
Nutritio quid. 47
Nutritio incommoda noxas letales facit. 24
OBeſi natura cur citius gracilibus moriantur. 148
Obſeruatiò & obſeruatores. 166
Occaſio, καιρὸς, eſt in primis à medico obſeruanda. 5
Occaſio præceps & acuta cur. 5
Occaſionis effigies ex libro 4. Epig. 6
Oculorum dolores quibus remediis ſanentur. 495
Oculorum cãdidum commiſsis palpebris apparens quando exitium præ ſe fert. 513
Oculorum rubor & ſingultus à vomitu, malum. 521
Odor quomodo intrinſecus ad nares perueniat. 444
Odoramentorum ſuffitus quos menſes euocant. 405
ὄγκος quid. 296. 297
οἴδημα, ὄγκος quid. 296. 297. 401. 455.
οἰδήματα, Hippo. omnes præter naturam tumores. 401
ὀλίγως quid ſign. 78
Omentum, ἐπίπλοον. 428. 531
Omenti amputatio coctionem interturbat. 517
Omẽtum ſi exciderit, putreſcit. ibidem
ὠμογέροντες qui viridi ſenecta. 41
ὠμογέροντες, ſeniores. 471
ὁμοίωμα, ſymbolum. 154
ὀπώραι quid. 189

ὤρχια quæ. 182
ὀργᾷν, turgere quid. 63
Oribaſij Comment. in aphoriſ. Hipp. ſpurios eſſe qui circunferuntur. 110. 329
Oris vlcerationes æſtiuæ. 226
Oris vlcera infant. 230
Oris amaritudo. 275
ὀρθοστάδην quid. 194
Oſcitationis curatio. 551
ὦσις. 233
Oſsibus aqua frigida aduerſatur. 388
Oſſa è ſemine, cóque frigida & exanguia. ibid.
Oſsibus fractis calida confert. 396
Oſsium nutrimẽtum medulla. 420
Oſsis capitis præciſio, ſi vacuũ excipiat, delirium facit. 532
Oſſe denudato eryſipelas, malum. 529
Oſsis abſceſſus à corruptione. 557
οὐ μάλα, raro. 455
οὐ πάνυ, non omnino. 462
οὐ πάμπαν, non ſemper. 100
οὐρήθρα quid. 369
ὀξυρεγμία, ructus, acidus. 498
PAndiculatio, σκορδινισμὸς quid. 551
Papulæ duplices. 253
παρακμὴ ἢ ἄνεσις, remiſsio ſiue declinatio. 33. 34. 377
παρακμαστικὴ ætas, ſiue παρακμὴ quæ. 41. 377
παραλαμβάνειν. 96
παραφροσύνη, delirium quid. 72
παρασκευὴ, apparatus. 18
παρεγγράφω. 335
παρεμπίπτωσις quid. 111
παρίσθμια, glandulæ & tonſillæ. 233
παροξυσμὸς, acceſsio quid. 33
Partes rationecõtẽplabiles. 484
πάθος Hipp. & Gal. quid. 20. 66.
Pathos & morbus differunt. 51
Pati per conſenſum quid. 100
Paulatim quod fit, tutum. 160
Pauli & Aëtij locus. 142
Pauli locus explicatus. 247
Pauores infant. 231
Pauor à ſomno in febribus malus. 344
Pecten, κτείς. 368
Peracutus morb' duplex. 26. 29
Peracuti morbi quis finis. 376
Peracuti morbi. 24. 264
Peracutus exquiſitè morbus. 27
Pectus quid. 131
Pectoris dolores hyemal. 229
πελιώματα, liuores. 388
περὶ, augmentatiua particula, per. 474. 549
περιωδυνάω, vehementer doleo. 474
περίγλισχρα quæ. 325
περιμάδηρα ἕλκεα, ψιλούμενα τριχῶν. 469
περίναιον, interfœmineum. 368
Peripneumonia pleuritidi ſuccedens, malum maius. 526
περίφοβος, perterepidus. 474
Peritoneum, ſiphac. 266
περιτόναιον quid. 472
Perniones, χίμετλα. 396
πτέρνη, ſura. 97

Pert

Perturbatio ventris, 11
πτίψις. 59
φαλακροὶ, capillorum defluuio laborantes. 499
φαλάκρωσις, caluitium. ibid.
φάρυγξ fœminini gener. fauces, maſcu. gen. guttur ſignificat. 89. 90. 176. 214. 297.
φαρμακεία, κάθαρσις. 55
φῦσα quid. 170
Philothei erratum. 265. 311. 373. 440. 473
Philothei locus reſtitutus. 510
φυλάττομαι, caueo. 54. 110
φῦμα, tuberculum, quid. 90. 524
Philonis filia benefico morbo laborans, intempeſtiuè cœnans periit. 24
φλεγμονώδης laſsitudo quæ. 76
Phlegmonibus frigida quãdo, & quibus adhibenda. 399
Phlegmones ſigna. 337
Phlegmone bifariã accipitur. 425
Phlegmone, φλόγωσις quid. 504
φλέγμα, 343. 399
In Phreniticis, vrina perſpicua & alba, peſsima. 354
Phrenitim à pulmonis inflammatione fieri, malum. 526
Phrenitidis ortus. 355
Phrenitis à delirio diff. ibid.
φρίκη & ῥίγος. 290
φρικώδης. 176
φρένες, præcordia Plinio. 39
φρὴν, ſeptum tranſuerſum. 276
φθινώδεις quæ. 130. 190. 213. 226
φθίνοντες, καὶ φθινώδεις, tabidi. 190
Pica, κίττα quid. 447
πύον, pus. 152
Pigros facit auſter. 174
Pili raritatis ſigna. 461
πιωτέρος. 32
πυρετὸς, febris Latinè. 49
πυρίη, θυμίημα, odoramenta. 405
πίστις, ἀπόδειξις. 241
Pituita alba, quæ. 524
Pituitam albam tollit vehemẽs & diuturnũ alui profluuiũ. 534
Pituitæ flatuoſæ ſpiritus flatuoſus cauſa continens quomodo dicitur. ibidem
Pituita inter diaphragma & vẽtrẽ cõcluſa quõ educenda. 549
A Pituita alba aqua inter cutem ſuccedit. 557
πλάδος & πλαδῶντες. 210
Pleiades. ibidem
Plenitudinis ſigna. 95
Plenitudinis morbum ſanatio oſtendit. 94
Pleuriticorum ſputũ, vrinæ, ſudores & alui excremẽta mor bi conſtitutionẽ mõſtrant. 7
Pleuritis hyemal. 229
Pleuritis quid. 240. 379
Pleuritis quæ ſanetur, quæ non. 379
Pleuritis morbus acutus. ibid.
Pleuritis ſuppurata quando leuat, quando in tabẽ abit. 384
Pleuritide & peripneumonia vehemẽter laboranti, alui profluuium ſuperueniẽs cur malum. 460. 478
Pleuritici rarò fiunt, qui ſunt ruuacido. 498

Pleuritidi ſuccedens inflammatio, malum. 528
Plinij in Hippoc. cauillatio retunditur. 337
πλησμονὴ, ſatietas. 75. 94. 105
πλησμονὴ etiam refectio. 106
πληρῶσθαι, refici. 82. 86
τὰ πλεῖστα, magna ex parte. 6
πνεῦμα ventus & ſpiratio. 168. 345
πνῖγος æſtus. 193
πνὶξ ὑστερικὴ, vteri præfocatio. 143
Podagricis quibus doloribus frigida conueniat. 401
Podagræ deſcriptio elegãs. 493
Podagra etiam mulieres laborare. 494
Podagra pueros ante venereorum vſum non corripi. 495
Podagram generant vinum robuſtum, & coitus. 493. 495
Podagrarum inflammationum terminus quis. 510
Podagricos morbos vere & autumno magna ex parte moueri. 515
ποιότης, qualitas. 8
ποιότης χυμῶν, idem quod πλῆθος, ἰδέα, διάφορα. 49
ποιότης Galen. à κακοχυμία non differt. 9. 10
Polygonum. 248
τὰ πολλὰ. 77
πονεῖν, & κάμνειν & ἀλγεῖν ſignif. 154
πόνος quid. 71. 151
πόνος, dolor, duplex. 76. 77
ποσότης, τὸ πλῆθος. 14
Potus, alimentum omne humidum. 28
Potu q̃ cibo refici facilius. 82
Præcordia, φρένες. 39
Præcordia quæ Plinio. 276
Prædictiones in acutis morbis non eſſe tutas. 100
Prædictiones in diuturnis morbis tutiores. ibidem
Prægnantes quomodo ex ſuppreſsis menſibus cognoſcendæ. 446
Plura quære in grauida.
πρεσβύται, ſeniores. 141
προαγόρευσις. 100
πρόκρισις. 323
προβάλλομαι, & προβεβλημένον. 47
Proceritas corporis quæ, & cur in iuuenta liberalis, in ſenectute inutilis. 165
προκύων antecanis. 257
πρόδρομοι, venti. 195
προεξουδενοῦντες. 69
προθυμία. 42
πρόσφορα. 128
προσπταίω, προσκόπτω. 346
προσθέσεις, adiectiones. 54
προσπίπτον πνεῦμα. 345. 346
πρός τι. 94
Prouocatorij dies qui. 111
Pruritus corporis ſenibus. 242
ψυχρὸν, frigida. 398
ψωμὶ quid. 297
πτυγμάτιον qui. 130
Priſanæ cremor. 21
Ptiſana, & ptiſana integra. ibi.
Pubertas quando & quouſq;. 40
Pueritia quãdo & quouſq;. ibid.
Pueruli omnium minimè famem

mem ferunt, & inter hos qui alacriores. 42
Puerorum ſubſtantia omnium facilimè digerit. ibid.
Pueri cur plurimo alimento egent. 46
Pueris humidũ cibũ cõferre. 50
Pueris cur ſimilis victus ratio conferat. 171
Pueri vere & principio æſtatis cur optimè degunt. 219
Pueri ſimpliciter humidi. 220
Puerorũ morbi q̃ iudicent. 237
πάθος. ibidem
Pueri ante venereorũ vſum podagra non corripi. 495
Pulmonis vlcera cur dolor non comitatur. 384
Pulmo ad 40. diem illæſus permanere non poteſt, non vltra in pleuriticis. 385
A Pulmonis inflammatione fieri phrenitim, malum. 526
Pulſus vehemens & magnus q̃s. 99
Pulſum vehementem in vlceribus copioſa ſi ſequatur eruptio, malum. 530
Pulſus vehemens quibus vlceribus accidit. ibidem
Purgatio quid. 9.10.136
Purgationibus mitioribus an initio morb. vti liceat. 63
Purgandũ non eſſe initiis morborũ, niſi humores turgeãt. 63
Purgandũ cur non eſt in acutis mor. niſi turgeãt humores. 67
Purgandum non temere. 81
Purgatio aliud q̃ alteratio. 96
Purganda non temere duo hominum genera. 134
Purgatione imminẽte nõ ſemp inter initia morbi vtẽdũ. 124
Purgandos non eſſe, qui corpore ſunt commoderato. 136
Purgantia medic. familiares ſibi humores trahunt. 136
Purgantia medic. ſimilitudine totius eſſentiæ trahunt. 137
Purgantia medicamenta è corpore humorem educere debent. 252
Purgantia medicamenta à cibo non exhibenda. 248
Purgandũ æſtate per ſuperiora, hyeme p inferiora magis. 254
Purgantis med. ſub cane & ante canem moleſtus vſus. 256
Purgandum hyme totum corpus per inferiora. 267
A Purgatione cur motu vtendum. 270
A purgatione nõ dormiẽdũ. 271
Purgãtis medicamẽti actionem ſomnus impedit. 272
Purgandi per ſuperiora vel inferiora in febricitantibus notæ. 274.275.276.277.278.
Purgationis peractæ ſignum in med. potione, ſitis. 277
Purgatorium medic. quod quos oculorum dolores ſanet. 496
Purgans medicamentum quibus confert, vere exhibendũ ſanis, ægris alioqui futuris, niſi vacuentur. 509
Purgans medic. ſi cõuulſionem facit, letale. 532

Purgans medicament. ſi conuulſionem facit, letale. 532
In purgationibus, ſi q̃d vacuandũ remanſerit, malũ affert. 555
Plura vide in medicamentum & vacuare.
Pus, πύον. 153
Pus quando conficitur, quam eo cõfecto febres & dolores magis accidunt. 152
Pus cum generatur, febres & dolores accidunt. 505
Pus quod optimum. 534
Pus duabus de cauſis natum occultari poſſe. 505
Puris ſputũ tabes ſequit̃. 528
Puris ſputum à ſanguinis ſputo malum. 528
Puſtulæ latæ cur non valde pruriant. 473
Putrefactionis cauſæ. 394
QVadratum corpus quod. 149.
Quęſtio, nunquid in acceſsione cibandum. 34. 79
Qualitas humorum, idemquod differẽtia, ſpecies, ſeu copia. 8. 9. 10. 69. 93. 95.
Qualitatis ſignificationẽ quidam medici malè accipiũt. 9
Qualitatis familiaritate trahere medicamenta. 137
Qualitas pro cacochymia. 515
Qualitatum & colorum crebrę mutationes quid prę ſe ferãt. 305
Quantitatem Hippo. & Gal. interdum eſſe plenitudinem & plethoram. 10
Quantitas ποσότης quid. 14
Quartanæ æſtiuæ ferè breues ſunt: autumnales longæ, ſi hyemem attingant. 116
Quartanæ æſtiuæ. 226
Quartana laborantes conuulſionibus non capi. 461
Quart⁹ dies ſeptimi index. 144
Quintus, interpres aphoriſmorum Hippocratis. 166
RAdius. 96. 461
Raritas. 450
Rarum, ἀραιὸν, quid. 202
Raritatem cutis calor efficit. 461
Ratio ſiue iudicium & experiẽtia duo inſtrumenta ad remedia inuenienda. 7
Rationem medicus potiſsimũ ſequatur, ab eáque temere nihil mutet. 162
Raucitas, βράγχος, quid. 90
Raucitas, βράγχος, quãdo fit. 142
Raucitas & grauedo cur in ſenibus non concoquantur. 141. 142
Raucitates quando fiant. 233
Rauis, & vſque ad rauim. 142
Recidiuas faciunt in morbis relicta à iudicatione. 86
Recidiua ὑποστροφὴ, & eius cauſę. 87
Refectio omnis immodica, periculoſa. 18
Refectio, πλησμονὴ etiam. 106
Refrigerare multum & repente cur non liceat. 160
Refrigerationes tã viris quàm mulieribus qua parte corporis

ris,fiant. 460
Refrigerationes à parte poſteriori magis fiunt. ibidem
Refrigerata quomodo excalfacienda. 390
Regioni aliquid dandũ. 51.52
Regiones aliæ magis aut minus ad morbos alios aptæ. 170
Regius morbus quibus in febribus ante ſeptimũ diem accidit,malum. 335
Regij morbi cauſa. 336
Regius morbus febri ſuperueniens quid ſignet. 340
Regius morbus vnde oriaẽ. 463
Regium morbũ à iecoris inflãmatione ortum,malum. 505
Relicta poſt iudicationem cur vacuanda. 86
Remediorũ occaſionem medicus imprimis non negligat. 5
Remiſsio,ἄνεσις,quid. 33.34
Remediis non eſſe vtendum in omnibus morbis. 121
Remedia medicis in ægro non temerè mutanda. 162
Renum & veſicæ dolores ſenioribus difficulter ſanantur. 471
Renum malis affectos, hæmorrhoidibus ſuccedentibus iuuari. 474
Renum dolorem longum,vrina bulloſa indicat. 537
Reſpirationis differentiæ. 145
Reſpiratio inæqualis. ibidem
Reſpiratio ἀναπνοή. 230
Reſpirationis inſtrumẽta. 297
Rha purgantis nomina. 248
Rha non purgantis appell. 249
Rha purgans à nõ purgante diſertè Paulus diſtinxit. 249
Rha ſceniticũ & barbaricũ. 250
Rha duplici tã arabes quã poſteriores medici meminerũt. ib.
Rha ponticum veterum aſtringit. 248
Rha barbarum prægnantibus haud dandum. 247
Rha barbarum non dandum in acutis morbis. 69
Rheon indicum 249
ῥίγεα,refrigerationes. 460
ῥῆγμα, ruptio. 485
Rigores ſexto die orti, malum portendunt. 289
ῥῖγος καὶ φρίκη differunt. 290
Rigor,ῥῖγος quid Hipp. 290. 338.339
Rigor quid. 315
Rigor letalis in febribus.qñ. 315
Nõ Rigor omnis ardentem febrem ſanari ſignificat. 330
Rigor ſignum ſolutionis febris ardentis.nõ cauſa ſanãs. ibid.
Rigores febriles efficit aqua frigida. 388
Rigor & deſipientia à vini potatione malum. 523
ῥύομαι,λυτρόω. 339
ῥύπος,ἰχώρ. 317
ῥύσις,profluuium. 88.223
ῥύσις,deiectio. 213.223
ῥοῦς γυναικεῖος. 440
Rubræ nubeculæ in vrina quid notent. 352
Ructus acidus longis inteſtinorum leuitatibus ſuccedens, qui prius nõ fuit,bonum. 465
Ructus acidi cauſa. 466

Ructus acidus quis. 498
Ructum acidum habentes raro pleuritici fiunt. ibidem
Ructus nidoroſus. ibidem
Ruptio, ῥῆγμα, 485
Ruptio interna quæ. 524
SAlubre quid. 50
Salubris victus, ibidem
Sanatio cibum plus iuſto eſſe ingeſtum oſtendit. 94
Sani cur non purgandi medicamentis, 134
Sanitas duplex. ibidem
Sanguis ad animi deliquiũ quãdo auferendus,& qd profit. 17
Sanguinis profuſiones quando fiant. 223
Sanguinis ſpuitiones iuuenum, 238
Sanguis ſupra emiſſus cur malũ portendit;infra,bonum. 285
Sanguine copioſe & large erũpente in febre,aluos humectari poſt refectionem. 288
Sanguis è naribus fluens, breui leuat ægrum. 359
Sanguinis mictio quid ſign. 365
Sanguinis & grumorũ mictio quid portendat. 367
Sanguinis copioſi profluuium conuulſio ſuccedẽs letalis, 373
Sanguis ſpumans excreatus, è pulmone educitur. 383
Sanguinis eruptiones calida creat. 387
Sanguinem copioſe promanare faciunt frigora. 400
Sanguis an grauidis mittendus. 408.409
Sanguinis miſsio alia veterum, quàm nunc recentium. ibid.
Sanguis copioſus,qui in mãmis reſtrictus aceruatur,neque lactеſcit,furorem indicat, 420
Sanguinis deiectioni an lac aduerſetur, 452
Sanguis præter naturã in cauitatem transfuſus, corrumpitur. 483
Sanguinis miſsio,quibus doloribus oculorũ medetur. 496
Sanguinis à profuſione deliriũ & conuulſio, malum ſignificant, 524
Sanguinẽ quibus detrahere cõfert,is ſanguinẽ mittere prodeſt, 549
Plura quære in menſtruus,
Sanies ἰχώρ. 153
Satietas, πλησμονὴ quid, 75.106, 107
Ad Satietatem nõ comedẽdũ, 79
Satietas duplex, 94
Satietas quũo morbũ faciat. 75
Ex Satietate morbi, euacuatione ſanantur,& contra. 105
Satyriaſmus quid. 233
Schetica febres, 289
σκολίωσις quid. 142
σκορδινισμὸς pandiculatio. 551
Secundæ retentæ mala. 431
Secunda vt excutiatur, 141.432
Secunda, χόριον, 413
Sedimenta vrinæ farinacea, bilioſa,& bulloſa,quid ſignific, 535.536
Semen quid, 419
Seminis humiditas vniuerſum

cor

corpus humidum eſſe indicat. 467
Semen in coitu fœmina excernit. 265
Semen habent copioſius qui natura humidiores,cōtrà ſiccio res. 467
Semirepentes iudicationes. 110
Semitertiana febris. 308.309
Senes qui intelligendi. 41
Senectus eiúſque partes tres. 41
Senes facilime cur famē ferunt. 41.44
Senes cur acutis febribus non corripiantur. 44
Senes nimium frigidi cur cibū non appetant. 103
Senes fere cur iuuenibus minus ægrotent. 140
Senibus ſi morbi diuturni accidunt,cum ipſis fere commoriuntur. ibidem
Seniores,πρεσβύται. 141
Senes principio autūni & æſtate cur optime degunt.219. 220
Senibus qui cognati morbi.242
In Senioribus morbos diuturnos difficile ſanari. 471
Seniores ὠμογέροντες. ibid.
Senſum latens tranſpiratio. 212
Senſitiuum primum,cerebrum, 74
Septenarius numerus in morborum iudiciis plurimum momenti habere. 232
Septimanæ 4.qūo numerādæ. 113
Septum tranſuerſum φρὴν. 276
cur eius letale vulnus. 480
Serenum tempus,quid. 198
Serenum non idem quod tranquillum. 201
Serenum cœlum αἴθρια. 20
Sextans diei. 115
σφακελισμὸς, cerebri corruptio. 547
σφυραὶ,maleoli. 97
σφυρὸς quid. 500
σιαγόνες,maxillæ. 293
Conſummata ſiccitas quæ inſanabilis. 119
Siccitas,αὐχμὸς. 180
Siccitate quid intelligatur.ibid.
Siccitates imbribus continuis, ſunt ſalubriores in anni conſtitut. 211
Siccitas vteri nimia ſterilitatis cauſa. 448
Sicciores natura , ſalubriores. 467
Symbolū ὁμοίωμα. 159
σημειώσεις,διαγνώσεις. 96
Symmetrū corpus non eſſe purgandum. 136
Symmetrū eſt temperatum. 180
Symmetria duplex. 136
συμμένειν,συνεῖναι, 417
Similiū appellatione quid veteres intellexerint. 137
Similitudinē cur Gal.ſubſtātiis tribuat,& ea quæ ſit. 137
συμπάθεια, 100
συμπίπτειν. 16
Simpliciter ſine deiectione. 18
Symptomata. 302
σύμπτωσις & συμπίπτειν quid. 18
σύμφθωσις,vacuatio. 16
συνάγχη quid. 38
Synceras deiectiones difficultas inteſtinorum ſequitur. 531

Singultus quid,& vnde. 373
Singultum à copioſo ſanguine profluente,malum eſſe. 373
Singultus non eſt conuulſio. 374
Singultus de ſententia Hipp.eſt ſtomachi conuulſio. ibidem
Singultus ſanatur per ſternutamenta. 414
Singultus in iecoris phlegmone cauſa. 443
Singultum ſanat ſternutamentum. 476
Singultus cauſæ. 503
Singultus nõ eſt connuulſio ſtomachi. ibidem
Singultus & oculorum rubor à vomitu.malum. 521
Singultus ilei exitialis ſignum. 536
Singultus à iecoris inflammatione,malum. 528
Singultus à iecoris inflãmatione ortus,malum. 529
Singultus ab immodica purgatione ſenibus,malum. 542
συνιζάνειν. 16
συνίζειν quid. 18
συνίστημι,cogo, coeo, concreſco. 193
συντήκεσθαι, μαραίνειν, & λεπτύνεσθαι. 121.190
συντονία,vehementia. 119
Siphac peritonæum. 266
σιφαῖον. 371
Sirius quæ veteribus dicta. 256
σύστασις,conſiſtentia. 348
συστρέφεσθαι. 420
Sitis ſignum peractæ purgationis in medicament.potione. 277
Sitis cauſæ duæ. 404
Siti nocturnę quomodo medendum. ibidem
Sitim quam ſomnus reſtinguit. ibidem
Sitibundis lac noxium. 452
σιτίον,cibus,alimẽtum omne ſolidum. 82
σῖτος quid Gal. 370
Solſtitium æſtiuum, quo olim fuit tempore. 258
Somnus coctionem iuuat. 46
Somnus quomodo iuuet, 71
Somnus in quocunque morbo laborem affert letale eſt:ſi iuuat,contra. ibidem
Somnum in declinatione conferre. ibidem
Somnus delirium ſedans, bonum portendit. 72
Somnus naturalis & moderatus ex euaporatione alimenti. 73
Somnus immoderatus malum ſignum,& cauſa mala. ibid.
Somnus actionem purgãtis medicamenti ſiſtit. 272
Somnus quis in febribus malus. 344
Somnus quam ſitim reſtinguit. 404
Spadones ὑποσπαδίαιοι qui, & vnde dicti. 451
Spadones reginis olim cur in deliciis. 492
Spaſmus non proportionatus ad materiam quid. 502

Spiratio offendens quę. 345
σπλάγχνα, viſcera. 343
σπλῆνες, lienes. 227
Spinalis medullæ duę membranæ. 299
Spirandi difficultas ſenib⁹. 242
Spiratio. 296
Spirandi difficultatis differentiæ multæ. 321
Spirandi difficultas & delirium cōiuncta febri quotidianæ, letalia ſigna. ibidem
Spiratio ſubſidens in febribus, malum. 345
Spirationes luctuoſæ quæ. 514
Spiritus flatuoſus pituitę flatuoſæ cauſa continens quomodo dicitur. 534
Spondylus piſcis. 98
Spumæ generatio. 146.147
Spuma maris cur celeriter ſolui tur. ibidem
Spumantes ſtrangulati, nōdum tamen mortui, cur nō redeāt ad vitam. 146
Spumoſa excrementa in alui profluuiis, pituitā à capite defluere indicant. 534
Spumans ſanguis quis. 383
Sputum pleuriticorum 37
Sputum tabidorum grauiter olens, letale ſignum. 382
Squilla καρίς. 98
Statura longa cur in iuuēta decora, in ſenectute indecora. 165.
σταθμώρχησις qui. 131
Sternutamentū ſponte vteri pręfocatione laborantibus aut difficulter parientibus adueniens, bonum. 412
Sternutamenta quæ ſingultum ſanent. 476
Sterilis mulier, an ſua, an viri culpa ſit, quomodo deprehendat. 444
Sterilitatis mulierū cauſæ quatuor. 448
Sternutamentis quando vtendum. 412
Sternutamentorum vera cauſa. 548.
στῆθος pectus, etiam thorax. 176
Stillicidij à frigiditate & difficultate vrinæ curatio. 546
στύφον, genus ad acerbum & auſterum. 539
στυπτικόν. ibidem.
Stomachi ardor, ἔγκαυσις στομάχου. 498.
Stomachus quid veteribus. 504
Stranguriæ cauſæ. 215
Strangulati & morientes nondum tamen mortui, non redeunt ad vitā, quibus ſpuma circa os fuerit. 145
στρόφοι, inteſtinorum dolores. 82. 265.278.
στρυφνά, acerba. 539
Stupefacientia & frigida med. non niſi doloribus ex calid. & tenuibus humoribus admouenda. 401
Stupor, νάρκη, à caro differt. 376.
Stupor ἐκπληξις. 527
Sublimamētum, ἀναιώρημα. 353
Sublimes colores qui. 472

Subſidentia vrinæ. 348
Subſtātiæ totius ſimilitudo quę. 137.
Subſtantiis cur ſimilitudinem Gal. tribuat. ibidem.
Sudamina ὕδρωα, æſtiua quæ. 226.
Sudores. 212
Sudores multi febribus in æſtate temperata. 178
Sudor creber in febre non deficiente, quid portendat. 238
Sudores in febribus qui iudicatorij, qui minus. 300
Sudores frigidi in acuta febre mortem: mitiores, lõgiorem morbum ſignant. 302
Sudor humorum redũdantium nota. 303
Sudor qua parte corporis eſt, ibi morbum eſſe ibidem.
Sudor multus à ſomno quid notat. 305
Sudor frigidus quid, calid⁹ quid portendant. 307
Cum Sudore, & qui citra ſudorem moriantur. 463
Sudorem ſubſequēs horror, malum. 522
Sudor copioſus, humoris copiā ſignificat, eúmque deducere oportet, robuſto ſuprà, debili infra. 553
Suffitus odoramentis quos menſes euocant. 406
Suffitus odor, in menſtruis euocandis cur grauitatem capitis efficiant. ibidem
Suffiendi ratio commodiſs. 444
Sumen quid. 135
Summæ curationes quæ. 26
Summi morbi qui. ibidem
Supfœtatio, ἐπικύησις quid. 434
Superfœtent quomodo mulieres. ibidem
Suppuratio quid. 80
Suppuratiõis terminus 40. dies. 385.
Suppurationem excitat calida. 395
Suppurati quomodo ſecandi & vrendi. 489
Suppuratis ſectis ſi pus confertim effluxerit, letale. ibidem
Suppuratio, vētris dolorem diuturnum ſequitur. 530
Suppurati vſti aut ſecti quando euadant. 534
Suppurationis ex capite in thoracē defluētiũ terminus. 540
Surditas facile ſolubilis. 289
Surditatem, biliofa deiectione ſuperueniente, finiri. 288
Surditatis inſtabilis ſolutio. 333
Sura, γαστροκνήμη. 97
Tabes quibus ætatibus contingat. 38
Tabes quid. 382
Tabes autumnales. 227
Tabes adoleſc. 238
Tabidi cur autũ. aduerſēt. 190
Tabidi quomodo purgãdi. 262
Tabidorum futuræ mortis indicia. 382. 383
Tabidis lac vtile. 453
Tabidi ſi ſputum retinetur, moriuntur. 528
Tabidis capilli capitis defluuium

tium, letale. 528
Tabem vniuerſi corporis pinguedinem vrinæ ſupernatantem ſignificare. 537
ταχέως καὶ ἀθρόως τρέφειν. 98
Temperamentum duplex. 263
Tempeſtates cur quatuor tantū refert Hippocra. 210
Tempori aliquid dandum. 51.52
Temporū mutationes morbos maxime pariūt. 166.167.168
Tempora alia magis aut minus ad alios morbos apta. 170
Tempora quando ſuam ſeruant naturam ſeu temperaturam. 182.
Teneſmus grādis, abortus. 533
Tendones ſeu tendines. 372
Tenuiſsimus victus. 20
Tenuis victus. ibidem
Tenuis victus cur periculoſus in morbis diuturnis. ibidem.
Tenuius eo victitandū, quo magis verſus vigorē puenit. 23
Plura vide in dictione Victus.
Tepidum, quid. 198
Tertianæ febres purgante medicamento raro curantur. 68
Tertiana exquiſita quæ. 331
Tertiana ſeu notha febris. ibid.
Tertiana exquiſita cur non excedat ſeptimum circuitum. 331.332.
Teſtes muliebres. 431
Teſtium attritionis mod⁹. 491
τέτανος, diſtēſio quid. 290.329
τεταριχευμένα, ſale condita. 99
τεταρταῖος Galeno quid. 359
θανάσιμον quid Galeno. 371.
Theodorus refellitur. 198. 201. 203.
θερμόκοιλοι. 464
θερμὸν calida. 390
Thlaſiæ qui. 491
θλάσμα, collision. 77
θλάσις collision. 238
Thlibiæ qui. 491
Thorax, στῆθος interdum. 176
Thorax quid. 131
Thoracis & laterum dolores 176
Thoracis dolores aquilo excitat. 218
θωρήσσω, armo, inebrio. 104
θώρηξις, ἀκρατοποσία. ibidem
Tibia, κνήμη 97
Tibiarum muſculi. 457
τυφώδεις, ἢ ἑλώδεις, humidæ febres. 38
τήρησις, obſeruatio. 166
τόνος, robur. 216
τόνοι ἢ νεῦροι, nerui. 372
τονώδης laſsitudo quæ. 76
Tonſillæ ſeu glandulę. 233
τόπος, pro parte corporis. 151
Tormina. 82.166
τραχύνειν. 176
Tranquillitas vera quę. 199
Tranquillum nō idem quod ſerenum. 201
Tranſpiratio ſenſum latens. 212
τραυλότης & τραύλωσις. 497
τραῦμα, vulnus. 373
τρέφειν ἀθρόως. 97
τρέφοντα, quæ. ibidem
Tremor, τρέμος, quid. 488
Tritēporea dignotio quæ. 96
Tubercula in corpore vbi ſint,

quid obſeruandum. 89
Tubercula, φύματα vnde naſcantur, & cur dicta. 90. 224. 235. 313. 524.
Tuberculi internam ruptionem quæ ſymptomata ſequantur. 524.
Tumores rubri, ἐρυθροί qui. 456
Tumores crudi qui. 458
Tumores molles qui. ibidem
Tumores in vlceribus quid ſignificent. 455
Tumores quales in vlcerib⁹ boni, & mali. 458
Plura vide in Dolores.
Turgere, ὀργᾶν, quid. 63. 123. 244
Tuſſes affert aquilo. 175
Tuſſes quando fiant. 223
Tuſſes infantium. 220
Tuſſes ſiccæ in ardentibus febribus eas non ſiticuloſas faciũt. 325.
Tuſsis deſtillationes comitatur. 400
Tuſſem cur frigida moueant. ibidem.
Tuſsis hydropicorũ cur & quæ mala. 500

VAcuatio ſimpliciter quid. 10.
Vacuationes naturales quæ. 11
Vacuatio qualis eſſe debeat. 12. 13.
Vacuationis modus. 16
Vacuet cur Galenus interdum ad vſque animi deliquium, & quæ ibi obſeruanda. 17. 65
Vacuationes omnes immodicas eſſe periculoſas, eóque fugiẽdas. 18
Vacuationi loca conferẽtia quę. 57.
In vacuationibus non copia tantum expetenda: ſed potius qualitas, & ſi æger durare poſſit.
Vacuandum quando vſq; ad deliquium animi. 95
Ex Vacuatione morbi, ſatietate ſanantur. 105
Vacuatio, κίνωσις. 106
Vacuare, & plurimum vacuare quid. 160
Vacuandum quando multum, & repente. ibidem
Vacuationes confertæ noxiæ. 489.
Vacuationes confertæ quę. 490
Plura vide in purgare, medica. æſtas.
Variolæ noſtræ, latæ puſtulæ ſunt. 253. 473
Varix quid. 484
Vaſorum vacuatio quid. 12
Venæ ſectione qui non ſunt vſi, quomodo caueatur ne defectionem animi incurrant. 66
Venam cur vere ſecamus. 188
Venæ vtero & mammis communes. 417
Venæ ſectio veterum medicorũ alia quàm recentium. 409
Vena recta quæ. 459
Venam ſecandam, & medicamẽ purgans vere exhibendum iis qui ſani ſunt, ægri niſi

vacuentur, futuri. 509
Venæ interiores quæ. 546
Venularum ruptionis, in renibus notæ tres. 366
Veneris vſus podagram affert. 494.495.
Venter, κοιλία. 11.45
Ventris perturbatio. 11
Ventres cur hyeme & vere calidiſsimi. 45.46
Venter, γαστὴρ. 281
Vētris diuturnum dolorem ſequitur ſuppuratio. 530
Venter ſuperior, thorax. 540
Venter, laxius ſpatiū, inter diaphragma & peritonæum, interdum. 549
Ventriculus quando rectè cibum complectitur, & quando non. 39
Ventriculi, id eſt, κοιλίας, letale vulnus. 480
Ventriculi ęſtus ſeu ardor quid. 498
Vere ægri facilè cibantur. 53
Ver quomodo calidum Galeno. 179.225
Ver temperatum. 178
Ver non eſt calidum & humidum. 179
Ver ſaluberrimum, quia temperatum. 187
Vere cur ſecamus venam. 188
Ver cur morbis exitioſis minimè obnoxium. 188
Veris conſtitutio qualis. 192
Ver aquilonium & ſiccum quæ mala adferat. 196
Ver ex propria natura nihil nouat. 220
Vere qui morbi ferè fiant. 222.223
Veratri ſumptio quomodo præparanda. 268.269
Veratri in potione vſus veteribus. 270
Vere cur vena ſecanda, & purgans medicam. exhibendum iis qui ſani ſunt, & ægri, niſi vacuentur, futuri. 509
Veratrum ſanis cur periculoſum. 273
Veratrum cur conuulſionem ferat. 273.371
Veratrum duplex. 268
Veratri conuulſio letalis. 370
Vergiliæ. 311
Vertigo. 275
Veſicæ exulceratæ notæ. 360.368
Veſica ſcabioſa quî noſcatur. 364
Veſicæ vulnera cur letalia. 479
Veſicæ ægrotantis cauſæ & ſigna. 540
Veteres imitandi. 69
Veterum dicta candidæ interpretanda. 408.491
Victus ægrotantium quadruplex. 20
Victus ſummè tenuis cur periculoſus. 21
In Victu inſtituendo bifariam errare. 22
In Victu tenui, item in pleniore errata inter ſe comparantur. ibidem
Victu in tenui quomodo delin-

quant ægri. 23
Victum in pleniorem non quouis tẽpore medicus pronior eſſe debet. 24
Victu in tenui commiſsi errores peiores. 25
Victus tenuis vtplurimum periculoſior pleniore. ibidem
In tenui Victu error commiſſus bifariam periculoſus. 26
Victus ſumma exquiſiti ratio quæ. ibidem
Victus quo morbus acutior, eo tenuior eſſe debet. 27
Victu tenuiſsimo in vigore morbi vtendum. 28
Victus plenior quando adhibendus. ibidem
Victus in vigore qualis eſſe debeat. 29
Victus humidus omnibus febricitantibus cur cõferat. 49
Victus humidus quis. ibid.
Victum contrarium quæçunq; præter naturam ſunt, expetere:quę ſecundum naturam, ſimilem. ibidem
Victus mutationes. 150
Victus rationem potiſsimum à morbo & viribus ægri petendam. 52
Victus rationes aliæ ad alios morbos magis ac minus aptę 171
Vigens ſeu florens ætas quæ. 40
Vigeſimus dies iudicatorius. 116
Vigiliæ immodicæ, malæ. 74
Vigiliæ infantium. 231
A Vigilia conuulſio aut delirium, malum. 529
In Vigore morbi cur tenuiſsimo victu vtendum. 28
In Vigore qualis eſſe debeat victus. 29
In Vigore morborum quieſcendum. 123
In Vigore morbi à pręſidiorum vſu cur abſtinendum. 124
Vini aquoſi præſtantia. 83
Vina aquoſa qũo calida. 84
Vinum aquoſum quibus exhiberi poſsit. ibidem
Vina aquoſa quomodo aquæ ſimilia ſunt. 83.84
Vinorum è genere, quomodo album nullum calidum inueniri intelligatur. 84
Vina aquoſa vrinas cient, & excrementa. 85
Vinum aquoſum aqua magis humectat. ibidem
Vinum aquoſum nutrire. 86
Vini meracioris potio famem tollit. 104
Vinum cur conuulſionem faciat. 375
Vinum immodicum qui morbi comitentur. ibidem
A Vini potatione rigor & deſipientia, malum. 523
Vinum non ſemper calefacere. 524
Virgines vt mẽſtruum ſanguinem excernant. 446
Virilis ætas. 41
Viſcera, σπλάγχνα. 343
Viſcerũ dolor in febribus acutis,

tis, malum portendit. ibid. 525
Vita breuis, ars longa. 3
Vitæ noſtræ tempus vniuerſum quantum. ibidem
Vitiligo. 224
Vlceribus frigus mordax. 109 391
Vlcera maligna quæ. 397
Vlcera, οἰδήματα, ὄγκοι. 455
Vlcera in quibus tumores apparent, quid boni afferant? contrà, quid mali, quę tumore vacant. ibidem
Vlcus omne qua vlcus eſt, ſiccari poſtulat. 472
Vlcerum diuturnorum cicatrices cauæ. 508
Plura vide in Vulnera.
Ad Vmbilicum & imum ventrem ſitæ partes in morbis præſtat eſſe craſsiores. 131
Vmbilici inflammationes infantium. ibidem
Vndecimus dies. 114
Vomitiones ſua ſponte factæ. 11
Vomitiones æſtiuæ. 226
Vomitiones infantium. 230
In Vomitu eſſe oportet partes craſſas & robuſtas, quę ad abdomen & imū ventrem ſunt. 132
Ad Vomendū difficiles, & mediocriter carnoſi per inferiora purgandi. 260
Vomitus olim frequentes. 268
Vomere qui ſoleāt difficul. 269
Vomitus ſanguinis in mulieribus quomodo ſanandus. 410
Vomitus ilei exitialis ſignum. 525
Vomitus ſanguinis omnis malus, ſine febre ſalubrior, cum febre peior. 539
Vrinæ difficultas. 176
Vrinæ difficultatis cauſæ. 215
Vrinæ ſtillicidia autumnal. 228
Vrinæ ſtillicidia ſenibus & difficultates. 242
Vrinæ craſſæ initio morbi nota qualis. 346
In Vrina quatuor conſideranda. 347
Vrinæ in febribus reſpiciendę. 349
Vrinarum perturbatarum differentiæ duæ. ibidem
Vrinæ nubecula rubicūda quid notet. 352
Vrina aquoſa quæ. 354
Vrinæ perſpicuæ & albæ, malæ. ibidem
Vrina eruenta propter ſuppreſſos menſes. 361
Vrina craſſa quæ. 361. 364
Vrina furfurea quæ. 364
Vrinæ harenoſæ, calculum portendunt. 366
Vrina grumoſa. 347
Vrinæ tenues. ibidem
Vrina corporis excremētū. 368
Vrinæ ſuppreſsio ex tuberculo in vrinaria fiſtula quomodo ſoluatur. 369
Vrinæ difficultatem quæ ex plenitudine & inflāmatione quę venæ ſectio ſoluit. 500
Vrinę ſtillicidij cauſæ. 442. 506
Quibus poſt Vrinę ſtillicidium ileos

ileos ſuccedit, intra ſeptimũ diem mori: ſi verò febris ſuccedat, non. 506
Vrina craſsioris farinę ſpeciem referens, diuturnitatem morbi indicat. 535
Vrinæ pinguedo innatans quid indicet. 537
Vrinæ bulloſæ quid ſign. ibid.
Vrinæ ſedimina bilioſa quid ſignificent. 536
Vrinæ inæquales quid ſignificent. 537
Vſtionis effectus. 519
Vſus rerum immodicus fugiẽdus. 387
Vteri præfocationi, & difficili partui ſternutamentum ſpontaneum, bonum. 413
Vteri coarctatio, conceptionis ſignum. 417
Vteri os à conceptione coarctatur. 434
Vterus vbi coxæ incũbit, ſi ſuppuratur, emmoton fit. 428
Vteri cum coxa connexus. 429
Vteri os quibus durum, iis coarctari id, neceſſe eſſe. 438
Vulnus, τρῶμα, quid. 373
Vulnera praua quæ. 457
Vulneribus in magnis tumores non apparere, cur malũ. ibid.
Vulnera ſeu vlcera vndiq; glabra, maligna. 468
Vulnera quæ, & in quibus partibus corporis, letalia. 470
Vulnera ſanabilia quæ. 480
Plura vide in vlcera.
Zythum quid. 102
Zona exquiſitè temperata. 210

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

: 582

LVGDVNI,
EXCVDEBAT
IACOBVS
FORVS.

585

Cav. G. ... COMO